


LVCENSIS
CIVITATIS STATVTA
NVPERRIME CA
STIGATA,
ET QVAM ACCVRA
TISSIME
IMPRESSA.

+






VMMAE Maiestatis Imperiũ Greci perspicacis ĩgenii, Scientiarum primi inuentores, a quibus Ius Ciuile sum psit originem post religionem inter cætera, quæ ad humanarum rerum regimen exigũtur fore prius decorandum sacris Legibus censuerũt, Vnde post Vrbẽ conditam Clarissimi uiri Romani inclitæ, solidæq Virtutis: cupientes Rẽpublicam Romanorum potissime boni gratia cõstitutam ad supremi Imperii amplissimum decus attingere, atq sempiterna gloria triũphare, peritis Legibus, & obtentis a Græcis Ciuitatibus per Decẽuiros Romanos authoritate publica institutos, condiderũt Excellẽtissimas Sanctiones, quibus ipsa Respublica decorata, ĩ altissimo Maiestatis fastigio refulgeret, Id attestante Sacratissimo Iustiniano, dum inquit, Summa Reipublicæ tuitio de stirpe duarum rerum, Armorũ scilicet, atq Legum ueniẽs, Vimq suam ex inde muniens, Fœlix Romanorum Genus omnibus anteponi Nationibus, omnibusq Gẽtibus dominari tam præteritis effecit temporibus, q̃ Deo propitio efficiet in æternũ. Eam nãq Vrbem cum fuit Legibus ordinata, philosophi cõmunicatione politicã appellauerunt, quæ cõmuni nomine dicitur Respublica Ciuitatis, quã Rempublicam Senatus Populusq Romanus aliquo tẽpore placide, & modeste, sub iusto, & optimo Imperio tractauerunt, post uero orthodoxi principes, qui semper in Magnificis actibus, honestisq occupationibus animum exercẽtes propter cupiditatẽ laudis, & gloriæ, multa magna fecerũt, Attendẽtes q humani actus propter eorum mutabilitates mensurari non possunt regula inflexibili, Sed oportet, q mensurentur regula, quæ sit humanis actibus applicabilis, Quoniã natura quotidie producit rerum uarias nouitates pro Romani Imperii uera laude, & fama immortali, Nouas Leges cõdiderunt, Antiquas corrigendo, & in melius reformando, existimantes nil esse honorabilius, nilq gloriosius, q̃ Rempublicam Sacratiss. Legibus illustrare, Quæ quidem animaduertẽs Magnificus Senatus Lucensis, cognoscens bonum cõmune cõsistere in Legib. reformãdis, Volens quãtopere salubritatẽ Reipublicę lucẽsis tueri certissimo Monumẽto, & ipsam extollere celeberrima uenustate, Decreuit p plurimas recte positas leges Municipales quoscunq casus uerisimiliter contingere debentes, determinare, & q̃ paucissimos indeterminatos dimittere, Vt omniũ subditorũ suorum Publica Pax, & Cõis Vtilitas amplietur, In hoc enĩ continue meditatur, In hoc omnis sua uersatur intentio, attentissimoq studio abiecta priuata charitate excubat p Republica lucen. operibus optimis insudare. Idcirco per ĩfrascriptos egregios, & prudẽtes uiros Lucen. Ciues, scilicet Nicolaum Burlamachũ, Paulum Podium, Ser Antonium Luporinum, Ser Christophorũ Turretinũ, D. Alexãdrum

Rapondum,Laurētium Bonuiſiū,Baptiſtā Arnolphinū,Andream ſtephani Merciadrum, D.Gregoriū Arrigum, Antoniū Tigrinum,D.Nicolaū Manfredū, Ser Michaellem Petrum Saluberrima Ciuitatis Lucen. Statuta,tunc Vigentia,in idem corpus redigi,ac impreſſioni tradi,omni ope curauit,Sicq; Deo Optimo Maximo Fauēte,pie factum eſt, Sub Quibus quidē Statutis,& ſi Reſpublica Lucen.Diu floruerit, Perpēdens tamen poſtea idem Magnificus Senatus tot tantiſq; malis,undiq; circundatam eſſe mortaliū Vitā,ut Municipalib. ſuis Legibus, ac Inſtitutis,Leges plurimas quotidie addi oportuerit,Ad perpetuam idcirco rei memoriā, Et ut boni in ſecura Trāquillitate quieſcant,mali uero afficiātur pœnis debitis,atq; ſupplicijs,ipſaq; Reſpublica Lucen.Clariss.ſplendore refulgeat,Leges a ſe longo ſtudio ordinatas,reformari denuo,ac caſtigatius Impreſſioni tradi cenſuit, Quam ob rem Nobis infraſcriptis Ciuibus prouinciam hanc contulit, demandauitq; Scilicet.

Dn̄o Nicolao Lienæ. D.Ioāni bapt.de Nobi. Dn̄o Henrico Buccellio. Balthaſſari Mōtecatino. Dn̄o Nicolao Orſuccio.Blaſio Meo. Ser Frāciſco Turrettino. Ser Eleazario Franco. Ser Ioāni Burlamacho. Hieronymo Arnolphio. Ludouico Bonuiſio. Martino Bernardino.

Prout de hoc conſtat in actis publicis Cācellariȩ Lucen.cōis,Manu Domini Bonauenturæ Barilij,Cancellarij Maioris dicti Cōmunis,Qui Nos Ciues,ea qua decuit Reuerentia, laborē hunc libenti animo ſuſcepimus, Non immemores humano generi a natura eſſe inſitum, ut homo homini prodeſſe uelit,in his præſertim,in quibus Publica uerſatur Vtilitas,& Vniuerſorum commoda generantur: Quapropter quibus potuimus uiribus, Veteres Cōſtitutiones ipſas, & Sacratiſſimas Leges,una cū additionibus, et correctionibus ipſis Legibus iandiu factis.Additis etiam per nos ad id ſpecialiter electos, ad uaria ipſorum Statutorū loca opportunis additionibus,correctionibuſq;, in idem corpus redegimus , ac compilauimus, & a pluribus mēdis Impreſſoris uitio caſtigauimus. Sicq; Lucen.Ciuitatis Saluberrima Statuta Reformata,Aucta, et quā accuratiss. Impreſſa,Magnifico ipſi Senatui Lucenſi,filiali obſeruātia,ac pietate,Dedimus,ac reſtituimus,damus, ac reddimus: Sācitis inſuper,et additis per nos,authoritate,qua fungimur, plenū robur,et perpetuā firmitatē impartimur. Ad laudē Dei omnipotētis & Almificæ Crucis, Glorioſiſſimeq; Genetricis Dei Mariæ ſemper Virginis,Necnon Beatiss.Apoſtolorū Petri,& Pauli,ac Reguli archiepi,& Paulini,& Frediani martyrū,& Theodori dictæ Lucen.Ciuitatis Epiſcoporū, & Martini Cōfeſſoris ipſius Ciuitatis protectoris, Ad honorē ,& reuerentiā Sacroſanctȩ Romanæ eccleſiæ,& ſacri Imperii ſublimitatē,Et ad ipſius Ciuitatis Lucenſis Statum tranquillum,pacificum,atq; perpetuum.

INDEX CAPITVM LIBRI PRIMI STATVTORVM LVCENSIS CIVITATIS.

de fideiussore

In nomine

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRIsti,& beatissimæ uirginis Mariæ,& omnium Sanctorum.

Lucensis Ciuitatis Statutorum Liber Primus,de Iudiciis,& causis ciuilib.

De Iuramento Domini Lucensis Potestatis. Cap. I.



TATVIMVS Et Ordinamus,quod Dominus Lucēsis Potestas eadem die,qua ciuitatem Lucensem intrauerit,præstare teneatur publice iuramentum in præsentia Magnificorum dominorū Antianorum,in manibus Vexilliferi iustitiæ, antequam ipse Potestas incipiat officiū exercere,cuius iuramenti forma talis sit.Iuro ego.N.Potestas Lucensis ad sancta Dei Euangelia,& si Deus me adiuuet,bona fide, & sine fraude,toto posse meo,regere,defendere, et saluare pro dicto cōmuni Lucensi omnia & singula eiusdem ciuitatis Castra,Terras, Bona,Honores,Iurisdictiones,& Priuilegia,quæ ad ciuitatem prædictam,& ad dictum cōmune nunc spectant,seu in futurum spectabunt: nec patiar,seu permittam quod prædicta,uel aliquid prædictorū in aliquo minuantur,qua uis ratione uel causa.Hauere,Pecunias,& Introitus Lucensis cōmunis cōseruabo,& conseruari faciam omnibus uiribus mei officii ,& quicquid de Hauere dicti cōmunis ad me,uel ad aliquem de mea familia peruenerit,ad integrum restituam,& restitui faciam cum effectu ; & si ab alio detineretur indebite occupatum,recuperare studebo bona fide : Viduas,Pupillos,Miserabiles personas,& Pia loca defendam,& conseruabo ab omni oppressione : Et omnibus & singulis personis,& locis, sine personarum acceptione, iustitiam ministrabo,& faciam ministrari,non attendendo ad munera, odium,uel amorem.Et fideliter obseruabo,& obseruari faciam omnia & singula statuta,& ordinamenta Lucensis cōmunis cōdita,& condenda.Et cōtentus ero salario meo,& ultra per me,& per meam familiam non capiam directe,uel per obliquum,etiam a sponte offerentibus , nisi quantum mihi liceat ex forma iuris,& statutorum Lucensis ciuitatis . Et si sciuero aliquē de mea familia,qui aliquid acceperit contra formam prædictam , quouis quęsito colore,eum confestim remouebo,nec ipsum unquam ad officium reassumam in ciuitate Lucensi,& alium loco eius substituam, & accepta in quadruplum restitui faciam : Et omnia & singula ad me,& ad meum officium spectantia fideliter tractabo,& administrabo , remotis odio, amore, precio,precibus,& timore : Et diligenter perquiram,& inuestigabo omnes & singulos delinquentes in detestabili uitio Sodomiæ , & blasphemantes Deum,& beatam Virginem,& alios Sanctos & Sanctas,& contra eos,easue turpia uerba , seu minatoria proferentes in ciuitate Lucensi,& eius comitatu,& districtu:& illos,& quemlibet eorum culpabiles repertos condem-

nabo, secundum formam statutorum Lucensis ciuitatis. Item expresse & specialiter iuro obseruantiam statutorum Curiæ Mercatorum: Et simile iuramentum præstare teneantur Iudices, Milites, Socii, Notarii, Domicelli, & Berroarii, & omnes de familia dicti domini Potestatis, uidelicet in illis partibus promissionis, quæ ad eos commode adaptari possunt. Et dicto iuramento præstito, possit & teneatur suum officium, & iurisdictionem diligenter exercere.

De iurisdictione, & officio domini Lucensis Potestatis. Cap. II.

Statuimus, quod Dominus Lucensis Potestas sit, & esse intelligatur Iudex & cognitor ordinarius omnium & singularum litium, controuersiarum, quæstionum, & causarum ciuilium, & criminalium, quæ possunt in ciuitate Lucensi cognosci, audiri, seu etiam terminari inter quoscunque, & quomodocunque, & ex quacunque causa uertantur. Et propterea habeat, & habere debeat in ciuitate Lucensi, & eius districtu plenissimam iurisdictionem, & latissimum officium, & officii, & iurisdictionis exercitium, & merum, & mixtum imperium, & gladii potestatem, cum obseruantia tamē omnium & singulorum statutorum Lucensis communis, quæ dominus Potestas, & eius Iudices obseruare, & obseruari facere teneātur uinculo iuramenti: Quibus statutis conditis & condendis idem Potestas, & eius Iudices subesse debeant cum effectu. Et licet aliquibus officialibus certa, seu limitata, seu specialis iurisdictio concedatur, nihilominus propter hoc non intelligatur quomodolibet derogatum generali iurisdictioni domini Potestatis Lucensis, ita tamen quod ubi ad ipsum, & ad alium quemcunq; officialem aliqua iurisdictio pertineret, tunc, qui prius procedere inceperit, præferatur: Et si per unum fuerit inchoatus processus, per alium nō possit procedi, & intelligatur processum incohasse, qui primo fecerit reum citari. Declaramus tamen, & expresse iubemus ne dominus Potestas Lucensis, nec alius officialis ciuitatis Lucensis, eiusq; comitatus, fortiæ, & districtus, sed solummodo Iudex & Consules curiæ Mercatorum possint et debeant de infrascriptis causis, & qualibet earum cognoscere, & illas terminare, uidelicet de societatibus, & contractibus, & obligationibus mercantilibus, de quibusdam cambiis pecuniarum stricte sumendo pecuniam, de pertinentibus & spectantibus ad artes subiectas curiæ Mercatorum, & ad ipsarum artium exercitium, & de dependentibus, uel cōnexis, ab omnibus & singulis suprascriptis, siue de prædictis omnibus & singulis, siue de ipsorum dependentibus, uel connexis appareret, uel non apparerent publica instrumenta. Declarantes quod omnes Ciues Lucenses, & comitatiui, & districtuales Lucensis ciuitatis, ubicunq; habitantes etiam extra ciuitatem & districtū Lucensem, & cæteri omnes habitantes in ciuitate Lucēsi, eiusq; comitatu, fortia, & districtu, tenuti, uel non tenuti curiæ Mercatorum, et

etiam

etiam forenses,qui in prædictis,uel aliquo prædictorum cõtraherent,sint et intelligantur ex prædictis causis,et qualibet earum subditi dictæ curiæ Mercatorum,et in dicta curia,et non alibi,pro dictis causis,et qualibet earum debeant,et possint conueniri. Ac etiam Iudex et consules curiæ Mercatorum,et non alius officialis ciuitatis Lucensis,eiusq; comitatus, fortiæ, et districtus,ut dictum est,cognoscere possint et debeant de dictis causis,et qualibet earum,et illas terminare,uidelicet de depositis mercãtiarum, seu acomandigiis mercantiarum,de pecuniis ad partem lucri pro mercantia facienda mutuatis,Item de pecuniis depositatis ad partem lucri pro mercantia facienda: Quibus omnibus casibus,et singulis eorum cõtra quoscunq; contrahentes in causis prædictis,uel aliqua ipsarum,dictus Iudex et Consules curiæ Mercatorum solummodo sint Iudices competentes,et illas cognoscere et terminare possint et debeant,et non alius officialis ciuitatis Lucensis,eiusq; comitatus,fortiæ,et districtus. Item Iudex et Consules curiæ mercatorum solummodo,et non alius officialis ciuitatis Lucensis, eiusq; comitatus,fortiæ,et districtus cognoscere possint & debeant de dictis causis,& qualibet earum,et illas terminare,uidelicet de pecuniis,stricte sumendo pecuniam,mutuatis tenutis curiæ Mercatorum a quibuscũq; personis. Item de ipsis pecuniis confessatis per ipsos tenutos curiæ Mercatorum quibuscunq; personis dictæ confessiones factæ fuerint. Item de promissionibus pecuniarum,stricte sumendo pecuniam,ut dictum est, factis a dictis tenutis curiæ mercatorum quibusuis personis,si de ipsis obligationibus,uel aliqua earum publica non appareant instrumenta. Item solummodo Iudex et Consules curiæ mercatorum,et non alius officialis ciuitatis Lucensis,eiusq; comitatus,fortiæ,et districtus,possint et debeant de dictis causis,et qualibet earũ cognoscere,et illas terminare,uidelicet de mutuis pecuniarum,stricte sumendo pecuniam, factis per bancherios tenentes publice tabulam ad Tapetum quibuscunq; personis. Item de depositis dictarum pecuniarum factis per ipsos bancherios quibuscunq; personis. Item de promissionibus ipsarum pecuniarum factis ipsis bancheriis a quibuscunq; personis,uirtute quorum mandatorum aliquæ solutiones, seu promissiones ipsarum pecuniarum factæ forent quibuscũq; personis, si de prædictis omnibus,uel singulis obligationibus nõ apparerent instrumenta publica: Et similiter e contra,de mutuis pecuniarum,stricte sumendo pecuniam factis dictis bancheriis a quibuscunq; personis. Item de depositis ipsarum pecuniarum factis dictis bancheriis a quibuscunq; personis, et de promissionibus ipsarum pecuniarum factis a dictis bancheriis quibuscunq; personis,et de mandatis factis a dictis bancheriis quibuscunq; personis,uirtute quorum mandatorum aliquæ solutiones uel promissiones pecuniarum factæ forent,dicti Iudex et Consules curiæ mercatorum solummodo,et non alius officialis ciuitatis lucensis,eiusq; comitatus,fortiæ,et districtus possint et debeant cognoscere,et illas terminare,

si de ipsis obligationibus,uel aliqua ipsarum non apparerent instruměta publica: Declarătes quod ĩ omnibus suprascriptis casibus,uel aliquo ipsorum iurisdictioni curię mercatorũ attributis,nõ possit quouis modo alterius iudicis uel officialis iurisdictio progari,etiã de uolũtare partiũ litigãtium tacita uel expressa,sed debeat ipse officialis cũprimum sup prędictis, uel aliquo ipsorũ aditus fuerit,a se litigãtes repellere,&qcquid ĩ prędictis, uel aliquo prædictorũ p aliũ officialẽ,quã p iudicem & cõsules curię mercatorum attentatum,cognitũ,seu initiatũ fuerit,nõ ualeat ipso iure.

Volumus insup,& expresse iubemus,ne Iudex & Cõsules curiæ mercatorũ possint se,quouis modo,impedire,seu cognoscere,seu terminare de dictis causis,uidelicet de oibus & singulis causis supra ĩ hoc pręsenti statuto specificatis,in qbus diximus & ordinauimus iudicẽ et cõsules curiæ mercatorũ posse et debere cognoscere,si de obligationibus non apparerent instrumenta publica.

Volumus,& statuimus,quod in ipsis causis,& qualibet earũ,si de obligationibus ipsarũ,& cuiuslibet ipsarũ apparent publica instrumenta,quod dicti Iudices et Cõsules curiæ mercatorũ non sint iudices cõpetentes,nec se impedire quouis modo possint,nec eas cognoscere,aut terminare ualeãt ullo modo. Nec etiam dicti Iudex et Consules curiæ mercatorum possint se, quouis modo,impedire,uel cognoscere,aut terminare de causis artificũ,et aliorum subiectorum curiæ Fundaci,de quibus dicta curia Fundaci iurisdictionẽ habet cognoscendi,nec de aliis ad ipsam curiam Fundaci spectantibus et ptinentibus,sed tractari possint et debeant,aut coram dicto domino lucẽsi Potestate,aut corã dicto officiali,seu coram aliis officialibus lucẽsis cõis in lucẽsi ciuitate,uel eius comitatu,fortia,et districtu iurisdictionẽ exercẽtibus,put ad ipsorũ,et cuiuscp ipsorũ iurisdictionẽ ptinuerit.

Insuper statuimus,quod dictus Iudex et Cõsules non possint quouis modo se impedire,aut cognoscere,uel terminare de aliquibus pęnis cõuentionalibus,nisi dictæ pęnæ adiectæ fuissent in cõtractibus,seu obligationibus mercãtilibus,uel in cõtractibus,seu obligationibus spectãtibus ad artes curiæ mercatorũ subiectas. Ac etiã statuimus et ordinamus,quod dicti Iudex et Cõsules curiæ mercatorũ nõ possint se,quouis modo,impedire,uel cognoscere,aut terminare de pęnis depositis pecuniarũ,stricte sumẽdo pecuniã,gratia deponentiũ factis qbuscũq psonis,si de ipsis depositis puris gratia deponẽtium factis,appareant instrumenta publica:Nec etiã dicti Iudex et Cõsules curiæ mercatorũ,quouis modo iurisdictionẽ habeãt,contra non renutos dictæ curiæ mercatorũ, siue de obligationibus,uel causis appareãt,uel nõ appareant instrumẽta publica: Insup si inter mercatores, et subditos dictæ curiæ mercatorũ de mercãtiis,et aliis rebus spectãtibus ad ipsam curiã mercatorũ,fieret cõpromissum,et laudũ ferretur,siue de cõpromisso et laudo apparerẽt publica instrumẽta,siue nõ.D.Potestas lucẽsis nõ sit,nec esse intelligatur Iudex cõpetens,si de tali laudo peteretur reducto,

ducto,

ductio,uel si de nullitate argueretur,sed.D.Iudex & Cōsules curiæ merca torū solūmodo de tali reductione,& nullitatis dictione sint iudices cōpetētes: Et prędicta nō referātur ad eos casus,seu ad illas causas,qbus p pręsens statutū est specialiter attributa iurisdictio ipsi curię:Ac etiā dictus Iudex & Cōsules nullo modo possint aut debeāt inter eorū tenutos cognoscere & terminare de causis,& casibus dictæ curiæ mercatorū non pmissis uel cōcessis,seu ad iurisdictionē dictę curiæ nō spectātibus.Declarātes qđ ipsorū Iudicis & Cōsulū iurisdictio nō possit quouis modo extra casus dictæ curiæ cōcessos,& attributos ꝓrogari,etiā de expressa, uel tacita partiū litigantiū uolūtate,sed cū primū dicti Iudex & Cōsules aditi fuerint sup casibus eis nō pmissis,uel ad iurisdictionē dictæ curiæ nō spectātibus, uel aliquo ipsorū,debeāt partes litigātes a se repellere: Et nihilominus si in casibus eis nō pmissis,uel ad iurisdictionē dictæ curiæ non spectātibus,quo uis mōdo ꝓcesserint,qcquid actitatū,cognitū, uel terminatū fuerit p eos ī prædictis,& circa prædicta,nō ualeat ipso iure,nec sit alicuius roboris,efficatiæ,uel momenti: Et similiter disponimus,quod præfatus.D.Potestas nō possit se intromittere de his,q̄ ad officiū uicariorum uicariarū ptinent, & spectāt,nisi aliquis Vicarius fuerit negligens in ꝓcedendo in criminali bus,ꝑ mensem a die sciētiæ dicti.D.Potestatis proxime cōputandum:quo mense elapso,possit.D.Lucēsis Potestas ꝓcedere de his, quæ cōmissa sunt officio uicariorū :Et hoc nisi specialiter.D.Potestati p formā alicuius capituli statutorū aliquid de cōmissis,uel spectātibus ad officiū,& iurisdictionē uicariorū esset cōmissum,uel attributū:Quo casu ꝓcedere ualeat,nō obstātibus suprascriptis: Et nō possit aliqs uicarius ignorantiā allegare de his, quæ ad notitiā.D.Potestatis puenerint,quia præsumi debet,uicarium sciuisse totū illud,quod ad notitiā.D.Potestatis puenerit.Iudex uero p ipsū D.Potestatē ad maleficia deputatus iurisdictionē ordinariā habeat in omnibus,& singulis criminalibus causis,sicut.D.Potestas. De causis uero ciuilibus se nequeat intromittere principaliter, sed incidenter possit, quatenus & prout iura communia uolunt. Volumus tamen quod in criminali bus diffinitiua sententia sit dicto.D.Potestati reseruata. Insuper teneatur ipse.D.Potestas,& obligatus sit,pro diligentia, circa custodiam nocturnā omni sero post sonum Campanæ turris Dominorum Antianorum mittere suum militem socium cum suis famulis,seu prouisionatis, qui eat per ciuitatem perquirendo,ne furta,aut maleficia committantur: Et magnifici.D.Antiani mittere debeant unum stipendiarium cum dicto milite socio : Et si talis ordo fuerit obmissus,possit & debeat dictus Potestas sindicari,& condemnari pro qualibet uice,qua sic obmiserit mittere,in Florenis decem auri: Et famuli una cum milite socio teneantur, & debeant obedire dictis.D.Antianis,& eorum mandatis,& obseruare commissiones officialium super exactionibus Lucensis cōmunis,& non possint petere,uel accipere tam ab ipsis officialibus,quā a particularibus ꝑsonis nisi prouisiones,

& emolumenta ordinata per statuta, et decreta lucensis communis. Et qui D. Potestas, & eius curia teneatur, et debeat pro uiribus sui officii, capturā, et detentionem facere ante inquisitionem contra delinquentem, seu delinquentes formatam, & non possit, aut ualeat molestari in sindicatu, etiam si nulla praecederent indicia, sed liceat ipsi praetori, et eius curiae omnes et singulos malefactores, qui ad eius quomodocunq; notitiam uenirent, capere, et capi facere, nulla gradus, conditionis, et qualitatis personarum obstante contrarietate: Et authoritatem habeat dictus Potestas detinendi in palatio suo per dies usq; in decem in carcere, et compedibus, omnes et singulos testes, qui per notarium, et eius curiam examinarentur in causis mere tantum criminalibus, pro habenda ueritate, etiam si nulla titubatio, aut falsitatis species appareret, et de hoc nullo modo possit in sindicatu molestari, et hoc etiam non obstante gradu, conditione, et qualitate personarum, et alia quacunq; contrarietate, et quicunq; captus a Familia dicti praetoris non permiserit se duci ad carceres, intelligatur confessum esse delictum pro quo capiebatur, & sit praesumptio contra ipsum, et plena probatio, quod tale delictum commiserit. Et quicunq; dederit impedimentum cum armis, uel sine, ad faciendum dictum captiuum relaxari, et aufugere de manibus dictae familiae, condemnetur in poenam eius maleficii, pro quo captus ducebatur, etiam si ipse captus nil commisisset, ultra alias poenas a statutis impositas, nisi tamen captus sponte sua se praesentaret intra sex dies tunc proxime futuros in carcere illius officialis, ex officio cuius capiebatur. Et liceat dictae familiae capienti uulnerare, & percutere usq; ad mortem exclusiue omnes & singulos captiuos, qui resisterent, & non permitterent se duci, & etiam omnes & singulos praestantes auxilium & fauorem praefatis captiuis pro causa dumtaxat criminali: Et teneatur praefatus D. Potestas, & debeat mittere fideiussores in scriptis ad archiuium publicum Lucensis communis, una cum principalibus condemnatis: Et officiales capientes dictos fideiussores lucrentur dimidium praemii, ac si coepissent bannitos & condemnatos ipsorum fideiussorum: Et qui praetor, & eius officiales non possint pro executionibus condemnationum, & quae fierent contra condemnatos petere, seu recipere aliquod praemium, quam permissum sit Bargello Lucensis quitans pro eisdem posse petere, & recipere: Et teneatur quoq; ipse Dominus Potestas & Capitaneus comitatus, & quilibet ipsorum, quandocunq; contingat aliquod scandalum inter subditos in comitatu, cogere partes ad praestandum sibi ipsis inuicem idoneos fideiussores de sese non offendendo, & partem renitentem, & non parentem, retinere, & carcerare, & compellere ad dictam fideiussionem praestandam, ampliando in hoc authoritatem dictorum officialium ultra omnem aliam authoritatem eis, & cuiq; ipsorum concessam & attributam. Declarantes quod in notificationibus fiendis exactoribus, de causis propter quas ceperit bannitos, & condemnatos in pecunia tantum, si condē

nationes

nationes notificatæ fuerint ab una supra quantæcunq; fuerint summæ, nõ possit præfatus Potestas consequi præmium integrum secundum formã statuti, nisi de una tantum ipsarum, ad eius electionem: De cæteris uero quartam partem tantum ipsius præmii: Ac etiam ordinamus quod Vicarius, et assessor Domini Lucensis Potestatis sit, et esse intelligatur Iudex, et Cognitor ordinarius omnium et singularum litium, controuersiarum, quæstionum, et causarum ciuilium, quæ possunt in ciuitate Lucensi cognosci, audiri, seu etiam terminari inter quoscunque, et quomodocunque, et ex quacunque causa uerterentur, ita quod in ciuilibus causis eandem penitus iurisdictionem habeat, quam habet Dominus Lucensis Potestas. Decernentes insuper, quod tam Dominus Lucensis Potestas, quam eius Vicarius, et assessor, ac etiam maior Sindicus, et Iudex appellationum ciuitatis Lucensis teneantur et debeant absque aliquo præmio consequendo, præstare et impartiri eorum consilium, tam uerbo, quam in scriptis, in omnibus et singulis sententiis, decisionibus, aut in quolibet alio actu fiendo in curia exactorum ad omnem simplicem ipsorum exactorum requisitionem, sub pœna ducatorum uiginti quinq; pro quolibet, et qualibet uice: Cum declaratione, quod si Iudex appellationũ cõsilium suum pręstiterit, appellatio sup id fienda deuoluatur ad ipsum pretorem, si doctor erit, sin aũt ad eius uicariũ, & e conuerso, si Prætor, uel eius Vicarius cõsilium dederint, uel alter ipsorum dederit ad ipsum iudicẽ appellationũ in casibus, in quibus appellatio admitti debet, et nõ aliter: Et qui Prętor, Vicarius, uel Iudex, aut aliquis ex sua familia eodem modo in causis delegatis tam a magnifico cõsilio generali, quã a magnificis. D. Antianis, et tam ciuilibus, quã criminalibus, petere nequeant aliquas sportulas, et ipsis, et cuilibet ipsorũ ꝓhibitum sit acceptare aliquod cõpromissum tanquã arbitri, et arbitratores, et amicabiles compositores, et si secus facerent, non ualeat ipso iure: Et nihilominus quilibet ipsorum cõtrafaciens puniatur qualibet uice in libris quinquaginta, ad opus camerę lucensis cõis, et non possint consulere, uel aduocare in aliqua quæstione, uel causa, quæ quomodolibet uerteretur ĩ lucẽsi ciuitate: Et qui. D. Potestas, Vicarius, uel Iudex acceptare non possint aliquod præmium, uel mercedem ab aliqua persona in causis tam ciuilibus, quã criminalibus, nisi quantum eis cõceditur ex forma statutorum, sup quo intelligatur ablata omnis consuetudo, uel abusio in contrarium. Declaramus insuper, quod quãuis finiretur tempus electionis, seu refirmæ. D. Potestatis lucensis, nõ propterea intelligatur finitũ officium, sed illud possit exercere, donec habuerit successorem, uel donec aliter fuerit prouisum: Finito autem officio dicti domini Potestatis teneantur ipse, et omnes sui Iudices, milites, socii, et notarii, et domicelli, et berroarũ stare ad sindicatum, secundum formam statutorum curiæ domini Sindici, quibus statutis idẽ. D. Potestas, et omnes sui iudices, milites, socii,

notarii,domicelli,et berroarii subesse teneantur,firmis ĩ aliis remanētibus aliis statutis,& decretis Lucensis cõmunis, & præsertim capitulis uigenti bus super electione dicti.D.Potestatis Lucensis.

De officio,& iurisdictione Vicariorum uicariarum Cap. III.

STatuimus & ordinamus,quod unusquisq; Vicarius uicariam sibi cõcessam,& oẽs & singulos ĩ ipsa uicaria habitãtes uinculo iuramẽti regat, defendat,& custodiat sub obediẽtia,& iurisdictione lucẽsis ciuitatis, & oẽs & singulos hoĩes malæ cõditionis & famę pcul expellat,& q̃ sunt ad pacẽ, & quietẽ subditorũ ordinet & cõponat,& sẽp obediat magnifico lucẽsi cõi:Et quod qlibet uicarius ĩ sua uicaria in oĩbus &singulis causis,litibus, & quęstionibus ciuilibus, q̃ mouerẽtur inter hoĩes & psonas suæ uicariæ, habeat plenã iurisdictionem,& eas cognoscere debeat & possit,& audire,et terminare secundũ formam iuris et statutorum lucensis ciuitatis.Item habeat unusquisq; Vicarius in sua uicaria ordinariam iurisdictionem cõtra forenses,et alios quoscũq;,qui ratione contractus,uel quasi,uel delicti, uel alias de iure cõi,ibi forũ sortirẽtur:Verum cum actor sequi debeat forum rei,Statuimus,quod si quis de lucẽsi districtu,uel forensis,undecũq; sit,cõuenire aliquẽ de aliqua uicaria oriundũ ibi,uel in alia uicaria habitantem, iurisdictio ptineat ad Vicarium habitationis rei conuenti,et alius officialis, uel iudex se intromittere nequeat ullo modo. Si uero ciuis lucensis aliquẽ de aliqua uicaria,uel ibi habitantem cõuenire uoluerit,tunc possit agere,et eum conuenire tam sub uicario uicariæ habitationis ipsius rei, quã etiam sub domino Potestate Lucensi,ad electionem ciuis actoris,et si semel elegerit,non possit,pendente eodẽ processu,uariare,et quod dictum est,quod ciuis possit conuenire illum de uicaria,uel ibidem habitantem sub potestate lucensi,habeat locũ,siue ciuis agat ciuiliter actione reali,psonali,uel mixta,et ex quacũq; obligatione,siue ciuiliter,uel criminaliter agat p damnis, et guastis illatis in bonis ipsius ciuis, siue ipse ciuis criminaliter agat pro iniuriis,maleficiis,et excessibus, uel delictis cõmissis in psona ipsius ciuis, uel circa res,et bona ipsius:Et prędicta oĩa obseruentur in hoĩbus de potestariis,uel ibidẽ habitãtib.ut cõueniri possint p ciues corã pręfato.D.Potestate,sicut de hoĩbus uicariarum, dictũ est. In criminalibus aũt causis,ubi pęna foret pecuniaria,et nõ ueniret imponẽda ĩ corpus pricipaliter, uel in defectũ pęnę pecuniarię,similiter qlibet uicarius habeat ĩ sua uicaria plenariã iurisdictionẽ,et pcedere possit,et debeat cũ obseruãtia statutorũ, dũ tamen tpe diffinitiuę sentẽtię ferẽdę sibi cõsensus accedat Iudicis uicariarũ, uel ipso uacãte,illius iudicis,quẽ collegiũ.D.Antianorũ deputauerit,uel ei cõmiserit,absq; cuius cõsensu,diffinitiuas sentẽtias ĩ criminalibus aliq̃s Vicarius pferre neq̃at ullo mõ:Pręterea si qs de eodẽ delicto posset sub pluribus iudicib.cõueniri,eo casu cognitio ptineat ad eũ, q pręuenerit faciẽdo

reum

reum primo citari,& aliorum Iudicum officium conquiescat,cum de delicto eiusdem hominis pluries queri non debeat. Vbicunq; uero poena principaliter uel in defectum poenæ pecuniariæ in corpus deberet imponi,pertineat iurisdictio ad dominum Lucensem Potestatem,& Vicarii nō possint se intromittere in tali casu,nisi ueniret poena fustigationis imponenda, quo casu possit & debeat Vicarius procedere,& punire de consensu Iudicis, ut supra: Volumus tamen quod quilibet Vicarius solicite, & caute studeat ad capiendum,& capi faciendum etiam reos criminum, de quibus poena ueniret imponenda in corpus, eosq; sic captos, sub fida custodia puniendos transmittat ad dominum Potestatem, secundum formam statuti positi libro Quarto Maleficiorum, sub Rubrica de malefactoribus persequendis, capiendis, & puniendis: Quæ etiam declaramus ĩ ultimo Capitulo libri quarti maleficiorum,sub Rubrica de casibus in quibus Dominus Lucensis Potestas possit se intromittere de maleficiis commissis in Vicariis lucensis districtus: Preterea disponimus quod quilibet Vicarius in sua uicaria uigilet,et studeat diligenter ad capiēdum, & persequendum omnes & singulos Bannitos,& condemnatos, rebelles, & relegatos,& quos ceperit puniendos,transmittat ad illum officialem,ex cuius officio banniti & condemnati forent, uel ad successorem, nisi forsan ex officio eiusdem Vicarii,uel suorum in officio successorum banniti uel condemnati fuissent, quo casu ipse possit executionem facere: Hoc etiam disponimus,quod quilibet Vicarius in sua uicaria habeat cōtra omnes & singulos forenses in Lucensi districtu habitātes malæ conditionis & uitæ plenam iurisdictionem & potestatem ipsos capiendi, & torquendi, & expellendi,& pecuniariter condēnandi,secundū formā statuti positi lib. quarto maleficiorum,sub Rubrica de Arbitrio concesso officialibus contra forenses & uagabundos: Et generaliter quilibet Vicarius in sua uicaria habeat potestatē,officiū,& baliam ĩ omnibus & singulis casibus sibi uel suo officio per formam quorūcunq; statutorum concessis,seu cōmissis,dū tamen contra ciues Lucenses in ciuilibus uel criminalibus causis nullam habeat potestatē,nisi solū ipsos ciues in sua uicaria delinquētes capiendi,& propterea obseruandi formam statuti positi libro quarto maleficiorū,sub Rubrica de malefactoribus p̄sequēdis & puniendis, ad cuius statuti obseruantiā quilibet Vicarius teneatur: Et qui Vicarii per tēpora eligēdi,teneantur & debeāt in delictis,& maleficiis cōmissis & cōmittendis,procedere, & punire secundum formam iuris & statutorum lucensis ciuitatis,declarātes etiam quod in capturis p eos fiendis,quilibet Vicarius personam captam detinere nō possit ,nisi p spacium quatuor horarū in carceribus, quo spacio elapso,teneatur intimare talem capturam notario suo,cui erunt cōsignati libri,& scribi facere in dicto libro nomen capti, & causam quare sit captus, & eodem modo ipsius capti dimissionem a carceribus: Et ut Vicarii ipsi careant omni suspitione fraudis, statuimus quod præcepta,quæ

I de crimini C tacens

fiunt, & fieri solent per eos ad informandum curiam, fieri nequeant nisi per manus Notariorum, uel Notarii curiæ, Et de causa quare tale præceptum fit, mentio fieri debeat in Vachetta ipsius curiæ ordinata, alias fieri non possint, sub pęna priuationis ab officiis duorum annorum, & florenorum decem ad triginta sex, tam ipsi notario, quam Vicario contrafacientibus: Et quam quidem Vachettam, seu Vachettas, notarii teneantur infra quindecim dies a die depositi officii præsentare officio super introitibus Lucensis ciuitatis, ad hoc ut uideri possit an in aliquo fuerit contrauẽtum, cum ex præceptis ad informandum curiam, & in camera clam factis per officiales non minima fraudis suspitio inducatur contraueniendi his, quæ supra sunt dicta. Et obseruare quoq; teneantur tam ipsi Vicarii, quã omnes alii officiales districtus Lucensis in eorum electionibus ad officia & acceptationibus omnia & singula contenta in statuto posito libro tertio statutorũ, Cap. xxxvii. sub Rubr. de modo & forma acceptandi electiones, & officia, & de fideiussoribus dandis ab electis, qui officia acceptarent, cum statutis sequentibus, Et in statuto posito libro quinto, Cap. xxxvi. sub Rubrica de fideiussoribus dandis per officiales, & nuncios in curia Domini Sindici. Et teneantur Vicarii, & obligati sint expectare eorum successores personaliter, saluo casu extractionis ipsorum in dominos Antianos.

De Modo & Ordine tenendo per Vicarios & Potestates circa custodiam Rocharum, & Fortilitiorum existentium in eorũ Vicariis & Potestariis. Cap. IIII.

Statuimus quod quilibet Vicarius & Potestas cum omni solicitudine prouideãt circa bonam custodiam Terrarum, Fortilitiorum, & Rocharum in earum Vicaria & Potestaria existentium, & propterea custodes deputent, & deputatos ad custodiam uisitent, & uisitari faciant, & sibi in hoc inobedientes puniant et condemnent pro suo arbitrio, dummodo Florenum auri pro quolibet et qualibet uice non excedant. Et ad obuiandum fraudibus Castellanorum, quilibet Vicarius, saltem semel singulis quindecim diebus, mittere teneatur suum Notarium ad faciendum monstras Castellanorum et Sergentium cuiuscunque Rochæ suæ uicariæ, quas faciat ipse Notarius stando extra Fortilitia, si litteras et signa non habeat de intrando, et omnes defectus, quos inuenerit, teneatur ipse notarius infra octo dies denunciasse notario conductæ, sub pęna Florenorũ quinq; pro qualibet uice: Ac etiã teneatur quilibet Vicarius in sua uicaria singulo mense Ianuarii uel Februarii cuiusq; anni facere renouari expẽsis uicariarũ uictualia rocharũ, et fortilitiorũ in sua uicaria existentiũ sub pęna libr. centũ. Insuper staturũ et ordinatũ esse intelligatur, et sit, quod Vicarii et Potestates et notarii in districtu nõ solũ de sergẽtibus castellanis, conestabilibus, sociis, et famulis monstrã facere teneantur ꝑ cõi Lucensi,

sed etiam de armis tam offensibilibus,quam defensibilibus,& uictualiis,& munitionibus cuiuscunque maneriei. Et quæ quidem omnia & singula suprascripta,& alia in Statutis & Ordinamentis Lucensis communis contenta per ipsos Vicarios & Potestates locorũ obseruata,ipsi Vicarii & Potestates teneantur in cãcellaria Magnificorũ.D.Antianorũ Lucẽsiũ singulo mẽse denũciare,uidelicet monstram esse factam,& taliter factam,& talẽ defectum in prædictis,& aliquo prædictorum esse inuentum. Quã quidẽ denunciationem,& notificationem suprascripti Vicarii,&Potestates in cãcellaria prædicta saltem semel in mense,si non fecerint,& eam facere omiserint, intelligantur,& sint priuati ipso iure,quod non possint postea infra duos annos sequentes consequi aliqua officia a lucensi cõmuni. Verũ ut eorundem castellanorum fraudibus magis obuietur,decretum esse intelligatur & sit,quod in resignatione & consignatione Rocharum,& Fortiliriorum,munitionum,& uictualium,necnon armorum,quam faciunt castellani eorum successoribus,nullus notarius possit rogari de consignatione munitionum,uictualium,& armorum,nec instrumenta,aut inuentaria propterea conficere,nisi re ipsa,& effectualiter ipsa omnia,de quibus instrumentum conficitur,appareant,& ostendantur in præsentia notarii & testiũm in instrumento adhibitorum,& non sub clausula confessus est habuisse & recepisse. Quod si secus factum fuerit,consignatio ita facta per confessionem non releuet consignantem. Et nihilominus notarius,qui de tali instrumento cõfessionato rogatus fuerit,intelligatur,et sit priuatus per duos annos proxime sequentes immediate quocunq; officio lucensis cõmunis. Decernendo pro opportuno remedio,quod magnifici domini Antiani,qui per tempora erunt,teneantur,et debeant sub uinculo iuramenti procurare quod Vicarii uicariarum faciant in quolibet fortilitio,quod custoditur unum locum expensis uicariarum,in quo munitiones dicti fortilitii recludantur,tam uictualiarum,quam armamentorum,infra sex menses proxime futuros,et clauis stet Lucæ penes officium trium ciuium super munitione deputatum et deputandum,et inde extrahi non possit sine licentia dicti officii,nisi in casu belli,sub pęna illis,qui contrafecerint priuationis officii per duos annos,et refectionis rerum,quæ deficerent: reuideri tamen debeãt per unum ex officio prædicto,siue alium,seu alios ab eo eligendos,et in quibus fortilitiis teneri debeant uictualiæ in illa quãtitate et qualitate,prout disponitur per capitula et ordinamenta lucensis cõmunis, præsertim per ordinamenta facta de anno.M.D.xxv.die.xiii.Februarii,ad quæ capitula in omnibus suis partibus relatio habeatur. Et in quibus fortilitiis,et rochis,et inuentariis faciendis,et in mulctandis singulis inobediẽtibus,Vicariis,et Castellanis,qui aliquam munitionẽ exportassent,seu derobassent,aut modo aliquo a suo loco amouissent,contra uoluntatem dicti officii,seruari debeant statuta et decreta lucensis communis,et eo maxime statuta facta de anno.M.D.xiiii.die secunda Augusti. Cæterum quili

bet Vicarius,Potestas,Castellanus,et conestabilis in districtu et territorio
ciuitatis lucensis teneantur,et obligari sint ob seruare omnia et singula sta
tuta,et decreta loquentia circa onera tenendorum famulorum,equorum,
et sergentium,munitionum,et armorum,et circa obligationem de ipsorū
officio,et loco,nō discedendo,adeo quod dicta oia et singula suprascripta
statuta & decreta ex nunc intelligantur, & sint confirmata,& de nouo con
dita,& sancita,cum declaratione,quod omnes stili & malæ consuetudines
circa suprascripta statuta & decreta intelligantur,& sint aboliti & abolitæ,
ac penitus reiecti & reiectæ,& ultra penas & mulctas dispositas & ordina-
tas per dicta statuta & decreta,statutum sit,& esse intelligatur, quod quili-
bet Vicarius,Potestas,Castellanus,uel Conestabilis,ut supra,qui fuerit re-
pertus ab habente authoritatem faciendi monstram deficere in aliquo , &
esse in aliquo ex suprascriptis defectibus,adeo quod ter durante officii sui
tempore,in diuersis tēporibus punctatus,intelligatur & sit priuatus, quod
pro duobus annis postea sequentibus nullum possit consequi officium or
dinarium,uel extraordinarium a Lucensi communi,& Cancellarius con-
ductæ teneatur,& debeat talem sic punctatum declarare in scriptis,& pone
re in cancellaria Lucensis communis ad publicum speculum,ad claram
omnium notitiam , sub pena priuationis sui officii, & casu quo Potestates
in suis Potestariis,& notarii in suis Vicariis ter cessauerint mittere in scri-
ptis ad cancellariam,ut supra,monstram faciendam Vicariis , Castellanis,
& Conestabilibus intelligantur,& sint,& quilibet eorum intelligatur, & sit
priuatus,quod pro annis duobus proximis non possit eligi , neq; assumi
ad aliquod officium Lucensis communis , ut supra . Cum declaratio-
ne , quod quilibet Vicarius teneatur commodare unum equum suo no-
tario quotiens ire uoluerit ad faciendam monstram , sub pena ipsi Vica-
rio pro qualibet uice recusante commodare dictum equum pro dicta cau
sa Floreni unius ad triginta sex.Et qui Vicarii, & alii quicunq; Officiales,
quocunq; nomine nuncupentur,qui deputarentur,et deputati essent nomi
ne lucensis communis in aliqua Terra comitatus,et districtus lucensis,ha-
bere,et apud se tenere debeat claues oēs cuiuscunque portæ succursus qua
rumcunq; Rocharum existentium in ea terra,in qua Officiales essent con
tinuo,tam de die,quam de nocte , Ita tamen quod ad requisitionem Ca-
stellani unius,uel plurium talium Rocharum singulis decem diebus se-
mel et non ultra accedere teneatur ad huiusmodi Rochas, uel eius nota-
rium mittere cum dicta claui ad ipsam portam aperiendam, pro intro-
mittendo ligna,munitiones,et alia necessaria , quæ ipsi Castellano com-
moda essent,per ipsam portam intromittere,Et facta intromissione dicta
rum rerum in præsentia dicti officialis,ipsam portam immediate claudat
dictis clauibus,et secum reportet,et apud se retineat ipse Vicarius,uel Of-
ficialis,et ad sic faciendum ipse Officialis teneatur,et nō aliter,uel alio mo
do. Declarantes quod omnes procincti,et circuitus,annexi,et coniuncti

ipsis

ipsis Rochis,tã qui essent uersus partẽ castri,quã a parte exteriori ipsius castri,intelligantur & sint rochæ,et fortilitiũ, nec in ipsis possint aliqui in tromitti sine licentia,et signo ordinato per Magnificos dominos antianos,sub pęna,et prout cõtinetur in statutis conductæ,et aliis statutis tam circa fortiliciũ Viereggii,quã aliorũ fortiliciorũ, et arcium lucẽsis cõis: cum hac declaratione ꝙ circa pęnas ipsorum statutorũ impositas castellanis exeuntibus de rochis, et intromittentibus aliquem seu aliquos in ipsis arcibus sine licentia,ut supra,et sine debitis contrasignis, intelligatur et sit additum et declaratũ sub poena capitis,ita ꝙ moriatur.Cõcedẽtes tamen authoritatem Magnificis dominis antianis et cõducteriis, qui per tempora erunt,dandi licentiam Sergẽtibus Rocharum hospitandi extra dictas rochas,considerata longinquitate rocharum,nõ obstantibus dictis statutis conductæ,quibus disponitur, ꝙ tales sergentes rocharum non possint impune hospitari extra fortilitia noctis tempore,et firmis remanentibus dispositionibus præfatorum statutorũ prohibentium circa personas nõ immittendas,nec retinendas in fortiliciis et arcibus eis cõmissis,authoritate pręsentis statuti ampliata intelligatur et sit authoritas prefatorũ Magnificorũ dominorũ Antianorũ et conducteriorũ concedendi licentiam omnibus et singulis castellanis extra in districtu deputatis bis in tempore cuiuslibet collegii eo modo et forma,sicuti per formam dictorum statutorum concedere possunt semel,pro quolibet collegio, et pro tanto tempore pro qualibet dictarum concessionũ pro quanto concessum erat pro unica uice,idest pro diebus octo pro qualibet cõcessione, et qualibet uice. Declarantes ad tollendam corruptelam castellanorum, ꝙ prohibitio nõ acceptandorũ in fortilitiis extendatur tam ad mulieres,et fęminas, et pueros, & puellas,quã ad uiros et homines: derogantes omni consuetudini seu corruptelæ hactenus per ipsos castellanos,uel aliquẽ ipsorum seruatę et omni alii contrarietati.

De officio Vicariorũ et Potestatum circa exactionẽ cõdẽnationum criminaliũ,et aliarũ exactionũ ciuilium. Cap.V.

STatuimus ꝙ quilibet Vicarius in sua uicaria,et quilibet Potestas in sua potestaria teneatur et debeat omnes et singulas condemnationes,quas fecerit tẽpore sui officii,cum effectu exegisse, et fecisse deuenire ad manus camerarii uicariæ seu potestariæ soluẽdas pro medietate cameræ cõis lucensis,et pro alia medietate camerario dictæ uicariæ seu potestariæ,quod si quilibet Vicarius seu Potestas nõ fecerit, teneatur,et debeat de suo proprio soluere dicto camerario omnes et singulas quãtitates huiusmodi cõdemnationũ,quas non exegisset,et de pręedictis debeat finito officio sindicari, dũtamen puniri non possit propter obmissam exactionẽ condemnationum,quas fecerit in ultimo mense sui officii,quæ si per eundem Vica-

rium seu Potestatem, qui eas tulerit exactæ forent, teneatur successor infra duos menses a die, qua in officio intrauerit proxime computandos, illas effectualiter exegisse, sub dicta eadē poena soluenda de suo proprio: Et quilibet Vicarius seu Potestas, qui dictas condēnationes per eum non exactas de suo proprio soluerit, habeat regressum contra cōdemnatos, & eorum bona, & succedat in locum & ius Lucensis cōmunis usq; ad illam quantitatē, quam talis Vicarius uel Potestas de proprio soluisset. Et oēs & singuli notarii dicti Vicarii seu Potestatis teneantur ipsum Vicariū seu Potestatem certiorare de contentis in pręsenti capitulo, sub poena librarum decem pro qualibet uice, de qua certificatione stetur, & credatur scripturæ eiusdem notarii, redactæ in libro actorum curiæ huiusmodi Vicariæ seu potestariæ. Et prædictis declarando adiicimus, φ si cōtingat condemnatum fideiussores non præstitisse, & propterea personaliter detentū esse, tunc fiat executio in bonis, si qua reperiātur, sed si nō reperiantur, tūc Vicarius liberatus sit a dicta poena soluēdi de proprio, si talē reū condē natum in carceribus detētum assignauerit. Item statuimus quod quilibet Vicarius in sua uicaria, & Potestas ī sua potestaria teneatur & debeat exegisse cum effectu bāna a se lata tempore sui officii contra quoscūq; habentes bona mobilia uel immobilia in dicta sua uicaria uel potestaria usq; ad concurrentem quantitatem ualoris dictorum bonorum, de quibus bonis infra quinq; dies a die primi banni lati proxime cōputandos, teneatur diligētem inquisitionem & descriptionem facere, quam descriptionem a die dicti primi banni lati facere teneatur, quāuis poena non excederet quātitatem librarum centum, nō obstante statuto in libro quarto maleficiorum posito, sub Rubrica de sequestrandis bonis malefactoris. Si quis autē Vicarius uel Potestas prædicta non obseruauerit, & per eum steterit, quominus prædicta obseruet, ut supra cōtinetur, teneatur de suo proprio huiusmodi bannorū quātitates soluere Camerario suæ uicariæ, uel potestariæ, & pro quantitate quā solueret, regressum habeat contra tales bannitos, & eorū bona, & succedat in ius Lucēsis cōis, & dictæ uicariæ, seu potestariæ. Declaramus tamē quod dicti Vicarii & Potestates puniri nō possint propter obmissam exactionem bannorum, quæ tulerint in ultimo mense sui officii, quæ si per eundem Vicarium seu Potestatem, qui ea tulerit, exactæ non forent usq; ad ualorem bonorum huiusmodi bannitorum, teneatur successor dicta banna exegisse a suo præcessore lata infra duos menses a die, quo officium intrauerit, proxime computandos, sub poena soluendi de proprio, sicut supra dictum est. Sed si per Vicariū seu Potestatem non steterit, quominus prædicta exactio fiat, a dicta poena soluēdi de proprio sit liber, & absolutus, dūmodo descriptionem faciat, prout superius continetur, de bonis bannitorum, si qua reperiantur, & prędicta omnia locum habeant, & procedant generaliter in qualibet quantitate, etiam minima, scilicet quod nulla quantitas, quantūcunq; minima, quæ spectaret ad Lucense cōe

se cõmune, seu ad aliquã uicariam,uel potestariam,aut ad aliquod cõmu ne ipsorum locorum,seu ad Lucense cõmune,& ad ipsa loca simul, possit per aliquem Vicarium in sua uicaria, uel potestatem in sua potestaria, seu per aliquem notarium,seu officiales Lucensis cõmunis capi,aut recipi a debitoribus,uel debẽtibus,uel per interpositam personam,etiam si diceretur se capere animo deferendi ad camerarium Lucensis cõmunis, sub poena priuationis officii ad quod electus esset ipso facto & ipso iure,& a quibuscunque aliis officiis eligendus esset per annos duos cõtinuos inde sequẽtes,& ultra hoc Florenorum decem ad.xxxvi.pro quolibet & qualibet uice,sed debeanr,& quilibet eorum debeat,ut dictum est huiusmodi quantitatem deuenire fecisse ad manus camerarii,ut supra,& quilibet Vicarius ĩ sua uicaria,& potestas in sua potestaria habere debeat unum bastardellum marchiatum,& apodixas marchiatas,& teneatur officiũ super introitibus Lucensis cõmunis huiusmodi librum & apodixas consignare uni ex notariis dicti Vicarii,& Potestati,ut supra:qui notarius scribere teneatur in dicto libro,seu bastardello,omnes & singulas cõdemnationes,quæ fierẽt in eius uicaria & potestaria,& scribere apodixám camerario uicariæ solutionis fiendæ & datiarum,Et quam apodixam dictus camerarius subscribere teneatur,Et sic subscripta remanere debeat ĩ manibus Vicarii,seu Potestatis,quod nihilominus de datiis non uendicet sibi locum in datiis,seu pecuniis datiarum,quæ soluũtur per petẽtes in iudicio:quæ pecuniæ possint per notarium,seu notarios curiarum,& per potestatem locorũ impune accipi & capi,ut hucusque consueuit,uidelicet si quantitas datiæ soluendæ esset infra libras duas bonæ monetæ ad computum librarum trium, & solidorũ quindecim pro quolibet Floreno,ab inde uero supra solutio debeat fieri camerario uicariæ.Hoc expresse declarato,quod datias,quas ipsi notarii & Potestates acceperint,soluere & consignare teneantur camerario generali Lucensis cõmunis saltem infra mensem a die depositi officii,sub poena statu. Et prædicta locũ non habeant,nec intelligantur pro camerariis Lucensis communis,uel uicariarum,& locorum, in manibus quorum pecuniæ omnes tam multarum, bulletinorum, Gabellarum, quam compositionum,& aliæ omnes pecuniæ,ut supra applicandæ,& debendæ proueniant per apodixas notariorum in Vicariis, & Potestatum in potestariis directas ad camerarium loci,et qui camerarius recepta pecunia subscribat apodixam,et quæ apodixa sic subscripta remanere debeat in manibus notarii,seu notariorum,uel Potestatum in suo casu, et ipsas apodixas mittere teneantur dicto officio super introitibus,prout in Gabella obseruatur:Et quæ dispositio comprehendat non solũ multas,et alias condemnationes criminales,sed etiam omnes collectas,compositiones,gabellas,et omnes alios casus,in quibus deberetur,ut supra. Verum quia in uicaria Camaioris Gabellę paruę,quæ soluũtur,solitæ sunt poni in quo-

dã cippo,in cãcellaria Camaioris cõstituto,& in uicaria corelię in quadã capsa existenti penes dominum Vicarium, statutũ sit & esse intelligatur quod deinceps in ipsis Vicariis gabellæ exiguæ,quæ solent poni in cippo & in capsa,ex quo oẽs fiunt cum apodixa cancellarii dictorum locorum, quam uidẽt & sigillant Vicarii ipsorũ locorum, quod a tergo ipsarũ apodixarũm sigillandarũ notarii scribant,quod soluitur in cippo & capsa, & quid sgabellatur,& Vicarii teneant cõputum totius,& pro suo labore habeant ipsi Vicarii solidũ unum pro qualibet libra, & singulo mense semel aut bis,prout pecunia merit,extrahãt,& cõsignẽt camerariis per apodixã, ut dictum est.Multas uero,quas officiales de facto faciunt,& exigunt,licet exigere possint,nolumus tamen ut pecunias ipsarũ capiant, aut recipiant, sed illas camerariis per apodixam solui faciant,Dũtamen notarii,seu notarius in locis ubi sunt notarii sint rogati,seu rogatus de ipsa multa facta, & de illa computum clarum teneãt,& habeat pro mercede notarius solidum unum pro libra,In locis uero ubi nõ sunt notarii, ut sunt potestates in suis potestariis,non possint etiam ipsas condemnationes uel multas de facto factas recipere,sed illas camerario solui faciãt,& unus ex conestabilibus dicti loci scribat,uel per alium scribi faciat nomen soluentis,& diem, & quantitatem,et teneat computum clarum,et pro suo labore habeat dictus conestabilis solidum unum pro qualibet libra. Si quis autem aliter, quam supra ordinatum sit,ipsas pecunias, uel aliquas ex supradictis ceperit,incidat,et incurrat,et incidisse intelligatur in pœnis et cẽsuris supra declaratis,et tã Vicarii,quã notarii,et conestabiles suprascripti teneantur ad omnem requisitionem dicti officii super introitibus ipsa computa ostendere,et iurare illa fideliter tenere.et in fine eorum officii intra dies octo teneantur,nihilominus ipsa computa,apodixas,et libros præsentare præfato officio ad hoc,ut uideri et haberi possit computum,et ratio prædictorum.Declarantes insuper,quod in locis in quibus non esset Camerarius, Vicarii, et Potestates ipsorum locorum teneantur et debeant infra duos menses proximos creari facere,et eligi Camerarium unum in manu cuius perueniant pecuniæ,quas dispositum est supra,ad ipsorum manus peruenire,Et ad remouendum omnem occasionem,et materiã aliquid attentandi,uel faciendi contra præsentem legem, seu statutum,ordinatum esse intelligatur,& sit,quod apodixę bullettinorum fiant per notariũ,seu notarios,& registrentur in uachetta,& per Vicarium sigillentur, & pecuniæ, & emolumenta apodixarũ diuidantur inter eos per medietatem. Declarantes ulterius,quod pœna Florenorum decem ad.xxxvi.de qua supra, pro una tertia parte applicetur accusatori,& pro aliis duabus Lucensi Cameræ,& quilibet admittatur ad accusandum:& non possit condemnatus habere gratiam,nisi concordato accusatore,& exactor,seu exactores Lucensis cõmunis,quã primũ habuerit notitiam de contrauentione facta in aliquibus

aliquibus partibus,aut rebus,de supraſcriptis, quomodocūq;, & qualitercūque, teneatur & ſeu teneantur ſtatim contrauenientes notificare cancellariæ Lucenſis cōmunis,& cancellarii teneantur ipſos ponere,& cum effectu ponant ad ſpeculum,ut nomina eorū nota ſint omnibus,Et qui cancellarii notificent quoq; dominis Antianis ad effectum,ut de ſubſtituto prouideant,ad officium ſupraſcriptum.

De officio Vicariorum & Poteſtatum,in exactione quantitatum,quæ ciuitati Lucenſi deberentur,occaſione compoſitionum,ſalis,& ſtipendii Barigelli in eorum uicariis & poteſtariis. Cap.VI.

STatuimus quod quilibet Vicarius in ſua uicaria,& poteſtas in ſua poteſtaria,quorum officia,ſeu magiſtratus incipiunt in Calendis Ianuarii cuiuſlibet anni,teneantur,et debeant uiribus eorum officii cogere,& compellere omnes & ſingulas cōmunitates,& ſingulares perſonas ad ſoluendum per totum menſem Februarii omnes,& ſingulas quātitates pecuniarum, quæ ciuitati Lucenſi deberentur occaſione compoſitionum,ſalis, & ſtipendii Barigelli,& ſuę familiæ pro mēſibus Octobris, Nouēbris,& Decembris præcedentibus introitum eorum officii, & effectualiter huiuſmodi quantitates deuenire feciſſe in manibus Camerarii generalis Lucenſis cōmunis,qui camerarius generalis per tempora exiſtens,teneatur, & obligatus ſit, omnibus uicariis,& poteſtatibus ita laicis, ſicut notariis Lucenſis diſtrictus,ſoluere effectualiter eorum præſtātias,ſaltem die quintadecima primi mēſis officii ipſorum, ſub pœna ducatorum quinquaginta pro quolibet,& qualibet uice:Item habita fide in ſcriptis ab exactoribus Lucēſis cōmunis integrę ſolutionis,ut ſupra,teneatur et debeat per totum mēſem Martii ſoluiſſe dictis officialibus duas mandatorias ultra præſtantiā iam ſolutam,Et eodem modo teneantur,et obligati ſint prædicti officiales exegiſſe aliam ſolutionem exactionum prædictarū,uidelicet pro menſibus Ianuarii, Februarii,et Martii temporis eorum officii, et pecunias ſic exactas deuenire feciſſe ad manus dicti camerarii generalis per totū menſem Maii,qui camerarius teneatur & obligatus ſit ſub eadem pœna,ut ſupra ſeruatis ſeruandis, ſoluere dictis officialibus in fine menſis Iunii proxime ſequentis alias tres mandatorias abſque aliqua contradictione:Officiales uero,quorum officia incipiunt in Calēdis Iulii,teneantur,et debeāt exigere ſolutionem,ut ſupra,menſium Aprilis,Maii, & Iunii præcedentiū tempus eorum officii,& menſium Iulii,Auguſti,& Septembris ſequētium dictum officium,et huiuſmodi ſolutiones deuenire fec iſſe ad manus dicti camerarii generalis, ſcilicet primam ſolutionem per totum menſem Auguſti,et ſecundam per totum mēſem Nouēbris,et ipſis officialibus man-

datoriæ hoc modo soluantur per camerarium suprascriptum, duæ ultra præstantiam iam solutam per totum mensem Septembris, et aliæ tres per totũ mẽsem Decẽbris, seruatis seruãdis, sub suprascripta pœna. Decernẽtes tamen ꝙ Vicarii Castilionis, & Minucciani, quorum officia sunt annalia, & incipiunt in Calendis Iulii cuiuslibet anni, debeant exegisse pecuniarum quantitates debitas pro mensibus Aprilis, Maii, & Iunii, præcedentibus tempus eorum officii, per totum Augustum sequentem, pro mẽsibus Iulii, Augusti, & Septembris, per totum mensem Nouembris, pro mẽsibus Octobris, Nouembris, & Decẽbris per totum mensem Februarii, pro mẽsibus Ianuarii, Februarii, & Martii, per totum mensem Maii sequentis, & huiusmodi exactiones deuenire fecisse ad manus Camerarii generalis, ut supra, Quo casu præfatus camerarius generalis sub pœna suprascripta teneatur, & obligatus sit ipsis Vicariis soluere eorum mandatorias temporibus suprascriptis, singula singulis congrue referendo. Declarantes expresse, ꝙ casu quo præfati Vicarii, & officiales a prædictis solutionibus & exactionibus suprascriptis tẽporibus cessabũt, omne & totum, id quod ad manus camerarii deuenire nõ fecerint, poni debeat ad computum ipsorũ, & cuiusqꝫ ipsorum salarii, seu stipendii per cancellarium conductæ: Reseruantes nihilominus ipsis Vicariis, & officialibus actionem repetendi & cõsequendi illud contra cõmunia, quæ extiterint renitentia ad soluendum, cum authoritate detineri faciendi particulares personas ipsorum cõmunium pro indemnitate ipsorum in quibuscũqꝫ carceribus ciuitatis Lucensis. Prohibentes ulterius ipsis Vicariis, Potestatibus, & aliis quibuscunque officialibus districtus Lucensis, accipere posse aliquam quantitatem pecuniarum suprascriptarum, etiam minimam, ab aliqua persona, aut cõmune quauis causa, aut quęsito colore, sed omnes soluere uolentes, & quos soluere compellunt transmittere ad dominos exactores Lucensis cõmunis, & ab eis solutionis apodixam recipere, quę apodixa sufficiat ipsis uicariis & officialibus ad faciendam fidem solutionis prædictæ, sub qua legis dispositione non comprehendatur potestas Noslani, cum sit ꝙ homines dictæ potestariæ soluãt eorum onera ad instar, & more, hominum sex milliariorum Lucensis ciuitatis. Declarantes ulterius, ꝙ a quocunque communi & singulari persona, quæ pagas salis nõ soluerit temporibus suprascriptis, quilibet uicarius in sua uicaria possit exigere, & accipere ad sui utilitatem impune denarios duodecim pro qualibet libra, quam exigi & solui fecerit post moram commissam: Et quilibet uicarius in sua uicaria sub pœna librarum quinquaginta, teneatur realiter & personaliter cogere, & compellere cõmunia, & personas suæ uicariæ ad soluendas dictas pagas ĩ dicto termino, ac etiam cogere teneatur Sindicos uicariarum per unum mensem ante terminos suprascriptos ad imponẽdum impositas salis: Ita ꝙ dictę pagę sint in dictis terminis solutæ camerario Douanæ salis Lucẽsis

lis Lucẽsis

lis Lucensis ciuitatis,& quilibet Vicarius possit,etiam absque iudicis uicariarum consensu,omnes & singulos sibi in prædictis, & in omnibus aliis, quæ dependent a suo officio,non obedirent,punire,condemnare,& mulctare,secundum formam statuti, positi libro quarto maleficiorum, sub Rubrica de modo multarum, Et hæc omnia,et singula,quæ in præsenti statuto,et statutis præcedentibus dicta sunt,intelligantur etiam dicta in Cōmissariis,et Potestatibus potestariarũ,quatenus ad eos aptari possunt,dũmodo non excedat iurisdictionem eis attributam.

De pœna Vicariorum,Commissariorum,et potestatum, et ipsorum familiæ in eorum uicariis et potestariis indebite pecuniam extorquentium,seu aliam extortionem cōmittentium.

Cap. VII.

STatuimus ꝙ nullus Vicarius in sua uicaria,seu Potestas in sua potestaria,uel aliquis de eorum et cuiusꝗ eorum familia audeat,uel pręsumat, seu audeāt,uel pręsumant,aliquo modo,seu quæsito colore,ab aliquo,seu aliquibus suæ uicariæ,uel potestariæ,pecuniam aliquam indebite sibi solui facere,aut solutionem,aliquam pecuniarum indebite recipere,uel extortionem aliquam committere,sub pœna de qua infra, et unicuique licitum sit authoritate pręsentis statuti accusare omnes Vicarios uicariarum,Cōmissarios,et Potestates potestariarum,et notarios,et quoscũque eorum,et cuiusꝗ eorum familiæ,ut supra,de omnibus & singulis extortionibus et solutionibus pecuniarum factis occulte,seu aperte,quomodocũꝗ, & qualitercũque,occasione tam maleficii,criminis,seu excessus,quam inobedientiæ:Et ille,qui soluisset dictis Vicariis,Cōmissariis, aut Potestatibus, & Notariis, aut alicui eorum familiæ, aut alii, qui scirēt huiusmodi solutionem fuisse factam,ipsos, seu ipsorum aliquem accusando collegio Magnificorum dominorum Antianorum,aut officio super introitibus Lucensis ciuitatis per tempora existentibus,lucrētur Ducatos decem pro qualibet uice,qua esset contrafactum,ut supra,per dictos Vicarios,Commissarios,Potestates,Notarios,aut aliquem eorum familiæ,soluendos per eosdem met Vicarios,Cōmissarios,& Potestates,Notarios, seu alios eorum familiæ contrafacientes statim ultra restitutionem pecuniarum,ab eis,seu aliquo eorum receptarum a talibus personis, & nihilominus tales Vicarii,Commissarii,Potestates,notarii,& alii de eorum & cuiusque eorum familia culpabiles reperti,ipsofacto, & ipso iure intelligantur, & sint priuati ab omnibus,& singulis officiis utilitatis per annos decem proxime futuros a die huiusmodi commissi delicti,et cōdēnationis de eo secutæ: & notificari debeat hoc cācellariæ dictorum Magnificorum.D.Antianorum

Insuper teneãtur præfati Vicarii,Cõmissarii,& Potestates,& obligati sint in primo,aut secundo parlamento in eorum Vicariis,& potestariis per eos coadunando,& congregando in initio eorum magistratus,publicare,& legi facere prædictos ordines,& ipsorum obseruantias,sub pœna tam præfatis Vicariis,Cõmissariis,& Potestatibus,quam eorũ notariis priuationis officiorum,ut supra:Cæterum teneantur,& obligati sint dicti Magnifici domini Antiani per tempora existentes,quolibet anno de mẽse Iulii, & Augusti,Ianuarii,& Februarii,sub pœna periurii,scribere, seu scribi facere Vicariis cuiuscunq; uicariæ per tẽpora existentibus,Cõmissariis,& Potestatib. potestariarum, qualiter notificare debeant in publico parlamento, & per publicum præconem, quod omnes illi,qui indebite se grauatos putarent,seu aliquam extortionem,uel iniustitiam ipsis factam,uel contra formam statutorum Lucensis cõmunis se læsos esse sentirent a dictis Vicariis,Cõmissariis,uel potestatibus,debeãt comparere coram prefatis Magnificis dominis Antianis intra tres dies tunc proxime sequentes,& infra illud tempus,Et qui Magnifici domini Antiani,& officium super introitibus suprascriptum auditis ipsorum querelis & lamenationibus, in casibus ipsis Magnificis dominis concessis puniant & restituere faciant res indebite extortas,Alios uero casus remittant curiæ domini maioris sindici,& iudicis appellationum ciuitatis Lucensis,operãdo nihilominus, quod aduocatus fisci cum dicto maiori Sindico interueniat ad hoc, ut huiusmodi Vicarii,Cõmissarii, et Potestates contrafacientes puniantur,secũdum formam statutorum, Et notarii dictorũ Vicariorum,Cõmissariorum,& potestatum teneantur,& obligati sint intra dies octo post depositionem officii,ferre eorum libros tam maleficiorum, quam actorum ĩ manibus dicti maioris Sindici, ad hoc ut fieri possit dictus sindicatus, relaxando ipsos notarios a pœna obligationis mittendi libros in Archiuo publico intra quindecim dies,ut in statuto propterea condito cõtinetur:Quod tempus prorogatum esse intelligatur,& sit dictis notariis uicariarum, cõmissariatuum,& potestariarum usque in unum mẽsem,abrogando,& derogando omnibus abusionibus,& prauis consuetudinibus hactenus obseruatis,Et notarii curię Fundaci teneãtur & debeant oẽs q̃relas, quæ peruenirent ad eorum,& cuiusq; eorum manus extortionum,& simoniæ,præsentare ĩtra octo dies collegio Magnificorum Dominorum Antianorum,qui Magnifici domini Antiani teneantur prefatum maiorem Sindicum & Aduocatum fisci solicitos reddere ad procedendum contra ipsos & culpabiles repertos puniendum,iuxta formam statutorum. Decernẽtes insuper quod Vicarii uicariarum,Commissarii, & Potestates potestariarum nullo modo,seu quouis quęsito colore expendere possint aliquas pecunias Lucensis cõmunis in fabricando,seu aliud faciendo in eorum Vicariis,& Potestarus,sine expressa licentia officii super introitibus Lucensis cõmunis, &

omnes

omnes solutiones fiendæ, casu quo obtineretur licentia a præfato officio, fieri debeant per camerarium uicariæ ubi fierent solutiones, & non per aliam personam, seu alio modo.

De eo, quod Officiales Lucensis cõmunis tam forenses, quam ciues allegari non possint suspecti in ali/qua causa ciuili, seu criminali. Cap. VIII.

STatuimus & ordinamus, quod nullus Officialis Lucensis communis tam forensis, quam ciuis, uidelicet dominus Lucensis Potestas, Vica/rius dicti domini Potestatis, & eius Iudex maleficiorum, & dominus ma ior Sindicus, & Iudex appellationum, & Capitaneus comitatus, & quili/bet alius officialis ciuis, deputatus ad aliquod officium in ciuitate Lucensi uel districtu, cuiuscũq; sint iurisdictionis, uel authoritatis, possint, uel aliqs ipsorum quoquomodo possit dici, seu allegari suspectus in aliqua causa ciuili uel criminali coram eis uel eo uertente, uel quæ mota esset, seu moue retur, neque ab ipsis iudicibus, aut aliquo ipsorum admittatur deinceps, aut admitti possit ulla oppositio dictæ suspitionis, sed ea nõ obstante pro cedatur in causa, ac si opposita nõ fuisset, quibuscũque in contrarium non obstantibus.

De iudiciis ciuilibus. Cap. VIIII.

PRæmissis officiis & iurisdictionibus tam domini Lucensis Potestatis, quam Vicariorum. Superest quod causarum & quęstionum ciuilium ordinem & processum ordinare curemus. Igitur declaramus quod in to/to statutorum uolumine nulla prorsus differentia sit uel esse intelligatur in nomine causæ, litis, quęstionis, seu controuersiæ, quia legẽ rebus & non uerbis imponere intendimus, ut cõmunis usus loquendi, plusquam rigor uerborum in omnibus attendatur, & unumquodq; dictorum uerborum uerificetur in statutis, tam ante litem contestatam quam postea. Et statui mus quod quilibet, qui aliquam personam uel uniuersitatem fecerit ĩ ius uocari, dicatur agere & agere uelle tam ante litem contestatam, quam po/stea. Et sicut de iure cõmuni nemo agere uel accusare cogitur, ita postquã cepit, prosequi cogatur, ita quod reo inuito nequeat desistere. Et intelliga tur incohasse, qui petitionem suam in iudicio parte citata fecerit, etiã si lis contestata non fuerit, nisi renũciaret liti & actioni intentatæ, cum restitu/tione expensarũ ab aduersa parte factarum, tunc enim desistere possit, etiã inuita parte aduersa. Et si actor trina uice citatus, uel a Iudice monitus iu diciũ nõ fuerit prosequutus, Iudex in causa procedat, & iura, & probatio nes rei recipiat, & sentẽtiã pferat, q̃ iuri cõsonet & statutis, & eidẽ acton in qualibet ipsarũ triũ citationũ dierũ trium utiliũ dilatio cõcedatur ad iu/

dicium prosequendum. Si autem reus citatus comparere seu prosequi recusauerit, seruetur statutum infra positum sub Rubrica de modo procedendi contra reum contumacem in ciuilibus. Si uero uterq; actor & reus iudiciũ subeant, & causam prosequantur, iudex causam audiat, & decidat, prout iustitia suadebit, & illi admittantur in iudicio ad agendum, uel ad defendendum, qui alias de iure communi possunt & debent admitti, nisi aliud ex forma alicuius specialis statuti disponatur, tunc enim quod statutum est, uolumus obseruari. Et si contingat quod aliquis in iudicio uel extra dixerit, uel proposuerit, seu diffamauerit quod uelit agere contra aliquam personã ex quacunque causa, etiam posito, quod diffamans non exprimeret, seu non allegaret causam quare prætendat, quem esse sibi debitorem, teneatur quilibet officialis & iudex, prout ad suam iurisdictionẽ pertineret, ad petitionem personæ, contra quam agendum diceretur, uel diffamaretur, assignare eidem diffamanti, uel ut dictum est asserenti, perẽptorium terminum ad agẽdum saltim duorum mensium, uel ultra, usque in sex menses, arbitrio iudicis consideratis conditionibus personarũ, & qualitate causæ mouẽdæ, infra quem terminum actor possit agere, & iudiciũ inchoare, nisi dies uel conditio penderet, Quo casu differatur, & fiat dicta termini assignatio in euentum diei, uel conditionis, seu facultatis agendi. Et si infra terminum assignatum nõ inchoauerit, postea pro eadem re uel facto agendo nullatenus audiatur.

De intelligendo quãlibet personam cum diligentia. Cap. X.

Statuimus, quod omnes & singuli officiales Lucẽsis ciuitatis, prout ad suam iurisdictionem pertinet, teneantur & debeant singulis diebus iuridicis pro tribunali sedere ad banchum curiæ propterea deputatum pro iure reddendo, & iustitiam ministrando cuicunque petenti, per tantum temporis spatium, quantum sufficiat & expediat pro iustitia administranda: Et omnes & singulas personas patienter audire publice, & palam portis & hostiis apertis, uidelicet in officialibus Lucensis ciuitatis semel tantum in die hora uesperarum, uel circa uesperas, et tota illa dies habeatur pro utili. Si quis autem officialis omitteret sedere quolibet die iuridico semel tantum in die ut supra, incidat et incidisse intelligatur in poenam librarum quinque bonæ monetæ pro quolibet contrafaciente, et qualibet uice, saluo tamen iusto impedimento infirmitatis, uel absentiæ, derogando omni malæ consuetudini, et abusui incontrarium hucusque obseruatis, et teneantur notarii curiarum omnium officialium tam in ciuitate Lucensi, quam in districtu, uel saltem unus ex ipsis, sub eadem pœna, eadem die, qua per dictos officiales fuerit contrafactum, mittere talem officialem pũctatum ad cancellariam Dominorũ Antianorũ, in libris quinque

bonæ

bonæ monetæ, de qua punctatione plene credatur notario sic ad cancellariam transmittenti, quæ nihilominus punctatio debeat die sequenti in ciuitate tali officiali punctato notificari, & possit corã præfatis dominis Antianis intra octo dies tunc proxime sequentes se medio iuramento excusare a tali punctatione: Officiales uero districtus Lucẽsis possint se coram dictis dominis Antianis a tale punctatione finito officio medio iuramento excusare, & cancellarii cancellariæ teneantur sub eadẽ poena talem punctationem officialis, qui se ut supra non excusauerit, ponere ad computum eius salarii: Et unaquæque persona ciuitatis Lucẽsis & districtus, & etiam aliunde, possit libere aditum habere ad ipsos officiales ubicũque fuerint horis & temporibus congruis, & diebus etiam feriatis: & nõ possit aliquis officialis uel iudex prohibere, uel ꝓhiberi facere, quominus quęlibet persona possit ire ad eum libere, ut supra dictum est, & si quis officialis in aliquo cõtra fecerit, puniatur qualibet uice in libris quinquaginta, & nullus de familia alicuius officialis possit tenere de die hostia clausa ad pęnam librarum decem pro qualibet uice, & quilibet officialis teneatur cum diligẽtia & patientia audire quãlibet personam, quæ sua iura diceret, uel allegaret, etiam si diceret, quod sibi iniuria uel iniustitia ab ipso officiali fieret, & etiam si protestaretur eidem officiali de aliqua poena, quæ per formã alicuius statuti ueniret eidem officiali imponẽda. Et si qua persona uoluerit aliquã protestationem facere corã aliquo officiali seu iudice, teneatur ipse officialis ipsam protestationẽ patienter audire, nec possit cõminari, uel grauare personam protestãtem, uel notarium, qui ipsam rogatus scriberet. Si quis uero officialis ĩ aliquo contrafecerit, puniatur in libris quinquaginta. Declarantes quod officiales in comitatu & districtu teneantur quilibet in sua iurisdictione singulis diebus iuridicis sedere pro iure reddẽdo ad bãchum iuris, propterea ordinatum semel tãtum in die hora nonarum uel circa nonas sub dicta poena librarum quinq;, quacunque consuetudine in contrarium non obstante.

De eo quod officiales teneantur pronũciare & declarare. Cap. XI.

AD excitandam iudicum, & officialium negligentiam, qui se libenter ac studiose exonerant, statuimus quod in omnibus & singulis casibus, ĩ quibus iudex seu officialis pronũciare, aut declarare, uel iudicare, aut exequi, aut alio quouis modo procedere, teneatur & debeat infra certum terminum statutorum. Idem officialis, seu Iudex, id facere teneatur & debeat cũ effectu infra terminũ statutorũ de materia loquentiũ, sub pęna librarũ quinquaginta pro qualibet pronũciatione, declaratione, aut executiõe, uel processu, sicut supra dicitur, nõ facto uel facta, in quã pęnã incidisse intelligatur ipsofacto sine alio ꝓcessu uel cõdẽnatiõe inde faciẽda, cuius pęnæ dimidia sit Camerę Lucensis cõis, & alia dimidia sit partis contra quam

commissa esset negligentia, et in eãdem pęnam, et eodem modo incidisse intelligatur quilibet officialis uel iudex, qui aliquid pronunciare, uel declarare, aut iudicare, uel exequi, aut aliter procedere teneatur et debeat post certum terminũ a statutis præfixũ, nisi post lapsum dicti termini statutorum intra tres dies utiles ita pronũciauerit, declarauerit, aut iudicauerit, uel executus fuerit, aut aliter processerit, postquã inde fuerit ab aliqua partiũ requisitus cũ protestatione huius pęnę in pręsenti statuto paulo ante appositę. Et hęc locũ habeãt nisi p formã alicuius statuti punitum esset de maiori uel minori pęna in aliquo casu speciali, cui per hanc generalem legem non intelligatur in aliquo derogatum. Et ut de prędictis pęnis fiat executio, notarius tali officiali seu iudici negligẽti, ut supra, in suo officio deseruiens, teneatur & debeat talem, negligentiam uel ommissionẽ in prędictis denũciare maiori exactori lucensis cõis infra tres dies proximos a die cõmissæ negligentiæ prędictæ, si officialis uel iudex fuerit in ciuitate lucensi. Si uero extra ciuitatem lucẽsem infra octo dies immediate sequẽtes, ut supra, & ipse exactor talem pęnam de facto retinere teneatur de salario talis officialis seu iudicis ut supra denũciati, alias dictus notarius, nisi sic denũciauerit, ac dictus exactor, nisi sic retinuerit, in eãdem pęnam, & eodem modo incidisse ipso facto intelligantur, & prędicta ualeant & obseruari debeant, omni prorsus contrarietate sublata.

De ferijs. Cap. XII.

Feriarũ aliæ sunt solennes & in honorem Dei introductę, & aliæ repentinæ, & aliæ propter messes & uindemias indictæ, de quibus oĩbus est per ordinem uidendum, & primo quidem statuimus quod infrascripti dies intelligantur & sint tam in ciuitate Lucensi, quã in toto eius comitatu & districtu in honorem Dei feriati uidelicet.

Dies uigiliæ Natiuitatis domini nostri Iesu Christi.

Dies Natiuitatis eiusdẽ, & omnes & singuli dies post ipsam natiuitatẽ proxime & immediate sequentes usq; ad diem secundã Ianuarii exclusiue.

Dies uigiliæ Epiphaniæ.

Dies festiuitatis Epiphaniæ.

Dies iouis, qui uulgariter dicitur di subrectaiuolo.

Dies Carnis priuii.

Dies prima Quadragesimæ.

Dies paschatis resurrectionis domini nostri Iesu Christi, & septem dies, dictum pascha proxime precedentes, & septem alii dies ipsum resurrectionis festum proxime & immediate sequentes.

Dies uigilię Ascensionis domini nostri Iesu Christi.

Dies Ascensionis eiusdem.

Dies uigilię Penthecostes.

Dies Paschatis Penthecostes cum duobus diebus proxime & immediate sequentibus.

Dies uigiliæ

Dies uigiliæ corporis Christi
Dies solennitatis prædictæ
Omnes, et singuli dies Dominici.
Item infrascripti dies cuiuslibet mensis intelligantur, et sint in honorem Dei feriati, prout infra per menses singulos declarabitur uidelicet.

De mense Ianuarii.

Dies sancti Antonii abbatis	xvii
Dies sancti Sebastiani	xx

De mense Februarii.

Dies uigiliæ Purificationis sanctæ Mariæ.	prima
Dies purificationis eiusdem	ii
Dies sancti Matthiæ apostoli	xxiiii

Anno uero Bisextili dies uigesimaquarta propter festum sancti Matthiæ non sit feriata, sed dies uigesimaquinta intelligatur feriata, qua die consueuit ecclesia tempore Bisexti dictum festum celebrare.

De mense Martii.

Dies sancti Gregorii	xii
Dies sancti Iosephi	xix
Dies uigiliæ annũciationis beatę Marię	xxiiii
Dies Annunciationis eiusdem	xxv

De mense Aprilis.

Dies celebrationis festi Libertatis	vi
Dies sancti Marci euangelistæ	xxv

De mense Maii.

Dies sanctorũ Iacobi, et Philippi apost.	prima
Dies sancti Alexãdri, et Inuentionis. S. Crucis.	iii
Dies Apparitionis sancti Michaelis	viii
Dies sancti Theodori episcopi lucensis	xix

De mense Iunii.

Dies celebr. Libertatis, et. S. Vincẽtii, et Benigni.	vi
Dies natalis sancti Ioannis Baptistę	xxiiii
Dies sanctorum Petri, et Pauli apost.	xxix

De mense Iulii.

Dies sancti Paulini episcopi lucensis	xii
Dies sanctæ Mariæ Magdalenæ	xxii
Dies sancti Iacobi apostoli	xxv

De mense Augusti.

Dies sancti Laurentii	x
Dies uigiliæ Assumptionis beatæ Virginis	xiiii
Dies Assumptionis eiusdem	xv
Dies sancti Bartholomęi apostoli	xxiiii
Dies sancti Augustini	xxviii

D

De mense Septembris.

Dies sancti Reguli.	prima
Dies natiuitatis.S.Mariæ uirginis	viii
Dies uigiliæ exaltationis almificæ Crucis.	xiii
Dies exaltationis eiusdem	xiiii
Dies sancti Matthei apostoli,et euangelistæ	xxi
Dies dedicationis sancti Michaelis	xxix
Dies sancti Hieronymi	xxx

De mense Octobris.

Dies sancti Francisci	iiii
Dies cõsecrationis maioris lucen.ecclesię	vi
Dies sancti Lucæ euangelistæ	xviii
Dies sanctorũ Simonis,et Iudæ apostol.	xxviii
Dies uigiliæ omnium sanctorum	xxxi

De mense Nouembris.

Dies festiuitatis Omnium sanctorum	prima
Dies commemorationis defunctorum	ii
Dies sancti Saluatoris	ix
Dies sancti Martini	xi
Dies sancti Fridiani	xviii
Dies sancti Andreæ	xxx

De mense Decembris.

Dies sanctorum Iasonis,et Mauri	iii
Dies sancti Nicolai	vi
Dies sancti Ambrosii	vii
Dies Cõceptionis beatæ Marię uirginis	viii
Dies sancti Thomæ apostoli	xxi

Dies principalis festi tituli,seu uocabuli cuiuslibet ecclesiæ, in cuius parrochia esset aliqua curia situata,tunc illa die,talis curia non sedeat.

Dies quibus in ciuitate lucensi curritur ad Brauium p formã statuti.

Item si in aliqua hebdomada nõ occurreret aliquod festum propter quod curia sedere non deberet,tunc quælibet dies ueneris cuiuslibet hebdomadæ in qua festum non occurreret intelligatur,& sit feriata in honorẽ passionis domini nostri Iesu Christi. Si uero in hebdomada inter præcedentem dominicam & sequẽtem aliquod festum occurreret, propter quod curia sedere non deberet,tunc dies ueneris illius hebdomadæ in qua festum occurreret feriata non intelligatur. Quibus diebus et temporibus,ut supra,demptis,quælibet curia semel in die sedere debeat,non obstãte aliqua cõsuetudine,q̃ in prędictis cõtraria esset,cui omnino expresse derogamus. Et in dictis feriis in ciuilibus causis nihil debeat agitari,nisi contra debitores de fuga suspectos, dummodo si dederint fideiussores de iudicio sisti, et iudicato soluẽdo,supersedeatur in causa,donec tempus iuridicũ aduenerit.

In aliis

In aliis uero causis,nil possit agitari,nisi prout,& quatenus de iure cōmu- ni,uel p formam alicuius capituli statutorū permissum esset, Et semp oēs, & singuli dicti dies intelligātur,& sint feriati in honorē Dei,et sanctorū. Item dies,qua detinetur consilium generale,si dictum consilium conuoce tur in uesperis,curia in ciuitate lucensi nō sedeat,& tota illa dies feriata sit: Si uero de mane congregetur,non sit feriata,nisi quo ad capturas,et execu tiones personales,quas dicta die fieri prohibemus ob reuerentiam dicti cō silii. Item dies in qua dantur uexilla,uel Potestas facit introitum suum,si huiusmodi uexilla dentur,et introitus fiat post horam tertiarum, secus si antea. Item omnibus illis diebus,quibus conficitur tasca Magnificorum D.Antianorum Curiæ in ciuitate lucensi nullo modo sedeant.

Sunt et aliæ feriæ,quas repentinas appellamus,quæ indici solent a Magni- ficis.D.Antianis,ex aliqua causa rationabili,uidelicet si ciuitas lucensis bel lum haberet,uel si gentes armigeræ essent hostiliter in territorio lucensi, uel si de aduentu armigerarum gentium dubitaretur, uel si mortifera pe- stis ciuitatem,uel districtum opprimeret,uel si alia causa uideatur iusta, et rationabilis Magnificis.D.Antianis: Et uolumus ꝙ dicto tempore, quo dictæ feriæ repentinæ p Magnificos.D.Antianos essent indictæ,nulla præ scriptio inducta a iure,siue a statuto currat.Sed omnia,et singula iura con seruentur,et sint in eo statu,et termino, in quibus erant tempore quo ipsæ feriæ fuerūt indictæ. Volumus tamen,et permittimus,ꝙ ipsis diebus de- bitores de fuga suspecti ualeant personaliter detineri,dummodo si dede- rint fideiussores de iudicio sisti,et iudicato soluendo,supersedeatur in cau sa,donec tempus iuridicum aduenerit, Possit etiam contra quoscūq; ad se questrum procedi de rebus,de quarum exportatione, uel occultatione du bitaretur,et etiam possint examinari testes, qui tempore iuridico iuraue- rint,et etiam possint ad perpetuam rei memoriam testes examinari. Item sequestra ualeant cancellari,per dationem fideiussoris,quibus cancellatis, ultra non procedatur in causa, sed supersedeatur, donec tempus iuridicū aduenerit. Item permittimus,ꝙ dicto tempore feriarum repētinarum fie ri possint protestationes,ac etiam deposita,si dies solutionis tunc cederet. Item dictis temporibus possint tractari causæ rerum,quæ essent tempore perituræ,intelligendo,si res,quæ peti intenderentur, essent tempore peri- turę,non autem de actione,cum superius sit prouisum,ꝙ præscriptio non decurrat,unde tunc actio perire non potest.

Præterea die qua.D.lucensis Potestas sententiam criminalem ferret con- tra aliquem de persona,uel membro,et executionem fieri faceret, si talis sententia proferretur,et executio fieret de mane,tota illa dies censeatur,et sit utilis,si uero post nonas,tota dicta dies sit feriata,dummodo in illa die aliud non obstaret,ꝙ curia sedere deberet.

Vltimo dicendum restat,de feriis ob necessitatem hominum introductis, uidelicet ratione Messium,et Vindemiarum,quas indicimus pro Messibus

a die sancti Viti quintadecima iunii,usq; ad diem decimamseptimam mẽsis Iulii inclusiue,& non ultra,et per totum ipsum tempus. Et pro Vindemiis a die tertiadecima septembris,usq; ad secundam diem mensis nouembris,et per totum ipsum tempus,quibus diebus causæ ciuiles nequeant tractari,uel agitari. Possit tamen in dictis temporibus propter Messes,et Vindemias feriatis,procedi in causis,et quæstionibus alimentorum,et in causis interdictorum retinendæ,et recuperandæ possessionis, et in causa nunciationis noui operis,et damni infecti,et in causis dotium,et in causis carceratorum personaliter detentorum,et in causis uiduarum,et in causis minorum decem et octo annis,et in causis hospitalium, et miserabilium personarum,intelligendo personas miserabiles hoc casu,quas Iudex,seu officialis,secundum suam conscientiam miserabiles declarauerit, et hoc priuilegium intelligatur in fauorem dictarum personarum inductum, siue agãt, siue conueniantur,prout ipsę personæ priuilegiatæ elegerint, et uoluerint, Et etiam possint dicto tempore fieri executiones sentẽtiæ iudicialis,et etiã arbitralis,siue laudi lati ab arbitris,siue arbitratoribus. Item possint testes examinari,etiam in causis,in quibus procedi non deberet tempore feriato,si tempore debito,et iuridico iurauerint. Item possint dicto tempore propter Messes,et Vindemias feriato, examinari testes, ad perpetuam rei memoriam. Item possit dicto tempore feriato procedi ad capturam contra suspectos de fuga,et dicto tempore captura iustificari,et impugnari,et debitum liquidari,et executio fieri, dummtamen si dederint fideiussores de iudicio sisti,et iudicato soluendo,supersedeatur in causa,donec tempus iuridicum aduenerit. Item possit dicto tempore feriato procedi, et cognosci in causis reddituum,affictuum,pensionis liuellorum,et soccidarum,quorum occasione possit etiam procedi dicto tempore ad sequestra, et intesimenta,et ad capturas ,in casibus,in quibus captura esset permissa, et de ipsis possit dicto tempore cognosci. Item in aliis causis possit dicto tempore feriato procedi ad sequestra,et intesimenta. Volumus tamen ꝙ super ipsis causis intesimentorum,dicto tempore feriato,non procedatur, nisi sequestrum,uel intesimentum emanauerit, ex causa de qua cognosci possit tempore feriato. Permittimus tamen ꝙ sequestra possint etiam dicto tempore feriato capsari,per dationem fideiussoris de iudicato soluendo,quo præstito ,supersedeatur in causa,donec tempus iuridicum aduenerit. Item possit dicto tempore feriato procedi in illis specialibus casibus, in quibus per aliquod capitulum statutorum specialiter, uel de iure communi,procedi permitteretur,et exceptis casibus,et causis supra declaratis, dicto tempore feriato procedi non possit, seu cognosci, de aliis litibus,et causis ciuilibus.

Item procedi possit dicto tempore propter Messes, et Vindemias feriato in causis Vsurarum: Item si imploretur edictum Diui Hadriani: Item in causis,quæ uerterentur inter Consortes, qui possint cogi ad compromissum

missum uirtute statuti de quæstionibus uertentibus inter consortes, & hoc ita demum intelligatur, si ab una saltem partium compromissum peteretur, & non aliter. Item in causis præceptorum contra conductores, colonos, & inquilinos dicto tempore procedi possit. Item in causis carceratorum procedi possit, & debeat dicto tempore: Si uero præstito fideiussore carceratus relaxatus fuerit, supersedeatur in causa, usq; ad tempus iuridicum. Declarantes, q ubi de iure communi potest procedi sine datione libelli, eo casu procedi possit tempore suprascripto feriato propter messes, et uindemias. Declarantes, q in omnibus, & singulis causis, in quibus diximus procedi posse tempore feriato propter messes, & uindemias, debeat in prima citatione exprimi causa, quare quis citetur, ut scire possit, an comparere teneatur, uel non, alias si non fuerit expressa causa, ita q pars intelligere possit, an sit causa tractanda tempore feriato, talis citatio non ualeat, nec habeat arctare citatum, Et debeat huiusmodi citatio fieri in scriptis, & quæ dicta sunt uēdicent sibi locum, non solum in causis principalibus, sed etiam in causis appellationum.

Volumus enim q causa appellationis in ciuilibus sequatur, quo ad hoc naturam causæ principalis, ita q, si in principali causa procedi posset tempore feriato, procedi possit etiam tempore feriato in causa appellationis, & e contra, etiam si tempore feriato procedi non posset in causa principali, similiter procedi non possit in causa appellationis, et hoc in ciuilibus causis seruetur. In criminalibus autem seruari debeant statuta super ipsis disponentia, et quilibet notarius cuiuscunq; curiæ ad ciuilia deputatus, teneatur scribere dies utiles, quibus curia sederit, et dies inutiles, et feriatos, quibus curia non sederit, sub pœna librarum uigintiquinq; pro quolibet, et qualibet uice: Et si plures essent notarii in eadem curia deputati, sufficiat, si unus ex pluribus dictos dies utiles, et inutiles descripserit, quo ad hoc, ut alii notarii liberentur a dicta pœna: Et illi dies intelligantur utiles, quibus curia. i. Iudex sederet pro iure reddendo: Et dies inutiles intelligantur in quibus ipsa curia non sederet, Et etiam teneantur notarii in huiusmodi curiis ad officium deputati separatim describere seorsum dies, quibus curia sederet tempore feriato, in casibus, & causis supra pmissis distincte, ab aliis diebus utilibus, quibus iuridico tempore curia sederet,

De Termino instantiæ causæ principalis. Cap. XIII.

STatuimus, q instantia cuiuslibet principalis causæ, & litis, cuius quantitas, seu ualor, uel interesse, uel extimatio Florenorū uigintiquinq; excederet quantitatem, terminari debeat, & finiri, infra Sexaginta dies utiles, in cohandos die prima, qua debuissent partes in iudicio comparere. Possint tamen partes dictum terminum instātiæ prorogare in una uice, uel in pluribus, usq; in Triginta dies, & non ultra. Item si instantiæ tempore pen

dente iudex habuerit in officio successorem, si de tẽpore instantię successori decẽ dies utiles, a die qua in officio successisset nõ superessent, tũc ipsi successori id qđ deficeret, authoritate præsentis statuti supplemus usq; ĩ decẽ dies utiles. Cæterũ uolumus, ꝙ pẽdente cõpromisso in arbitros, uel arbitratores a partibus uoluntarie electos, tpa instantiæ causæ principalis, siue appellationis non decurrant, & similiter non labatur dictus terminus instantiæ, tempore quo quæstio penderet consulenda, dummodo nõ excedat terminum infra quem consultor debeat secundum formam statuti iudici consilium transmisisse, quo tempore consultori assignato elapso, siue consilium sit redditum, siue non, nihilominus tempora instantiæ decurrant: Et intelligatur quæstio consulenda pendere a die factæ primæ commissionis, usq; ad finem termini, infra quem consultor, qui acceptauerit consilium exhibere tenetur secundum formam statuti, de hoc loquentis, quo tempore consultori, qui acceptasset assignato elapso, siue consilium sit redditum, siue non, nihilominus tempora instantiæ decurrant: In causis autem breuioribus, seu minoribus, quarum quantitas, ualor, interesse, seu extimatio esset de Florenis uigintiquinq;, uel ab inde infra descensiue: Statuimus, ꝙ cuiuslibet talis causæ principalis instantia debeat terminari, & finiri infra triginta dies utiles, incohandos die qua primo partes debuissent in iudicio comparere: Possint tamen partes dictum terminum instantiæ prorogare in una uice, uel in pluribus, usq; in quindecim dies utiles, & nõ ultra. Item si instantiæ tempore pendente iudex habuerit in officio successorem, si de tempore instantię, ipsi successori non superessent quinq; dies utiles, tunc ipsi successori, id quod deficeret, supplemus usq; in quinq; dies utiles, Adiicimus etiam ꝙ pendente compromisso in arbitros, uel arbitratores a partibus uoluntarie electos, tempora instantiæ causæ principalis non decurrant.

Præterea declaramus, ꝙ infrascripta uẽdicent sibi locũ tam ĩ causis maioribus, quã minoribus, seu breuioribus, disponẽtes ꝙ tenuta, uel præda cõcessa, & secuta cõtra reũ contumacẽ, quãdiu reus in cõtumacia steterit, non labantur actori tẽpora instantiæ. Itẽ disponimus ꝙ de dicto tẽpore instãtiæ detrahi debeat terminus concessus ad faciendum dominum in iudicio nominatum comparere ad iudicium subeundum. Similiter etiam de tempore instantiæ cuiuscunq; causæ detrahantur dies, quibus procedi non deberet, uel posset ratione inhibitionis, quam fecissent Magnifici Domini Antiani. Si quis igitur Iudex causam aliquam infra prædicta tẽpora ex sua negligentia non terminauerit, puniatur qualibet uice in Florenis Decem, uel ab inde supra usq; in Florenos quinquaginta, arbitrio Domini maioris Sindici, causæ qualitate pensata. Et dictis temporibus elapsis, referendo singula singulis, instantia ipso iure perempta intelligatur, & sit, & actor in expensis debeat condemnari. Sed habeat tertiam partem pœnæ prædictæ, in qua Iudex finito officio condemnaretur. Et prædictis adiicimus,

ꝙ cuiuslibet

ꝙ cuiuslibet causæ instantia transeat ad heredes, tam ante litem contestatam, uel habitam pro contestata, q̃ post, ita ꝙ heredes possint procedere, sicut defuncta persona procedere potuisset, quo casu addimus Viginti dies utiles termino instantiæ ultra tempora, quæ superessent in causis maioribus, in minoribus uero addimus decem dies utiles, ut infra dicta tempora addita, possint heredes sibi prouidere. Volumus insuper, ꝙ cuiuslibet causæ instantia, etiam ante litem contestatam, siue habitam pro contestata, q̃ post, transeat ad heredes conuentorum.

Cæterum si altera partium litigantium in conclusione causæ de nouo produceret instrumentum publicum, quod alias in lite non fuisset productũ, & pars contra quam produceretur uellet opponere, contradicere, uel excipere, nec superessent de instantia tres dies utiles ad minus, uolumus ꝙ authoritate præsentis statuti saltem usq; in tres dies utiles a die productionis factæ de dicto instrumento, tempora instantiæ intelligantur durare, ita ꝙ dicto tempore contra dictum instrumentum defensiones, exceptiones, & probationes suas inducere possint, & hoc uolente eo contra quem instrumẽtum produceretur, & idem intelligatur statutum esse in causa appellationum, si instrumentũ de nouo ꝓduceretur in termino cõclusionis.

De Summaria ratione reddenda in causis, et litibus ciuilibus. Cap. XIIII.

VT finis litibus celerius imponatur, statuimus, ꝙ in omnibus, et singulis causis ciuilibus, quæ ciuiliter intentantur, procedatur, et terminẽtur per quemcunq; officialem, et iudicem, prout causa ad suam iurisdictionem pertinuerit, summarie, et de plano, sine strepitu, et figura iudicii, et nulla iuris communis solennitate seruata, sed sola facti ueritate inspecta, quæ tamen ueritas debeat ex actis, et probationibus apparere, Volumus tamen, ꝙ durantibus feriis procedi non possit nisi in illis causis, de quibus, et prout ordinatum est sub rubrica de feriis.

De petitionibus, et libellis, et de quibusdam exceptionibus sublatis. Cap. XV

PRo faciliori expeditione causarum, Statuimus, ꝙ ĩ qualibet causa ciuili loco libelli admittatur qualiscũq; petitio, qualitercũq; formata, dũmodo sit talis, ex qua certa sentẽtia ferri possit, quæ petitio, seu libellus, possit corrigi declarãdo, addendo, et detrahẽdo, uel aliter emendando, anteq̃ lis cõtestetur, uel ꝓ contestata habeatur, et ꝓcedi possit in eadem instãtia, et in eodẽ iudicio, super libello, et eius correctionibus, absq; noua libelli oblatione, sed post litem cõtestatam, uel habitam ꝓ contestata, huiusmodi correctiões, uel emẽdationes, additiões, uel detractiones, nullatenus admittãtur.

Et adiicimus, quod exceptiones libelli obscuri conditionalis, dubii incerti, seu male formati, de caetero sileant, nec audiatur opponens eas, ad impediendum processum. Et dictis exceptionibus non obstantibus, procedatur in causa, ac si opposita non fuissent, & ad sententiam procedatur, dummodo petitio fuerit taliter formata, quod ex ea certa sententia ferri possit. Volumus tamen quod petitio, seu libellus continere non possit simpliciter, uel conditionaliter ea, quae de iure cõmuni simul in eodem libello cumulari, uel peti non possunt. Et semper intelligatur actor omnia sua iura, quae se habere probauerit sup eo, qđ petitur in iudiciũ deduxisse, & egisse omnibus meliori uia, iure, forma, & modo, quibus melius potest, & similiter reus intelligatur super eo, quod petitur ĩ iudicium deduxisse omnes suas defensiones, quas se habere probauerit, & se defendere omnibus melioribus uia, & modo, quibus melius potest. Et declaramus, quod in statutis lucensis ciuitatis nulla sit differentia inter nomen libelli, & nomen petitionis.

De citationibus primis fiendis in principio causae, cum libelli, seu petitionis oblatione. Cap. XVI.

Statuimus, quod in qualibet causa, uel lite, quae ciuiliter moueretur, uel moueri intenderetur, cuius quãtitas, ualor, uel interesse, uel extimatio florenorum uigintiquinq; excederet quantitatem, persona contra quam agi intenditur, debeat citari ex parte, & mandato Iudicis, qui de causa cognoscere debet p unum ex nunciis curiae, in qua causa debeat tractari, & eidem psonae, cõtra quã agitur, debeat libellus, seu petitio offerri p eundẽ nunciũ, cũ assignatione termini triũ dierũ utilium, ad cõparendum coram iudice, ex cuius officio citatio procedit, ad respondendum actori de iure, super cõtentis in dicto libello, & dies oblati libelli, in dicto termino non computetur, & partes debeant comparere ultima hora iuridica dicti termini, & dicta citatio, & libelli oblatio, fiat personae citandae personaliter, si personaliter inueniri possit. Si uero personaliter non fuerit inuenta, fiat citatio, & libelli porrectio ad domum suae solitae habitationis, in qua ultimo habitabat. Si uero domum habitationis non habeat, & personaliter non inueniatur, tunc fiat dicta citatio, & libelli porrectio ad banchum iuris curiae illius iudicis, ex cuius officio citatio emanaret, et ibi dimittatur affixus, & aptus, ita quod ab omnibus uideri, & legi possit, & uni propinquo citandae personae, si propinquus aliquis inuenitur Lucae, uel in districtu, cum assignatione eiusdem termini. Et praedicta locum habeant, si persona citanda sit praesens in ciuitate Lucensi, uel eius territorio, et districtu, et si fuerit maior decem et octo annis.

Si uero persona citanda esset absens extra territorium Lucense, et maior annis decem et octo, tunc fiat citatio, et libelli porrectio ad domum solitae habitationis, in qua ultimo habitabat persona citanda, positae

Lucae,

Lucæ,uel in districtu,et ad bāchum iuris curiæ,ex cuius officio citaretur, & tam ad dictam domum,quam ad bāchum curiæ libellus offeratur,& su per bācho dictæ curiæ debeat dimitti affixus,& apertus,ita ꝙ ab omnibus uideri,& legi possit,& etiam citetur unus propinquus dicti absentis ,nō ta men necesse sit eidem propinquo libellū offerri,& in dictis citationibus as signetur dicta dilatio trium dierū utilium , prout supra dictū est , & ultra prædicta , Adiicimus,ꝙ ꝑsona citanda absens extra lucense territorium,si causa debeat in ciuitate lucensi tractari,citetur ꝑ præconem in angulis pla teæ lucensis ciuitatis, & in angulo de arcu,& in angulo filiorum Bretti,cū assignatione eiusdem termini trium dierum utilium.

Si uero causa contra absentem maiorem annis decem & octo debeat in ter ritorio,uel districtu tractari,fiat citatio, & libelli porrectio,ad domum ,in qua ꝑsona citāda ultimo habitabat, positam in iurisdictione illius uicarii, ex cuius officio citaretur,& ad bāchū iuris curiæ,ex cuius officio emana ret,cum assignatione termini trium dierum, ut supra dictum est , & ibidē dimittatur affixus,& aꝑtus,ita ꝙ ab omnibus uideri,& legi possit. Et etiam fiat citatio ꝑ nuncium apud ecclesiam,in cuius parrochia,esset curia,in qua causa debeat tractari,& cū assignatione dicti termini , Et etiā citetur unus propinquus ipsius personæ citandæ absentis,sed eidem propinquo , & ad dictam ecclesiam,non sit libelli oblatio necessaria.

Verū si persona citanda esset minor annis.xviii.maior tamen annis.vii.fi at citatio,& libelli oblatio tali minori,si possit personaliter inueniri,& si ꝑ sonaliter nō inueniatur,fiat citatio , et libelli oblatio ad domū suæ solitæ habitationis,et similiter fiat citatio,et libelli porrectio suo tutori,uel cura tori,si tutorem,uel curatorem habuerit,et ꝑsonaliter inueniri possit : Et si tutor uel curator personaliter non inueniretur,fiat ad domum dicti tuto ris , uel curatoris . Et si tutorem,uel curatorem non habuerit, fiat citatio, uel libelli porrectio eidem minori personaliter,uel ad domum,ut supra di ctum est . Et similiter in dicto casu deficientis tutoris,uel curatoris,fiat ci tatio,& libelli porrectio uni propinquo ipsius minoris. Et si persona ci tanda fuerit minor annis septem,fiat citatio,& libelli porrectio ad domum habitationis ipsius minoris,& eius tutoris,si tutorem habuerit,& persona liter inueniri possit. Alioquin fiat citatio ad domum ipsius tutoris,cum dicta libelli oblatione , et si tutorem non habuerit,fiat citatio,et libelli por rectio uni propinquo ipsius minoris. Et in quolibet casu,quo persona ci tanda fuerit minor annis septem , fiat citatio , et libelli porrectio ad ban chum iuris curiæ,in qua causa debet tractari , et ibi dimittatur affixus , et apertus , ita ꝙ ab omnibus uideri , et legi possit . Et si prædicti mino res citandi essent absentes extra lucense territorium , fiat citatio , et libelli porrectio,ut supra de citandis absentibus disponitur , et nihilominus fiat etiam citatio,et libelli porrectio tutori,uel curatori , si quem habuerit, uel propinquo deficientibus tutoribus.

Et si persona citãda fuerit furiosa,prodiga,uel mente capta, fiat p nũcium citatio,& libelli oblatio suo curatori,si quẽ habeat.Et si curatorẽ nõ haberet,fiat citatio,& libelli porrectio uni propinquo,& ad domũ ipsius psonæ furiosę,pdigę,uel mẽtecaptę,& ad banchũ iuris curiæ ĩ qua debeat tractari causa,& ibi dimittatur libellus affixus,& apertus,ita q ab omnibus possit uideri,& legi,& semper in dictis citatiõibus assignetur dilatio dierum triũ utilium,ut supra dictum est.

Sed si ad iudicium uocandi essent heredes certi, tunc per nuncium fiat, & fieri debeat ipsis certis heredibus uni tantum,si unicus esset heres,uel pluribus,si plures essent heredes,citatio,& libelli porrectio personaliter,si personaliter inueniri possint,alioquin fiat citatio, & libelli porrectio, ad domum eorum solitæ habitationis: Et hæc seruentur,si tales heredes sint certi,& maiores annis, xviii, in quibus seruentur ea,quæ supra de maioribus citandis dicta sunt. Si uero fuerint minores,citentur cum libelli oblatione,prout supra de minoribus citandis dictum est. Si autem fuerint absentes extra territorium,citentur cum libelli oblatione, prout supra] de absentibus dictum est.

Cæterum si ad iudicium uocarentur heredes incerti,tunc fiat citatio,& libelli porrectio illi personæ,quam tangit prima causa successionis defunctæ personæ,siue fuerit una,siue plures,si sit maior annis. xviii. & præsens in ciuitate lucensi,& eius districtu :& nihilominus fiat citatio,& libelli porrectio ad domum ubi defuncta persona ultimo habitare solebat,& ad banchum iuris illius curiæ,ex cuius officio citatio emanaret, & dimittatur ibi libellus affixus,& apertus, ita q ab omnibus possit uideri,& legi. Si uerò persona,quam tangit prima causa successionis esset minor,fiat citatio,& libelli porrectio,prout supra de minoribus dictum est,& etiam fiat citatio,et libelli porrectio,ad domum ubi defuncta persona ultimo habitabat. Si uero persona,quam tangit prima causa successionis esset absens extra lucense territorium,fiat citatio,et libelli porrectio,prout supra de absentibus dictũ est,& ad domum defunctæ personæ.Et semper in dicto casu,quando ageretur cõtra heredes incertos admittatur libellus,in quo concludatur quãcunq personam,quæ sit,uel esse uelit heres defunctæ personæ,condemnari,cogi,& compelli,etiam si certa persona,uel nomen certi heredis in tali libello non exprimatur.

Et si qua communitas lucensis districtus, uel alia quæuis uniuersitas,esset in ius uocanda,fiat citatio,& libelli porrectio,Consuli,seu Sindico,uel alteri Rectori,seu officiali ipsius cõitatis,seu uniuersitatis,in psona,si psonaliter inueniatur,& si nõ inueniretur,fiat ad domum suæ solitæ habitationis, & etiam p nuncium fiat proclamatio apud ecclesiam ipsius uniuersitatis, in cuius parrochia,talis communitas,uel uniuersitas esset situata,cum proclamatione nuncii, qui in portis ecclesiæ affigat libellum,ita q ab omnibus legi,& uideri possit.

Forenses

Forenses autem, qui Lucę, uel in districtu ratione domicilii, uel contractus, seu ratione destinatæ solutionis, uel ex alia causa posset, seu deberet conueniri, citari debeat personaliter, si personaliter inueniatur. Et si personaliter non inueniatur, citetur ad domum suæ habitationis positæ Lucæ, uel in districtu, et sibi in personam, uel ad domum, libellus offeratur, et si talis forensis esset absens extra lucense territorium, tunc, si Lucæ debeat causa tractari, fiat citatio, et libelli porrectio, per nuncium ad domum, ubi ultimo habitare solebat, positam Lucæ, uel in districtu, et ad banchum iuris illius curię, ex cuius officio, dicta citatio emanaret, et ibi libellus dimittatur affixus, et apertus, ita q ab omnibus possit uideri, et legi. Ac etiā citari debeat p pręconem, in angulis plateæ lucensis ciuitatis, et in angulo de arcu, et in angulo filiorum Bretti.

Sed si causa in districtu deberet tractari, tunc fiat citatio, et libelli porrectio, cum proclamatione nuncii ad banchum iuris illius curię, ex cuius officio citatio emanaret. Ac etiam fiat per nuncium citatio, seu proclamatio alta uoce apud ecclesiam, in cuius parrochia esset dicta curia, ex cuius officio citatio emanaret, et ad domum positam in uicaria, ex cuius officio citatio emanaret, et ibi in porta ecclesiæ dimittatur unus libellus apertus, ita q ab omnibus possit inspici, et uideri: Et in omnibus, et singulis dictis citationibus, assignetur personis citandis terminus trium dierum utilium ad comparendum ad curiam, ex cuius officio citatio emanaret, in ultima hora iuridica dicti termini trium dierum ad comparendum, et ad respondendum de iure actori, de, et super deductis in libello, secundum formam oblato. Et dies oblati libelli non computetur in termino.

Permittimus tamen q si persona citanda maior. xviii. annis, et sanæ mentis esset in præsentia iudicis constituta in iudicio, possit notarius curiæ de mandato iudicis eidem personæ præsenti libellum offerre, & dictum terminum trium dierum utilium assignare, & talis citatio, & libelli oblatio, ualeat, ac si per nuncium facta foret.

Et omnes & singulæ dictæ citationes, & libellorum oblationes, arctēt personas citatas, nec possint ab aliqua impugnari, eo q propter termini breuitatem, uel locorum distantiam, non potuerit citatio ad notitiam citati peruenire, Et si personæ citatæ secundum dictam formam non comparuerint in termino assignato, contumaces reputentur, & contumaciam contraxisse intelligantur. Et ubicunq ex forma præsentis capituli citatio fiat ad domum, teneatur nuncius referre in qua parrochia, contrata, uel commune, sit talis domus situata. Declarantes insuper q primæ citationes, & libellorū oblationes, tam in causis maioribus, quā in causis minoribus, & tam in primis causis, quā i causis appellationū, fieri, & dari possint, omni, & quacunq die, etiam feriata, dummodo non sit feriata in honorem Dei, & commissio facta fuerit die iuridico, & in omnibus, & singulis suprascriptis citationibus, & libellorum oblationibus fiendis per nūcium, teneatur nuncius

adhibere unum testem,qui intersit dictis citationibus,& libellorum oblationibus,cuius testis nomen,& pronomen dictus nuncius referre teneatur notario actorum:Si autem in termino assignato reus cōpareat,& actor cō tumaciam contraxerit,intelligatur citatio,& libelli oblatio circunducta,& hæc omnia,et singula,in præsenti capitulo ordinata locum habeant, & seruentur in qualibet causa,cuius quantitas,ualor,uel interesse Florenorum xxv.excederet quantitatem.Declaramus insuper,ꝙ si aliquæ causæ sint in quibus possit procedi,& inchoari ab executione, uel præcepto, ex forma alicuius Statuti, tunc dicta citatio,& libelli oblatio ,necessaria non sit, quia prouisio facta per formam præsentis statuti,tanquam generalis locum habere non debet in casibus specialibus,in quibus ab aliquo capitulo statutorum esset aliter ordinatum.

De primis citationibus fiendis in causis breuioribus,quarum quantitas,extimatio,uel interesse esset de Florenis XXV.& ab inde infra descēsiue.Cap. XVII

STatuimus,ꝙ in omnibus,&singulis causis,& quæstionibus,quarū quantitas,extimatio,uel interesse sit de florenis.xxv.uel ab inde infra descensiue,citationes primæ in principio causæ fiant,et fieri debeant,in ea forma, quam supra ordinauimus in capitulo precedenti,eo saluo,et excepto,ꝙ de libelli oblatione dictum est. Et in prædictis causis breuioribus,libelli oblatio necessaria non sit,et excepto ꝙ de dilatione trium dierum utilium assignanda ordinatum est, Sed sufficiat assignare saltem dilationem ꝑ die sequēti iuridica,et minor dilatio dari nō possit,et saluo,et excepto eo, quod dictum est de proclamationibus per præconem fiendis. Declarantes ꝙ in dictis causis breuioribus , citatio per præconem necessaria non sit , nisi persona citanda esset forensis,quæ Lucæ,uel in districtu, habitationem nō haberet,nec fuerit Lucæ solita habitare,tunc citetur ꝑ præconē publice,ut supra,in suo casu de absentibus dictum est,cum assignatione termini arbitrio iudicantis moderandi,dūmodo trium dierum dilationem non excedat. Et prædicta intelligantur de primis citationibus fiendis in principio causæ,non autem de his,quæ fierent in processu,de quibus infra per aliud capitulum specialiter est prouisum.

De primis citationibus fiēdis in causis sequestrorum, & in causis inquisitionum,protestationum, & in aliis extra ordinariis causis. Cap. XVIII

STatuimus,& ordinamus,ꝙ in causis,& quæstionibus sequestrorum,seu intesimentorum,& in causis inquisitionum,& requisitionum, quæ pro recōperis,uel aliis occasionibus fierēt,& in causis prestationū,& oblationū,

et depositorum,

& depositorum,& in causis,quę per formam alicuius statutorum capituli essent extra ordinem tractandæ,sufficiat ꝙ primę citationes fiant sine aliqua libelli oblatione,& non sit necessaria assignatio termini trium dierum utilium,sed sufficiat pro die proxima,& in mediate sequēti iuridica,& minor dilatio dari non possit,sed maior dari possit arbitrio iudicis,de cuius mandato citatio emanaret,sed in dictis citationibus circa modum citādi, seruetur forma suprascripti capituli loquentis de citationibus primis fiē dis in principio causæ cum libelli,seu petitionis oblatione, excepto q̄d de libelli oblatione,et termini triū dierū utiliū assignatione ibi dictum est.

De citationibus fiendis in processu cuiuslibet causæ, post primas citationes. Cap.XIX.

PEr tria superiora statutorum capita declarauimus,& ordinauimus formas primarū citationū,quæ in principio cuiuslibet causæ fieri debent. Nunc restat ordinare de citationibus in processu cuiusque causæ fiendis, Statuimus ergo ꝙ si post primas citationes cōtingat partes citatas in termino ipsius citatiōis assignato,uel postea,cōparere per se, uel per legitimā personam,& postea in processu,uel circa media causæ contingat aliquem actum fieri,in quo de iure citatio requiratur,citari debeat & requiri persona citanda personaliter,si personaliter inueniatur,Et si personaliter nō fuerit inuenta,fiat citatio ad domū suę solitæ habitationis, in qua citatione assignetur terminus saltē pro die sequenti iuridica, & minor dilatio dari non possit.Maior autem dari possit arbitrio iudicis, Et si non fuerit certa hora in huiusmodi citationibus assignata, partes debeant cōparere die in ipsa citatione pręfixa in uesperis hora iuridica, Et tales citatiōes arctēt personas citatas,& personas,quarum nomine in iudicio tractaretur,Et similiter ad sententiā audiendam sufficiat citari personas,quæ suo nomine, uel alieno causam tractauerit, Adiicientes ꝙ quælibet persona,quæ suo, uel alieno nomine in iudicio fuerit admissa,intelligatur,& sit dominus litis & instantiæ,Et citationes intelligantur,& sint perēptoriæ, nec requiratur in aliquo actu citatio principalium dominorum,si citetur procurator, uel tutor,seu curator,seu Sindicus,uel consul,seu rector uniuersitatis,qui comparuisset,& in causa interuenisset,& talis citatio arctet dominos principales.

De resecandis diuersis exceptionibus,quæ contra citationes opponi consueuerunt. Cap.XX.

AD refrenādas calumnias quorundā, qui animo dilatandi iudicium diuersas exceptiones opponunt cōtra citationes & monitiones,& ex hoc iudicia protelantur. Statuimus ꝙ de omnibus & singulis citationibus,&

libellorum porrectionibus, & de omni actu, qui per nuncium de mandato iudicis fieret, stetur & credatur relationi nuncii factæ notario curiæ, & illi, qui citationes prædictas, uel libellorũ porrectiones, uel præcepta, uel missionem in possessionem, uel alium actum ex cõmissione iudicis fecerint, intelligantur esse præcones, & nuncii, si notarii actorum huiusmodi citationes, libellorum oblationes, pręcepta, uel alium actum scripserint, seu admiserint in libro actorum, & similiter intelligatur citatio, & libelli oblatio, & in possessionem missio, & alii huiusmodi actus facti de mandato, & cõmissione iudicis, & ad petitionem eius, ad cuius petitionem fieri debebãt, & sic semper præsumatur, nisi pars opponens euidentissime tales exceptiones probauerit, quas probare teneatur infra tres dies utiles a die talium obiectionum proxime, & ĩmediate sequentes. Et nisi infra dictum terminum probauerit, puniatur per iudicem causæ in libris decem: et dictę exceptiones eo casu pro non oppositis habeãtur. Pręterea ad remouenda dubia, q̃ sępe insurgere consueuerunt declaramus ꝙ oẽs & singulæ citationes intelligantur, & sint perẽptoriæ, & nisi persona citata legitime comparuerit in termino, contumax reputetur. Et omnes & singulę citationes, q̃ fierent in processu causę sine libelli oblatione, possint fieri etiam tẽpore feriato tã in honorem Dei, q̃ propter necessitatem hominum, & ualeãt, ac si fuissent factæ tempore iuridico, ita tamen ꝙ cõmissio fiat tempore iuridico, & cõparitio ex citatione fienda, infra tempus iuridicũ cõferatur. Primæ tamen citationes, & libellorũ porrectiones, quæ fierent in exordio litis, fieri non possint tempore in honorem Dei feriato. Illud etiam declaramus, ꝙ si terminus in quacũq; citatione, uel iudicis monitione ad cõparendũ assignatus in horam inciderit feriatã, tunc partes debeant cõparere prima die, hora iuridica proxime, et ĩmediate sequenti, et idem seruetur in qualibet dilatione, quæ a lege, uel ab homine daretur: Et quilibet nũcius, uel præco, qui aliquas citationes, uel aliquem quẽcunq; actum fecerit, teneatur referre notario curię ante horam comparendi, qđ si nõ fecerit puniatur de facto in libris duabus bonæ monetæ ad opus camerę Magnifici Lucensis cõmunis, et ab inde supra usq; in libras quinque arbitrio iudicis, et nihilominus condemnetur de facto ad interesse partis, de quo interesse stetur iuramento partis, taxatione iudicis præcedente. Præterea statuimus ꝙ nõ habitantes in ciuitate Lucensi, uel in districtu sex milliariorum, qui citati comparuerint, uel citari aliquem fecerint, teneãtur, uel procuratorem Lucę habitantem dimittere cum sufficienti mandato, uel locum positum in ciuitate Lucensi, uel burgis eligere ad quem citari uelint, & ad illum locũ sufficiat talem personã citari. Verum si talis persona a iudice monita, huiusmodi locum eligere neglexerit, tunc iudex eligat locum, & citatio facta in loco a parte, uel a iudice electo, arctet citatum, ac si citatus fuisset ad domum suę habitationis. Et idem intelligatur, & obseruetur, si quis conueniretur in aliqua uicaria in qua non habitaret, ut teneatur, uel procura-

torem ibi

torem ibi dimittere,uel locum in quo citari uelit eligere, ut supra dictum est. Et nisi sic elegerit,tūc Vicarius locū eligat & citatio facta in dicto loco arctet citatum,ut supra dictum est:et adiicimus etiam ꝙ ubi aliquis actus fieret in iudicio partibus præsentibus,& intelligentibus,talis actus ualeat, & plenum sortiatur effectum,non obstante ꝙ pars nō fuerit ad talem actū per nuncium requisita. Et si qua persona coram iudice cōstituta,fuerit per iudicem monita cum assignatione termini certi ad aliquem actum causæ, teneatur in termino talis monitus comparere,& talis monitio ualeat, ac si talis persona legittime citata fuisset. Volumus nihilominus ꝙ omnes citationes,seu monitiones, quæ fierent per nuncios Lucensis cōmunis in causis ordinariis,quæ essent a Florenis tribus supra,quæ uerterentur,uel uerti deberent in curia domini Lucēsis Potestatis,seu in curia maleficiorum, seu in curia domini Sindici,& iudicis appellationum.Siue dictę citationes, seu monitiones fierent in principio causæ, uel in processu causæ fierent in scriptis. Hoc modo fieri debeant uidelicet porrigendo personæ,quę citari contigerit scripturam scriptam, uel saltem, subscriptam manu notarii dictæ curiæ,in qua fiat mentio de tenore citationis,seu monitionis,& credatur nuncio referenti se dictam scripturam dicti tenoris dedisse personæ citatæ,seu monitæ,nisi in contrarium probaretur. Declarātes ꝙ per prædicta non intelligatur derogatum aliis solennitatibus, quę in dictis citationibus,uel monitionibus requirerentur ex forma statutorum.

De eo ꝙ citatus coram uno iudice,non possit coram alio ad petitionem eiusdem personæ,& pro eadem hora citari. Cap. XXI.

Quia contingit interdum aliquam personam in diuersis curiis ad petitionem eiusdem citari pro eadem die,& hora,ut in aliqua ex dictis curiis contumacia contrahatur.Ideo ordinamus, ꝙ nulla principalis persona,seu procurator faciat aliquam personam ꝑ eadem die,& hora in diuersis curiis citari,& similiter,nec moneri faciat aliquam personam per diuersos Iudices,uel Officiales pro eadem die, & hora,in diuersis curiis, nec pro eadem die,& hora eandem personam in una curia citari,& in alia moneri faciat. Et si contra fieret,dictæ citationes, seu monitiones sint ipso iure nullę,& nihilominus faciens puniatur in libris uigintiquinque de facto sine aliquo processu. Verūtamen quando ad petitionē procuratoris dictæ tales citationes, seu monitiones processerint, nisi habuerit speciale mandatum de taliter faciendo citari,uel moneri, de quo appareat publicum instrumētum, ipse procurator in suprascriptam pœnam incidat suo nomine proprio, & in eius bonis executio procedat, & fiat,contrarietate quacunque non obstante.

De interrogatoriis ante oblationem libelli, uel in fine libelli, uel postea in processu causæ fiendis. Cap. XXII.

STatuimus q̄ i fine libelli fieri possint ĩfrascripta ĩterrogatoria uidelicet Primo si agatur cõtra aliquem tãquã contra heredẽ possit interrogari, an sit heres defuncti, cuius nomine conuenitur.

Secundo an sit heres in totum, uel in partem, & pro qua, & quanta parte.

Tertio si agatur ex noxali iudicio, an possideat seruũ cuius noïe ageretur.

Quarto si agatur petitione hereditatis, an possideat hereditatem, quæ petitur, & pro quanta parte.

Quinto an conuentus possideat peculium serui, uel filii, cuius occasione ageretur.

Sexto cuius ætatis est conuentus cum de ætate dubitetur.

Septimo si agatur de damno infecto possit interrogari reus, an sit suum ædificium quod dicitur ruinosum.

Octauo possit ĩterrogari reus si quadrupes, quæ damnum dedisse dicitur sit sua, & an possideat.

Nono in qualibet actione reali possit interrogari reus utrum detineat, uel possideat rem petitam, & utrum habeat facultatem rei restituendæ, de titulo autem suæ possessionis nemo respondere cogatur, nisi in casibus a iure cõmuni permissis. Et generaliter in fine libelli poni possint omnia, & singula interrogatoria, quæ de iure cõmuni in pręparatoriis iudiciorum fieri possunt. Et prædictæ interrogationes fieri possint in fine libelli, seu petitionis. Et quælibet persona, quæ in iudicio comparuerit ad defendendum, teneatur, & debeat ipsa die, qua primo comparuerit ad defendendum, uel saltem die sequenti iuridica respõdere dictis interrogatoriis positis in fine libelli negando, uel confitendo aperte, simpliciter, & pure, Alioquin contumax reputetur, & pro negante, uel confesso habeatur prout cedit ad cõmodum actoris. Adiicientes etiam q̄ si in fine libelli peteretur interrogari an sit heres ex testamento, uel ab intestato, reus dictæ interrogationi in fine libelli, uel in processu causæ respondere non teneatur, nisi actor aperte, & manifeste docuerit, q̄ sua interest tali interrogationi respõderi, quo casu reus respondere teneatur in termino sibi per iudicem assignando. Alioquin habeatur pro cõfesso, uel negato, prout cedit ad commodum actoris. Verum si quis interrogatorio respondendo dixerit se possidere rem aliter confinatam, uel qualificatam aliter, q̄ in libello contineatur, ita q̄ de corpore q̄stio sit, teneatur ad mandata iudicis infra duos dies utiles post dictum mandatum iudicis proxime, & immediate sequentes declarare, & respondere an sit idem corpus, uel diuersum. Alioquin contumax reputetur, & pro confesso, uel negato habeatur, prout cedit ad cõmodum actoris, & si dixerit idem corpus esse tum' re in libello declarata

rata procedatur in causa, ac si a principio confessus fuisset possidere rem petitam. Si uero negauerit idem corpus esse, tunc procedatur, ac si a principio negasset se possidere rem petitam. Et prædicta seruari uolumus de dictis interrogatoriis positis in fine libelli. In processu uero causæ possit iudex ubicũque sibi uidebitur, & prout equitas ipsum mouerit tam ex officio, quam ad petitionem partis, & tam ante litem contestatam, q̃ post, & usque ad sententiã in quacũq; parte iudicii interrogare, tam actorem, quã reum, & quascunq; interrogationes facere, prout sibi uidebitur. Et si interrogatus in termino sibi assignato per iudicẽ non responderit, contumax reputetur, & pro confesso, uel negato habeatur, prout cedit ad cõmodum partis aduersæ. Præterea statuimus ꝙ si qua persona anteq̃ libellũ, uel petitionem porrexerit, incipiẽdo a præparatoriis causæ, aliquam ex dictis interrogationibus, quas supra in fine libelli fieri permisimus fieri peteret, teneatur iudex compellere reum ad respondendum huiusmodi interrogatoriis, & nisi reus in termino responderit sufficienter, contumax reputetur, & pro confesso, uel negato habeatur, prout cedit ad cõmodum interrogari petentis.

De datia soluenda in causis principalibus, quæ ciuiliter tractantur. Cap. XXIII.

QVælibet persona cuiuscunq; status, uel conditionis existat, quæ ab aliqua quacũque persona, uel uniuersitate, aliquam quantitatem peteret in iudicio ciuili in quacũque causa principali quomodocũque, & qualitercunq; petat, teneatur, & debeat infra tres dies a die primę comparitionis, q̃ per actorem post primam citationem fieret proxime, & immediate sequẽtes soluere pro datia sex denarios pro qualibet libra quantitatis, quam peteret. Si uero non ageretur ad quantitatem, sed peteret rem mobilem, uel imobilem, uel ageret ad factum, uel interesse, tunc ipse actor suo iuramento teneatur infra tres dies a die primæ comparitionis, quam faceret post primam citationem, extimare ualorẽ rei, uel facti, uel interesse, & dicta extimatione facta teneatur infra alios tres dies ꝓxime sequentes soluere pro datia denarios sex pro qualibet libra dictæ extimationis. Et si actor nõ extimauerit, uel non soluerit datiam secundum modum, & formam præsentis statuti, processus sit ipso iure nullus, & iudex causæ sub pœna infra scripta compellere teneatur omnibus remediis iuris, & statutorum actorẽ ad datiam cum effectu soluendam infra terminum octo dierũ elapsis tribus diebus datis actori ad eam soluendam. Et si iudici, uel officiali de causa cognoscenti secundum suam conscientiam uideretur ꝙ extimatio prędicta facta per actorem non sit iusta, seu ꝙ sit facta minor in fraudem datiæ, teneantur extimatores dictæ curiæ prouentuum Gabellarum, uel alii

quibus iudex cõmiſerit rem extimare,& intereſſe,& factum taxare ſecundum cõmunem,& iuſtam extimationem,& ſi facta dicta extimatione reperiatur ꝙ extimatio facta per actorem non ſit iuſta,& ad plenum facta,iudex ipſe compellat actorem ad ſupplendum ſolutionem datiæ pro toto eo,quod plus fuerit extimatio facta cum pœna quarti pluris:et ſemper iudex aduertat ꝙ datia integra ſoluatur de omni,& pro omni eo quod per actorem fuerit in iudicio deductũ. Et ad tollendas fraudes,quæ in datiis cõmitti poſſent, Statuimus,& Ordinamus ꝙ actor qui quãtitatẽ pecuniæ, uel intereſſe,uel factũ cuius loco intereſſe ſuccederet petierit,non plus cõſequi poſſit a reo q̃ ſit pecunia,pro qua datiam ſoluerit. Si uero actor rem mobilem, uel immobilem petierit,non poſſit reus offerendo, & ſoluendo actori quãtitatem pecuniæ pro qua datiam ſoluiſſet retinere rem petitam. Sed ſi reperiatur actorem non ſoluiſſe debitã datiam,cogatur ad ſupplendam ſolutionem datiæ pro toto eo q̃d dicta res plus extimata fuerit cum pœna quarti pluris, ut ſuperius dictum eſt. Si autem petierit factum,ad quod reus poteſt de iure præciſe compelli, ſeruentur ea,quæ dicta ſunt in actore petente rem mobilem,uel imobilem. Et ſi reus opponeret eſtimationem per actorem factam fuiſſe iniuſtam,teneatur iudex ĩfra duos dies a die dictę oppoſitionis extimatoribus dictæ curiæ, uel prouentuũ gabellarum cõmittere ꝙ rem petitam extimare debeant,& intereſſe, & factũ taxare ſecundum cõmunem,& iuſtam extimationem ſub eadem pœna,qua teneretur ſi datiam ſoluere non feciſſet. Et notarius cauſæ prædictis extimatoribus notificare teneatur cõmiſſionem prædictam eodem die,uel ſequenti,ſub pœna librarum decem pro qualibet uice,& infra terminũ octo dierum a die prædictę notificationis teneantur dicti extimatores ſub pœna librarum decem pro quolibet,& qualibet uice extimare,taxare,& iudici referre,recepta tamen competenti mercede,ut infra, et ſecũdum formã ſtatuti poſiti libro quinto ſub Rubrica de ſalariis extimatorũ. Et facta relatione ſi reperietur extimationẽ per actorem factam fuiſſe, et eſſe iniuſtã condẽnetur actor per iudicẽ in continenti,et ſine proceſſu,et ſcriptura ad ſoluendum extimatoribus mercedem pro extimatione,& taxatione facta. Et iniuſta extimatio, & taxatio ĩtelligatur quãdo eſt minus quarta parte de quatuor partib.extimatiõis,& taxatiõis factę p prędictos extimatores. Si autem reperiretur extimationem factam per actorem fuiſſe, & eſſe legitime factam reſpectu dictæ relationis, ut ſupra, tunc per iudicem compellatur incontinenti reus,& ſine proceſſu,& ſcriptura ad dandum,& ſoluendum prædictis extimatoribus mercedem. Et facta relatione extimatiõis, & taxationis factæ per extimatores, ut ſupra teneatur actor ſoluere reſiduum datiæ infra terminum duorum dierum a die notificationis,alias proceſſus ſit ipſo iure nullus, & nihilominus iudex,cogat actorem ad datiam integram ſoluendam ſub pœna, ut ſupra. Et iudex prædicta omnia & ſingula,

ſingula, & notarius cauſæ notificare debeat actori eadem die relationem extimationis factam ſub pœna, ut ſupra. Et ſi iudex prædicta omnia, & ſingula in quolibet huius ſtatuti capitulo contenta non obſeruauerit, ſeu prędictam datiā cum effectu nō exegerit puniatur qualibet uice in libris. xxv. quæ detineri debeant de eius ſalario per dominum exactorem. Et notarius cauſæ teneatur notificare domino exactori iudicem in pœnam incurriſſe propter prædictorum inobedientiam infra terminum dierum duorum elapſis ſuprascriptis octo diebus in quolibet ſuo caſu alias intelligatur, & ſit ipſo iure notarius incurſus in eadem pœna in qua iudex incidiſſet. Et prædicta uolumus obſeruari generaliter ī omnibus, & ſingulis cauſis ciuilibus, quæ quomodolibet, & ex quacūque cauſa mouerentur. Saluis tamen, & exceptis declarationibus, & caſibus, & modificationibus infraſcriptis.

Primo enim Declaramus ꝙ ſi peteretur executio alicuius ſententiæ iudicialis nulla debeat pro ipſa executione datia ſolui, quia ſufficit ſolutio ſemel facta in principio motę litis ſecundum formam ſtatuti, ſaluo ꝙ ſi ſententia cuius executio peteretur eſſet lata extra territorium Lucenſe, tunc executionem petens datiam ſoluere teneatur ad dictam rationem denariorum ſex pro qualibet libra. Et prædictis adiicimus ꝙ reſpectu expenſarum cauſæ nemo datiam ſoluere teneatur. Si uero peteretur executio laudi, tunc ſi laudum eſſet, ſuper lite prius mota de qua ad plenū fuiſſet ſoluta datia, tunc pro executione ipſius laudi datia ſolui non debeat, quia ſufficit una ſolutio integraliter facta in principio motę litis. Sed ſi non fuiſſet datia ad plenum ſoluta, teneatur executionem petens ſupplere uſque ad integram quantitatem in laudo contentam ad dictam rationem denariorum ſex pro qualibet libra. Et declarādo Dicimus ꝙ pro executiōe laudi ſuper lite dati ſolui debeat debita datia pro omni eo de quo in iudicio non fuiſſet ſoluta datia, ſiue per actorem, ſiue per reum executio laudi peteretur. Si uero laudum latum eſſet ſuper contractu in executione laudi fiendo teneatur executionem petens ſoluere datiam executionis dicti laudi, dum tamen pro tali contractu tanto minus ſoluat pro Gabella, quantum ſolutum fuiſſet pro datia executionis dicti laudi.

Secundo, ſi peteretur executio publici inſtrumenti Declaramus ꝙ pro licentia capiendi aliquem debitorem, & ſeu pro ipſa captura, ſeu perſonali detentione nulla prorſus datia ſolui debeat. Et ſimiliter ſi de iuribus capturę, ſeu licentiæ de capiendo conceſſæ uigore publici inſtrumenti diſputaretur nulla datia inde exigatur, quod etiā ſeruari Decernimus ſi captura emanaret in executionē laudi de quo appareret publicū inſtrumentū. Si autem in executionem publici inſtrumēti peteretur procedi ad prædā, uel ad præceptū de ſoluendo, tunc executionē petens datiā ſoluere te

neatur,& solui debeat anteq̄ licentia prædandi cōcedatur,& seu anteq̄ fiat præceptum de soluendo.

Tertio si ad petitionem creditoris,uel succedēris in credito,uel ad petitionem heredum creditoris,seu ad petitionē cessionarii emanaret citatio contra debitores,uel cōtra heredes debitoris ex tali citatione,uel notificatione,& de exceptionibus,quę propterea opponerētur,nulla debeat datia solui,cum ista sint præparatoria iudicii.

Quarto si peteretur examinatio testium ad perpetuā rei memoriam,quia dubitaretur de morte testiū,uel absentia diuturna,uel ex alia causa prius sa,si talis examinationis petitio emanaret ad petitionem actoris, tunc ipse actor datiam pro ipsa petitione soluere teneatur quando iudicium intentaret super re, uel facto,super quo testiū examinatio peteretur. Si autem examinatio testium peteretur ex parte rei,tunc pro tali petitione datiam soluere teneatur,quia non soluerit reus in principali iudicio.

Quinto si in iudicio coram iudice fieret aliqua præstatio,uel inquisitio,uel notificatio,uel oblatio,in qua iudicis officium non imploretur, tunc nulla solui debeat datia. Si uero in prædictis officiū iudicis quomodolibet imploretur solui debeat datia secundum formam superius ordinatam.

Sexto si agatur cōtra unum ex pluribus insolidum obligatis, & datia fuerit semel ad integrum soluta,si postea ageretur contra alios correos pro eadem re,uel facto insolidum obligatos,datia non debeat solui,cum sufficiat una solutio prius facta.

Septimo si actum fuerit contra principalem debitorem actione personali, & datia fuerit soluta,si postea agatur contra fideiussores,uel bonorum possessores nulla debeat solui datia pro ea quantitate,pro qua soluta fuerit in iudicio personalis actionis intentatę contra principalem.

Octauo si fuerit soluta datia in aliqua causa in qua reus aliquā personam in iudicio nominauerit. Si persona nominata in causa processerit, non debeat solui datia,quia sufficit solutio semel facta.

Nono si in aliqua causa in qua per actorem fuerit soluta datia comparuerit tertius cōtradictor pro suis iuribus defendendis,& prosequendis,nō teneatur ipse tertius cōtradictor adsoluendum datiam, cum sufficiat unica datiæ solutio facta per actorem.

Decimo si quis traxerit aliquem in causa,in qua datiā ad plenum soluerit, & post solutionem datiæ pronunciatum fuerit iudicem nō esse competentem, tunc si postea agatur coram iudice competenti, datia ab ipso actore non exigatur,sed sufficiat solutio datię facta in primo iudicio. Et similiter si primum iudicium fuerit inepte intentatum,et in eo fuerit soluta datia,& durante instantia feratur sententia absolutoria ab obseruatione iudicii, si postea iterum agatur,non debeat solui datia,quia sufficit solutio semel facta, dummodo postea agatur infra duos menses a die dictæ latæ

sententię

sententię proxime computandos,& si ultra differatur, solui debeat daria. Sed si perēpta instantia dicta sententia absolutoria ab obseruatione iudicii proferatur,tunc si iterum agatur,debeat iterum solui daria secundum dictam formam. Et idem si post peremptam instantiam,licet nō fuerit lata sententia ab obseruatione iudicii de nouo ageretur, solui debeat noua daria.

Vndecimo Declaramus ꝙ quāuis actor dariam soluat,nihilominus si reconueniatur debeat ille, qui recōuentionem fecerit dariam soluere pro eo in quo,& de quo actorem reconueniret.Si autem reus non quidem reconueniendo,sed excipiendo peteret, super suis exceptionibus pronūciari, nō debeat ex tali petitione solui daria.

Duodecimo declaramus ꝙ ubi in iudicio soluta esset daria pro petitione diuisionis,uel pro petitione recompere tanto minus solui debeat pro Gabella contractus dictę diuisionis,seu recompere,quantum fuerit solutum pro daria,quia non est nostrę intentionis,ꝙ dictis casibus alquis grauetur duplici onerae Gabellę,uidelicet,& dariæ.Et si qua persona peteret recomperam alicuius rei,quæ contra se,uel eum in cuius locum successisset in solurum,uel ex secundo decreto in iudicio concessa fuisset,nullam ex tali petitione dariam soluere teneatur,si petatur infra tempus a statuto concessum,quia sufficere uolumus solutionem dariæ factam fuisse ab actore in iudicio,unde secundum decretum,uel in solurum emanauit.Et si qua res in iudicio in solutum, uel ex primo decreto, aut ex secundo decreto assignata,fuerit euicta,& daria fuerit soluta in principio,si loco rei euictę alia assignari petatur,non debeat iterum solui daria,quia sufficere uolumus semel solutam esse. Et prædictis etiam adiicimus ꝙ si agatur cōmuni diuidundo,uel familiæ herciscundę,uel finium regundorum,ille,qui ad iudicium prouocat,dariam soluere teneatur, non autem ille,qui conuenitur, quāuis dicta iudicia dicantur duplicia.

Terriodecimo si mater,uel alii consanguinei,uel affines peterent dari tutores,uel curatores minoribus,uel mente captis,ex tali petitione dariam soluere non teneatur,cum talis petitio non procedat ad cōmodum taliū petentium,sed sufficere uolumus dariam,quæ soluitur pro decreto.

Quartodecimo si Consul alicuius Vniuersitatis, uel custos conueniretur ad denunciandum damnificatores, non debeat actor ex tali petitione dariam soluere. Sed si ciuiliter agatur contra ipsos damnificatores denunciandos solui debeat daria per actorem secundum formam superius ordinatam.

Quintodecimo si locator,uel eius heres intentando uiam ordinariam,uel extraordinariam peteret rem locatam finito termino locatiōis sibi dimitti,& relaxari dariam aliquam ex tali petitione soluere non teneatur.

Sextodecimo si qua persona peteret alimenta, non teneatur ex tali peti-

tione alimentorum datiam soluere si iudici uideatur ꝙ talis persona sit miserabilis,& pauper. Si autem non esset miserabilis,& pauper,tunc ad solutionem datiæ teneatur.

Decimoseptimo si fiat reclama cum intesimentis occasione pensionum, seu redditarum retentarum non teneatur actor ad soluendum datiam nisi quando sequeretur cõtra contumacem licentia prædandi. Verum si reus non esset contumax, sed in causa processerit,tunc eo comparente, & se defendente solui debeat datia secundum formã superius ordinatam.

Decimooctauo si pater ageret contra filium in potestate constitutum nulla ueniat soluenda datia, sed e contra, si filius agat contra patrem,datiam soluere teneatur.

Decimonono si petatur approbatio cedulæ alicuius notarii defuncti, nulla exinde datia solui debeat quantũcunque iudicis præsentia, uel authoritas interueniat,

Vigesimo si qua persona incipere uellet a præparatoriis causę,ueluti ab interrogatiõibus a iure, uel a statuto permissis,uel ad petitionem ueniæ edicti,si personas quibus reuerentia debetur in ius uocare uellet, uel alia pręparatoria deduceret datiam soluere non teneatur,sed sufficiat solutio datiæ in iudicio postea intentando.

Et pręd ictis reseruationibus,& delarationibus,& distinctionibus saluis,in quolibet alio casu,qui dici,uel excogitari posset,solui debeat datia ꝑ actorem,secundum formam superius ordinatam.

Et si qua persona moram contraxerit in non soluendo datiam temporibus supradictis,officialis,seu iudex qui cognosceret de causa in qua,uel ꝑ qua esset soluenda datia,teneatur compellere eum,qui soluere tenetur ad soluendum dictam datiam cum pęna quarti pluris. Et si iudex prædicta non seruauerit,seu prædictam datiam cum dicta pœna non exegerit,puniatur in libris quinq, & ab inde supra usque in libris uigintiquinque arbitrio domini Sindici,considerata negligentia iudicis, & quãtitate datiæ.

Et ne iudex possit ignorantiam allegare, Volumus ꝙ notarius actorum causæ teneatur notificare iudici moram prædictam esse contractã, Quod si ipse notarius non fecerit excusetur iudex a dicta pœna. Sed Notarius, qui dictam notificationem facere omiserit puniatur in dicta pœna librarum quinque,uel abinde supra usque in uiginti quinque, arbitrio domini Sindici. Et de dicta notificatione stetur scripturę notarii, quam scripserit in actis causæ,ex qua datia soluenda ueniret cum uno teste. Et ad probandum dictam solutionem datiæ sufficiat confessio facta per camerarium licet aliter de uera solutione non constet. Item sufficiat si notarius in actis scripserit datiã fuisse solutã,uel etiã per Camerariũ cõfessatam. Et prædicta uendicent sibi locũ in causa principali. In causa uero appellationis fiat solutio datiæ,prout disponitur in statutis curiæ appellationũ. Et prædictæ &

ctæ,et infrascriptæ solutiones datiarum,quæ in ciuitate Lucensi soluendæ uenirent fiant,et fieri debeant Camerario prouentuum gabellarum, si quantitas datię soluendæ esset de libris duabus bonæ monetæ ad computum librarum trium, & solidorum quindecim pro quolibet Floreno, uel abinde supra,sed ab inde infra fiat dicta solutio uni ex notariis curiæ ex cuius officio procederetur in causa,quem exactor,uel officialis prouentuum ad hoc elegerit.Et alius notarius eius collega teneatur describere introitum,& exitum.Et singulis duobus mēsibus ipse notarius,qui datiam receperit,teneatur rationem reddere officiali gabellæ.

Et omnem quantitatem,quam receperit,teneatur singulis duobus mensibus consignare generali camerario.Et quilibet dictorum notariorum habeat pro suo salario populenos decem singulo mēse.In districtu uero solutiones dictarum datiarum fieri debeant camerario illius curiæ, in qua causa tractari deberet,qui camerarius teneatur singulis sex mensibus rationem reddere exactori cū integra solutione fienda camerario generali. Et ad tollendas fraudes,quæ in datiis committi solent,uolumus ꝙ quilibet notarius curiarum ciuitatis,& comitatus Lucensis finito eorum officio debeant infra quindecim dies proximos libros curiæ,& manuale officio super introitibus præsentare,& eis computum,& rationem datiarum reddere,& dare sub pęna librarum quinquaginta bonæ monetæ,applicandarum de facto Lucensi camerę cuilibet contrafacienti,et si non dederit, uel non posuerit omnes datias in computo, condemnetur per eundem officium in quadruplum de facto,sine processu,uel scriptura. Et si reperiretur aliquam datiam exegisse,quam in computis nō dederit, & in libro nō scripserit,condemnetur eadem pœna,ut supra.Et præfatum officium super introitibus obligatum sit,eligere reuisorem, seu reuisores dictorum librorum,qui auctoritatem habeant uidendi,& calculandi,& referendi infra terminum per eum statuendum,& eorum relationi in prædictis adhibeatur plena fides,Itē reus succumbens in causa intelligatur,et sit ipso iure condemnatus in expensis ratione datiæ reficiendis actori uictoriam reportanti,a quibus per iudicem non possit absolui,etiam, si allegaretur habuisse iustam causam litigandi : et ab aliis expensis causæ esset absolutus. et idem seruetur in causa appellationis.Hoc addito,ꝙ in causa appellationis ubi ageretur ad rem mobilem,uel imobilem,factum,uel interesse,teneatur actor cum iuramento extimare ualorem rei,uel factum,uel interesse prout in causa principali,et sub censuris,et pœnis supra contentis. Declarantes ꝙ datiarum soluēdarum in Vicariis quęlibet uicaria dimidiam datiarū consequatur,quæ fiunt,et soluuntur,seu fient,et soluentur in ipsis Vicariis,et cum declaratione ꝙ queadmodum processus est nullus quando non estimatur res,quantitas,factum,aut interesse,intra tempus, ut supra,id etiam procedat,et intelligatur,processum esse nullum quando talis estimatio facta esset de minori summa Florenorum . X X V. et po

stea per partē aduersam opponeretur antē publicationē processus, & probaretur ante datam sententiam tale factum, quātitatem, rem, aut interesse, ascendere ad maiorem summā dictorū Florenorū uigintiquinque, & mo dus probandi prędicta intelligatur secūdum dispositionem suprascriptā, & processus huiusmodi sit ipso facto, & ipso iure nullus: Nūc prouidendū restat de Datia soluenda pro decretis, quę extra iudicium interponūtur. Statuimus igitur ꝙ pro decretis, quæ extra iudicium interponūtur, solui debeant pro quolibet decreto ex causa datię solidi triginta, uel ab inde su pra usq; in libris sex ad cōputū librarū trium & solidorū quindecim pro quolibet Floreno arbitrio iudicis, consideratis conditionibus personarū, & qualitate facti, infra tres dies a die interpositi decreti, ad pœnam quarti pluris. Et nisi iudex dictam datiam soluere fecerit, puniatur qualibet uice in libris quinq;, in quibus debeat sindicari. A pauperibus tamen, & misera bilibus personis, pro decretis & authoritatibus extra iudicium interpositis, nihil exigi debeat pro datia. Et an sint, uel non sint pauperes, & miserabiles psonæ, stetur arbitrio ipsius iudicis decretū interponētis, qui de hoc possit secundum suam conscientiam arbitrari.

De his, qui possunt suo nomine in iudicio stare. Cap. XXIIII.

QVilibet maior annis .xviii. sanę mētis legitimā personam habeat in iudicio standi, tam agendo, q̄ defendendo, si sibi aliud q̄ ętatis obstaculum non repūgnet. Itē filius familias maior ānis .xviii. sine patris cōsen su agere, & conueniri possit pro suis obligationibus, & seu cōtractibus, seu quasi, dūmodo patri, uel patris iuribus nullum præiudicium facere possit quouis modo. Itē quælibet mulier nupta, uel uidua, uel nunq̄ nupta, maior annis .xviii. possit suo nomine in iudicio stare, absq; alicuius consensu personæ, non obstante statuto, per qđ in cōtractib. seu quasi, mulier se obligare non possit, sine certo cōsensu, quia illud intelligi uolumus extra iu dicium. Volumus tamē ꝙ iuribus, seu rebus dotalibus mulier nupta nō possit in iudicio sibi, uel marito prę iudicare, nisi mariti consensus accedat. Item in iudicio stare possit quilibet, qui alias fuerit de iure cōmuni admit tēdus, Et e cōtra ille repellatur, qui alias de iure cōmuni, uel ex forma statu. fuerit repellendus. Saluis semper his, q̄ supra dicta sunt. Itē bannitus pro maleficio in persona, uel etiam ī pecunia a quinquaginta libris supra, uel alius, qui causam habuerit a tali bannito, non possit agendo, uel recōue niendo admitti in aliquo casu, quia ratione banni eius personā in agēdo, & reconueniendo inhabilem esse disponimus, & sibi audientiam denegamus, prout etiā continetur in statuto posito sub Rubrica de non præstan do audientiā imbānitis. In defendendo autē se Bānitus, & qui causam ha buerit ab eo, admittatur, intelligēdo semper ꝙ admittatur ad illam defen sionem, quæ sibi competit de iure cōmuni, prout dispositum est per for

mā dicti

mam dicti statuti de non præstando audientiam in bannitis, dūmodo per defensiones a iure communi permissas non derogetur dispositionibus statutorum. Si tamen bannitus contra bannum aliquas uoluerit exceptiones opponere, quæ alias a statutis, uel a iure communi nō contrario dispositionibus statutorum ueniant admittendæ, audiatur eo casu tam agēdo, q̄ defendendo. Bannitus tamen possit ab aliis cōueniri, & ad rationem faciendam aliis compellatur. Et quod dictum est, ꝙ habens causam a bānito nō audiatur, locum habeat, nisi talis causa emanasset ex credito præcedenti ipsum bānum, pro quo credito de bonis talis bāniti esset in iudicio, uel extra in solutum adeptus, pro quibus bonis ius causam a bānito habēti fieri debeat. Et si quis ante delictum pro quo bānum latum foret, ius acquisiuisset ab eo, qui postea fuisset bānitus, etiam talis acquirens audiatur, & sibi iustitia ministretur. Cæterum declaramus, ꝙ si is, qui haberet causam a bānito reperiretur tale ius acquisiuisse in fraudem fisci, talis acquisitio non ualeat, quia nemini debet sua fraus patrocinari. Si quis autem exceptionem bāni opponeret, & infra terminum ordinarū nō probauerit, puniatur prout continetur in statuto posito sub rubrica de exceptione bāni.

De his, qui possunt alieno noīe in iudicio comparere. Cap. XXV.

TVtor pro pupillo, uel pupilla, & curator pro adulto, uel adulta, in iudicio admittātur, nec repelli possint prætextu inuētarii non facti. Itē admittatur Rector, seu Prælatus pro sua ecclesia. Item Hospitalarius ꝓ suo hospitali legitimam intelligatur habere ꝑsonam. Et quilibet Operarius pro opera, seu fabrica ecclesiæ admittatur. Et dictæ ꝑsonæ pretextu inuentarii nō facti non possint a iudicio repelli. Ac etiam quilibet Procurator, qui mandatum haberet legitimum admittatur. Et si aliquis tanq̄ procurator nō facta fide mandati, fuerit admissus, sententia lata mandetur executioni contra eum, ac si ipse suo nomine esset principaliter condemnatus, nisi ꝓduxerit chartam sui mandati cū effectu, quo casu cōtra dominum, & non cōtra procuratorem sententia executioni mandetur. Præterea Procurator a qualibet muliere maiore annis. xviii. constitutus audiatur, & admittatur: quāuis tali mulieri in eodem procuratore constituendo, cōsensus nō intercessent alicuius. Saluo ꝙ mulier nupta in rebus, & iuribus, seu pro rebus, & iuribus dotalibus, sine cōsensu mariti procuratorē cōstituere nō possit. Item cōiuncta ꝑsona admittatur agendo, sed nō exigendo. Et hoc intelligi uolumus de coniunctis usq; ad tertium gradum inclusiue, secundum cōputum decretorū. Item quælibet ꝑsona, etiā in aliquo gradu nō cōiuncta admittatur in ciuilibus ad defendendum, cum satisdatiōe legitima. Itē in eo casu ubi aliquis ꝓpinquus citari debet ꝑ formam statutorum, talis ꝓpinquus citatus admittatur, & curator legitimus eius causæ, & appellationū, quæ inde sequerētur esse intelligatur, & sit, absq; aliqua

satisdatione, nisi suspicaretur de collusione, quo casu non admittatur sine satisdatione legitima. Et utrum de collusione sit suspitio, uel non, declarationem relinquimus arbitrio iudicantis. Item Consul, uel Officialis alicuius uniuersitatis, uel cõmunitatis admittatur pro ipsa uniuersitate, uel cõmunitate tam agendo, q̃ defendendo, absq; aliqua satisdatione: et qui comparuerit ut consul, non habeat necesse probare se esse consulem, si pro consule, uel officiali sit descriptus in curia maleficiorum Domini lucensis Potestatis, uel in curia Domini maioris Sindici, uel alia quacunq; curia ciuitatis lucensis. Et similiter pro uniuersitate, uel communitate admittatur sindicus ab ipsa uniuersitate constitutus cum legitimo mandato. Preterea admitti permittimus nomine alieno omnes illas personas, quæ de iure communi possunt, uel debent admitti. Illud etiam Statuimus, ꝙ siue Dominus principalis sit præsens in ciuitate, uel eius districtu, siue absens semper præsumatur scire quicquid sciuerit eius procurator, uel tutor, uel curator, uel defensor, uel alius, qui alieno nomine causam tractasset: et non possit inde Dominus ignorantiam allegare, & contra hanc præsumptionem nulla probatio admittatur. Declaramus insuper, ꝙ in dictis casibus, in quibus alieno nomine comparentes releuauimus ab onere satisdandi, intelligendum esse de satisdatione ad quam de iure communi tenerentur alieno nomine comparẽtes, sed non intelligantur releuari ab illa satisdatione alieno nomine comparentes, quam persona principalis præstare debuisset, quia non debet esse melioris conditionis q̃ Dominus principalis, nec per eius comparitionem debet fieri deterior conditio partis aduersæ. Et prædictis adiicimus, ꝙ omnia in iudicio facta per prædictos, qui alieno nomine comparuissent, & admissi fuissent, ualeãt quo ad oẽm effectũ, ac si principales legitime cõparuissent, & causam tractassent per seipsos.

De Procuratoribus ad lites, & causas constitutis. Cap. XXVI.

OMnis, qui de iure communi ab officio procuratoris repellitur, nullatenus ut procurator alterius admittatur, ac etiam Statuimus, ꝙ nullus forensis, qui non sit de ciuitate lucensi, uel eius territorio, & districtu oriũdus, etiam si in ciuitate lucensi, uel eius territorio habitaret, possit pro aliqua persona undecunq; sit, seu pro aliqua uniuersitate in aliqua curia lucẽsis ciuitatis, uel eius territorii procurare, interuenire, postulare, allegare, uel aduocare sine expressa licentia Magnifici communis lucensis, nisi solũ pro uxore, & pro affinibus, & consanguineis sibi coniunctis, usq; ad secundum gradum, secundum computum decretorum, super quibus obseruari Volumus statutum positum sub rubrica de pœna forensis, qui in ciuitate lucẽsi, uel in eius districtu pro aliqua pſona aduocaret, uel procuraret. Si quis autem obiecerit aliquem non esse ciuem lucensem, aut districtualem, ut a ꝓcurationis officio excludatur, si postea contrariũ probaretur, puniatur in

libris

libris.xxxiii,de facto,& sine aliquo processu. Præterea Statuimus,q illi officiales pro aliis procurare,uel aduocare non possint, uerbo, uel facto in aliqua curia lucensis ciuitatis,uel lucensis districtus,de quibus,& prout cõtinetur sub rubrica de pœna quorundam officialium pro aliis postulantium in aliqua curia,quod statutum obseruari Volumus in qualibet eius parte. Et insuper Statuimus,q nulla persona cuiuscunq conditionis existat,possit in eadem curia,in qua esset Iudex,uel Notarius, seu Scriba, uel Officialis,uel Extimator,uel alio quocunq nomine censeretur,p alia quacunq persona, etiam sibi in quocunq gradu coniuncta, & seu pro aliqua uniuersitate aduocare,uel pcurare,uel patrocinium exhibere,seu quomodolibet interuenire,seu simile ministerium impartiri tacite, uel expresse,prout cõtinetur in statuto posito sub Rubrica de pœna officialis,qui esset procurator,uel aduocatus in causa coram eo,uel in curia in qua officium exerceret uenrilãda,quod statutũ obseruari Volumus in qualibet eius parte.

Cæterum Statuimus q procurator actoris tempore suæ primæ comparitionis, quæ in principio litis fieret,de suo mandato fidem facere teneatur, & ad illud producendum nulla sibi dilatio concedatur. Et si illud dicto tempore non produxerit nullatenus audiatur. In processu uero litis dari possit dilatio ad mãdatum producendum ad primã diem iuridicam proxime,& immediate sequentem. Sed procuratori rei in qualibet parte iudicii dari possit dilatio ad mandatũ producendũ ad primã diem iuridicam proxime,& ĩmediate sequentẽ: Et si in dicto termino mãdatũ nõ pduxerit,ipse reus cõtumax reputetur,si legitima citatio,uel monitio precesserit.

De quibusdam exceptionibus contra personas ecclesiasticas in iudicio cõparentes repellendis. Cap. XXVII.

ET quia cõtra personas ecclesiasticas pro suis ecclesiis, seu hospitalibus in iudicio comparentes,opponitur,ipsas in earum ecclesiis non fore legitime institutas,nec titulum canonicum obtinere. Et pro ecclesiis,seu hospitalibus,seu aliis piis locis,pro quibus in iudicio intercedunt, personam legitimam non habere, & ex hoc multo tempore iudicia protelantur. Idcirco ad ipsas lites minuendas Statuimus,q tales in iudicio comparentes, intelligantur in eorum ecclesiis,& hospitalibus,& piis locis canonice instituti,et hoc nisi ex aduerso probetur contrarium. Sed nihilominus tali re probatione pendente,procedatur in causa,nec supersedeatur in ea. Sed in euentu talis probationis legitime factæ, nihil ualeat quod est actum. Et talis persona,quæ non canonice instituta comparuisset,condemnetur in expensis. Sed si sic obiiciens non probauerit suam exceptionem,condemnetur in expensis dicta occasione factis.

De Mandatis concessis a psonis ecclesiasticis. Cap.XXVIII.

FRequenter iudiciũ dilatare uolẽtes obiiciunt contra procuratores ,ſindicos,uel yconomos a pſonis eccleſiaſticis cõſtitutos,ꝙconſtituẽtes nõ ſint in eorũ eccleſiis,& hoſpitalibus canonice inſtituti, & ꝙ in conſtituẽdo ꝓcuratore,uel ſindico,legitimus nõ interceſſerit numerus capituli,uel cõuentus,ſeu ꝙ conſtituẽtes nõ ſint de capitulo,uel conuẽtu,& ex hoc litigia progãtur,ideo Statuimus,ꝙ tales conſtituẽtes,& mandatũ concedẽtes, intelligantur,& præſumãtur in eorũ eccleſiis,& hoſpitalibus,& aliis piis locis canonice inſtituti,et etiã præſumatur legitimũ numerũ capituli interueniſſe,et illos de capitulo eſſe.q tanq̃ de capitulo in cõceſſione mãdati interuenerũt,ſi in inſtrumẽto ſindicatus ꝓcuratoris,uel yconomatus ꝑ notariũ mẽtio habeatur,ꝙ conſtituẽtes ſint de capitulo,uel conuẽtu,uel ꝙ ſint prælati,uel rectores eccleſiarũ,hoſpitaliũ,et piorũ locorũ,de quibus in inſtrumẽto mãdati mentio habeatur,et tales procuratores,ſeu ſindici,et yconomi admittãtur,nõ obſtãtibus exceptionibus ſupraſcriptis,niſi pars opponẽs contrariũ probauerit.Et nihilominus procedatur in cauſa,non obſtãte dicta facultate probãdi,ſed in euentũ talis ꝓbationis nihil ualeat ,qđ cũ tali ꝓcuratore, uel ſindico,ſeu yconomo fuerit actitatũ,et nihilominus talis procurator,ſindicus,uel yconomus,i expẽſis legitimis condẽnetur,et ſimiliter ſi dictas exceptiões obiiciẽs,eas nõ ꝓbauerit ,puniatur i expẽſis.

De Mandatis,quæ ab Vniuerſitatibus, Congregationibus , et Collegiis conceduntur. Cap. XXIX.

ITem,quia contra ſindicos,actores,ſeu procuratores uniuerſitatum,congregationum,et collegiorum, quæ in iudicio interueniunt ad agẽdum, ſeu etiam ad defendendum multotiens opponitur non interueniſſe ſufficientem numerum hominum dicti communis,uniuerſitatis,congregationis,uel collegii conſtituentium dictum ſindicum,actorem, ſeu procuratorem,uel conſtituẽtes non eſſe de uniuerſitate , et congregatione prædicta, et propterea lites inſurgunt,et efficiuntur imortales.Idcirco ſalubri remedio obuiantes,Statuimus ꝙ inſtrumentis publicis de mandatis prædictis ſtetur,et adhibeatur plena fides,ſi in dicto inſtrumẽto ipſos de tali uniuerſitate,et collegio eſſe,et ſufficientem numerum interceſſiſſe contineatur expreſſe,et hoc niſi ex aduerſo contrarium probaretur, qua probatione pendente nihilominus procedatur in cauſa,nec ſuperſedeatur in ea,ſed in euentum talis probationis legitimę,nihil ualeat,quod eſt actum. Et nihilominus ipſi homines de uniuerſitate conſtituentes , qui non interuenerunt in legitimo numero,affirmando ſe in legitimo numero interueniſſe,puniantur de facto in libris.xxv.Et nihilominus tales ſindici,actores, ſeu procuratores in expenſis legitimis condemnẽtur. Et ſimiliter ſi dictas exceptiones obiiciens eas non probauerit , puniatur in expenſis dicta occaſione factis.

De Procuratore

De Procuratore constituẽdo a muliere,& a minoribus. Cap.XXX

ET quælibet mulier sui iuris,maior annis decem & octo, absq; alicuius personæ consensu,possit constituere procuratorem in causis suis, & talis procurator debeat recipi,& admitti. Et si mulier fuerit minor annis decem & octo, & tutorem, siue curatorem habuerit, si fuerit sub patris potestate constituta,tunc p patrem,uel p tutorem,uel per curatorem,uel per actorem,seu procuratorem a patre,uel tutore,uel curatore constitutũ,possit,& debeat causa tractari.Si uero careat tutore,uel curatore,nec sit sub patris potestate constituta, possit constituere procuratorem in causis suis cũ consensu propinqui, Sed si talis mulier fuerit nupta,& uiro tradita minor annis decem & octo, possit procuratorem constituere maritum cum consensu propinqui. Et si constituerit alium, exigatur consensus propinqui, & mariti: Sed si maritus fuerit absens, sufficiat solum consensus propinqui, et in casu quo dicta mulier haberet causam cum marito, tunc possit constituere procuratorem sine consensu mariti,dummodo interueniat cõsensus propinqui. Et si mulier nupta fuerit maior annis decem & octo, possit procuratorem constituere in causis suis, prout continetur supra in capitulo sub Rubrica de iis, qui possunt alieno nomine in iudicio comparere,saluo q̃ super rebus dotalibus,in quibus obseruetur,prout in prælegato capitulo est ordinatum. Masculus autem maior annis decem,donec in tutela, uel cura fuerit, possit procuratorem constituere cum auctoritate tutoris,uel curatoris, & per talem procuratorem possit eius causa tractari. Et si masculus maior annis decem esset absens,possit tutor pro curatorem constituere,& talis procurator debeat recipi,& admitti.Et si masculus fuerit maior annis.xviii.siue fuerit sui iuris, siue in potestate patris cõstitutus,possit sine patris cõsensu,procuratorẽ cõstituere, prout uoluerit,et talis pcurator debeat recipi,& admitti,dummodo patri,uel suis iuribus nullum præiudiciũ facere possit.

De Mãdatis,q̃ a tutoribus,& curatoribus,cõceduntur. Cap.XXXI.

QVamuis quibusdam minoribus ex forma præcedentis capituli, sit procuratorem constituendi concessa potestas, nihilominus concedimus tutoribus, & curatoribus facultatem auctoritate præsentis statuti, etiam sine iudicis decreto,& etiam ante litem contestatam in causis pupillorum,& adultorum,& prodigorum,& mentecaptorum, & hereditatum iacentium,& non aditarum,suo tamen,uidelicet dictorum tutorum, & curatorum periculo,constituendi actorem,& procuratorem, & talis actor,siue procurator debeat recipi,& admitti,tam in agendo, q̃ in defendendo, nec differentiam facimus in nomine procuratoris,uel actoris,cũ uerbis,& non rebus, legem imponere,intentionis nostræ sit.

De Curatore dando liti,& bonis absentis, & in defensi,& here ditati iacenti. Cap. XXXII.

STatuimus,q in casu quo aliqua psona esset absens extra ciuitatẽ,& territorium lucense,& esset indefensa,ac etiam in casu quo hereditas aliqua esset iacẽs,& a nemine adita,& nullus appareat eiusdẽ absentis,uel hereditatis iacentis defensor idoneus,tunc ad petitionẽ cuiuscũq; consanguinei,uel affinis,uel creditoris talis psonæ absentis,uel defunctæ, uel etiá ad petitionem alterius,cuius interesset .D. lucensis Potestas , uel eius Iudex in ciuitate lucensi , & qlibet Vicarius in sua uicaria teneãtur infra tres dies unles curatorẽ eligere,& cõstituere,& decernere nõ solũ liti,quæ moueretur, seu mouenda esset,sed etiá bonis absentis,& indefensi,et hereditatis iacẽtis. Et ad hoc eligãt unũ bonum,et practicũ notarium,uel aliũ idoneũ,quẽ ipse iudex putauerit meliorẽ,qui curator sic cõstitutus intelligatur, et sit curator illius causæ,et litis,et appellationum,q̃ postea interponerẽtur,et sit administrator legitimus in iudicio,et extra,bonorum talis absentis,et indefensi,et hereditatis iacẽtis:et inuentarium facere teneatur solum de bonis,et rebus, q̃ ad suas manus puenerint uigore officii dictæ curæ, et si tale inuẽtarium nõ fecerit,obligetur ,et teneatur ad oĩa,ad q̃ de iure cõi tenẽtur curatores, et inuẽtarium nõ faciẽtes,sed prętextu inuẽtarii non facti,non possit a iudicio repelli.Et talis curator nõ teneatur ad illã satisdationẽ ,ad quá tenẽtur alieno noĩe cõparentes,sed iuramẽtum præstet de dicto officio fideliter, et legaliter exercẽdo.Et q sic fuerit electus,teneatur dictum officium acceptare,et exercere pœnis,et bãnis de qbus iudici uidebitur. Et iudex,qui dictũ curatorẽ dederit,teneatur dicto curatori salariũ decernere,et taxare de bonis talis absentis,seu hereditatis iacentis.Sed ĩ casu,in quo daretur curator liti,et causæ,ille qui curatorem dari petierit,teneatur ad expẽsas causę,et salarii dicti curatoris,ad quas expensas p iudicem modis oĩbus cõpellatur. Et quicquid p dictum curatorẽ datum,ĩ dictis casibus fuerit actitatum, ratum maneat.Et si postea supueniret legitimus defensor,qui pro huiusmodi absente,et seu hereditate iacente,et seu pro dicta lite ĩ iudicio cõpareret , et defensionem subiret,cesset dicta cura,et desinat esse curator, rato manẽte eo , qđ interim p ipsum ,et cum ipso extiterit actitatum:Saluis tamẽ oĩbus prędictis,qbus supra de curatore puisum est beneficio appellãdi , seu restitutionis in integrum,put elegerit ubi alias de iure cõi forẽt ad dicta beneficia,seu alterũ eorum admittẽdi. Et Declaramus,q ad petitiõem actoris,q causam tractaret cõtra absentes,et hereditates iacẽtes,curator prędictus dari nõ possit,ut cesset suspitio collusionis,sed ad petitionẽ eorum,de quibus supra dictum est. Cæterum si plures p talibus psonis , & seu p hereditate iacẽte defensores cõcurrant,iudex corá quo quęstio uertitur,unum eligat, quẽ putauerit magis idoneũ,ne actor in plures aduersarios distringatur. Verũ in casu,in quo dari peteretur curator liti,si infra dictũ tẽpus triũ dierum

rum utiliũ iudex causæ nõ dederit dictum curatorẽ,ut supra dictũ est,uel alius defensor nõ cõparuerit,iudiciũ subiturus,debeat elapso dicto termino trium dierũ utiliũ ꝓcedi,prout statutorũ forma disponit. Nec ideo minus cõtumacia contra cta uideatur,quia petitũ fuerit dari curatorẽ prædictum,sed post dictũ terminum trium dierum,si interim nõ fuerit purgata cõtumacia seruetur forma statuti, De modo ꝓcedẽdi cõtra contumacẽ in ciuilibus,sed si contumacia purgaretur,& curator,uel alius defensor legitimus appareret,procedatur in causa secundum formã statuti infra positi, sub Rub.de ordine iudiciorum utraq; parte comparente. Declarantes ꝙ in suprascriptis casibus,ubi constituitur curator bonis absentis,uel hereditati iacenti,seruari debeant solennitates requisitæ a iure communi, & illis omissis datio curatoris non teneat ipso iure.

De Modo procedendi in causis,& quæstionibus mandatorum. Cap. XXXIII.

STatuimus,ꝙ omnes,& singulæ causæ,& quæstiones,quę uerterentur super mandatis eorum,qui cõparent in iudicio nomine alieno, debeant ꝑ iudicẽ causæ,absq; alicuius cõsilio ,uel colloquio infra tres dies utiles a die obiectiõis cognosci,& terminari,alioqñ iudex ipse puniatur ĩ lib.v.uel ab inde supra usq; ĩ lib.xxv.arbitrio.D.maioris sindici,& a tali sentẽtia,uel ꝓnũciatione sup mãdatis non possit appellari,supplicari,uel quærela moueri,uel ad aliquem iudicem contra eam recursus haberi. Sed si quod grauamen fuerit ex dicta pronunciatione illatum, reparari possit in appellatione,quæ interponeretur a diffinitiua sententia. Si uero opponeretur aliquid contra mandatum,quod probari non potuisset infra dictum terminum trium dierum,iudex nihilominus pronunciare teneatur super mandato,prout ex dispositione mandati cognouerit esse iuris, reseruato iure probandi exceptionem contra dictum mandatum oppositam in generali termino probatorio in causa assignando. Et in euentum talis probationis legitime factæ contra dictum mandatum,nihil ualeat quod est actum in fauorem partis, pro qua talis procurator non legitimus interuenerit, sed habeatur perinde,ac si persona,pro qua talis procurator non legitimus intercesserit,contumax extitisset. Si quis autem nomine actoris comparuerit,asserẽs se habere mandatum ,teneatur ad petitionem aduersarii mandatum producere,prout supra de procuratoribus ad lites, & causas constitutis, ordinatum est, alioquin a iudicio repellatur. Si uero comparuerit procurator rei,asserens se habere mandatum, teneatur illud producere prima die iuridica proxime, & immediate sequenti: Et si in dicto termino mandatũ nõ produxerit ipse reus,cõtumax reputetur. Sed si aliq̃s alieno noĩe cõparuerit,& nõ facta fide mãdati fuerit admissus,sentẽtia lata mãdetur executioni contra eũ,ac si ipse suo noĩe esset principaliter condẽnatus,

nisi produxerit chartã sui mãdati legitimi, quo casu cõtra dominũ, & non cõtra ipsum, sentẽtia executioni mãdetur. Cæterũ, si tutor, curator, yconomus, seu sindicus, procurator, seu actor, qui mandatũ legitimũ nõ haberet in iudicio cõparuerint, teneãtur ipsi, & qlibet ipsorũ noĩe proprio ad faciẽdum, & curandũ sic, & taliter, q eorũ domini ratũ habeãt, quod est gestũ, & geretur. Et hoc inquantũ pars aduersa uelit, alioqn tales procuratores, tutores, & curatores, & sindici mandatũ legitimũ nõ habẽtes, a iudicio repellãtur. Illud etiã Declaramus, q cõparens alieno noĩe, cuius mãdatum pronunciatum fuerit esse legitimum, reuocari possit expresse ante litem contestatam, uel postea in processu causæ, dummodo de eius reuocatione appareat in actis dictæ causæ.

De Modo procedẽdi cõtra reũ cõtumacẽ ĩ ciuilibus. Cap. XXXIIII.

SI psona citata fuerit contumax ante litem contestatã, expectetur post talem contumaciã contractã tribus diebus utilibus, infra quos possit suã contumaciã purgare, & quilibet, q contumaciã purgauerit, teneatur anteq̃ in aliquo audiatur, reficere expensas cõtumaciæ, & occasione dũtaxat contumaciæ factas, quę in causa factæ fuissent. Verũ si reus nõ purgauerit suã contumaciã, tũc decursis dictis tribus diebus teneatur officialis, seu iudex causæ, absq; alia causę cognitione, uel examinatione, & absq; noua citatiõe, procedere ad pronunciationẽ de mittendo in possessionẽ ex primo decreto, siue ad tenutã tradendam, absq; alia pronunciatione, uel etiã ad prędã.i. ad pignora capiẽda, & etiã ad multã indicendã, prout actor elegerit, & iudici uideatur. Post litẽ uero contestatã, nõ possit ex contumacia ad tenutã, uel prædã procedi, sed procedatur ad decisionem causæ, ut iura uolunt. Volumus tamen, q ad multã procedi possit tam ante litẽ contestatã, q̃ post, prout iudicem mouerit æquitas. Cæterum ubi reus cõtumax appareat obligatus per publicum instrumentum, possit cõtra eum procedi, non solũ ad dicta remedia, sed etiã ad alia, de quibus continetur infra sub Rubrica si debitor obligatus per publicum instrumentum non comparuerit.

De Pignoribus in prædam concessis. Cap. XXXV.

ET si ad uoluntatem, seu petitionem actoris contra reum contumacem procederetur ad prædam, tunc si reus, qui in ciuitate lucensi, uel eius territorio præsens esset, infra triginta dies continuos post secutam prædam sequientes, & si ipse reus fuerit absens extra lucẽse territoriũ infra tres menses post secutã prædam proxime sequẽtes, non purgauerit contumaciam suã, teneatur iudex actore petẽte, procedere ad uẽditionẽ pignorũ, siue rerũ concessarũ ĩ prædã, dũtamen reus primo citetur ad dicendũ causã quare pignora ĩ prædã cõcessa, uẽdi nõ debeãt. Et si nõ cõparuerit, uel etiã si cõparuerit,

paruerit,& causam iustã nõ allegauerit,& seu si cõtumaciã nõ purgauerit, pignora uendantur ipsis,tamen per tres dies subastatis,& positis ad incantum,& dentur plus offerenti. Et precium inde perceptum usq; ad quantitatem,pro qua fuerit prçda concessa detur ei ,qui dictam prçdam fuerit adeptus,& teneatur sibi computare in debito petito,& in expẽsis propterea legitime factis,& de hoc fiat instrumentum per unũ ex notariis curiæ,Residuum uero,si quod superesset,restituatur ei,contra quem prçda fuisset cõcessa. Et uenditione pignorum facta pro eo quod solutum esset actori dicto modo,reus non audiatur. Pro residuo uero si ultra petiisset,q̃ ex prçda fuerit consecutus,uterq; tam actor,q̃ reus,purgata per reum primo cõtumacia,audiatur in suo iure,et dicta forma circa pignorum uenditionem debeat seruari quotiensciunq;,& quandocunq;,& ex quacunq; causa fuerit secuta prçda contra reum cõtumacem ,& cõcessa prçda quamdiu reus steterit in contumacia,tempora instantiæ non labantur actori,prout dispositum est supra,de termino instantiæ causæ principalis. Et hæc seruentur in uenditione pignorum iudicialium:in cõuentionalibus autem seruetur forma posita sub Rubrica de uenditione pignorum conuentionalium.

De primi decreti interpositiõe,& tenuta cõcedenda. Cap. XXXVI.

Contra reũ contumacẽ absq; noua citatione, & absq; alia causç cognitiõe pcedi debeat ad uoluntatẽ actoris ad pronunciationẽ de mittẽdo actorẽ in possessionẽ ex primo decreto in rebus ĩmobilibus rei cõtumacis,&ad tenutã. Vbi igitur agatur,uel agi intẽdatur actione reali,uel in rẽ scripta pre mobili,uel ĩmobili,mittatur actor ex primo decreto in tenutã ipsius rei petitæ,et lucretur fructus totius tẽporis,quo steterit in possessione.
Et si reus infra annum contumaciam purgauerit,et primũ decretum cassari fecerit,restitutis expensis,et dato fideiussore,secundum formam statuti, de hoc loquẽtis,teneatur ipse actor eidẽ reo dictam tenutam restituere,fructibus sibi retentis pro rata temporis,quo steterit in tenuta. Sed si infra annum reus contumaciam non purgauerit, efficiatur actor uerus possessor, et uere possideat,dominii quçstione seruata. Si autẽ ageretur,seu agi intẽderetur actione psonali ad quãtitatem,uel ad factum,uel ad interesse, mittatur actor in possessionem bonorum rei pro mẽsura debiti declarati,et p expensis legitime factis per iudicem taxandis. Et quando conceditur primum decretũ pro mensura debiti declarati in aliqua re ipsius rei conuenti,lucretur actor fructus ipsius rei propter contumaciã rei. Et post annum possit actor petere sibi adiici ex secundo decreto,et donec fuerit ex secundo decreto concessa tenuta , semper reus possit eam recuperare , restitutis expensis dictæ tenutæ, et dato fideiussore, secundum formam statuti de hoc loquẽtis. Et in prædictis tenutis Iudex recipiat iuramentũ ab actore, uel habẽte madatũ pro eo qđ iuste petit ea,quç in sua petitione cõtinẽtur.

Et si ageretur ad factum, uel aliud, ita ꝙ certa quantitas in libello non cõtineatur, possit, & debeat nihilominus officialis, seu iudex procedere ad tenutam, usq; in eam summam, quam actor iurauerit sua interesse, quod iuramentum iudex possit taxare, & refrenare, prout sibi uidebitur, & etiã post præstitum iuramentũ, si nimium iuratũ fuerit, possit iudex illud ad iustã quantitaté reducere. Verũ si reus, qui fuerit contumax, & qui fuerit legitime expectatus, & sic iuridice procedi potuisset ad prædã, uel ad tenurã ante concessionem prædæ, uel tenutæ cõpareat, iudiciũ subiturus, & expẽsas contumaciæ restituat, eo casu iudex ipsam tenutã, uel prædam dare, uel inuestire non possit, sed debeat in causa procedi secundum formam statuti. Cæterũ Disponimus, ꝙ concessa tenuta, quãdiu actor steterit in possessione, & reus in sua contumacia pseuerauerit, tẽpora instãtiæ nõ labantur actori, sed ipsa contumaciæ tẽpora de termino instantiæ detrahantur.

De Tenutis reo denunciandis. Cap. XXXVII.

ET debeat quælibet tenuta, seu missio ex primo decreto denunciari mãdato iudicis, qui eam concessisset illi personæ, contra quam, seu super cuius bonis dicta tenuta concessa fuerit, infra decem dies utiles a die concessionis factæ. Et si dicta denunciatio non possit fieri in personam rei, fiat denunciatio tenutæ eo modo, & forma, prout debet fieri citatio, secundum formam præcedentium capitulorum de forma citationis loquẽtium, quorum quodlibet debeat in dicta denũciatione tenutæ in suo casu seruari, eo excepto, quod ibi disponitur de libelli, seu petitionis oblatione. Et si sic dicta tenuta denunciata non fuerit, non ualeat ipso iure.

De expẽsis, & fructib. tenutæ, uel primi decreti, & prędæ. Cap. XXXVIII

IN qualibet concessione tenutæ, uel predæ, plus, uel ultra scribi non debeat nomine expensarum, q̃ re uera pro sumptibus datum sit, quamuis minus solutum fuerit, q̃ per formam statuti solui debuerit, & in qualibet concessione tenutæ recipiatur ab actore iuramentum, ꝙ tantum uere expendit, quantum in ipsa tenuta pro expensis scriptum est. Si autem plus datum fuerit pro expensis, q̃ per formam statutorum fuerit concessum, illud plus non debeat reo aliqualiter computari, nec in tenuta describi, & si plus fuerit descriptum in eo pluri non teneat talis scriptura expensarum, nec reus ad restituendum illud plus modo aliquo cogi possit. Et semper actor lucretur fructus rerum sibi in tenutam concessarum. Et si contingeret tenutam recuperari, uel secundum formam sequẽns capituli cassari, anteq̃ actor recepisset fructus dictæ tenutæ, possit nihilominus talis actor omnes expensas utiles, siue necessarias factas in rebus in tenutam concessis recuperare, ac etiam fructus repetere, & habere pro rata temporis,

quo

quo steterit in tenuta,& ꝑ ipsis expēsis,& fructibus a tēpore cōcessionis te nutæ bona ipsa in tenutā concessa sint auctoritate præsentis statuti obliga ta. Et de ipsis expensis,& fructibus fiat executio per iudicem,a quo tenuta emanauerit,uel ꝑ eius successorem, Et si huiusmodi fructus ad ipsum debitorem, uel ad aliū ꝑ eo peruenissent,illos restituere teneatur actori,& pro rata,& pro rpe,ut dictū est,cū pœna dupli,ad quam restitutionem faciendam dictus debitor modis omnibus compellatur.

De Tenuta,uel Præda cassanda. Cap. XXXIX,

TEnuta in actione reali,uel in rē scripta,ex primo decreto cōcessa,possit cassari,& reuocari infra annū a die concessionis dictæ tenutæ proxime computandū,restitutis expēsis dictæ tenutæ,& fideiussore dato de iudicio sisti,& iudicato soluendo, Si reus dictam tenutam infra annum cassari petierit,post annum uero dicta tenura inuito actore cassari non possit,sed ipse actor missus in possessionē ex primo decreto, uerus efficiatur possessor, saluis reo suis iuribus,in proprietate,& dominio in ipsis rebus sibi competentibus. Tenuta uero ex primo decreto in personali actione cōcessa possit ad petitionem rei quandocunq; cassari, & reuocari, tam infra annum, ꝙ postea,donec fuerit assignata ex secundo decreto,restitutis expensis ipsius tenutæ,& dato fideiussore approbato de iudicio sisti,& iudicato soluendo. Præda uero propter contumaciam concessa semper recuperari, & cassari possit,nisi uenditio pignorum facta fuerit secundum formam statuti positi sub rubrica de pignoribus in prædam concessis. Et in prædictis cassationibus,& reuocationibus tenutarum,et prædæ,semper dari debeat fideiussor de iudicio sisti,et iudicatum soluendo. Et expensæ occasione ipsius tenutæ,uel prædæ factæ restitui debeant,uel saltem deponi pro ipsis restituendis actori. Quibus præmissis iudex tenutam, et prædam cassare teneatur, et bona in tenutam,uel prædam concessa restitui debeant cum effe ctu. Saluo iure fructuum, quos actor lucrari debeat pro rata temporis, quo steterit in tenuta,et aliter,uel alio modo dicta tenuta,uel præda cassari non possit,nisi de uoluntate partium procederet, et nisi constaret iudici solutionem factam esse post concessionē tenutæ, de eo qđ petebatur, uel saltem factum fuisse depositum de quantitate petita. Et si iudici constaret ꝙ ante primi decreti,uel tenutæ,et prædæ,concessionem solutio,uel depositum facta, uel factum foret, teneatur tenutam, uel prædam cassare,et actori nihil restituatur nomine expensarum, et fructus non lucretur,et fideiussor non præstetur. Sed potius teneatur ipse actor ad restitutionem damnorum,et expensarum, quas reus propterea substinuisset: et nihilominus puniatur secundum formam statuti loquentis de pœna petentis quod sibi solutum est. Et si reus, qui recuperauerit tenutam, uel prædam propter contumaciā cōcessam,postea cōtumax fuerit,nō cōparendo,

& nō litigando ante litem cōtestatam possit pars actoris petere tenutā, uel prædam sibi restitui. Et iudex teneatur eandē tenutam, uel prædam eidē restituere summarie, & ꝓcedere ad dationem insoluti ex secundo decreto, uel ad prædæ uenditionē, non admisso aliquo modo ipso conuēto, uel alio pro eo uolente iterum recuperare tenutam uel prædam.

De Secundo Decreto. Cap. XXXX.

SEcundum Decretum peti possit quandocunq; post annum a die concessionis primi decreti proxime computādum, & cū causæ cognitione interponatur, et citato reo: Nō tamē sit necessarius nouus libellus, sed sufficiat petitio primo facta ante primū decretum: et si reus comparuerit pro cedatur in causa ordinario iudicio restitutis expensis, & præstito fideiussore, prout supra in proximo præcedenti capitulo dictum est, & postea de iuribus partium disceptetur, & unicuiq; iustitia ministretur. Si uero reus citatus contumax fuerit, debeat actor suas probationes iudici ꝓducere, & non sit necesse reum in ipsa productione citari. Quas probationes iudex absq; alia citatione ulterius fienda, teneatur uidere, & examinare. Et si iudex per iuridicas probationes inuenerit actorem iuste petere interloquendo, secundum decretum interponat, & res eidem actori adiudicet, recepto tamen iuramento, ꝙ sic iuste petere potest, & actor uerus dominus exinde efficiatur, prout, & quatenus erat reus ante concessionem dicti secūdi decreti, & alios effectus consequatur, qui de iure competere debent, seu possunt, misso ex secundo decreto. Et nisi actor suas probationes ostēdiderit, ad secūdum decretum nullatenus procedatur. Præterea facta concessione, & assignatione ex secundo decreto, reseruamus reo ius recuperandi res ex secundo decreto concessas infra annum, secundum formam statuti infra positi sub rubrica de recuperatione rerū insolutū, uel ex primo decreto adiudicatarū.

De Multa in ciuilibus causis indicenda Cap. XXXXI.

ET ut iudici pareatur, multa in ciuilibus contra contumacē, & contra alium quēcunq; iudicis mandato non obtēperantem uendicet sibi locū, & possit imponi, & exigi tā ante litē contestatā, ꝗ post, prout continetur in capitulo posito ī libro maleficiorum, sub rubrica de modo multarum.

De ordine iudiciorū utraq; parte comparente. Cap. XXXXII.

PRouisum est de modo procedendi contra reum citatum contumacem in ciuilibus, nūc restat prouidere qualiter procedatur utraq; parte cōparente, Statuimus igitur ꝙ si actor, & reus cōparuerit in causa, cuius quātitas, uel extimatio, uel interesse Florenorum xxv. excederet quantitatem, talis

talis ordo debeat in iudicio obseruari, legitimatis nãq; personis, seu habi-
tis pro legitimis, si reus non obiciat aliquas exceptiones impedientes pro-
cessum, teneatur ipse reus, imediate respondere libello sufficienter, & ad sic
respondẽdum per iudicem cõpellatur. Si autem reus dictas exceptiones
obiecerit, tunc de ipsis exceptionibus cognoscatur secundũ formã capitu-
li proxime, & imediate sequẽtis, ubi disponitur de exceptionib. ĩpedientib.
processum, quibus exceptionibus expeditis, si declaratũ fuerit dictis exce
ptionibus non obstantibus procedendũ esse, teneatur iudex ad petitionem
actoris reũ cõpellere ad respondẽdum sufficienter libello, qua responsio-
ne facta interponatur a partibus iuramẽtum de calũnia euitanda secundũ
formã statuti loquẽtis de iuramẽto calũniæ, possit tamẽ dictũ iuramẽtũ
omitti, uel remitti, put ĩ dicto statu. cõtinetur, quo iuramẽto prestito, uel
omisso, seu remisso, iudex partibus assignet terminũ dierum duorũ utiliũ
ad faciẽdum positiones suas, quibus positionibus intra dictum terminum
productis, iudex faciat responderi, seruãdo formam de qua cõtinetur sub
Rubrica, de positionibus. Factis autẽ responsionibus ad positiones admis
sas, uel eis habitis pro cõfessatis, iudex assignet partibus ad probãdum di
lationes probatorias secũdum formam statuti ĩfra positi sub Rubrica, de
termino probatorio partibus assignãdo, ĩfra quas dilationes recipiat pro-
bationes, & procedat prout iuris, & statutorũ forma requirit. Decursis au
tem probatoriis dilationibus, detur terminus ad reprobandũ secundum
formã statuti de hoc loquẽtis. Et non sit necessaria cõclusio in causa, nisi
partes ipsæ concludi cõsenserint, quibus terminis obseruatis, si altera par-
tium petierit, debeat iudex habere consilium sapiẽtis, si fuerit petitũ, prout
continetur infra in statuto posito sub Rubrica de habendo consilium, seu
colloquium sapientis. Si uero consilium sapientis non fuerit petitũ, & seu
si fuerit talis causa in qua consilium dari non debeat, teneatur iudex si pe-
titum fuerit a partibus, uel altera earum, causam terminare. Et prædicta ge
neraliter per modum regulæ ordinata intelligãtur, & generaliter præcipi
mus obseruari. Sed ubicũq; per formã statuti, aliter prouideretur, ueluti
in causis minoribus, quarum quãtitas, uel interesse sũmã Florenorũ. xxv.
nõ excederet, et in causis in quibus a præda, seu a pignorum captione, & a
captura, uel personarum detentione, seu a præcepto, uel ab alia executione
possit inchoari, & in aliis quibuscunq; causis in quibus specialiter prouide
retur. Volumus q; specialis prouisio obseruetur, quia supra generaliter di
cta trahi nõ debẽt ad ea de quib. specialiter est ꝓuisum. Et prædictis de-
clarando adiicimus q; dicta forma ꝓcedẽdi, & dictos terminos obseruãdi,
prout supra diximus, obseruetur ĩ dictis causis maiorib. quarũ q̃titas, exti
matio, uel interesse, Florenorũ. xxv. excederent quãtitatẽ. Sed ĩ causis mi
noribus, q̃ essent de Florenis. xxv. uel abĩde ĩfra, obseruetur forma capitu
li ĩfra positi sub Rubrica de modo ꝓcedẽdi ĩ causis minorib. quarũ quãti
tas extimatio, uel ĩteresse essent de Florenis. xxv. uel abĩde ĩfra descẽsiue.

De Exceptionibus impediẽtibus processum. Cap.XLIII.

CVpientes quãtum possumus, calũnias litigãtium refrenare, & exceptiones, quæ ad impediendum processum opponi consueuerunt, cohercere, Statuimus ꝙ solũ infrascriptæ exceptiones opponi possint ad processum, uidelicet rei iudicatæ, & transactionis, & pacti de non petendo, & liberationis, & solutionis debiti, quod petitur, & cõpẽsationis debiti, & iurisiurãdi, & litis pẽdentis, de quibus appareãt publica instrumenta, uel acta iudicialia publica, nec audiatur uolens probare per testes quantũ ad retardationem ipsius processus, & hoc dũmodo exceptiones opponãtur infra duos dies utiles, a die primæ cõparitionis, & probẽtur infra alios duos dies utiles ꝓxime, & imediate sequẽtes, quibus dilationib. decursis, iudex declarare teneatur, utrũ sit procedẽdum, uel non procedendũ, prout per instrumenta, uel acta, quæ producerẽtur cognouerit iudicãdum. Et si declarauerit nõ esse procedẽdum ad ulteriora, tũc dicta ꝓnunciatio ius faciat inter partes, & in tali causa ulterius procedi non possit. Si uero declarauerit procedẽdum esse ad ulteriora, tunc dictis exceptionib. non obstantibus, reus cõpellatur ad respondẽdũ sufficienter libello, & procedatur in causa secũdum formam capituli proxime prçcedẽtis, & nihilominus ipse reus, qui dictas exceptiones, uel earum alteram non probauerit, condẽnetur in expensis factis occasione prædicta. Volumus tamen quod dictæ exceptiones, nõ ꝓbatæ ad impediendum processum opponi possint postea in uim perẽptoriarum, & ad merita causæ, & probari per testes in casibus, in quibus deberent testes alias admitti de iure. Cæterę uero exceptiones, etiam si prædictis similes dicerentur, nõ impediant processum, sed eis non obstãtibus non expectata aliqua iudicis pronunciatione procedi Volumus, ac si de procedendo ad ulteriora, non obstãtibus exceptionibus, per iudicem pronunciatio facta foret.

De forma Exceptionum, quæ opponerentur. Cap.XLIIII.

STatuimus, ꝙ nulla exceptio generaliter opposita super qua īterlocutio necessaria sit, admittatur, sed debeat exprimi, & specificari formaliter causa, ita ꝙ concludat. Et si aliter opponeretur, habeatur pro non opposita, & ea non obstante procedatur in causa. Nam sicut petitio actõris debet esse talis, ꝙ ex ea sententia ferri possit, ita & exceptio concludat, adeo ꝙ super eã iudex interloqui possit, ubi super ipsis exceptionibus sit interloquẽdum. Et obiectio exceptionis prædictæ, quæ generaliter, uel obscure opponetur, habeatur pro non opposita, & nullius sit roboris, uel momẽti, & ea nõ obstãte ꝓcedatur ĩ causa, ac si talis exceptio opposita nõ fuisset.

De Exceptione iudicis incompetentis. Cap.XLV.

Statuimus

STatuimus, q exceptio iudicis incõpetẽtis nõ possit opponi, nisi ĩfra tres dies utiles a die qua primo partes cõparere deberent, quibus elapsis, & non ante, si persona talis sit, quæ possit tacite, uel expresse, in iudicẽ cõsentire, & iurisdictio talis iudicis possit a partibus prorogari, intelligatur in iudicem consensisse, & eius iurisdictionem prorogasse. Declarantes, q exceptio iudicis incõpetentis, non aliter admittatur, & pro nõ opposita habeatur, nisi in ea exprimatur causa propter quã iudex incompetens esse dicatur, & opposita dicta exceptione, teneatur iudex infra alios tres dies utiles proxime, & immediate sequẽtes super dicta exceptione prout iustũ fuerit, pronunciare. Et si pronunciauerit se iudicem competentẽ, a tali pronunciatione non possit appellari, sed si quod grauamen illatum esset, possit reparari in appellatione a sentẽtia diffinitiua. Si uero pronũciaret se iudicẽ incompetentẽ, & sentẽtia diffinitiua, q̃ speraretur ferri, talis esset, a qua non possit appellari, & exceptio incõpetentiæ infra tẽpora statuti fuisset opposita, uel si persona talis esset, q̃ non posset in dictum iudicem cõsentire, uel si dictus iudex talis esset, q eius iurisdictio secundũ formã statutorũ a partibus prorogari non posset, tunc in duobus casibus proxime præcedẽtib. siue dicta exceptio fuerit corã dicto primo iudice opposita, siue nõ. Et in oĩbus tribus casib. siue fuerit contra dictã exceptionẽ pronũciatũ, siue nõ, & procederetur in causa ad ulteriora, & sic uideretur dictã exceptionẽ tacite reiecisse, nihilominus possit reus conuẽtus in quolibet dictorum trium casuũ habere recursum ad. D. Potestatẽ Lucen. seu ad eius Vicariũ, & seu corã. D. maiore Sindico, & seu coram altero ipsorũ, & opposita dicta exceptione corã dicto. D. Potestate, uel eius Vicario, uel corã dicto. D. maiore Sindico, in qua oppositione non requiratur libelli transmissio, sed solũ citatio, in qua fiat mentio de ipsa exceptione opposita, teneatur incontinẽti ille coram quo primo iudice fecerit reũ citari a tali conuentione desistere, donec p secũdũ iudicẽ fuerit dicta exceptio terminata, sub pœna lib. xxv. Et dictus secundus iudex corã quo dicta exceptio opponeretur, teneatur de dicta exceptione incõpetentiæ primi iudicis cognoscere, & etiã terminare ĩfra. x. dies utiles, a die obiectiõis dictæ exceptionis corã eo factæ, qui. x. dies debeant de tẽpore instantiæ detrahi, ita q dictis. x. diebus pendentib. instantia causæ non decurrat. Et quicq̃d per dictum secundũ iudicẽ. i. p D. Potestatẽ, uel eius Vicarium, & seu per. D. sindicũ super dicta exceptione declaratum fuerit pro ueritate habeatur. Et non possit a dicta declaratione, seu terminatione appellari, supplicari, uel q̃rela moueri. Et si opponens dictam exceptionẽ incõpetentiæ succubuerit in ea, condẽnetur parti aduersæ in expensis. Et si declaratũ fuerit primum iudicẽ non fuisse cõpetentẽ, processus corã eo factus, non ualeat ipso iure. Et quicquid occasione talis processus ab incõpetenti iudice solutũ, & exactũ foret a tali cõuento, uel in ius uocato, possit quãdocũq per eum, uel eius heredes repeti omni exceptione remota. Si uero primus iudex pronunciaret se non esse

iudicem competentē, possit actor habere recursum ad D. Lucen. Potestatem, seu eius uicarium, & seu corā D. maiore Sindico. Et dictus secūdus iudex teneatur cognoscere, & terminare, & procedatur in oībus, & per oīa sicut dictum est in reo. Et quicquid per dictum secundū iudicē super dicta exceptione fuerit declaratū, pro ueritate habeatur. Et nō possit a dicta declaratione appellari, supplicari, uel q̄rela moueri. Et si opponens dictā exceptionē incōpetentiæ succubuerit in ea condēnetur parti aduersæ in expensis. Et si declaratum fuerit primū iudicē fuisse, & esse cōpetētem, pro uero iudice habeatur, & corā dicto primo iudice causa tractari debeat.

De termino dando pro adeunda, uel repudiāda hereditate. Cap. XLVI.

ET quia heres scriptus in testō, seu qui primā causam succedēdi tenet ab intestato solet multoriens in iudicio cōparere, & petere terminū ad deliberādum. Et interdum contingit q̄ heres, qui cōparet dicit se hereditatem adiuisse, uel adire uelle cum cautela, & beneficio inuentarii, et q̄ pendēte termino, qui alias ad deliberādum, seu ad faciēdum, et consumādum inuentarium dari debet, in causa supersederi debeat, et propterea iudicia protelantur. Volumus q̄ in dictis casibus, et in quolibet eorum non amplior terminus ad deliberādum dari possit q̄ duorum dierum contiuuorum a die petitionis prædictæ, et interim supersederi debeat, et alia uel maior dilatio dari non possit. Pendentē autē termino a iure prēfixo ad inuentariū faciēdum, et cōsumādum. Volumus q̄ in iudicio nihilominus ꝓcedatur. Verum si appareret per petentē dictā dilationē dilatoriā, uel ꝑ eum cuius nomine peteretur hereditatē aditā esse, talis petēs condēnetur in libras. x. omni appellatione remota, et dicta cōdēnatio fiat de facto ꝑ iudicē causæ.

De dilatione non danda, pro domino consulendo. Cap. XLVII.

STatuimus q̄ nulla dilatio ad consulēdum dominū præsentē, uel absentem de cętero concedatur, sed cōparens per se ipsum procedat in causa, Et quilibet cōparens nomine alieno, qui de iure, uel ex forma statutorum deberet admitti, ea faciat, et facere possit, q̄ domino cōparenti incumberēt facienda. Et ad ea omnia, et singula teneatur ad q̄ dominus teneretur si ꝑsonaliter in iudicio cōpareret, exceptis casibus in quibus aliter per formā statutorum specialiter prouisum esset. Deliberationē autē, seu cōsiliū, quā, seu quod habere uoluerit cū domino, absq; dilatione causæ habeat, prout placet, nec propter hoc aliquā dilationē cōcedi uolumus quoquomodo, Et similiter uolumus q̄ principalis persona præsumatur scire quicquid sciuerit eius procurator, seu alius comparens, nomine alieno.

De tollenda exceptione, quæ cōtra processum consueuit opponi, sub prætextu infirmitatis personæ citatæ. Cap. XLVIII.

Quia

QVia interdum ad iudicium retardãdum, allegatur infirmitas personæ citatæ, Cupientes de oportuno remedio prouidere, Statuimus ꝙ in ciuilibus citatio, uel processus non possit uitiari ratione infirmitatis citatæ personæ, nec etiam sub dicto prętextu infirmitatis cõtumacia excusari, sed perinde sortiatur effectum, ac si citatus non esset aliqua infirmitate detentus, cum per procuratorem potuerit legitime comparere, quem si nõ cõstituit, & miserit ad legitime cõparendũ, sibi citato debeat imputari.

De tollenda exceptione, ꝙ dominus sit legalior, uel magis instructus. Cap. XLIX.

INterdũ procuratori, uel alteri alieno nomine cõparẽti opponitur ꝙ dominus melius nouerit ueritatẽ, & sit legalior, & iustior, cum quo potius pars eligat litigare, q̃ cum persona ipsius procuratoris, uel alterius alieno nomine cõparẽtis in iudicio, & ex hoc multa scãdala, & tergiuersationes, & causarum longitudines quotidie intercedunt. Ideo Statuimus ꝙ persona procuratoris, & cuiuslibet alieno nomine in causis ciuilibus comparẽtis sit, & esse ĩtelligatur ita fidelis, & iusta, & legalis, & ita bene scire ueritatem omnium occurrentiũ, sicut principalis, & sit præsumptio iuris, & de iure pręsentis statuti auctoritate contra quã probatio in contrariũ nullatenus admittatur, ita ꝙ de cætero tales exceptiões admitti nõ possint. Et cũ persona procuratoris, seu alieno nomine comparentis, qui alias sit admittẽdus de iure, perinde ac cũ domino procedatur, nec possit procurator cogi ad faciẽdum dominum comparere, nisi in casibus in quibus aliud specialiter prouisum esset per formam præsentium statutorum.

De Deliberationibus ad deliberãdum datis nõ reiterandis. Cap. L.

SI dilationes petãtur ad deliberandũ, et copiã accipiendũ, et respondendum, si semel datæ sint cõpetentes, et congruę, ãplius dari non possint, nõ obstãte ꝙ de nouo petantur, seu si de nouo repetatur, et opponatur qđ alias esset dictum uel obiectum. Et respectu talis oppositionis, alia dilatio dari non possit, et data nõ ualeat ipso iure. Verũ si prima dilatio cõgrua, seu cõpetẽs nõ fuerit, possit iudex aliã breuissimã dare, q̃ medietatẽ primi termini nõ excedat. Et iudex semp studeat dilationũ materiã amputare, cum nemo tam audax inueniatur, qui possit litẽ inuito iudice protelare.

De ędirione ĩstrumẽtorũ, de qb. fit mẽtio ĩ libello, uel positionib. Ca. LI.

QVia quãdoq; ĩ libello, seu petitione, uel in positionibus, uel ĩ exceptionibus, fit mentio de publicis instrumẽtis, uel scripturis, et ex aduerso petitur, ꝙ talia instrumẽta, uel scripturæ exhibeãtur, et copia parti aduersę

detur,unde litigia dilatanẽ.Ideo Statuimus ꝙ si ille,qui de publicis instrumentis,uel scripturis mensionẽ fecerit,illas habeat in prõptu, teneatur ad illas producendum,& copia parti aduersę detur cum competenti termino ad deliberãdum,seu ad opponendũ inspecta quãtitate scripturarũ,quarũ copia decernitur, nihilominus abreuiãdo quãtum iudex poterit sub uinculo iuramenti. Et intelligatur habere ĩprõptu ille, qui ipsas scripturas haberet,uel faciliter habere posset infra breue spatium temporis,arbitrio iudicis moderandi,inspecta qualitate facti,& consideratis dilationibus a statuto cõcessis,infra quas negocium,de quo agitur debeat expediri. Si autem in prõptu tales scripturas non haberet,uel cõmode habere nõ posset,ad talem productionem,seu ędictionẽ minime compellatur, & ĩ causa ad ulteriora procedatur. An autem quis scripturas,uel instrumenta in prõptu habeat,uel cõmode possit habere,uel non,stetur, & credatur iuramento eius, qui de eis fecerit mentionem. Verum si uerisimile foret,ꝙ his,qui copiam peteret alicuius instrumenti,uel scripturæ,tale instrumẽtum, uel scripturã, uel copiam haberet,tunc sibi copia,uel dilatio ad copiam accipiendam nullatenus concedatur,quia is,qui certus est,amplius certificari non debet.

De Exhibẽda copia instrumẽtorũ,q̃ in iudicio producerenẽ. Cap.LII.

ET si qua testamẽta,uel alia quælibet instrumẽta,seu acta,uel aliquæ scripturæ publicæ,uel priuatæ in iudicio producãtur,de quibus per aduersam partem copia peteretur,debeat copia decerni sine die, & consule,anteq̃ publicati sint testes,si qui ĩ termino reprobatorio examinarenẽ. Sed postq̃ publicati fuerint testes, & post lapsum termini reprobatorii copia instrumentorum,quæ postea producerentur, uel antea producta essent, cum die & consule decernatur,& tradatur. Et si testes non producerentur in dicta causa in termino probatorio,uel reprobatorio,tunc nihilominus copia decernatur,& tradatur. Sed utrum cum die,& cõsule,uel sine,stetur arbitrio iudicãtis,& idem obseruetur corã arbitris,& arbitratoribus,et cõmunibus amicis. Et notarii compellantur ad prædicta exemplanda, et tradenda, recepta competẽti mercede, de chartis aurẽ procurationum, et sindicatuũ, et quorũlibet mandatorum,et de actis curiarum,et de inuentariis,detur copia cum die,et consule,tam ante litem contestatam,uel habitam pro contestata,q̃ postea quandocũq;. Cæterum si quis dixerit,et iuramento firmauerit,quod instrumenta,uel scripturas cõtra se producta, seu productas,intendat redarguere de falso,siue ante litem contestatã,uel habitam pro con testata, seu postea. Volumus ꝙ eo casu copia tradatur eidem etiam cum die,et Consule.

De instrumentis,et actis,quibus aliqua persona in aliqua causa uti uoluerit in formam publicam exhibendis. Cap.LIII.

Si qua

SI qua persona in aliqua causa ciuili, uel criminali, uti uoluerit aliquibus instrumentis, uel actis, seu aliis quibuscunque publicis scripturis, quæ sibi, uel suæ causæ principaliter, seu secundario opitulari possent, et quæ instrumenta, uel acta, uel aliæ quæcunque publicæ scripturæ essent apud notarium inde rogatum, uel alium habentem cōmissionem sumendi, et in publicam formam redigendi, talia instrumenta, acta, uel scripturas, iudex coram quo causa penderet, seu etiam dominus maior sindicus ad petitionem personæ, quæ peteret huiusmodi instrumenta, et acta sibi exhiberi, citari faciat eos, quorum interest, uel de quorum præiudicio tractaretur, et si non comparuerint ī termino citationis, uel si comparuerint, et causam rationabilem nō allegauerint propter quam huiusmodi instrumēta, uel acta, petita dari non debeāt, teneatur simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicii præcipere, & mandare notario habenti huiusmodi instrumēta, acta, uel scripturas, & seu habēti facultatem illa in publicam formam redigendi, quatenus sub pœnis, & mulctis, de quibus eidem iudici dictæ causæ, seu domino maiori sindico uidebitur, illa, seu illas exhibeāt in publicam formam tali, qui eis uti uellet, recepta tamen competenti mercede, etiam si talia instrumenta non essent rogata ad petitionē eorum, qui eis uti uellent, dummodo de interesse petentis huiusmodi instrumenta probari debeat saltem per iuramētum, uel alias præsumptiones, uel probationes, quæ iudici sufficiētes uideātur. Verum si iudex causæ, uel dominus maior sindicus, uisis dictis scripturis secundum suam conscientiam cognosceret, quod huiusmodi instrumenta, uel acta non facerent ad causam, seu prospexerit quod huiusmodi instrumentorum petitio est calumniosa, talem personam sic petentem repellat, non obstante iuramento prædicto, super quibus dicti iudicis conscientiam oneramus, qui possit secundum suam conscientiam, iudicare. Et si prædicto iudici, uel domino maiori sindico uidebitur quod huiusmodi instrumenta, uel acta essent in publicam formam tradenda, compellat remediis iuris notarium, uel alium cui cōmissæ fuerint huiusmodi rogationes ad dictam exhibitionem faciendam. Adiicientes quod heres cuiuscūque notarii, uel alius pœnes quem essent rogationes, & acta alicuius notarii mortui, uel absentis, uel aliter impediti teneatur, & compellatur dictam exhibitionem facere cum cautela, tamen ne dictæ rogationes, uel acta mutari ualeant, uel corrumpi. Verum si pars citata, causam iustam allegauerit propter quam talis exhibitio fieri non debeat, tunc iudex illa non faciat exhiberi contra uoluntatem eius cuius interfit.

De quæstionibus præiudicialibus, incidentibus, uel emergentibus. Cap. LIIII.

ITē quia multotiēs q̄stiones præiudiciales incidūt, ut filiationis, & status, et beneficii restitutionis in integrū, & aliarū præiudicialiū exceptionū pro-

pter quas de iure differtur causæ principalis cognitio,& supersedetur ĩ ea, quo circa, Volumus ꝙ ad breuiandas lites quotiescũq; tales exceptiones incidunt,uel emergunt,eis nõ obstantibus procedatur,sed tales exceptiones incidentes,& emergentes examinẽtur,cognoscãtur,& decidantur una cum principali,Ne cognitioni principalis quęstionis per tales exceptiones in procedendo præiudicium generetur.

De Exceptione litis pendentis. Cap.LV.

QVia frequenter exceptio litis pendentis solet in causis occurrere. Volentes de oportuno remedio prouidere,Statuimus,ꝙ si in causa litis pendentis cessatum fuerit procedi per tantum tẽporis spacium,ꝙ infra tẽpus instantiæ nõ posset uerisimiliter expediri obseruãdo terminos,de quibus continetur sub Rubrica De ordine iudiciorum utraq; parte cõparente,tunc talis exceptio litis pendentis non obstet, Sed si negligentia tanti tẽporis non fuerit, et posset prima causa obseruando debitos terminos expediri,tũc dicta exceptio admittatur,& ĩ prima causa procedatur,& nõ in secunda. Si autem primæ litis instãtia perempta esset, certum est exceptionem litis pendentis non obstare.

De Exceptione usurariæ prauitatis. Cap.LVI.

CVm exceptio usurariæ prauitatis consueuit frequenter opponi, ad hoc ut processus retardetur,ideo Volẽtes quãtum possumus,fraudibus obuiare,Statuimus ꝙ officialis coram quo causa,seu quæstio uertitur proposita dicta exceptione,& sibi intimato ꝙ opponitur exceptio usurariæ prauitatis,in cõtinenti antequã pars discedat a banco,partem teneatur monere,ꝙ anteq̃ inde discedat declaret an in facto,an in iure sit usura compehẽsa sub nomine sortis,& sit q̃stio facti,uel aliquo alio modo ĩ facto cõsistat, quo casu ipse iudex sit iudex competens in quæstione præmissa,cum hoc consonet canonicę sanctioni,an uero cõsistat in iure,& si pars opponẽs declarauerit ꝙ quæstio sit in iure,tũc ille punctus,an illud qđ obiicitur de iure sit usura,uel non,ad ecclesiasticum iudicem remittatur dirimẽdus, secũdum canonicas sanctiones,dũmodo pars dictam exceptionem opponens teneatur infra duos dies a die dictæ declarationis proxime,& immediate sequentes,dictam remissionem ecclesiastico iudici præsentare,& infra.xvi dies utiles a die dictæ remissionis proxime computandos teneatur præsentare iudici coram quo dicta exceptio opposita fuit in publica forma decisionẽ dicti ecclesiastici iudicis super puncto,& articulo suprascripto. Quibus terminis elapsis,si dictam remissionem non præsentauerit ecclesiastico iudici, & seu decisionem ecclesiastici iudicis non curauerit fieri infra dictum terminum cum effectu, uel ipsam decisionem infra dictum

terminũ

terminũ nõ pręsentauerit iudici corã quo dicta exceptio opposita fuisset, uel si dictam exceptionem nõ probauerit, puniatur in quolibet dictorum casuum de facto per iudicem causæ, absq; aliquo processu, in libris cẽtum, & eadẽ pœna puniatur si eadẽ hora, qua dictã exceptionẽ opposuerit, non declarauerit, utrũ in iure, uel in facto consistat. Et nihilominus nisi sic declarauerit, dicta exceptio pro non opposita habeatur quãtum ad retardãdum processum. Verũ si stetisset per iudicẽ ecclesiasticũ, & non per partẽ opponentẽ quominus infra.xvi.dies terminetur, de quo appareat per acta dicti iudicis ecclesiastici dicta pœna librarũ cẽtum, nõ uẽdicet sibi locum. Si autẽ non concẽdatur in iure, sed q̃stio solũmodo sit in facto, an usuram receperit, nec ne, tunc iudex corã quo q̃stio uertitur, sit iudex compet ẽs, et dictam exceptionẽ dirimere teneatur infra.x.dies utiles a die factæ declarationis, ꝙ in facto usura consistat. Et si dictã exceptionẽ obiciens eam non probauerit ĩfra.vi.dies utiles a die dictæ declarationis factæ puniatur de facto ꝑ iudicẽ causæ ĩ lib.centũ, etiã sine aliquo ꝓcessu. Et si iudex prędicta oĩa, & singula, nõ obseruauerit, aut ĩ aliquo cõtrafecerit, puniatur in libris quinquaginta, in quibus debeat sindicari. Et prædicta procedant in principali talẽ exceptionẽ opponente. Procurator uel alius, alieno nomine cõparens, qui talẽ exceptionẽ obiciat proprio nomine dictis pœnis puniatur, & cõtra eũ executio fiat, prout superius ĩ principali cauetur, nisi in mãdato cõtineatur expręsse de tali exceptione specialiter opponẽda, quo casu ĩ dictis pœnis teneatur tantũmodo dominus principalis & nõ ꝓcurator. Et prędicta exceptio usurarię prauitatis ꝓcessum nõ ĩpediat, sed ea nõ obstãte, ꝓcedatur ĩ causa, sed si d̃claratũ fuerit ꝑ eo q dictã exceptionẽ opponeret, reuocari debeãt acta, prout, & quatenus de iure fuerit reuocãda.

De Exceptione excomunicationis. Cap. LVII.

QVia excomunicationis exceptio, agẽtes repellit, secũndum canonicas sanctiones, Statuimus ꝙ quicunq; uoluerit talẽ exceptionẽ opponere, opponat eam in forma tradita secundũ canonicas sanctiones infra tres dies utiles, a die qua primo in iudicio debuit comparere, & hoc si excomunicatio præcessisset iudiciũ. Si uero excõicatio superueniret pendente iudicio, possit quãdocũq; opponi, & probari ĩfra tres dies utiles a die oppositionis numerãdos, q̃ si sic nõ fuerit opposita, uel ꝓbata, ĩtelligatur pars opponens dictę exceptioni renunciasse, & pŏstea minime audiatur sup dicta exceptione, & nihilominus ꝑ officialẽ dictæ causæ talis obiciẽs, & non probans puniatur de facto, et sine aliquo processu, uel scriptura, in lib. quinquaginta ad opus cameræ cõis Lucẽsis, et cõdẽnetur in expẽsis alteri parti, et interim dictis dilanõibus pendẽtibus in cã nihilominus procedatur. Et nõ possit dicta exceptio probari nisi ꝑ publicã scripturã, uel ꝑ acta publica in publicã formã redacta, et alia probatio nullatenus admittatur, ipsa autẽ

exceptione probata, iudex causæ pronũciet excõmunicatum non esse audiendũ si agat, secus si defendat, quia defensio non est alicui auferẽda.

De exceptione Banni. Cap. LVIII.

QVia bãnitis pro maleficio a quinquaginta libris supra, debet audientia denegari, prout patet per formã statuti positi sub rubrica De nõ præstando audiẽtiam imbãnitis, & supra in hoc libro, De his qui possunt suo nomine in iudicio stare. Et quia propter talẽ exceptionẽ iudicia protelantur, & sæpe talis exceptio animo calũniæ obiicitur, Ideo Statuimus ꝙ dicta exceptio opponi possit contra agentem solũmodo infra tres dies utiles, a die quo primo in iudicio partes debuerunt cõparere, & probari infra alios tres dies proxime subsequẽtes, per scripturã publicam, sumptam ex libris bãnorũ manu notarii archiuii librorũ ciuitatis Lucẽsis, & nõ aliter, quæ si sic non fuerit opposita, seu probata, pro nõ opposita habeatur, & amplius opponi nõ possit, & eidem exceptioni intelligatur renunciatũ. Et nihilominus dictis dilationib. pendentib. procedatur in causa, nec propterea debeat supersederi. Et si dicta exceptio fuerit probata, statim post decursum dicti termini iudex pronunciet, & declaret talem bãnitum, uel habentem ab eo causam, durante eius banno, non esse admittendũ, nec ei audientiam esse concedendã, & partem absoluat ab obseruatione iudicii, talẽ bannitum etiam in expensis condẽnando. Si autẽ talẽ exceptionem obiiciẽs non probauerit, condẽnetur in expensis alteri parti, & nihilominus puniatur de facto sine aliquo processu, uel scriptura, in libris quinquaginta per iudicem coram quo quæstio agitatur. Et quod dictum est ꝙ habens causam a bãnito non audiatur, locũ habeat, nisi talẽ causam habens a bãnito ex credito præcedenti ipsum bannum de bonis talis banniti insolutũ adeptus fuerit, pro quib. bonis ius tali causam habenti fieri debeat. Et siquis ante delictum pro quo bannum latum foret, ius acquisiuisse ab eo qui postea fuisset bannitus etiam audiatur & iustitia sibi ministretur. Et dicta exceptio contra heredes banniti non competat quouis modo, nisi heredes ipsius nominatim essent imbanniti.

De quibusdã Exceptionib. super iudicio diuisorio repellẽdis. Cap. LIX.

LIcet iudicium diuisorium deberet breuiter expediri, tamen uolentes diuisionem impedire, exceptionem obiiciunt, ꝙ ille qui iudicium diuisoriũ intentat debeat primo agere rei uendicatione, publiciana, seu petitione hereditatis, seu aliis actionib. Et propterea ne fiat dictis actionib. præiudiciũ, obiiciunt super iudicio diuisorio procedi interim nõ debere, uel ẽt opponitur contra actorem diuisionẽ petentẽ, ꝙ ipse reus reiuẽdicationẽ, uel publicianam, uel petitionem hereditatis, contra actorem intentare querit.

Et ideo

Et ideo ne tali rei uendicationi,publicianæ,seu petitioni hereditatis,uel alteri actioni intentandæ per reum aduersus actorem præiudicium fiat,dicit reus supersedendum esse in iudicio diuisorio,unde diuisionis causa nimium dilatatur. Quo circa Statuimus ꝙ dictæ exceptiones,uel similes de cætero opponi non possint,& si opponantur habeantur pro nō oppositis, & obiectis,& in iudicio diuisorio nihilominus procedatur,& diuisio fiat quomodocūq; apparuerit partem agentem habere pro indiuiso rem,seu hereditatē,quæ diuidi petitur,siue actor possideat,siue non. Sed constare sufficiat,quo ad eum qui agit,ꝙ pars pro īdiuiso pertineat ad eum,uel ꝙ possideat partem pro indiuiso,nec intelligatur propterea res diuisa,ex eo ꝙ pro diuiso fuerit possessa separatim,cōmoda,& incōmoda substinēdo, nisi de diuisione,alio modo cōstet,nec possit se præscriptione tueri,nisi talis præscriptio absq; interruptione metā excesserit .xxx. annorum,tunc enim tanti temporis præscriptio obstet agenti,si tanto tempore fuerit res pro indiuiso possessa.

De Exceptione declinatoria iudicii,quæ per reum conuentum consueuit opponi,alium in dominum nominando. Cap. LX.

CVm cōtingat,ꝙ persona conuenta in iudicium declarādo alium nominat in iudicio,& super hoc uaria,& diuersa dubia oriuntur,ad ipsa dubia tollēda Statuimus,ꝙ quilibet cōmodatarius,colonus,& īquilinus feudatarius,& fructuarius,& quilibet alius,qui alterius nomine rem aliquam teneret,uel possideret,qui pro re ipsa,uel eius occasione,uel occasione fructuū,& affictuum,& pensionum,& liuellorū ipsius rei conueniretur,Possit in iudicio dominum nominare cuius nomine teneret,uel possideret,q̄. nominatio fieri possit infra tres dies utiles a die,qua primo partes debuerint in iudicio cōparere proxime numerādos. Et nisi dicta exceptio fuerit opposita infra dicta tempora,nominatio postea non admittatur. Ac etiā dicta nominatio locum habeat in casibus in quibus aliqua persona conueniretur aliqua actione reali,uel in rē scripta,uel aliquo interdicto,uel aliquo iuris remedio ī rem scripto,seu ꝙ talem naturam habeat,uel sapiat,& etiā si cōueniretur aliqua cōdictione ex lege descēdente ex dispositione alicuius statuti. Et dicta nominatione infra dictum terminum facta,teneatur ille,qui nominauerit īfra alios tres dies utiles proxime,& īmediate sequētes nominatum facere in iudicio cōparere,& iudicium suscipere. Et si nominatus in iudicio cōparuerit,& defensionē subierit,procedatur in causa,& de iuribus partium cognoscatur. Et nō sit opus,ꝙ personæ nominatę offeratur libellus nouus,uel ꝙ noua petitio porrigatur,sed ꝓcedi debeat in eodē iudicio,& sentētia ferri possit,& executiōi mādari,quāuis de psona nominata nulla fiat mētio ī libello,uel petitione. Si uero ꝓsona noīata nō fuerit Lucæ,uel in districtu,tunc debeat assignari terminus nomināti

ad faciēdum dominum nominatum in iudicio cōparere, dūmodo maior terminus, quam octo dierum utilium dari non possit. Et tēpora, quæ da rentur ad faciēdum dominum absentem in iudicio cōparere de termino instantię subducātur. Et infra tēpora prædicta assignata ad faciendū dominum cōparere, teneatur nominās denunciare personę nominatę quare-nus compareat ad iudicium subeundum, & litem in se suscipiat. Et non possit persona nominata iudicium declinare. Et si exceptionem iudicis in competentis allegauerit, talis exceptio nominationis pro nō opposita habeatur, si alias persona nominata sub illo iudice conueniri possit. Si uero persona nominata talis esset, quæ non posset sub officialibus, & iudicibus Lucensis ciuitatis cōueniri, tunc si ipsa persona nominata iudicium declinauerit, nominatio nullatenus admittatur. Et contra personam nominātem primo conuentā procedatur in causa, & executio fieri possit, nō obstāte nominatione prædicta. Si autem dicta persona nominata ī iudicio nō comparuerit, & tunc si actor hoc elegerit, procedi debeat contra nominantem, ac si nulla nominatio facta foret. Si autē actor uoluerit possessionē rei petitę in se transferri, tunc persona nominata ad petitionem actoris citari debeat ad iudicium subeundum, si talis sit persona, quę possit sub illo iudice conueniri. Et si cōparuerit, procedatur in causa, ut dictum est. Et si non comparuerit transferat iudex possessionem ī actorem, saluo eidem personæ nominatę iure ī dominio, & proprietate, de qua proprietate īfra decem annos agere possit, & postea nullatenus audiatur, possessionem aūt infra annum recuperare possit restitutis expensis, & dato fideiussore de iudicio sisti, & iudicato soluēdo, quibus expensis restitutis, & fideiussore prę stito, restituatur sibi dicta possessio, & super eodē libello procedatur ī causa, ut superius dictum est. Sed post annum nullatenus audiatur in possessione, sed in proprietate audiatur infra decem annos, ut dictum est supra. Si autem persona nominata subiecta non esset iurisdictioni Lucensis ciuitatis adeo, ꝙ ad petitionem actoris citari nō possit sub iudice seculari Lucensis ciuitatis, tunc sit in electione actoris, utrū uelit procedere contra nominantem, & si hoc elegerit, procedatur in causa, non obstante nominatione prædicta. Si autem actor elegerit possessionem in se trāsferri, tunc elapsis terminis suprascriptis ad faciēdum dominum in iudicio cōparere, & ipso domino non comparente ad iudicium subeūdum, & causam coram eodem iudice prosequendum, possessio in actorem trāsferatur, saluo iure dominii, & proprietatis, super quo dominio, & propriate, persona nominata post annos decem nullatenus audiatur, possessionem autem perdat, nec audiatur uolens infra annum recuperare. Et disponimus, ꝙ liceat etiam reo conuento in interdictis nominare dominū in iudicio sub dicta forma, & talis nominatio possit per nominatum acceptari, & acceptans præsumatur fecisse, quæ nominans fecisset, siue fecisse inculparetur. Et nulla persona, q̄ acceptauerit aliquā nominationē de se factā in aliqua curia Lucensis

ciuitatis possit negare se possidere rem, de qua nominationem de se factā acceptauerit, sed præsumatur facultatem rei, & possessionis restituendæ habere. Et prædictis adiicimus, q̄ post litem contestatam, uel habitam pro cōtestata, nominatio nullatenus admittatur.

De Exceptione præscriptionis decem, & uiginti annorum, in actionibus personalibus. Cap. LXI.

STatuimus, q̄ in omnibus, & singulis actionibus p̄sonalibus cuilibet maiori annis. xviii. sanæ mentis, qui agere, & petere potuerit, currat præscriptio decem annorum inter præsentes, & uiginti inter absentes, si durāte decennio in suo casu, & uigennio in suo casu, nulla interruptio facta fuerit de eo, quod prætenditur sibi deberi. Quo decennio, seu uigennio decurso, admittatur reus, qui conuenitur ad iurandum id, quod petitur solutum, uel adimpletum esse, quod iuramentum præstitum, nisi actor fidem fecerit de interruptione, uel de causa, propter quam p̄scriptio nō sit decursa, iudex admittere teneatur, & reum absoluere, & non possit reus ulterius molestari. Et dicto iuramento non præstito, uendicet sibi locum præscriptio inducta a iure communi, & dictæ præscriptionis exceptio non impediat processum. Et dictum iuramentum recipiatur tantum a principali debitore, uel eius heredibus, uel eius procuratore, ad hoc speciale mandatum habente, uel a sindico uniuersitatis speciale mandatum habente, uel a tutore, & curatore minoris, contra quem ageretur. Et si quis pro parte temporis fuerit præsens, & pro parte absens, habeatur, & fiat ratio pro rata temporis p̄sentiæ, & absentiæ. Et si pendente decennio, uel uigēnio in suo casu aliqua interruptio facta fuerit, actio perpetuetur usq; ad alios decem annos inter præsentes, & uiginti inter absentes, a die interruptionis proxime computandos. Et intelligatur præscriptio interrupta, prout de iure cōmuni de modo interrumpendæ præscriptionis disponitur. Et etiam intelligatur facta interruptio per citationem, in qua declarata sit summa, & causa debiti, si talis citatio sit facta secundum formam statuti loquentis de citatione. Et similiter intelligatur interruptio facta per protestationem in iudicio factam, ipsi debitori, uel eius heredibus, de eo, & super eo, quod prætēditur sibi deberi. Et etiam per prædam, seu pignorum captionem, quæ secuta esset in iudicio contra talem debitorem occasione debiti, quod deberi prætenderetur. Et prædicta oīa, & singula uendicent sibi locū in omnibus, & singulis obligationibus, ex contractu, uel quasi, prouenientibus, & in actionibus, quæ descenderent ex contractibus antedictis, & in ultimis uoluntatibus defunctorum, dummodo hoc ultimo casu dicti decem, & uiginti anni incipiant currere, postq̄ is cui ius ex ultima uolūtate competit, sciuerit mortem, & ultimam uoluntatem defuncti. Mulieribus autem, quæ remansissent in domo, uel in familia defuncti uiri, soluto matrimonio in his, quæ recipere de-

berent ab heredibus uiri, uel habentibus causam ab eis, præscriptio decem, & uiginti annorum, de qua supra fit mentio, nõ decurrat, donec in domo, uel in familia uiri defuncti remanserint. Adiicientes quod in prædictis intelligatur absens ille, qui fuerit absens personaliter a ciuitate lucensi, & eius comitatu, territorio, & districtu, licet ibi domicilium, uel familiam habuerit, de qua absentia sufficiat summatim probari, prout infra cõtinetur, sub rubrica De modo probandi absentiam.

De Casibus, & Temporibus, in quibus præscriptio non decurrat. Cap. LXII.

ET nulla præscriptio, seu tẽporis cursus inducta, seu inductus, tam a iure cõmuni, quam a statutis, alicui minori .xviii. annis currat toto tẽpore suæ minoris ætatis, siue tutorem, & curatorẽ habeat, siue non, & siue fuerit incepta in psona maioris, siue in psona minoris, & hoc non referatur ad tempus instantiæ, seu litis, quod labatur, & currat minori, non obstantibus suprascriptis, nec etiam habeat locum in casu posito infra sub Rubrica De recuperatione rerum in insolutum, uel ex primo decreto adiudicatarum. Præscriptio uero, seu dilatio, quæ ex partium conuentione induceretur, siue fuerit incepta in persona maioris, siue in persona minoris, nihilominus decurrat ipsi minori, & aduersus minorem. Item Statuimus quod alicui ex causis hereditariis ipsa heredirate iacente, præscriptio aliqua non decurrat. Item non currat præscriptio tempore alicuius guerræ, quam lucense commune indiceret contra quamcunque personam, seu si cõtra ciuitatẽ lucensem guerra fieret, qua guerra durante, præscriptio aliqua nõ decurrat tempore quo occasione dictæ guerræ curia non sederet. Item aliqua temporis curricula non labantur alicui tempore cuiuscunque mortalitatis, dum esset in ciuitate lucensi. Si uero pestis esset in districtu, non currat iis, qui essent de loco, uel in loco in quo pestis esset, durante tempore dictæ pestis, Nec iis, qui necesse in dicto loco agere habuissent. Similique modo nulla præscriptio, quæ a iure, uel a statutis induceretur, decurrat tempore quo feriæ repentinæ indictæ forent, ita quod ipsis feriis durantibus, præscriptio non decurrat: Et etiam nulli Ecclesiæ, Hospitali, uel pio loco, dum carent Rectore, decurrat præscriptio aliqualis. Item alicui ex causa legati, uel iudicii in ultima uoluntate facti, sibi nulla præscriptio currat, nisi a tempore scientiæ talis iudicii, & legati. Item fratribus, uel fratrum filiis, uel alias in communione uiuentibus, nulla præscriptio currat, ipsa communione durante, de iis, quæ alicui ex eis ex dote matris, uel ex alia quauis causa deberent. Ita quod inter eos nulla præscriptio currat, quamdiu uixerint in communi.

De Confessionibus in iudicio factis. Cap. LXIII.

Et ualeat

ET ualeat confeſſio facta in iudicio,tam ante litem conteſtatam,q̃ poſtea quandocunq;,& ꝑpter aduerſarii abſentiã non uicietur, ita ꝙ pro parte abſente,& præſente fieri poſſit coram iudice pro tribunali ſedēte, & ſemper præſumatur facta ſcienter,& ex certa ſcientia,niſi error euidētibus ꝓbationibus doceretur,nec ꝓbationes de errore impediãt quo minus procedatur ad ꝓ̃ceptum,dũtamen talis cõfeſſio facta ſit a pſona, quæ in iudicio ſtare poſſit: Et ualeat etiã confeſſio facta in iudicio,quãuis cauſam nõ contineat,nec poſſit propter cauſæ ꝯomiſſionẽ tanq̃ indiſcreta impugnari,nec etiã uicietur ſi libellus,uel petitio non præceſſerit confeſſionẽ. Et quilibet, qui contra ſe fuerit in iudicio confeſſus,quod ius,uel natura nõ reſpuit, uel certam ſpeciem,uel quãtitatem ſe alteri parti debere,uel ſi confeſſus fuerit factum,cuius noĩe cum eo poſſit eſſe actio,pro iudicato, & conuicto habeatur,adeo ꝙ non ſit neceſſe,ꝙ contra eum condẽnationis ſententia proferatur. Sed iudex teneatur ſibi præceptũ facere de ſoluendo quantitatem confeſſatam infra terminũ.xv. dierum utilium. Si uero confeſſus fuerit certã ſpeciem,teneatur iudex facere ꝓ̃ceptum de præſtando, ſeu reſtituendo infra.x.dies utiles.Si uero cõfeſſus fuerit ſe teneri ad factũ faciendum,iudex teneatur facere ꝓ̃ceptum de faciẽdo infra tẽpus congruum, infra quod tale factum perfici poſſit,negocii qualitate penſata.Sed ſi facta eſt cõfeſſio de parte,& de parte negetur,de parte cõfeſſata fiat præceptum,ut ſupra dictũ eſt,ſup parte uero negata ꝓcedatur prout ſtatutorum forma diſponit.

De Litis conteſtatione. Cap. LXIIII.

CVm ſecundum diſpoſitionem præſentium ſtatutorum in qualibet cauſa ciuili procedi debeat ſummarie,& de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicii,& per hoc uera litis cõteſtatio nõ exigatur,nihilominus Statuimus, ꝙ non obſtante ꝙ in aliqua cauſa uera litis conteſtatio fieret,uel ordo iudiciorum cum ſolennitatibus a iure inductis obſeruaretur,proceſſus non uicietur,ſed ſemper intelligatur ꝙ quælibet cauſa ſit ſummaria, & ꝓcedi potuerit,& poſſit ſine ſtrepitu,& figura iudicii. Et Declaramus ꝙ in qualibet cauſa,etiam cuius quãtitas,uel extimatio,uel intereſſe florenorum.xxv.excederet quãtitatem,legitimatis pſonis, ſeu habitis ꝓ legitimis, ſi reus non obiiciat aliquas exceptiones impediẽtes ꝓceſſum, teneatur ipſe reus immediate reſpondere libello.Et ad ſic reſpondendũ ꝑ iudicem compellatur.Si autẽ reus aliquas exceptiones obiiceret,quæ ſecundum formam ſtatu.proceſſum impedirent,tunc de ipſis exceptionibus cognoſcatur ſecundũ formã capituli ſupra poſiti ſub Rub.de exceptionibus impediẽtibus ꝓceſſum. Quibus exceptionibus expeditis, ſi declaratũ fuerit dictis exceptionibus non obſtãtibus procedendum eſſe,teneatur iudex ad petitionẽ actoris reũ compellere ad reſpondendum libello. Et ſi reus in termino per iudicem ad hoc aſſignato non reſpondiderit,nihilominus lis ꝓ cõteſtata habeatur,

& possit in causa procedi ad cognoscendum de meritis causæ, ac si lis contestata fuisset. Si tamen actor uoluerit contra non respondentem libello in termino assignato procedi, tanq̃ contra contumacẽ, tunc procedi possit ad prædam, uel ad primum decretum, uel ad multam, prout actor elegerit. Et prædictis addendo Declaramus, q̃ lis pro contestata habeatur per responsionem affirmatiuam, uel negatiuam, quam faceret reus in iudicio ad libellum, uel petitionem actoris, et similiter habeatur lis pro cõtestata, eo ipso q̃ inchoatur cognosci de meritis causæ, uel si fieret aliquis actus, qui alias in ordinariis causis post litẽ contestatã fieri cõsueuit, nisi oppositæ fuissent exceptiones pcessum impedientes, de quibus supra dictũ est, tunc p aliquem actũ nõ intelligatur litis cõtestatio facta, donec pẽdeant exceptiones, quæ processum, secundũ formã statuti, impedirent. Sed eis expeditis, si per iudicem procederetur, ut supra dictum est, ad aliquem actum, qui post litis contestationem fieri consueuerit, lis pro contestata habeatur, & in omnibus capitulis statutorum, in quibus de lite contestata, uel contestanda disponeretur, semper sufficiat actus ex quo lis pro contestata habeatur. Declaramus insup q̃ quãuis utraq; pars sit pręsens ĩ iudicio ad causam tractandã, nihilominus nõ requiratur alia litis cõtestatio, q̃ superius sit expressum.

De Iuramento Calumniæ. Cap. LXV.

POst litis contestationẽ, uel post actum, per quẽ pro cõtestata habeaẽ ĩmediate de calũnia iureẽ ab utraq; parte ĩ forma, q̃ in his uersibus cõtineẽ.

Istud iuretur, quod lis sibi iusta uidetur
Et si quæretur, uerum non inficietur,
Vt lis tardetur dilatio nulla petetur,
Nil procuretur ut falsa sententia detur.

Possit tamen iuramentũ calumniæ omitti, uel remitti tacite, et expresse, prout partibus placuerit, & propter eius omissionẽ, uel remissionem, processus nullatenus uicietur, etiam si petitum fuerit. Si quis autẽ a iudice monitus, ut iuramentum calumniæ interponat, iurare expresse recusauerit, si fuerit actor, cadat ab instituta actione, & sibi silentium perpetuum imponatur, & reus modis oĩbus absoluaẽ. Si autẽ fuerit reus, qui monitus, expresse recusauerit, pro confesso habeatur, & a sententia, quæ cõtra taliter recusantem promulgaretur, non possit appellari, supplicari, uel ad aliquem iudicem recursus haberi. Si autem expresse non recusauerit, sed monitus iurare neglexerit, si in tali negligentia ipsa eadem die monitionis, & die sequenti iuridica perseuerauerit in prædictas pœnas incidat, siue fuerit actor, siue reus, singula singulis referendo, nec pœnas euitet, licet postea iurare uoluerit, nisi ex aliqua causa iudex eum admiserit ad iurandum. Et quãuis fuerit de calumnia interpositum iuramentum, nihilominus iudex in qualibet parte litis, tam ante litem contestatam, q̃ post, possit quemlibet litigatorum compellere

pellere

pellere ad interponendum iuramentum de ueritate dicenda, uel de calumnia, uel malitia euitanda, ubicunq; iudicem mouerit æquitas. Et possit etiã procurator sine speciali mandato, & quilibet alius, qui alieno nomine in iudicio comparuisset, & admissus fuisset, dictum iuramentum calumniæ, & quodlibet aliud sacramentum in iudicio interponere, ac si mandatum speciale habuisset, dũmodo habeat generale mãdatum ad agendum, & defendendum, excepto eo, quod statutum est infra in capitulo proximo sequenti, sub Rub. de iuramento ad causæ diffinitionem deferendo, & ualeat quicquid in iudicio fecerit procurator, ac si Dominus id fecisset. Et in prædictis omnibus, & singulis contumacia procuratoris nõ iurantis noceat Domino, ac si Dominus talem contumaciam contraxisset.

De Iuramento ad causæ diffinitionem deferendo. Cap. LXVI

MAximum remedium dirimendarum litium consueuit esse iusiurãdi religio. Si quis igitur actor, uel habens ab eo mandatum legitimum, ante litem contestatam, uel postea, quandocũq; in præsentia iudicis detulerit iuramentum de eo quod principaliter petitur reo præsenti, teneatur reus infra duos dies utiles a die dictæ delationis, iuramentum præstare. Et si iurauerit se non debere qnod petitur, uel ꝙ satis fecerit, uel simile, secũdum formam delationis a iudice approbatam, nullo alio requisito, reus modis omnibus absoluatur, et actori perpetuum silentium imponatur. Verum si infra dictum tempus reus iurare neglexerit, pro confesso habeatur, et in eum tanq̃ in confessum omni appellatione remota, fiat præceptum, et executio, prout supra dictum est, sub Rubrica de Confessionibus in iudicio factis, nisi ipse reus infra dictum tempus actori retulerit iuramentum, quo casu si actor iuramentum relatum non præstiterit, reus absoluatur. Econtra uero, si reus, uel habens ab eo mãdatum, in iudicio præsente iudice detulerit actori præsenti iuramentum de eo, quod petitur, teneatur iurare infra duos dies utiles proxime sequentes, & si iurauerit se iuste petere, uel quid simile, secundum formam delationis a iudice approbatam, reus tanq̃ cõfessus, & conuictus reputetur, & ad executionem cõtra eum procedatur, prout supra dictum est. Verum si actor infra dictum tempus nõ iurauerit, uel iuramẽtum non retulerit infra dictum tempus, cadat ab instituta actione, et sibi perpetuum silentium imponatur, ita ꝙ reus nequeat in perpetuum molestari. Et si per procuratorem unius partis, uel per procuratores utriusq; partis causa agitaretur, & una partium uellet iuramẽtum alteri deferre per procuratorem litiganti, teneatur procurator eius, cui iuramentum deferri intenderetur, facere comparere principalem, si fuerit in ciuitate lucensi, uel in districtu, infra tres dies utiles ad iurandum, & si comparuerit, seruetur quod supra dictum est. Si uero non comparuerit, si fuerit actor, cadat ab instituta actione. Si uero fuerit reus habeatur pro confesso, ut supra dictũ

est,nisi talis absens ex aliqua legitima causa impeditus fuerit cõparere,suffi ciat tale iuramentum præstari,uel referri p procuratorem habẽtem specia le mandatum ad ita iurandum,uel referendum. Et ab aliqua sententia, uel executione,quæ præmissorum occasione fieret,nequeat appellari,supplica/ ri,uel querela moueri. Interdicimus tamen dictum iuramentum diffiniti/ uum deferri in iudicio cuilibet prælato,& cuicũq; alii personę ecclesiasticę, & cuicunq; alteri personæ,quę haberet administrationem alicuius ecclesię, monasterii,hospitalis,seu loci pii,nisi.D.lucensis Epi,uel sui Vicarii licẽtia, & cõsensus accedat. Et ipsi similiter dictũ iuramẽtum deferre non possint alicui in iudicio,licẽtia a.D.lucensi Epo nõ obtenta. Et oĩa,& singula,quæ superius dicta sunt de iuramento deferẽdo,uel referẽdo sup tota causa,lo cũ sibi uendicẽt,etiã si sup aliquo articulo causæ, seu sup aliqua exceptione prędictũ iuramentũ decisiuũ deferretur, quo casu si iuramentũ delatũ nõ fuerit præstitũ,uel relatũ,psumatur cõtra nõ iurantẽ,uel nõ referentẽ,adeo q de eodẽ articulo seu exceptione,intelligatur plene pbatum,prout cedit ad cõmodum deferentis. Sed si sup dicto articulo,seu exceptione iuraretur, stari debeat iuramento,contra quod iuramentũ alia pbatio nõ admittatur.

De Iuramento in defectum,uel ad supplementum probatio num petito. Cap. LXVII.

IN omnibus,& singulis iudiciis, actionibus,& causis,possit iudex iura/ mentum deferre in defectum,uel supplemẽtum probationum in causis a iure communi permissis,& actori,uel reo,& prout a iure communi dispo nitur. Et possit quandocunq; peti,& deferri ante diffinitiuam sententiam; etiam si fuerit in causa conclusum

De Positionibus. Cap. LXVIII

STatuimus q post litem contestatam,uel habitam pro contestata,Iudex ad petitionem cuiuscũq; litigatorum assignet partibus terminum duo/ rum dierum utilium ad positiones faciendas,& producendas,quibus pro/ ductis,faciat illis responderi, sed primo positionibus actoris,& postea po/ sitionibus rei. Et si qua quæstio, uel dubitatio super eis oriretur, Volu/ mus q debeat terminari per iudicem sine alicuius consilio, uel colloquio, infra duos dies utiles,ad pœnam librarum Decem,uel ultra,usq; in Vigin tiquinq;, arbitrio Sindici, quæ pœna de facto, sine processu aliquo,exigi debeat cum effectu. Concedimus insuper litigatoribus potestatem etiam positiones faciendi ante litem contestatam,si respiciant exceptiones, uel ea, quæ possunt,& debent ante litis contestationem tractari. Post litem uero contestatam, uel habitam pro contestata, admittantur positiones tangen/ tes merita causæ,& exceptiones,quæ post litem contestatam possunt, & de/ bent

bent tractari, seu cognosci. Et semper in omnibus causis, positiones fieri permittimus, usq; ad causæ conclusionẽ exclusiue, non obstante q elapsus fuerit terminus datus ad positiones faciendas, & si non concluderetur in causa, fieri possint usq; ad commissionem, quæ fieret in aliquem sapientem: Et si consilium non esset petitum, uel dari non deberet, posint fieri usq; ad sententiam diffinitiuam, quia non debet probationum materia coarctari, intelligendo semper, q si quæstio, uel dubitatio oriretur super positionibus, siue fiant ante litem contestatam, uel habitam pro contestata, siue postea, iudex teneatur huiusmodi quæstiões decidere, & terminare sub dicta pœna, & prout supius dictũ est. Disponimus etiã q unaquæq; positio debeat esse clara, & certa, & continere non possit ultra duo membra. Et si duo membra contineret, debeant per iudicem diuidi, & distingui, anteq̃ pars tali positioni respondere cogatur. Et nulla positio admittatur, quæ esset implicita, uel incerta, uel obscura, uel captiosa, et nemo respondere cogatur positioni, quæ pendeat ab ea, cui iam fuerit responsum. Et etiam nemo respondere cogatur positioni, quæ principaliter, uel in consequentiam contineat crimen, uel turpitudinem respondentis, uel eius, in cuius locum ipse respondens successerit. Et similiter nulla positio admittatur, quæ non esset pertinens ad causam principalem, uel ad exceptionem in causa obiectam. Negatiuas uero positiones ita demum admitti Volumus, si iudici uidebitur, quia licet negatiua loco, et tempore non coartata nequeat probari per testes, potest tamen per confessionem partis probari, et talis probatio admittenda est. Et etiam admittantur positiones de facto alieno, de quo uerisimiliter respondens possit habere notitiam, uel informationem, et non aliter, quod iudicis arbitrio duximus committendum. Cæterum si quis litigatorum produceret positiones contrarias positionibus partis aduersæ, tunc, ut euitetur periculum periurii, Præcipimus dictas positiones non admitti, Dummtamen positiones primo productæ, quibus secundo productæ cõtrariarentur sint tales, quæ ueniant admittendę. Et si utraq; pars actor, & reus, in eadem hora producerent positiones contrarias, tunc positiones actoris admittantur, si eis aliud non obsistat, & positiones rei non admittantur, illæ uidelicet, quæ contrariarentur positionibus actoris. Verum si quis litigatorum præueniat partem aduersam, producendo positiones negatiuas, quarum affirmatiuam incumberet onus probandi aduersario, ut postea positiones affirmatiuas aduersarii excludat, quasi sint contrariæ suis, tunc talem calumniam repelli præcipimus secundum discretionem iudicantis, qui in hoc casu possit etiam secundum suam conscientiam iudicare. Et teneatur quilibet ponens suas positiones iuramento firmare, q uera sunt, & ad causam faciunt, & q eas credit posse probare, alioquin pars aduersa respondere non cogatur.

De Responsionibus fiendis ad positiones. Cap. LXIX.

ET nulla respõsio recipiatur ad aliquã positionem, nisi p uerbum simpliciter dictum, credit, uel non credit, negat, uel cõfitetur, in prima, uel ĩ tertia psona, prout respondens uoluerit, dũtamen responsio sit simplex, & clara, & non captiosa, et non admittatur responsio, qua diceretur, negat, ut ponitur, uel non credit, ut ponitur, uel negat posita, uel non credit posita. Et responsio de credulitate habeatur pro cõfessione. Et similiter si quis se nõ credere dixerit, habeatur pro negatione. Et cogatur quis ad respondendũ positionibus, nõ obstãte ꝙ respõdiderit interrogatorio posito in fine libelli, cum longe distet positio ab interrogatorio. Verum si positio esset super quãtitatibus, facta ratione alicuius quãtitatis adiectæ, nõ uere, tũc præcipimus ꝙ licitũ nõ existat totã positionẽ negare, sed debeat particulariter respõdere, distinguẽdo partẽ uerã, a nõ uera, qa in quãtitatibus Volumus ꝙ positio intelligaẽ distributiue facta, secus aũt ĩ positionibus aliquã qualitatẽ falsam continẽtibus, quia Volumus ꝙ ratione falsæ qualitatis adiectæ possit tota positio licite negari. Et semper quilibet, qui positionibus respõdiderit teneatur iuramentum præstare de dicendo, & respondendo, quod crediderit esse uerum. Et quotiens persona principalis respondet positionibus, eius procurator, uel aduocatus in tota curia stare non possit, ita ꝙ nequeant instruere respondentem. Si quis autem in termino primæ citationis, uel monitionis ad respondendum positionibus factæ, dixerit se dubitare, detur ei dilatio ad deliberandum, & deliberate, & sufficienter respondendum, usq; ad diem sequentem iuridicam, dummodo iuret, ꝙ hoc non dicit animo calumniæ, uel animo dilatandi, & talis deliberatoria dilatio dari nequeat plusquam semel. Et si qua persona trina uice monita, uel iussa, uel citata, positionibus non respondiderit, habeantur ipsæ positiones ipso iure ꝓ confessatis, absq; alia pronunciatione, & declaratione fienda per iudicẽ. Et ex tali ficta confessione præsumpta ratione contumaciæ ius parti acquiratur, adeo ꝙ postea tales positiones negari nequeant ullo modo. Et si quis in termino in prima monitione, uel citatione, assignato ad respondendum positionibus, esset contumax, possit etiam ipsa eadem die contractæ contumaciæ fieri alia citatio, uel monitio, uel iussio, et quælibet ipsarum citationum, uel monitionum fieri debeant saltem pro die sequenti iuridica, & breuior dilatio dari non possit. Et semper responsio, & contumacia ꝓcuratoris, & cuiuslibet alterius alieno noĩe legitime cõparentis, admittatur, & ualeat, & præiudicet personæ principali, ac si per ipsam personã principalẽ facta fuisset. Cæterũ ne partis respõdere debẽtis cõtumacia possit aduersario obesse, Statuimusꝙ quãdiu monitus, uel citatus fuerit cõtumax in nõ respondẽdo positionibus, tẽpora ipsius cõtumaciæ de termino instãtiæ causæ detrahantur. Et similiter si pẽdeat, quæstio super positionibus admittẽdis, uel nõ, donec p iudicem talis quæstio fuerit terminata, tẽpora instantiæ non labantur. Et hæc, quæ diximus, ꝙ instantia non decurrat, locum habeant in positionibus, quæ fierent infra dictũ terminum

duorum

duorũ dierũ utilium,q̃ dari debeāt ad ipſas poſitiones faciẽdas,in aliis au tẽ poſitionibus,q̃ fierent in ꝓceſſu cauſæ,ſiue ante litẽ conteſtatã,ſiue poſt, etiam ſi cauſa ſit talis,quæ nõ requirat litis conteſtationẽ,uel quaſi,nõ uen dicet ſibi locum quod dictum eſt,ꝙ tempora inſtantiæ non labãtur,ſed di ctis caſibus inſtantia labatur,& currat , & per poſitiones,quæ fierent in ter mino probatorio,nõ impediatur curſus ipſius termini ad probandũ dati.

De Pœna negãtis poſitiones,quæ poſtea probarẽtur. Cap. LXX.

ET ſi qua perſona reſpondendo poſitionibus aduerſarii negauerit, uel ſe non credere dixerit aliquã poſitionem,quæ per iudicem fuerit admiſſa, ſi poſtea in eodem proceſſu,uel in cauſa appellationis illud quod negatum eſt,uel non creditum,fuerit probatum,condemnetur pro qualibet poſitio ne negata,ſine aliquo proceſſu,uel ſcriptura,in Florenis duobus auri, uel ul tra,uſq; in Florenos decem,arbitrio iudicis ,conſiderata conditione perſo næ,& qualitate cauſæ. Et in hoc caſu intelligatur unica poſitio , quamuis contineat duo membra , etiam ſi diſtinctis membris reſponderetur. Et a dictis condemnationibus,quæ dicta occaſione fierent,non poſſit appellari, uel querela moueri. Et reſpectu poſitionis , quæ fieret de publica uoce, & fama probaretur , condemnatio tamen prædicta fieri non poſſit ubi poſi tio aliter non probaretur, niſi per unum teſtem cum iuramento delato in ſupplementum probationis,ſed alia uera , & plena probatio requiratur,ad hoc , ut dicta condemnatio ſequi poſſit. Et iudex ſemper a reſpondente exigat iuramentum de ueritate dicenda in reſponſione fienda ad poſitio nes ſecundum ſuam credulitatem,& eidem reſpõdenti per notarium acto rum cauſæ notificetur pœna prædicta,ne poſſit ignorãtiam allegare,& ex reſponſione negatiua procuratoris,uel alterius alieno nomine legitime cõ parentis,poſſit Dominus condemnari,niſi Dominus re integra , & anteq̃ fiant probationes confiteatur illud,quod fuiſſet a procuratore negatum.

De Pœna faciẽtis poſitiones,quas poſtea nõ ꝓbauerit. Cap.LXXI.

ET ut ceſſet materia faciendi poſitiones ſuperfluas ,& ſeu quæ non conti neant ueritatem,Statuimus ꝙ ſi ponens non probauerit ſaltem ſemiple ne intentionem ſuæ poſitionis negatæ,ad quam fuerit ab aduerſario ſuffi cienter reſponſum,condemnetur de facto ſine aliquo proceſſu , non expe ctata diffinitione cauſæ , omni appellatione remota , pro qualibet ipſarum poſitionum in ſoldis Viginti bonæ Monetæ , uel ultra uſq; in Florenum unum , arbitrio Iudicis , conſiderata conditione perſonæ, & qualitate cau ſæ , et omnes dictæ pœnæ debeant Cameræ lucenſis communis applica ri . Diſponimus tamen,ꝙ dictæ condẽnationis executio differatur donec fuerit finita cauſa appellationis,ſi qua interponeretẽ a diffinitiua in caſibus,

in quibus permittitur appellari. Et si in causa appellationis tales positiones ꝓbarentur, ut supra dictũ est, dicta condẽnatio reuocetur, alioquin si nõ ꝓbarentur, nõ reuocetur condẽnatio, sed fiat executio cũ effectu. Et hæc non referantur ad positiones de publica uoce & fama, quæ licet non probarentur, nihilominus inde nulla condemnatio sequi possit.

De Pœna negantis filiationem. Cap. LXXII.

ET si quis respondẽdo positionibus, uel exceptionem opponẽdo, uel alio quocũq; modo negauerit in iudicio filiationẽ alicuius, qui fuerit de ciuitate lucensi, uel eius territorio, & postea probata fuerit, puniatur talis negans in lib. tercentis ex officio illius officialis corã quo quæstio uentilatur, de facto, sine aliquo processu, statim, non expectata diffinitione causæ, ꝓ dimidia ad opus cameræ lucensis cõis, & pro reliqua dimidia ad utilitatem partis, quæ fuerit grauata probationibus, quæ si dictus officialis non seruauerit cum effectu, puniatur in libris ducentis, in quibus debeat sindicari. Et intelligatur filiatio negata etiam si responderit per uerbum non credit, uel simile. Et similiter, & eadem pœna puniatur, quicunq; negauerit matrimonium esse, uel fuisse inter aliquas personas de ciuitate lucensi, uel eius cõmitatu, fortia, & districtu, si de dicto matrimonio probatum fuerit. Et si quis respõdendo libello, uel petitioni negauerit narrata, prout narrantur, & petita, prout petuntur, non incidat in dictas pęnas ex ipsa negatione taliter facta.

De Pœna Iudicis, qui dictas condemnationes non fecerit, & exactori non denunciauerit. Cap. LXXIII.

VT ea quę ordinata sunt in ꝓcedentibus tribus capitulis, & quolibet eorũ plenũ sortiantͬ effectũ. Statuimus ꝙ quilibet iudex teneatͬ, et debeat oẽs, et singulos condẽnare, qui inciderẽt in dictas pœnas p formã trium proxime præcedentiũ capitulorum, et cuiuslibet eorũ, et ipsas condẽnationes teneatur notificare, et intimare exactori infra tres dies, a die factæ condẽnationis, si fuerit in ciuitate lucensi: Sed si fuerit in uicaria, infra dies. xii. a die factæ condemnationis proxime, et immediate sequentes. Et quilibet Iudex, qui prædicta non seruauerit, puniatur in libris quinq;, uel ultra usq; in libris uigintiquinq; pro qualibet uice, arbitrio domini Sindici, in quibus debeat finito officio sindicari.

De Termino ꝓbatorio partibus assignãdo. Cap. LXXIIII

SI post litem contestatam, uel habitam pro contestata, non fuerit petitus terminus ad positiones faciendas, sed esset dictus terminus omissus, &

seu etiam

seu etiam in casu,in quo dictus terminus datus esset, & positiones fuerint productæ infra dictum terminũ,& ad illas responsiones factæ fuerint, uel saltem habitæ pro confessatis,iudex in quolibet dictorum casuũ nõ expectatis responsionibus ad positiones, q̃ post dictum terminũ ꝑducerentur, teneatur ad petitionẽ cuiuscunq; litigatorum dare,& assignare utriq; parti terminũ usq; in octo dies utiles ,ad eius arbitrium ad probandum incumbentia,quam dilationẽ prorogare possit etiã absq; alicuius causæ expressione,usq; ĩ quatuor dies utiles,& non ultra,& alia dilatio,siue maior dari nõ possit,nisi ex causa rationabili,atq; iusta,quæ supueniret,uel emergeret,sicut in simili disponitur infra in statuto posito sub Rub.De causæ conclusione. Et dicta dilatio probatoria sit communis,& communiter data intelligatur,infra quam dilationẽ litigatores faciãt suas probationes, quas per testes facere uoluerint:et dicta dilatio sit peremptoria , adeo ꝙ ea decursa testes non possint recipi,uel admitti. Et sufficiat si testes iurauerint infra terminum ꝑbatorium,quãuis postea reperirentur examinati, dumtamen examinatio facta fuerit ante publicationẽ processus. Probationes autem,quæ fierent ꝑ instrumenta,fieri possint quandocunq; usq; ad sententiã,nisi esset in causa conclusum,quo casu instrumenta produci non possint post causæ conclusionem,nisi essent instrumenta de nouo repta, quæ possint admitti post conclusionem in causa,secundum dispositionem iuris communis.

De Electione notarii super testibus examinandis. Cap. LXXV.

Statuimus ꝙ in curia Domini lucensis Potestatis Notarius electus super examinatione testium,qui in dicta curia producerentur , possit , et ualeat huiusmodi Testes examinare , et eorum attestationes,et iuramenta, aliaq; exinde dependentia fideliter scribere,et in publicam formam redigere,et talis examinatio ualeat,et teneat de iure. Verum si dictus notarius esset alicui partium suspectus , uel nullus esset electus , uel si esset absens , uel infirmus , possit Dominus Potestas , uel eius Iudex alium non suspectum eligere,qui sic electus ualeat testes examinare,et eorum attestationes, et iuramenta in publicam formam redigere ,et talis examinatio ualeat, ac si per iudicem facta foret. Et ne in eligendo possit aliqua fraus committi,possit iudex suspectorum numerum refrenare,prout suæ discretioni uidebitur. In curia uero appellationum Domini Sindici, notarii dictæ curiæ possint, et quilibet eorum possit examinare testes , qui in dicta curia ꝑducerentur , et eorũ examinatio ualeat ,et plenũ sortiatur effectũ,ac si forent ꝑ iudicẽ examinati.Possit tamen iudex aliũ notarium partibus nõ suspectũ sup testium examinatione eligere,et deputare, prout sibi uidebitur. Cæterum in curia cuiuslibet uicariæ notarii ipsius curiæ , et quilibet eorũ possint in causis ciuilibus testes examinare, et eorũ examinationẽ scribere, & eorum examinatio ualeat,ac si per uicarium facta foret. Et similiter in

omnibus,& singulis aliis curiis,officiales,iudices,& testes examinare debeant per seipsos i causis ciuilibus,uel examinationem committere in aliquē notarium partibus non suspectum.

De Iuramento Testium. Cap. LXXVI.

OMnes,& singuli testes,qui fuerint in iudicio producendi citari, uel a iudice moneri debeant ad iurandum de ueritate dicenda super iis, super quibus interrogabuntur, & pars contra quam, uel in cuius prçiudicium producuntur, testium iuramento debeat esse præsens,uel citata, uel monita,ut compareat ad uidendum iurare testes, & quamuis a notario ualeant examinari,ut in præcedenti capitulo continetur, Nihilominus omnes officiales tam ciuitatis,q̄ districtus lucensis possint recipere, & iurare testes extra banchum in camera,& in omni loco,& in qualibet parte diei durāte termino probatorio,& qualibet die feriata,& non feriata,dummodo nō sit feriata in honorem Dei,& tam in primis causis, q̄ in causis appellationum, dummodo testes coram officiali iurent, reseruatis tamen partibus omnibus,& quibuscunq; exceptionibus contra tales testes,& ipsorum attestationes,etiam si tales exceptiones non fuerint expressæ a partibus cum protestatione reseruatæ. Et testes,qui reperirentur in actis iurasse, intelligantur legitime introducti,& ad petitionem partis introducentis. Dummodo in actis pateat,ꝙ testes ipsi citati,uel a iudice moniti fuerint,& ꝙ in præsentia iudicis iurauerint,Etiam nō constito,ꝙ pars contra quam producuntur, fuerit præsens dicto iuramento præstito,uel monita,uel citata,ad uidendū tale iuramentum prçstari. Ad personas autē egregias,et infirmas,seu alio impedimento impeditas, et mulieres honestas. Si tales personæ fuerint in testes nominatę mittatur notarius ad domum talium personarum,qui recipiat iuramentum,et in ipsa domo examinet talem testem,et talis examinatio,et iuramenti receptio ualeat,contrarietate aliqua non obstante,ita tamen ꝙ parti,contra quam testes producuntur,assignetur terminus, ꝙ uadat ad talem domum,ad uidendum iuramenta testium huiusmodi nominatorum. Et de causa impedimenti testis non ualentis personaliter uenirę ad Tribunal curiæ ad iurandum,Iudex possit sine ullis probationibus,etiam secundum suam conscientiam iudicare.

De Examinatione Testium. Cap. LXXVII.

NOtarius,qui testes examinabit,teneatur quemlibet testem,qui iurauerit seorsum,& secreto examinare,et diligenter legat uulgariter eidem testi petitionem,uel articulum super quo producitur,uel intētionem,super qua testificari debuerit,& interroget sub iuramēto per eundē testem præstito, quid scit de ꝓdictis,sup quibus interrogatur, et si dixerit uera esse cōtenta

in articulo

in articulo,capitulo,uel petitione,non scribaẽ dictum eius, & si scriberetur non ualeat talis attestatio, sed ore proprio dicere debeat expresse, clare, & aperte,quid scit de negotio,uel facto,super quo examinatur. Et notarius examinator diligenter audiat,& mẽte colligat dictum ipsius testis,& illud postea scribat ĩ p̃sentia ipsius testis, & postq̃ scriptum est,iterum legat testi præfato dictum eius. Et si testis approbauerit quod scriptũ est,bene est. Si autẽ non approbauerit,notarius corrigat,& reformet,ita q̃ scriptura concordet cum attestatione ipsius testis. Et demũ quærat,& interroget de causa,& ratione sui dicti,& de alijs secundum interrogatoria, si qua fuerint sibi exhibita. Ac etiam q̃rat,& interroget de tẽpore loco,& alijs circũstantijs,quę conueniant negocio,super quo fit examinatio. Et teneatur ipse notarius examinãs scribere ꝓpria manu oĩa dicta testis, nec possit,uel debeat alteri cõmittere,nec in ꝑdictis coadiutorẽ habere,nisi de mandato iudicis, uel de partium uoluntate processerit. Et notarius,qui prædicta nõ seruauerit,puniaẽ qualibet uice,& ꝑ quolibet teste,in libris.v. Præterea Statuimus q̃ testes,qui reperiũtur ĩ causa examinati,de quorũ iuramento appareat,intelligãtur legitime introducti,put dictum est supra in capitulo proxime præcedẽti,Sub Rubrica De iuramento testium,& ad petitionẽ partis introducentis,& de mandato iudicis iurasse. Et sic semper ꝓsumatur, nisi contrariũ euidẽtissime probaretur. Et examinatio fieri possit quolibet loco,& tẽpore feriato,& non feriato, nec dies examinationis debeat de necessitate describi,nisi iudex mandauerit diẽ examinationis describi,quo casu notarius mandato iudicis parere teneatur.

De multitudine testium refrenanda. Cap.LXXVIII.

AD testium multitudinẽ refrenandã,Statuimus q̃ iudex teneatur testiũ multitudinem refrenare,& non recipere,uel examinare super aliquo articulo,uel capitulo,plus q̃ quatuor testes. Volumus tamẽ q̃ plures possint examinari,si pars contra quam producti fuerint,consenserit,& non aliter. Verum si parte contra quam introducuntur nõ contradicẽte,fuerint examinati,ualeat eorũ attestatio,si alia exceptio non impediat ipsos testes.

De interrogatoriis in examinatione testiũ fiendis, & corrigendis. Cap.LXXIX.

IVbemus q̃ pars contra quam testes producũtur,exhibita sibi copia articulorum,seu capitulorũ, super quibus testes examinari peterẽtur, possit producere infra cõpetentem terminum sibi per iudicẽ assignandum interrogatoria,quæ cõtineant circũstãtias negocii,super quo testes debent examinari. Et ille qui debet testes examinare, faciat dicta interrogatoria ad petitionem partis producentis testes cõmunibus expensis partium per iu

dicem causę uel per alium iurisperitum partibus non suspectū examinari. Qui iudex,seu iurisperitus debeat oīa superflua resecare, prout uidebitur esse iustum. Volumus tamen ꝙ huiusmodi interrogatoriorū copia parti aduersæ nullatenus dari debeat, ne testes ualeant instruere, uel subornare, nec debeant talia interogatoria in actis registrari.

De eo quod pendente quæstione super articulis,terminus probatorius non decurrat. Cap.LXXX.

ET si opponatur ꝙ articuli super quibus testes examinari peterentur, nō essent admittendi in totū,uel pro parte,teneatur iudex infra duos dies utiles cum omni celeritate decidere,an tales articuli sint admittendi,siue ptinentes,uel non,& donec per iudicē,seu officialē, fuerit per suā interlocutoriam declaratum,terminus ad probādum,uel reprobandum datus,non decurrat,& de tempore instantiæ detrahi debeant tempora,quibus penderet quæstio,an articuli essent,uel non essent admittendi.

De fide danda testibus,in alia instantia examinatis. Cap.LXXXI.

ET testes examinati,& publicati in una causa ciuili,siue in una instātia,uel etiā ab arbitris,uel arbitratoribus,fidē faciant,& probēt in alio quocūq; iudicio,quod inter easdē partes,uel earum heredes,in quacunq; causa ciuili,et corā quocunq; iudice,et quocūq; tēpore uerteret̄,etiam si perēpta fuisset instātia ī qua fuissent examinati,siue testes possint cōmode iterum examinari,siue nō,dūmodo aliud nō obsistat, qđ attestationes ipsas ipugnet. Et non sit necesse,ꝙ dicti testes iterū examinentur super eisdem articulis. Itē Statuimus ꝙ attestationi testis se referentis ad dicta, uel testificata per eum,extra iudicium,nulla fides adhibeatur,quia Volumus ꝙ testis explicite deponat super eo,super quo inducitur,alias attestationi suæ fidēs non adhibeatur,nisi se referret ad alias per eum testificata ī iudicio, uel coram arbitris,uel arbitratoribus.

De Testibus coram antecessoribus examinatis. Cap.LXXXII.

ET illis attestationibus,quæ per iudicē,& officialem,ī iudicio fuerint receptæ,siue per eundē iudicē publicatæ fuerint,siue nō, iudex successor fidē debeat adhibere, ac si corā se dictæ attestatiōes receptę fuissent,& possit etiam successor procedere ad publicationem testium,si non fuerint depositiones testium ab antecessore publicatæ.

De repetendis testibus,qui causam nō reddiderint sui dicti. Cap.LXXXIII.

Si testes

SI testes examinati in causa nõ fuerint de modo,& causa sciẽtiæ interrogari,uel si eorũ attestatio esset obscura, possint de nouo ex officio iudicis,si sibi uidebitur repeti,& interrogari,& eorũ attestatiões declarari, tam ante publicationẽ testium,q̃ post,etiã si partes didicerint testificata. Et possint pdicta fieri,tam ex officio iudicis,q̃ ad petitionẽ partis,qđ non solum in causa principali, sed etiã ĩ causa appellationis uendicet sibi locum,saluis nihilominus oĩbus aliis exceptionibus,quæ contra testes,& eorum attestationes,de iure obiici possunt. Et pdictis adiicimus q testes repeti possint solum,ut obscura declarentur,& causa scientiæ reddatur, sed siquid cõtrariũ, uel ultra dixerint iis,q̃ prius testificati fuerint,pro nõ dicto habeatur.

De testibus co mpellendis. Cap.LXXXIIII.

IVbemus q testes,qui fuerint nominati,cõpellãtur per iudicẽ ad testimonium perhibẽdum ueritati,de iis q̃ sciuerint, & interrogabũtur super capitulis,& articulis productis, & exinde depẽdentibus,& cõnexis, & super tota causa,si super tota causa fuerint idučti. Et si ad mãdata non uenerint ad iurandum,& testimoniũ perhibẽdum ueritati,compellãtur pignoribus captis,& multa indicta,& etiã per detentionẽ personæ,& p alia iuris remedia,ita q omnino compellãtur ad testificãdum. Et si aduocatũ,uel procuratorẽ alterius partis,alia pars ĩ testẽ in causa nominauerit, et dicat ipsum anteq̃ fuisset super patrocinio dictæ causæ,requisitus de ueritate informatum,compelli possit ad testimoniũ de iis, quæ sciuerit ante requisitionem prędictã,de eo autẽ qđ sciuerit post,nõ compellatur ad testimoniũ perhibendũ,nec ualeat dictũ eius,etiã si non inuitus testificatus fuisset. Et de dicta reqsitione,stetur dicto aduocati,uel pcuratoris pdicti cũ iuramẽto.

De eo qđ testes non possint repelli,prætextu periurii. Cap.LXXXV.

ET nulla persona repelli possit ĩ causa ciuili a testimonio, ptextu alicuius periurii,nisi talis appareat cõdẽnatus de periurio, nec etiã repelli possit ptextu excõicationis,uel paupertatis,nec ptextu alicuius condẽnationis de eo factæ,in causa ciuili,uel criminali, nisi esset condẽnatus de furto, uel de falsa attestatione,uel de incendio domorum,uel de proditione, aut etiã de crimine falsæ monetę,aut de aliquo delicto de quinq casibus.

De testibus qui fuerint extra Lucen.territorium infra ducenta milliaria. Cap.LXXXVI.

SI testes nominati essent extra territoriũ Lucen. iudex possit cõmittere, & delegare Potestati,uel Rectori,seu alteri cuilibet pręsidenti spirituali, uel tẽporali,quocũq nomine,uel officio fungeretur ĩ ciuitate, uel terra in

qua essent testes nominati,quatenus testes ipsos recipiat, & citari faciat, & ab eis recipiat iuramētum de ueritate dicēda,& eos examinet diligēter super articulis,et capitulis,quos produxerit pars,q̄ tales nominauerit. Et teneatur ipsos articulos mittere clausos,cū interrogatoriis partis,cōtra quā producerētur correctis ad iudicē,cui dicta examinatio cōmitteretur. Et teneatur monere partē cōtra quā producunē,quatenus uadat,uel mittat ad uidēdum ipsos testes iurare,si ire uoluerit, et talis examinatio ualeat,et plenum sortiatur effectū. Et ꝑdicta locū habere Disponimus quotiens testes nominati essent extra lucen.territoriū intra ducenta milliaria a fine lucen. territorii cōputanda,quo casu iudex possit terminū probatoriū prorogare usq; I.xii.dies utiles ultra primā dilationē,qui terminus prorogatus,de tēpore instātię subducaē. De distātia uero locorum possit iudex nullis factis probationibus etiā secundū conscientiā iudicare. Volumus tamen ꝙ si per testes,qui essent extra lucen.territoriū examinati nō probarētur articuli,capitula,uel intentio super quibus forent inducti,et iudici uideatur ꝙ calūniose,uel animo dilatādi, dicta dilatio sit petita,Is qui dictā dilationē petierit condēnetur de facto in libris quinquaginta,uel ultra usq; in centū arbitrio iudicis,facti,& causæ qualitate pēsata. Ad quā condēnationē procedatur per iudicē causæ,sine aliquo processu,uel scriptura,etiā non expectata diffinitione, & nihilominus condēnetur parti aduersæ ad refectionē dānorum,& expensarū,quas pars aduersa ꝑpterea fecerit,uel substinuerit.

De Testibus,qui fuerint extra Lucen.territorium, ultra ducenta milliaria. Cap.LXXXVII.

SI testes nominati essent extra lucen.territorium ultra ducēta milliaria a fine lucen.territorii computāda,etiā si esse dicerentur ultra mare. Volumus ꝙ propter hoc processus non debeat retardari,uel impediri,quominus ad sententiam perueniatur. Concedimus tamen ꝙ post sententiā latā infra unum annum a die latæ sententiæ proxime cōputandum, possint tales testes si fuerint in causa,īfra probatoriū terminum nominati examinari in ciuitate lucen.si interim rediissent,uel per aliquem de iudicibus terræ in qua essent,cui iudex lucen.qui de causa cognosceret duxerit cōmittendum,& si per huiusmodi testium depositiones pateat ꝙ aliud pronunciari debuisset,q̄ pronunciatum sit,possit per aliam sententiā,per eundem iudicem,uel eius in officio successorem emēdari,& prima cassari, & eius executio retractari,quatenus per nouas probationes iustitia exigeret faciēdum, non obstante ꝙ examinati forent,iam dictis aliis testificatis, & ꝙ iudex fuerit functus officio suo,Saluo semper iure reprobādi probationes prędictas.Similiq; modo si pars infra terminum probatoriū allegaret aliqua instrumenta,pro quibus de extra prouinciam ultra ducēta milliaria, uel de ultra mare producēda dilatio peteretur,teneatur exprimere locum in quo

dicuntur

dicuntur confecta,& quid debeant in effectu continere, interim tam donec dictæ probationes de extra prouinciã,uel ultra mare peruntur fieri,in causa superſederi nõ debeat quoquomõ,ſed in ea procedi,& proceſſus ualeat. Et ſi poſt latam ſententiã infra annũ talia inſtrumẽta producerẽtur, & per illa appareat, ꝙ ſentẽtia foret iniuſta,debeat talis ſentẽtia caſſari,& eius executio retractari,quatenus per nouas probationes iuſtitia ſuadebit. Cæterũ in dictis caſibus,ſi quis litigatorũ dixerit ſe habere ſuas probationes extra ducenta milliaria,ſiue per teſtes,ſiue per inſtrumẽta. Volumus ꝙ quãuis ſuper hoc ſuperſederi nõ debeat,ut dictũ eſt,nihilominus ꝙ executio ſententiæ prolatæ infra annum fieri non debeat,niſi is qui executionẽ peteret, pręſtet idoneã fideiuſſionẽ de reſtituẽdo totũ illud,qđ ī executionẽ dictæ ſentẽtiæ datũ,traditũ, ſeu ſolutũ foret,ſi contingat dictã ſententiã caſſari, & eius executionẽ retractari. Poſt annũ uero a die latæ ſentẽtiæ cõputandum,nequeat ſentẽtia caſſari,uel executio ꝑtextu huiuſmodi atteſtationũ, uel inſtrumentorũ modo aliquo retractari,ſed remaneat illibata.

De teſtibus ad ęternam rei memoriam examinandis. Cap. LXXXVIII.

PErmitti ſolet examinatio teſtium etiã ſi nulla cauſa, ſeu lis mota fuerit, ubi periculũ uerteretur,quia nominati teſtes eſſent īfirmi grauiter, ſeu ualitudinarii, ſeu longa abſentia abfuturi,ſeu ſenes,quod ideo permittitur ne probationũ inopia,Ius depereat. Nos huiuſmodi probationũ materiã ampliantes Cõcedimus ꝙ unicuiqꝫ liceat,etiã ſi nulla ex dictis cauſis ſubſit,facere teſtes ad ęternam rei memoriam examinari,dũmodo citentur ſecundum formam ſtatuti de modo citationis loquẽtis,Illi,quorum poſſet quomodolibet intereſſe,eiſqꝫ detur copia articulorum, ſeu capitulorum,ſu per quibus teſtes examinari petanẽ,& eis pateat facultas producendi interrogatoria,ſecundum quæ,fiant huiuſmodi examinationes. Et ſimiliter nominati teſtes debeant citari,uel moneri,& iuramentum præſtare de perhibendo teſtimonium ueritati. Et ſi tales teſtes fuerint examinati ad petitionẽ eius,qui agere,ſeu petere intendat,non debeant publicari,ſed is qui talẽ examinationem fieri petiiſſet,teneatur īfra unum annum,a die talis petitionis proxime numerandum,agere,& petere,& ſuas probationes exercere,& in cauſa procedere,& in proceſſu dictæ cauſæ infra dictum terminum mouendæ,tranſacto tempore probationis,debeant dictæ atteſtationes publicari. Et niſi fuerint legitime reprobati,dictis teſtibus plena fides adhibeatur. Et poſt dictum annum ſi actor non egerit,& petierit,dictæ atteſtationes fidem poſtea non faciant quouis modo. Poſſit tamen iudex ſi ſibi uidebitur,petente reo dictam dilationem unius anni ad agẽdum dari abbreuiare,& minorare prout ſuæ diſcretioni uidebitur. Verum ſi actio actori competẽs eſſet conditionalis, uel non ceſſiſſet dies ſolutioni adiecta, tunc dictus terminus ad agendum currere non incipiat, niſi adueniente die, uel

conditione, Si autem testes fuerint examinati pro parte rei, seu eius, qui attestationes ad defensionem sui examinari petiisset, tunc Volumus ꝙ taliũ testium attestationes debeant publicari, & assignari debeat terminus ad reprobandum parti, cuius interesset, & reprobationes fieri ualeant, & admittantur, Et nisi dicti testes fuerint legitime reprobati, debeat eorum attestationibus inter easdem partes in quocũq; iudicio in perpetuum fides dari.

De Testium publicatione, & termino reprobatorio.
Cap. LXXXIX.

DE cursa dilatione ad probãdum data, teneatur iudex ad petitionem alicuius partis processum, & attestationes, & depositiones testium publicare, & copiam partibus decernere, & unicam dũtaxat dilationem partibus assignare ad reprobãdum, prout unicuiq; incumbit, dũmodo dicta dilatio quatuor dierum utilium numerum non excedat, sed minor dari possit arbitrio iudicantis, possit tamen iudex dictam dilationẽ prorogare usq; in duos dies utiles, & non ultra. Et possit quælibet pars attestationes ab aduersa parte inductas reprobare, & redarguere infra terminum supradictum, quo si quidem termino decurso, si testes ad reprobationem primorum testium fuerint examinati, debeat eorum attestatio publicari, & postmodum ad ulteriora procedi. Si uero nõ fuissent aliqui testes ad reprobationem priorum in termino reprobatorio examinati, non sit ulterius publicatio processus necessaria. Et si in termino probatorio nõ fuerint testes examinati, non sit necessaria publicatio testium, & nihilominus processus causæ publicetur, nec dilatio reprobatoria debeat assignari pro testibus reprobandis.

De Fide instrumentorum, & de solemnitatibus,
quæ in instrumentis requiruntur.
Cap. XC.

SIcut experiẽtia manifestat, Consuetudo, seu potius Corruptela inualuit opponendi contra publica instrumenta, ꝙ non sint publica manu confecta, & eum qui dicitur scripsisse, seu de huiusmodi instrumentis se rogasse, non esse, uel fuisse tabellionẽ, uel per similia, uel equipollentia uerba, uel ꝙ instrumentum non contineat nomen Imperatoris, seu Papæ, uel ꝙ aliæ solennitates deficiant, quæ requiruntur a iure in publicis instrumentis, & propterea lites insurgunt, & diuersa dispendia, & litium protelationes inde proueniunt, ad quæ extirpanda salubriter prouidemus, ꝙ in instrumentis publicis ubicũq; confectis sufficiat apponi annum domini, siue natiuitatis, siue incarnationis, & mẽsem, & diem, & indictionem, & locum cum præsen

tia testium in sufficienti numero adhibitorum, dũtamen habeat subscriptionem notarii cum suo signo, non obstantibus cæteris solennitatibus, quas ius cõmune exigit, & requirit, Decernentes nostræ ciuitatis more, ꝙ indictio incipiat in Calendis Septembris cuiuslibet anni, & licet in dicto tempore, usque ad superuenientem annum natiuitatis indictio, ab anno discordet, nihilominus propter instrumentum non uicietur. Ac etiam prouidemus ꝙ cuicũque instrumento in forma publica apparenti habenti publicationes superius declaratas in dubio stetur, & quo ad plenam ꝓbationem credatur eidem, etiam si opponeretur eum, qui de instrumento rogatus dicitur, non fuisse notarium, & hoc si instrumentum dicatur fuisse cõfectum Lucæ, uel in districtu lucensi, uel in terris iurisdictionis Domini lucen. Episcopi, uel lucen. Capituli per notarium ciuem lucensem, uel districtualem, uel subditum fortiæ Lucensis ciuitatis, uel iurisdictioni Domini lucẽsis Episcopi, uel lucen. capituli descriptum in matricula notariorum. Si uero instrumentum in infrascriptis locis confectum fuerit per Notarios forenses, in casibus, in quibus talia instrumenta confici possunt per notarios forenses secundum formã statutorum, siue instrumentum extra suprascripta loca confectum, dicatur fuisse confectum per notarios lucenses, uel districtuales, uel subditos iurisdictioni lucensis Ep̃i, uel lucen. capituli, uel fortiæ ciuitatis lucen. & opponatur in iis casibus eum, qui dicitur rogatum fuisse de dictis instrumentis non fuisse publicum, & autenticum notarium in dubio, non stetur dicto instrumẽto, sed sufficiat quantum ad hoc, ut dicto instrumento tanq̃ cõfecto ab autentico notario fides detur probare famã publicam per quatuor testes, ꝙ is qui rogatus dicitur, pro notario tenebatur, & reputabatur tempore confecti instrumenti, qua fide facta per famam, de facto condemnetur opponens in libris quinquaginta applicandis cameræ cõmunis Lucen. nisi per contrarias probationes dicta probatio famę tolleretur, Possit etiam probari ipsum fuisse notarium per alias probationes iuris, Si uero instrumentum dicatur confectum extra ciuitatem, & districtum, & fortiam ciuitatis Lucensis, & extra terras iurisdictionis Lucen. Episcopi, & Lucensis Capituli, per notarios forenses non subditos suprascriptis locis, siue iurisdictionibus, tunc tali instrumento si opponeretur, eum qui dicitur de eo fuisse rogatum, non fuisse notarium, nullatenus fides adhibeatur sine litteris testimonialibus ipsius Domini, uel Episcopi, uel Rectoris loci, in quo dicatur confectum instrumentum, producendis per utentem tali instrumento, non derogando propterea aliis probationibus, quæ de iure sufficiunt ad probãdum quem esse notarium. Et quia in quibusdam regionibus, seu regnis, non consueuit apponi in publicis instrumentis indictio, & etiam deficiunt aliæ solennitates, quæ de iure requiruntur in publicis instrumentis, tunc si talia instrumenta in iudicio producantur. Volumus quod non aliter fidem faciant ni-

si producatur litterę Regis,uel Dñi,uel Episcopi illius loci,in quo talia instrumẽta cõfecta forent,q̃ fidẽ faciant de cõsuetudine dicti loci,quibus litteris plena fides adhibeatur, nõ derogãdo propterea aliis probationibus, q̃ ad probandũ ualorem dicti instrumenti de iure sufficerent. Et in dubio credatur litteras testimoniales, de quibus supra sæpius mẽtio facta est,fuisse scriptas per eum,qui scripsisse dicitur,ac etiã ꝙ sigillũ impressum,seu appẽsum dictis litteris,sit,seu fuerit sigillũ eius,ex cuius parte tales litteræ diriguntur,et si fuerit oppositum,tali oppositione nõ obstante,iudex coram quo quæstio uertitur, dictum instrumẽtum dictis testimonialibus litteris roboratum admittat,& ei fidem dandam esse pronunciet, & declaret tanq̃ factũ ab auctẽtico notario,nisi cõtrariũ per opponentẽ legitime doceretur.

De fide adhibenda scripturis transumptis ex publicis instrumentis,uel de rogationibus notariorũ defunctorũ. Cap.XCI.

COntingit interdũ ꝙ in iudicio producitur exẽplum sumptũ ex aliquo publico instrumẽto: Et propterea Statuimus ꝙ si aliqđ exẽplum pducatur sumptum per aliquẽ notariũ ex aliquo auctẽtico instrumẽto,& subscriptum a tribus,uel pluribus tabelliõibus,auscultatũ in pręsentia alicuius iudicis ordinariam iurisdictionẽ habẽtis,ecclesiastici,uel secularis,plenã fidem faciat in iudicio,& extra,ac si esset originale,etiam si talis exẽplatio facta fuerit sine citatione partis, in cuius pϳudiciũ uerti posset. Et qui se subscripserint,pſumantur esse,uel non esse notarii,secũdũ dispositionẽ proxime pcedentis statuti. Præterea Statuimus ꝙ si producatur instrumẽtum ab aliquo notario ciue lucen.uel comitatiuo,uel forense sumptũ de libris,seu rogationib.alicuius notarii mortui,uel absentis,si talis notarius sumens haberet licentiã,& auctoritatẽ ab ordinario iudice ciuitatis lucen. uel loci unde talis notarius mortuus,uel absens fuisset,uel loci ubi instrumẽta confecisset,tali instrumẽto sumpto fides plenaria adhibeatur in iudicio,& extra, ac si esset scriptũ,& publicatũ a notario,qui fuerit de eo rogatus,etiã si nõ appareat de originali. Et intelligatur,& pſumatur habere licentiã ab ordinario iudice loci,si de tali licentia appareat. Declarantes ꝙ de licẽtia concessa notario posse sumere de libris,seu rogationibus alicuius notarii mortui, uel absentis,constare debeat per instrumentũ publicũ alterius notarii,nec credatur notario sumenti,qui assereret sua subscriptione licentiã sibi fuisse cõcessam. Et notarius rogatus prąsumatur mortuus,uel absens,prout diceret,& narraret ĩ subscriptiõe notarii sumẽtis. Cui subscriptioni quãtũ ad hoc dari uolumus plenã fidẽ. Et ĩ ciuitate lucen.possit Dñs lucen.Potestas, uel eius Vicarius dictã licẽtiã impartiri. Et similiter q̃libet Vicarius ĩ sua uicaria,dũmodo talis licẽtia nõ possit cõcedi notario nõ descripto ĩ matricula. Et ĩsup cupiẽtes uanas,& superfluas exceptiões,q̃tũ possumus,āputare. Statuimus ꝙ q̃libet notarius possit ĩstrumẽta đ q̃bus rogatus fuerit alteri

scribenda

ſcribenda cõmittere,dũmodo ſint ſubſcripta manu notarii inde rogati cũ ſuo ſigno. Et talibus inſtrumentis ſic ſubſcriptis,plena fides adhibeat.

De Cedulis,ſeu Protocollis notariorum abſentium, uel defunctorum. Cap.XCII.

ET ſi qua cedula,uel rogatio alicuius notarii mortui,uel abſentis,reperiretur,quæ nõ eſſet publica,& ſolẽnis,uel defectum aliquem haberet, ita ꝙ fides ei non eſſet adhibẽda,poſſit,& debeat talis cedula, & protocollum examinari per dominum Vicarium dñi lucen.Poteſtatis,& Cõſulem collegii iudicum,ſeu iuriſperitorum Lucen.ciuitatis.& tres notarios ciuitatis lucen.eligendos per Vicarium domini lucen.Poteſtatis. Et quilibet notariorum ſit ætatis annorum triginta ad minus. Et ſi poſt diligentem examinationem præfatus.D.Vicarius,& dictus Conſul, & tres notarii, ut ſupra electi,uel maior pars eorum,dũmodo Vicarii.D.Poteſtatis cõſenſus accedat, Declarauerint tali cedulę,ſeu protocollo fidem dandã eſſe. Statuimus ꝙ eo cauſa in iudicio,& extra tali cedulę plenaria fides detur. Et poſſit, & debeat notarius habens auctoritatem in publicam formã redigendi rogationes talis notarii defuncti,uel abſentis,dictã cedulã,ſeu protocollũ in publicam formã redigere, et abreuiationes, ſeu cęteras extendere,ſecundum cõſuetudinẽ notarii mortui, uel abſentis, cuius manu dicta cedula fuiſſet, et tali cedulę ſic in publicam formã redactę,et inſtrumento exinde ſumendo adhibeatur plena fides,dũmodo citati fuerint illi,in quorum præiudicium dicta cedula uerti poſſet,et quãdo ignoraretur, qui eſſent illi, quorũ pręiudicium dicta cedula contineret, Debeant citari per proclama oẽs,qui ſua putauerint intereſſe,declarando tenorem,et continẽtiã cedulę,et diem, et annum,et menſem ipſius, et qui notarius de ea dicitur fuiſſe rogatus, et quod extendi, & publicari petitur, aſſignãdo ſaltem terminũ unius diei a die citatiõis numerãdi. alias nõ poſſit ꝓcedi ad diſpoſitionẽ ꝓſentis ſtatuti,factis uero citationibus procedatur ſumarie,& ſine litigio ad examinationem cedulæ. Et quotiens aliquis notarius ex hac luce migraret, & reperirentur aliquę cedulę ſuarum rogationũ,quibus fides dari non deberet, Poſſit de omnibus, & ſingulis dictis cedulis, & protocollis ſimul,& cõiunctim,& etiam diuiſim,& ſeperatim dicta ſolẽnitas obſeruari. Et ipſis cedulis quibus modo prędicto declaratum fuerit fidem dandam eſſe,& inſtrumentis exinde ſumendis Declaramus ꝙ in perpetuum debeat fides dari.

De fide adhibẽda protocollis,in publicam formam redactis,& de ipſis protocollis in libro extendendis. Cap.XCIII.

SAepe cõtingit,ꝙ notarii de cõtractibus rogati,per negligentiã,ipſos contractus i auctẽtico libro publicorũ inſtrumẽtorum non extendunt,qđ

tendit in detrimẽtum multorũ. Volentes ergo quãtum possumus de salubri remedio ꝓuidere, Statuimus qđ quilibet notarius, qui fuerit de aliquo cõtractu, uel quasi, uel de aliqua ultima uoluntate rogatus, teneatur huiusmodi rogationes describere in libro ꝓtocollorũ propterea ordinato, & ex dicto libro teneatur huiusmodi rogationes in auctentico libro instrumentorum infra mensem in publicã formã extense trãstulisse, & redigere, put natura talis rogiti exigit, & requirit. Alioquin puniatur, & cõdẽnet̃ de facto per. D. Potestatẽ, uel per dominũ maiorẽ Sindicũ in libris duabus, uel ultra, usq; in libris sex, arbitrio. D. Potestatis, seu dñi maioris sindici, ꝑ quolibet contractu non extẽso, seu in publicã formã non redacto. Et ṗdictis adiicimus ꝙ si liber ꝓtocollorũ esset subscriptus, & publicatus cum oĩbus publicationibus, & solẽnitatibus secundũ formã statuti requisitis, et opportunis, dicto libro protocollorũ sic subscripto, & publicato, plena fides adhibeatur in iudicio, et extra. Et ex dicto libro protocollorũ taliter publicato, possint instrumẽta sumi, et in publicã formã redigi, et talibus instrumentis fides plenaria adhibeatur: Et si liber protocollorũ sit, ut supra dictum est publicatus, et subscriptus fuerit, non possit notarius de iis contractibus, uel rogationibus in dicto libro protocollorũ subscripto, et publicato, descriptis cõdẽnari, uel puniri, quãuis tales rogationes nõ essent extensæ in auctẽtico libro publicorũ ĩstrumẽtorum. Et nullus notarius audeat, uel ṗsumat aliquã rogationẽ describere ĩ cedulis, seu foliis, sed solũ in libro protocollorũ propterea ordinato, sub pœna librarum trium pro quolibet, et qualibet uice. A qua pœna excusetur si dictã rogationẽ in cedulis, seu folius, descriptã in libro protocollorum propterea ordinato, infra octo dies computandos a die quo rogatus fuerit, descripserit, siue dictam rogationem in cedulis, seu foliis descriptam, in auctentico libro instrumentorum extensorum infra dictos octo dies descripserit.

De instrumentis rogatis in ciuitate Lucen. uel eius districtu, a notario forense, uel a clericis in sacris ordinibus constitutis. Cap. XCIIII.

STatuimus ꝙ ĩ ciuitate Lucen. Districtu, uel Territorio, et comitatu, nõ possit per aliquem notarium forensem, uel non subiectum iurisditioni Lucen. ciuitatis, uel ꝑ aliquẽ clericũ in sacris ordinibus cõstitutũ, cõfici aliquod publicum ĩstrumẽtum de aliquo cõtractu, uel quasi, uel de alia quacunq; re, quomodocũq;, & qualitercũq;, Sed dictus cõtractus intelligat̃ esse ficticius, & simulatus, & in fraudẽ factus, & nullũ robur, uel firmitatẽ obtineat, & fidẽ nõ faciat ĩ iudicio, uel extra, nec ṗtextu talis ĩstrumẽti fiat ius in aliqua curia, cõtra aliquã ꝑsonã. Saluo ꝙ chartæ sindicatuũ, & ꝓcurationum, et pacis, et matrimonii, possint fieri ꝑ quẽcunq; notariũ. Et prædicta nõ referãtur ad notarios tẽporalis iurisditiõis dñi lucen. Epi, nec ad notarios terrarũ lucen. capituli, dũmõ sint descripti ĩ matricula notariorum. Et ṗdicta

Et prædicta nō referātur etiā ad aliquē notarium forēsem deputatum ad aliqđ officium in ciuitate,& districtu Lucen. qui possit de iis,quę ad suum officium pertinent,scripturas conficere,non obstantibus supradictis.

De pœna illius,qui opposuerit contra instrumentum factum manu notarii,ciuis Lucen. Cap.XCV.

ET si contra aliqđ instrumentū qđ appareat ex eius serie in publica forma manu notarii ciuis Lucen.seu comitatus,districtus,& fortiæ,uel sub diti iurisdictioni Lucen.episcopi,uel Lucensis capituli,qđ diceretur fuisse confectū in dictis locis,uel altero ipsorū,opponeret,uel ipsum non esse publicum,uel non factū manu notarii,uel per similia uerba, teneatur ille, qui sic opposuerit dictas suas exceptiones īfra sex dies utiles ꝓbare,& si sic nō probauerit talis opponens possit,& debeat comdemnari per iudicem causæ in libris quinquaginta,de facto,& sine aliquo processu.

De eo ꝙ nullus notarius possit eligi ad aliquod officum, nisi certa forma seruata. Cap.XCVI.

STatuimus ꝙ nullus notarius de ciuitate Lucen. uel eius districtu,possit eligi,uel assummi ad aliquod officium in ciuitate Lucen.uel in eius territorio,& districtu,ad qđ notarii assummi consueuerunt,nisi descriptus fuerit in collegio,seu matricula notariorum lucen.ciuitatis. Et de prædictis fidem facere teneatur in cancellaria Magnifici lucen.cōmunis,& si dicta fide non facta,acceptaret aliquod officium,ad quod esset electus, puniatur per dominum lucen.potestatem secundum dispositionē statuti positi sub Rubrica De collegio iudicum,& collegio notariorum libro quinto. Et nihilo minus electio de ipso facta non ualeat,et prǽsumātur per importunitatem obtenta,Et alia omnia uendicēt sibi locum, q̄ per dictum statutū positum sub Rubrica De collegio iudicū,et collegio notariorū lib.v.cōtinētur.

De scripturis priuatis,quæ in iudicio producerentur,et de ipsarum fide. Cap.XCVII.

STatuimus ꝙ oībus,et singulis scripturis cuiuscūq; personę ī quibus aliquis cōfessus fuerit,se aliquid ab aliqua ꝑsona recepisse,uel aliqd penes se habere,uel habuisse,qđ ad aliū ptineret,uel se ꝓmisisse,uel ꝓmitteret aliqd dare,uel facere plena fides adhibeaƭ,et ꝓbationē faciāt de oibus,q̄ cōtinēƭ in eis in quātum cōtra eos facerēt,qui scripserint, uel eorū heredes, etiam si parte absente fierent,seu factæ essent,uel si causa,uel locus,uel sigillum,uel aliud signum,uel subscriptio ꝓpria,uel testis apposita non fuissent, etiā si exceptioni nō numeratæ pecuniæ,uel alii exceptioni de iure compe

tenti renunciatum nō esset, dūmodo scribens sit talis, qui se, et sua bona sine auctoritate, uel consensu alterius ualeat obligare. Declarantes etiā ꝙ scriptura legitime recognita habeat uim plenę probationis cōtra eum, qui scripserit, & cōtra eius heredes, ꝙ a die sub qua dicta scriptura fuerit data, uel scripta, bona pdicti scribētis sint, et esse intelligantur ex pſſe obligata ei, in cuius fauorē pdicta scriptura facta esset, quo ad piudicium pdicti scribētis, & heredum suorū, & nō aliarū quarūcunq; personarū. Adiicientes ꝙ quilibet, qui scripsisse diceretur, & heres eius teneatur, & compellatur oportunis remediis personaliter comparere ad ipsam scripturā uidendū, & recognoscendum, & confitēdum, seu negādum si propria manu scripserit, uel non, ipse, uel defunctus. Et siquidem confessus fuerit se, uel defunctū scripsisse, talis scriptura sic recognita, & confessata plenam fidem, & probationem faciat de omnibus, quę continētur in ea in piudicium recognoscētis, & heredū suorū. Sed si fuerit cōtumax non respondēdo, uel etiā non comparēdo, et ter a iudice monitus, uel de mādato iudicis p nuncium citatus ad regnoscēdum, ut supra dictū est, cōtumax fuerit, habeatur pro confesso, ac si dicta scriptura recognita fuisset, et eius manu descripta, uel defuncti cui successerit. Si autē negauerit se, uel defunctum scripsisse, cōpellatur ille, qui scripsisse dicerēt si lucę, uel in districtu esset, manu propria scribere aliquā aliā scripturā, ex qua fieri ualeat cōparatio litterarū ad litterā scripturę, de qua tractarēt, & ex ea cōparatio fieri possit, & debeat per tres notarios ciuitatis Lucen. practicos, & expertos, & fide dignos, partibus nō suspectos, eligendos per iudicem, qui de causa cognosceret, de quibus partes adinuicē concordarent, si de hoc concordes fuerint. Alioquin idē iudex suo arbitrio illos eliget, quos secundū suam cōscientiā idoneos putauerit ad dictā comparationē faciendā, quorū, seu maioris partis eorum relationi credatur, & stetur. Quæ electio, cōparatio, & declaratio, & relatio scribantur in actis per notarium causæ, et eodem modo fieri possit, et ualeat cōparatio ex alia quacūq; scriptura, seu cum alia quacunq; scriptura, quę eiusdem negantis, uel eius cui successerit manu propria probaretur descripta. Et dicta probatio nihilominus fieri possit per testes, et per alios modos a iure inductos. Et talibus probationibus factis dicta scriptura priuata, q̄ producta esset plenā fidem, et probationē faciat, de omnibus, et singulis, q̄ continentur in ea contra ipsum, et eius heredes, non autē contra alias quascunq; personas. Et prędictis adiicimus, ꝙ si persona, quæ alteri successerit esset litterarum ignara, tūc compelli nō possit ad recognitionem dictę scripturæ, sed per alios modos fieri debeat pbatio, prout supra dictū est.

De certo mō pbādi natiuitatē, mortē, matrimoniū, & ętatē. Ca. XCVIII.

CVm sępe in iudiciis cōtēdatur de Natiuitate, et de tēpore Natalis, et de Aetate, et Filiatiōe, et de Morte, et de Matrimonio diuersarū psonarū, & per

et per hoc cauillationes,& calũniæ,& diuersę dilationes q̃runtur, & litigã tes onere probationũ grauãtur,& sic lites imortales efficiuntur. Cupientes igitur dilationum,et expensarũ materiã amputare,&calũnias quãtum possumus excludere. Statuimus q̃ omnes & singuli Consules contratarum & brachiorum Lucen.ciuitatis. Et omnes & singuli Consules communium,& uniuersitatum Lucen.districtus teneantur, & debeant in scriptis dare,& denunciare notariis archiuii librorum Lucen.ciuitatis,uel uni ex eis natiuitatẽ , & diem natiuitatis cuiuscũq; personę , quæ nasceretur in sua contrata,uel brachio,uel in suo communi, exprimendo nomen personę partæ,& Diem ĩ qua nasceretur,& nomẽ patris,& matris, ex quibus nasceretur ,et si natus sit de matrimonio,uel non,& nomen cuiusq; personæ, cuiusuis gradus,ordinis,status,uel ætatis existat,quæ in sua cõtrata,uel brachio,uel communi decederet,et Diem ,et tempus mortis ,et Nuptias,quas in sua contrata ,uel brachio,uel communi fieri contigerit,exprimendo nomina iugalium,et tempus contractarum nuptiarum. Et dictæ denunciationes fiant,et fieri debeant per consules contratarum,et brachiorum lucẽsis ciuitatis infra dies.xv.a die natiuitatis,mortis,et nuptiarum,singula singulis referendo,sub dicta pœna librarũ.v.pro qualibet uice, et qualibet denunciatione omissa,et nihilominus dictam denunciationem facere teneantur. Et similiter dictæ denunciationes fiant,et fieri debeant p consules, uel officiales districtus sex milliariorum,infra unum mensem, et per consules, seu sindicos,uel officiales uicariarum,et potestariarum, infra duos menses a die huiusmodi natiuitatis,mortis,et nuptiarum,singula singulis referendo,sub dicta pœna librarum.v.pro qualibet denunciatione omissa . Et ad prędicta dicti consules compellantur per exactorem lucensis ciuitatis,qui procedat de facto ad exactionem dictæ pœnæ . Et etiam Vicarii uicariarũ possint compellere consules,et sindicos,uel officiales communium uicariæ suæ ad dictas denunciationes cum effectu fiendas,et sufficiat quo ad pœnę euitationem,si consules,seu sindici,uel officiales communium uicariarum, et potestariarum dictas denunciationes fecerint infra dictum tempus suo Vicario,uel Potestati. Et quilibet Vicarius,et Potestas,cui dictæ denunciationes factæ fuerint,teneantur,et debeant infra mensem illas intimare ĩ scriptis notariis archiuii librorum ciuitatis lucensis. Et notarii archiuii librorum teneantur dictas denunciationes recipere,& fideliter describere in libro propterea ordinato,sub pœna librarum quinq; pro qualibet uice . Et dicto libro,& scripturæ,ex dicto libro per notarios archiuii sumendis, detur,& adhibeatur in iudicio,& extra,plena fides de Natiuitate,& tempore natiuitatis,& de ætate,& de morte,& de tempore mortis,& de matrimonio, & de filiatione.Et tales scripturæ habeãtur pro plena probatione,nisi contrarium euidentissimis rationibus doceretur , Saluis tamen aliis modis ad prædictorum probationem introductis per formam sequentium Capitulorum.

De Modo probandi Filiationem. Cap. XCIX.

CVpientes cauillationum materiam resecare,& probationum materiam ampliare, Statuimus, q ad probationem filiationis sufficiat probari de publica fama,q fuerit filius dicti talis,cuius esse negaretur,seu q tanquam filius eiusdem fuerit habitus,& reputatus, quae fama probari sufficiat per tres idoneos testes. Item intelligatur filiatio probata,si producatur unum instrumentum publicum emancipationis,in quo appareat talem fuisse emãcipatum ab eo,cuius filius negaretur,& quae emancipatio facta sit ante quęstionem praefatam. Item sufficiat probari filiationem per testamentũ eius, cuius negaretur esse filius,in quo dictus talis fuerit filius nominatus, & q testamentum fuerit factum ante dictam quaestionem, seu litem,in qua dicta probatio fieri deberet. Et etiam intelligatur probata filiatio per productionem alicuius instrumenti confecti ante dictam quaestionem, seu litem,in quo instrumento ipsi,de quibus est quaestio,nominarentur pater,& filius,siue per uerba dispositiua,siue enunciatiua ,in quo instrumento tales nominati pater,& filius fuerint praesentes,uel saltem ille, qui negaretur esse pater,uel ille, cuius filius esse negaretur, fuerit praesens instrumento, uel in eodem instrumento ipsum dispositiué,uel enunciatiue nominauerit pro filio. Et quae probationes intelligantur legitimae,& pro legitimis habeantur, nisi euidentissimis rationibus contrarium probaretur. Et nihilominus possit etiam filiatio probari secundum formam capituli proxime praecedentis,& etiam possit probari secũdum formam iuris communis.

De Modo probandi Matrimonium. Cap. C.

SI dubitaretur de aliquo matrimonio,uel negaretur matrimonium inter aliquos fuisse cõtractum,Statuimus,q ultra alios modos a iure cõmuni super hoc traditos,sufficiat ad probationem matrimonii instrumentum dotis,uel augmẽti dotis,seu supplementi dotis. Item aliud quodcũq instrumentum,in quo tales coniuges se nominauerint uir,& uxor ,etiam si per uerba enunciatiua talis nominatio appareret,& dicta probatio fidem faciat inter omnes,quantumcunq non interfuerint tali contractui,dũmodo tale instrumentũ factum sit ante motam litem,in qua dictum instrumentũ produceretur. Item Decernimus, q sufficiat si probetur per tres testes,q sit fama publica illos fuisse maritum,et uxorem,et se ut iugales tractasse,et nominasse.Et p quẽlibet dictorum modorũ intelligatur matrimoniũ esse probatum.Saluis aliis modis probandi a iure introductis, et etiã salua forma tradita per formam capituli supra positi,sub Rubrica De certo modo probandi natiuitatem,matrimonium,et aetatem.

De Modo probandi Absentiam. Cap. CI.

Et si quaestio

ET si quęstio fuerit de absentia alicuius, uel negaretur aliquem fuisse absentem, cui diceretur esse, uel fuisse absens a ciuitate lucensi, & eius comitatu, & districtu, Statuimus ꝙ de tali absentia sufficiat summatim probari per tres testes, q deponant famam publicam esse, ꝙ aliqua persona sit, uel fuerit absens, Et sufficiat si dicta fama fuerit in contrata, seu brachio, uel uicinia, uel cõmuni, ĩ qua uel ĩ quo habitare consueuerit is, de cuius absentia tractaretur, & hæc probatio locum habeat, donec contrarium probetur. Saluis aliis modis absentiam probandi a iure inductis. Adiicientes ꝙ in quolibet casu, in quo statutum de absentia tractaret, uel disponeret, intelligatur absens ille, qui fuerit absens personaliter a ciuitate lucẽsi, & eius comitatu, & territorio, & districtu, licet ibi domicilium, siue familiam habuerit. Declarantes etiam ꝙ quilibet habere solitus domicilium in ciuitate lucensi, uel eius districtu, præsumatur presens, nisi de absentia doceatur per alterum ex dictis modis, uel per alios modos a iure inductos.

De Modo probandi mortem alicuius. Cap. CII.

VBicunq; de morte alicuius tractaretur, siue in ciuitate lucensi, siue ĩ eius comitatu, & districtu, siue in locis circunstantibus, & uicinis, seu etiam de longinquo decessisse dicatur, Statuimus ꝙ ad probandum mortem alicuius sufficiat si probetur per tres testes idoneos, ꝙ in ciuitate lucensi talis persona pro mortua reputetur, uel si probetur per tres testes idoneos, ꝙ in ciuitate lucensi publica fama sit de dicta morte, uel si probetur per duos testes omni exceptione maiores gemitum, siue planctum fuisse, per eius consanguineos, ut moris est, Vel si probetur per duos testes idoneos exequias funerales fuisse in aliqua ecclesia celebratas. Et quilibet prædictorum modorum probationem plenam faciant, cum sacramento eius, qui mortem allegauerit, seu iurauerit eum mortuum esse, de cuius morte tractaretur. Et quilibet prædictorum modorum probationem plenam faciat, nisi euidentibus probationibus contrarium doceretur. Et ultra prædictos modos etiam possit Mors probari per formam introductam a statuto, posito sub Rubrica De certo modo probandi natiuitatem, mortem, matrimonium, & ætatem. Et nihilominus possit de morte probari per alios modos inductos a iure communi.

De modo probandi aliquem esse consortem patrimonialem. Cap. CIII.

COmmunis usus loquendi, illos consortes appellat, qui sunt de eadem agnatione, uel progenie, etiam si nihil habeant inter se commune, & etiã si in aliquo gradu coniuncti non existant, & ad probandum aliquem, uel aliquos esse de tali agnatione, progenie, uel consortatu, sufficiat per tres te-

stes idoneos ciues Lucenses, qui deponant, quod pro consortibus habeantur, uel si probetur quod eadem arma portent tanquam consortes, Saluis alijs modis de dicto consortatu a iure inductis. Et idem modus obseruetur in probando cõsortatum illorum de comitatu, districtu, & fortia, si per tres testes idoneos bonę famæ de comitatu lucẽsi, uel districtu, & fortia probetur famã esse in ipsa cõmunitate quod pro consortibus habeantur. Et quæcunque persona negauerit consortatum, seu aliquem esse, uel fuisse cõsortem, si huiusmodi negationis contrarium probaretur, puniatur pro qualibet uice in libris Vigintiquinque.

De modo probandi cõmunionem pro indiuiso. Cap. CIIII.

VLtra alios modos a iure inductos, ad probandum rem aliquam esse cõmunem, sufficiat probare, quod talis res sit communiter possessa, uel quod partem habeat magnam, uel paruam in re, seu in rebus, de quibus tractaretur, & etiam sufficiat probare, quod quis possideat partem, seu particulam talis rei pro indiuiso, per se, seu per suos colonos, & tenitores, ita quod communio intelligatur probata, siue quis probet se possidere pro parte indiuisa, siue probet se habere proprietatem pro parte indiuisa in re, de qua agitur, nec intelligatur propterea res diuisa, ex eo quod pro diuiso fuerit possessa separatim, commoda, & incommoda substinendo, nisi de diuisione alio modo cõstet. Nec possit aliquis se præscriptione tueri, nisi talis præscriptio absque interruptione metam excesserit triginta annorum, tunc enim tanti temporis præscriptio obstet agenti, si tanto tempore fuerit res pro indiuiso possessa.

De Causæ conclusione. Cap. CV.

CVm in cunctis causis procedi debeat summarie, & de plano, sine strepitu, et figura iudicii, et per hoc de iure conclusio in causa necessaria non existat, sed ea omissa procedi possit ad decisionem causæ, si tamen ambæ partes concorditer consenserint in causa concludi, uel si ab una partium petitum fuerit, quod concludatur in causa. Possit iudex elapsis terminis probatoriis, et reprobatoriis, assignare utrique parti terminum duorum dierũ utilium ad allegandum, et producendum quicquid uoluerit pro conclusione causæ, infra quem terminum possit quilibet litigatorum producere omnia, et singula instrumenta, et acta, et iura, quibus uti uoluerit in causa, quo termino elapso, intelligatur in causa conclusum absque alia declaratione fienda per iudicem. Possit tamen iudex ex iusta, et rationabili causa, quæ de nouo emergeret, aliam dilationem partibus assignare ad probandum, uel reprobandum de iuribus earum, secundum quod uidebitur expedire pro ueritate inuenienda, considerata qualitate negocii, et considerata productione iurium, et instrumentorum, quæ per partes, uel alteram earum producerentur

rentur in dicto termino duorum dierum utilium, Et hoc quatenus dicta probatio,uel reprobatio concerneret instrumenta,& iura in dicto termino duorũ dierum utilium producta.Saluo ꝙ si pars,quæ peteret dilationẽ si bi assignari,renunciasset expresse dilationibus,& productionibus probatio num,quo casu iudex teneatur procedere absq; alia dilatione,ad causæ deci sionem.Quibus nouis dilationibus datis,& decursis,intelligatur partes re nunciasse productioni iurium,& instrumentorum,Et intelligatur in causa conclusum absq; alia declaratione fienda per iudicem ,adeo ꝙ postea in ea dem instantia non possit ulterius aliquid produci,uel probari.Adicientes tamen ꝙ dictæ dilationes per iudicem taliter moderentur,ꝙ intra tempus instantiæ causa omnimode terminetur.

De Cõsilio sapiẽtis habẽdo in causis ciuilibus,& in q̃bus casibus pe ti,seu dari possit, et de modo eligẽdi Consultorẽ. Cap.CVI.

EX causis rationabilibus nostrũ mouentibus animũ,Statuimus ꝙ .D.lu censis Potestas,& eius Vicarius ad ciuilia deputatus,et.D.Iudex appel lationum,et oẽs,& singuli alii Officiales,& Iudices ordinarii,& delegati in tra ciuitatem lucensem iurisdictionem exercentes in causis ciuilibus,quarũ quantitas,uel interesse,uel extimatio Florenorum centum quantitatem ex cedat,teneãtur ad petitionem partium litigantium,uel alicuius earum ha bere,& sequi consilium sapientis,de,& super diffinitiua sententia proferen da,intelligendo de uera diffinitiua,& non de habente uim diffinitiuæ. Et ad omne dubium tollendum Declaramus,ꝙ in aliquo casu,in quo sit ali qua interlocutoria proferenda,etiam si post se diffinitiuam sententiam nõ expectet,haberi non possit consiliũ sapientis. Et similiter Declaramus ꝙ ubi tractaretur de executione sententiæ, uel de executione alicuius publici instrumenti,seu laudi,seu de alia quacunq; executione, & seu ubi tractarẽ de dependentibus,incidentibus,emergentibus, et cõnexis ab aliqua executiõe, uel eius occasione haberi non possit, seu dari consilium sapientis , sed solũ in ipsa mera,et uera diffinitiua sententia proferenda.Si ante publicationem ꝓcessus consiliũ sapiẽtis fuerit petitũ,& postea peti nõ possit,& si postea pe titũ fuerit nõ possit q̃stio consulẽda cõmiti in aliquẽ sapientẽ, Et dictũ cõ silium de,et super diffinitiua sentẽtia proferenda petitum,haberi debeat ex pensis illius,qui consiliũ peteret. Et quilibet,qui petierit consilium sapien tis,teneatur deponere salarium cõsultoris penes notarium actorum causę. Et nisi eadem die,qua iudex sic deponi iusserit,salarium deposuerit,intelli gatur petitioni dicti consilii renũciasse. Et Declaramus,ꝙ petens consiliũ, repetere,uel rehabere non possit expẽsas dicti consilii, si uictus acquieuerit dictæ sententiæ,alias nisi acquieuerit , possint taxari, et computari in expẽ sarum condemnatione,ita ꝙ dictæ expensæ restitui , uel taxari non debeãt in condemnatione expensarum litis.Et non possit questio consulenda cõ mitti extra ciuitatem lucensem,et eius districtum, nisi de partium uolũtate

procederet. Et non possit aliquis eligi consultor,qui non sit subiectus iurisdictioni temporali Lucensis ciuitatis,nisi de partium uolūtate aliter processerit. Et non possit fieri aliqua cōmissio in aliquē,qui non sit descriptus in collegio iudicum ciuitatis lucensis. Et insuper fieri non possit aliqua cōmissio in aliquem,qui esset consanguineus,uel affinis,cōiunctus usq; ad tertium gradum,secundum cōputum decretorum,uel consors alicuius partis litigantis,nisi de partium uoluntate procederet. Ac etiam Volumus q; non possit fieri aliqua commissio in aliquem,qui pro aliis exerceat artem,et officium procurandi,nec in aliquem, qui exerceret artem notariæ. Et in dicta commissione,seu cōsultoris electione facienda, debeat talis forma seruari. Quia iudex recipiat a qualibet parte aduocatos,& suspectos, dummodo nō recipiat a qualibet parte nisi duos aduocatos,& duos suspectos, & non ultra, Et ne fraus committi possit,iudex causæ,si sibi uidebitur,deferre ualeat iuramentum cuilibet ex nominatis pro aduocatis,utrum in dicta causa sit,uel fuerit aduocatus,et si iurauerit se non esse aduocatum, tūc iudex eum pro aduocato non habeat,non obstante q; in scriptis fuerit datus pro aduocato, Et prædictis aduocatis, et suspectis habitis,iudex eligat consultorem extra numerum dictorum aduocatorum, et suspectorū, et extra numerum suprascriptorum, qui eligi prohibentur. Et si dictā formā seruando non inueniaē aliquis non suspectus,et capax dictæ cōmissionis,teneatur iudex ipse sententiam proferre,et ad decisionem causæ procedere,non obstante petitione consilii sapientis. Et facta dicta commissione in aliquem consultorem, qui dicta forma seruata capax fuerit repertus; teneatur ipse consultor ad mandatum iudicis iurare,q; nō sit,uel fuerit aduocatus in dicta causa,et facta electione consultoris,iudex compellat partes ad præsentandum curiæ acta,et instrumenta,et iura infra sex dies continuos a die factæ commissionis,proxime,et immediate sequentes,sub pœnis,et multis,de quibus iudici uidebitur,qua præsentatiōe facta,iudex causæ transmittat per notarium actorum dicta acta,et iura,et salarium consultori sic electo,existenti in ciuitate lucēsi,uel in districtu ,Qui cōsultor,si acceptauerit,teneatur, et debeat infra dies quindecim continuos a die dictæ transmissionis actorum,et salarii proxime computandos,suum consilium clarum,et certum iudici exhibere,uel trāsmittere cum actis,et iuribus,quæ sibi præsentata fuissent,et secundum consilium prædictum,iudex teneatur sententiam proferre, et nisi infra dictum tempus consultor consilium suū clarum,et certum transmiserit,condemnetur de facto per iudicem causæ de uno denario,quem pro salario recepisset in quinq;,ad opus cameræ lucensis communis. Et iudex non teneatur in dicto casu eius consilium sequi, Sed sine aliquo consilio sententiam proferat, ac si consilium petitum non fuisset,quā sententiam proferre debeat post reddita sibi acta ab utraq; parte,uel altera earum infra sex dies utiles proxime, et immedite sequentes,qui sex dies etiam de tempore instantiæ subducantur. Et ad maiorem

declarationem Declaramus, q quilibet consultor teneatur consulere super totali decisione causæ, clare, & aperte, & absq; aliqua conditione, uel suspensione, quod si non fecerit, puniatur de facto in dicta pœna, et iudex nō debeat eius consilium sequi, sed sententiam proferat, ac si consilium petitum non fuisset infra dictos sex dies utiles, qui de tempore instantiæ detrahantur, Et si contingat q de uoluntate partium extra ciuitatem, & districtum lucensem fieret commissio in aliquem consultorem, tunc iudex expensis eius, qui consilium petiisset, elapsis dictis sex diebus, ad præsentandum acta supra præfixis, transmittat acta, & salarium ad consultorem prædictum. Qui consultor teneatur, et debeat infra uiginti dies continuos a die præsentationis actorum, & salarii sibi factę, proxime numerandos, consilium cum actis sibi præsentatis, iudici transmisisse, & secundum illud sententia proferatur, si fuerit clarum, & diffinitionem causæ contineat, sine conditione, ut supra dictum est. Et nisi infra dictum terminum idē consultor acta, & consilium iudici transmiserit, efficiatur incapax cuiuslibet alterius commissionis, & nulla quæstio possit sibi consulenda committi, & si qua commissio sibi fieret, non ualeat ipso iure. Et insuper iudex, tam in causa prædicta, in qua consilium non fuerit redditum infra dictum terminum, q̄ in alia quacunq; quæ postea dicto consultori fuerit commissa, non debeat iudex eius consiliū sequi, sed dicto consilio non obstante, iudex sententiam proferat, ac si consilium petitum non fuisset. Et teneatur quilibet consultor, siue sit in ciuitate lucēsi, siue extra, consulere sup toto eo, de quo est quæstio, & etiam super expensis causæ, sub dicta pœna. Et quotiens aliqua quæstio committeretur de partium uoluntate extra ciuitatem lucensem, & eius districtum, certificetur ipse consultor per litteras iudicis de prędictis, ita q præmissorum idem consultor ignorātiam allegare non possit. Præterea ad remouendas lites, quæ ex prædictis insurgere possent, Statuimus q post redditum a consultore consilium, opponi, uel quouis modo in dubium reuocari non possit, utrum consultor fuerit de collegio iudicum, uel capax dictæ commissionis. Sed quandocunq; post commissionem quæstio moueretur, teneatur iudex huiusmodi quæstionem audire, & sine aliquo processu, secundum suam conscientiam terminare, antequā acta transmittat ad ipsum consultorem. Et quicquid per iudicem in dicto casu terminatum fuerit, qualibet appellatione remota, debeat inuiolabiliter obseruari. In criminalibus autem causis, & seu in actionibus descendentibus ex delicto, uel quasi, etiam si ciuiliter ageretur, nullo modo peti, uel dari possit consilium sapientis. Cæterum Vicarii uicariarum habere possint consilium sapientis in quacunq; causa ciuili, cuiuscunq; quantitatis, uel extimationis magnæ, uel paruæ, & tam in diffinitiua, q̄ in quacunq; interlocutoria proferenda, quod consilium tam in interlocutoriis, q̄ diffinitiuis habere possint motu proprio, dummodo extra Ciuitatem lucensem, uel eius districtum commissionem aliquam facere non possint.

Ad petionem uero alicuius partium,non teneatur habere consilium sapientis,nisi in causis excedentibus summam Florenorum Vigintiquinq;,uidelicet in diffinitiua sententia,intelligendo de uera diffinitiua,prout superius dictum est,de cōmissionibus fiendis in curia potestatis, in qua commissione fienda,teneatur obseruare formam prædictam. Et quilibet consultor electus teneatur uicario transmisisse infra dictum tempus suum consilium cum remissione actorum sub dicta pœna.

De Sententiis,& Interlocutionibus. Cap. CVII.

SEntentia siue fuerit Diffinitiua, siue Interlocutoria, non uicietur ex eo quod lata non fuerit ore proprio indicantis, uel ex eo quod non fuerit in scriptis recitata, sed sufficiat si per iudicem,siue per notarium de mandato iudicis recitetur,seu recitata sit,dummodo per notarium in actis curiæ in scriptis redigatur, Et semper præsumatur de mandato iudicis lata,si per notarium fuerit redacta in actis,licet notarius hoc in actis non attestetur. Et insuper,si de alicuius consultoris consilio,sentētia diffinitiua proferatur,sufficiat sententiam proferri,seu pronunciari in omnibus,& per omnia,prout in consilio continetur.Ac etiam Statuimus ꝙ iudex coram quo quæstio uertitur,suas sententias,tam Interlocutorias,q̄ Diffinitiuas proferat simpliciter,& pure,& sine conditione, nec sufficiat in Diffinitiua aliquē condemnare,uel absoluere,sub hac conditione,uidelicet in quantum sit cōdemnandus,uel absoluendus per acta,nec possit absoluere,uel condemnare sub ea conditione in quantum probationes fiant,uel non fiant in futurum. Nec possit Positiones, uel Exceptiones admittere,saluo iure impertinentium,& non admittendarum. Et quælibet sententia Diffinitiua debeat esse clara,pura,& conformis petitioni,seu libello, ita ꝙ ubicumq; de iure admittitur Generalis petitio,siue libellus,possit etiam sententia esse conformis libello, Et iudex,qui prædicta non seruauerit, uel in aliquo contrafecerit,perinde puniatur,ac si nullo modo pronunciasset. Sententia tamen rata maneat,sed conditio,uel probationum reseruatio,non ualeat, ita ꝙ hoc casu utile per inutile non uicietur. Concedimus tamen ꝙ iudex impune possit articulos,qui ad testes examinandos producerentur,admittere,saluo iure impertinentium, & non admittendorum, & in Diffinitiua reseruare exceptiones,quæ super ipsis articulis mouerentur. Illud etiam ex certa scientia Ordinamus, ꝙ quilibet iudex tempore Diffinitiuæ sententiæ teneatur sententiare, & sententiam ferre super toto eo,quod est in controuersiam deductum. Et non possit de parte tantum sententiam promulgare,et quicquid secus fieret non ualeat. Et nihilominus iudex in libris quinquaginta puniatur,in quibus finito officio debeat sindicari.

De Expensis Victori restituendis. Cap. CVIII.

In diffinitiua

IN diffinitiua sententia quilibet Officialis, et Iudex, teneatur condemnare partem succumbentem uictori in expensis in causa, uel occasione causę legitimæ factis, nisi uictus causam legitimam habuisset litigandi, quo casu absolui debeat ab expensis. Et quamuis expensarum taxatio reseruata non fuerit, nihilominus Auctoritate præsentis statuti reseruata intelligatur iudici sententiam proferenti, et eius in officio successoribus. Et in dicta expensarum taxatione excedi nequeant quantitates concessæ, et declaratæ a statutis loquentibus de mercede, et salariis scripturarum. Et in qualibet taxatione, Iudex recipiat a uictore iuramentum ꝙ tantum expendit, quantum in ipsa taxatione continetur. Et nisi iurauerit, expensas ipsas repetere nequeat ullo modo. Verum si iudex in prolatione sententiæ diffinitiuæ cō demnationem, uel absolutionem omitteret expensarum, possit infra duos dies utiles a die sententiæ latę, proferre sententiam condemnationis, uel absolutionis expensarum, Quibus elapsis, suo officio functus intelligatur, sed iudex teneatur de suo proprio ad ipsas expensas soluendas.

De Executione sententiæ latæ in actione Reali, seu Mista. Cap. CIX.

SEntentia in actione Reali, uel in rem scripta, seu mista rem prosequente, uel in actionibus ex testamento ad rem tradēdam lata, postq̄ in rem transiuerit iudicatam, si petatur ipsius sententiæ executio, possit, & debeat executioni mandari per iudicem, qui eam tulit, uel eius in officio successorem, & etiam per iudicem appellationis, si in appellatione ipsa sententia fuerit confirmata, & possit executio fieri etiam tempore propter messes, & uindemias feriato, et in executione libellus non exigatur, sed assignari debeat succumbenti, uel eius successori terminus trium dierum utilium, ad dicendum causam quare dicta sententia non debeat executioni mandari, quibus elapsis, nullatenus audiatur, sed infra dictum terminū opponere possit de nullitate, quæ resultet ex actis. Et teneatur iudex omnes causas ad impediendum executionem allegatas decidere, & terminare infra sex Dies utiles a die huiusmodi obiectionum, Et si qua persona, uel Vniuersitas egerit contra aliquem rei uendicatione, uel publiciana, uel ypothecaria, uel quacunque actione Reali, uel in rem scripta, uel mista, uel actione ex testamento ad rem mobilem, uel immobilem, Si conuentus asseruerit in quacunque parte actorum rem petitam habere, uel possidere, compellatur omnino rem tradere, seu restituere, si rem ipsam possideat, & ab ea manu militari auferatur, & Victori tradatur, non obstante quod condemnatus præstare uoluerit interesse ipsi uictori. Si uero tempore executionis Reus non possideat, uel non habeat rē petitam, sed post libellum porrectum, uel post litem contestatam, rem petitam habere, uel possidere desierit, uel ad alium res ipsa peruenerit, præsumatur Reum do

lose desiisse,possidere,si probatum fuerit reum post libellum porrectū, uel post litem contestatam,rem petitam habuisse,uel possedisse, uel si in aliqua parte actorum fuerit cōfessus se possidere,et possit in dicto casu in litem iurari per uictorem,& i eo quod iuratum fuerit taxatione iudicis pcedente,fiat contra condemnatum executio, & in bonis ipsius, ac si ab ipso initio in sententia deductum,& declaratum fuisset. Si autem reus probauerit se sine dolo desiisse possidere,tunc præsumatur q culpa desierit possidere,quo casu interesse commune ueniat per sacramentum Taxandum,& Declarandum,& in eo executio fiat,ut dictum est. Si autem sine dolo,& culpa se probauerit desiisse possidere, Tunc in tali executione seruetur ius commune. Verum si actor uoluerit potius, & elegerit dictam Sententiam in re petita executioni mandari,teneatur iudex,si dicta res extat, dictam Sententiam in re,seu super re ipsa,ad petitionem actoris executioni mandare, non obstante, q tempore executionis fiendæ,ab aliquo quocunq; modo, uel ex quacunq; causa cum iusto titulo,uel sine,teneatur,uel possideatur,seu teneri,uel possideri reperiatur, si inceperit possidere post libellum porrectum, uel post petitionem porrectam, Dumtamen nouo possessori ius sibi competens super ea in ordinario iudicio reseruetur,nec per ipsam executionem in proprietate aliquod præiudicium generetur. Et si contra aliquem agaē actione reali,uel in rem scripta,uel mista,uel actione ex testamento ad rem tradendam,& pendente iudicio,seu lite, de eadem re ipse reus conueniatur ab alio in eadem curia,uel diuersa,teneatur denunciare illi primo petitori, ut ueniat ad curiam defensurus rem ipsam, contra secundum petitorem,& ad docendum, & ostendendum de iure suo, & si comparuerit dictus primus petitor ostensurus de iure suo,Officialis,& Iudex coram quo agetur, teneatur iuribus utriusq; partis auditis sententiam ferre,sup ipsa re restituenda illi,qui potiora iura ostēdiderit.Et si prædictus reus non denunciauerit,ut supra dictum est,intelligatur possidere,uel dolose desiisse possidere,& procedi debeat contra eum,ac si possideret,non obstante alia sententia,quæ pro alio lata fuisset contra eum,& eius executione.

De Executione Sententiæ latæ in personalibus actionibus. Cap. CX.

SEntentia in personalibus actionibus lata, postquam in rem transiuerit iudicatam,possit,& debeat executioni mandari ad petitionem partis, tā tempore propter messes,& uindemias feriato, q̄ etiam tempore non feriato,per iudicem,qui eam tulit,uel eius in officio Successorem, & etiam per iudicem appellationis,si fuerit appellatum,uel ipsa sententia fuerit confirmata,& in executione pdicta non requiratur libellus, sed assignari debeat succūbēti terminus triū dierū unhiū,ad dicendū causam quare nō debeat executioni mandari,Quibus elapsis nullatenus audiaē,& infra dictū termi

num possit opponere de solutione facta, post sententiam latam, uel post sententiam latam in causa appellationis, si condemnatus Appellauerit, & Succubuerit. Item possit opponere de nullitate, quæ insurgeret ex actis. Item de pacto de non petendo facto per actorem post sententiam latam, uel de contraria sententia iudiciali, uel arbitrali, si qua lata fuisset post illam, cuius executio peteretur. Et ad prædicta probanda possit iudex assignare terminum usq; in decem dies utiles, ad ipsius iudicis arbitrium, & infra alios sex dies utiles teneatur pronunciare super huiusmodi exceptionibus. Et si infra prædictum terminum nihil prædictorum fuerit ostensum, quod executionem impediat, teneatur dictus executor, seu iudex, talem sententiam executioni mandare, assignando, & adiudicando in solutum de bonis condemnati, bona mobilia, & immobilia, & nomina debitorum ad uoluntatem creditoris, et ad eius electionē, assignando de bonis rei illa, quę actor uoluerit, facta prius extimatione de talibus bonis mobilibus, et immobilibus per æstimatores, qui ad officium æstimandi electi fuissent. Et intelligantur bona debitoris conuicti ex die qua per sententiam cōuictus esset, in antea creditori expresse obligata, et in casu euictionis ius suum saluum remaneat creditori. Et eo casu, quod nomina assignarentur, seu assignari intenderentur, possit, et debeat executor ad petitionem creditoris citari facere debitorem debitoris, et eum interrogare sub iuramento præstando, si debeat, et quantum debet, et si inuenerit ipsum debitorem esse per confessionem suam, uel alio legitimo modo, non contrariis exceptionibus, uel defensionibus, eliso, faciat ipsi debitori debitoris præceptum de soluēdo ipsi creditori, pro quo executio fit ad certum terminum, arbitrio ipsius iudicis moderandum, et nisi soluerit infra dictum terminum, teneatur ipse executor dicto termino elapso ad assignandum creditori in solutum contra debitorem debitoris de bonis eius. Possit etiam talem debitorem multare ad opus cameræ lucensis cōmunis, prout eidem iudici uidebitur, et placebit. Ac etiam ad uoluntatem creditoris, et eius electionem teneatur executor procedere ad reum condemnatum capiendum, et personaliter detinendum, donec soluat, et fideiussorem dederit de soluendo infra terminum per iudicem assignandum, qui dari nō possit maior q̄ quindecim dierum utiliū, quo termino elapso, si nihil fuerit ostēsum, quod executionem impediat, teneatur iudex dictum debitorem, et eius fideiussores, si fideiussores dedisset, capere, et capi facere, et personaliter detinere, donec soluāt. Et si quis debitor post reclamum factum, uel libellum oblatum, desierit possidere rem aliquā, in qua executio peteret̄, tunc absq; nouo ꝓcessu discutiatur infra cōpetētem terminū, ꝑ iudicem assignandū, cui dicta res, cuius executio petitur, adiudicari debeat, an creditori, uel possessori, quod summarie ꝑ iudicē, absq; nouo libello cognoscatur, nec necesse sit ꝙ creditor prius egerit reuocatoria. Et si nō repiant̄ alia bona debitoris, ex q̄bus creditori satisfieri possit, ꝓsumatur ī fraudē factū, et creditori adiudicetur.

De Executione,& summaria ratione reddenda,contra obligatos per publicum instrumentum. Cap. CXI.

CVm non tantum contra condemnatos per sententiam iudicialem, sed etiam contra obligatos per publicum instrumentum, ad executionem procedi debeat,Statuimus ꝙ si quis masculus habilis ad contrahendum,cuiuscunq; conditionis existat,undecunq; fuerit, se ex aliquo contractu, uel quasi,quem per se,uel aliam personam legitime cõtraxisset,obligauerit ex causa mutui,uel depositi,uel cõmodati,uel mercantiarum,uel locati,uel affictus,uel soccitæ,uel alia quacunq; causa,quæ dici,uel excogitari posset,ad aliquid dandum,uel faciendum, alicui personæ singulari, uel uniuersitati, quæ fuerit de ciuitate lucensi,uel de lucensi territorio,uel districtu,si de tali obligatione,uel contractu appareat publicum instrumẽtum,teneatur.D. lucensis Potestas in ciuitate lucensi,& prout ad suam iurisdictionem,& officium pertinuerit,& unusquisq; Vicarius in sua uicaria,uiso dicto publico instrumento,& elapso termino,infra quem factum, uel solutio fieri debeat in ipso instrumento debiti,& obligationis contracto,absq; alia citatione, uel alia causæ cognitione,talem debitorem capere,uel capi facere,ad requisitionem creditoris,uel eius heredum,siue succedentium in dicto credito in ius,& locum dicti creditoris,qui sint personæ laicæ,& subiectæ iurisdictioni lucẽsis ciuitatis,& ipsum debitorem detinere,& detineri facere,q̃diu soluerit,uel dederit idoneos fideiussores de soluendo debitum,quod contraxit,uel de perficiendo factum,quod facere promisisset infra terminum,qui uidebitur iudici, Dũmodo ad soluẽdum terminus minor decem dierum utilium,uel maior quindecim dierum utilium dari non possit,ita tamen ꝙ si obligatio in faciendo consistat, possit dari dilatio ad factum perficiendum arbitrio iudicis,considerata qualitate facti,et tpis,infra quod cõmode fieri possit, Illud tamẽ obseruãdo,ꝙ quando lapsus est terminus,infra quem teneretur ad factum,sit I electione creditoris,uel ꝙ debitor ad factũ præcise cogatur,uel cõsequi interesse.Et semp intelligatur quilibet habilis ad contrahendum,si de obligatione appareat publicum instrumẽtum,donec inhabilitas legitime,et euidenter probaretur.Et quæ dicta sunt supra, ꝙ ad petitionem succedentium in credito procedi possit ad capturam,intelligi Volumus,si præcesserit citatio secundum formam capituli proxime sequentis,Sed ad petitionem principalis creditoris procedi possit ad capturam,absq; citatione,ut supra dictum est. Et similiter contra heredes debitoris ad capturam non procedatur, nisi præcesserit citatio secundum formam capituli infra secundo loco positi,sub Rubr.de eo quod contra heredes debitoris non procedatur ad prædam,uel ad capturam,nisi citatio pręcesserit.Et insuper si creditor potius uoluerit ad prædam procedi,q̃ ad capturã,teneatur iudex de bonis mobilibus dicti debitoris cõcedere in prędam creditori pignora,quæ ualeant quantitatem,pro qua ageretur. Et in

prædictis

prædictis omnibus,et singulis, Volumus ꝙ prius cõstet iudici de obligatione,seu de debito per publicum instrumentum,q̃ ad capturam,uel detentionem,uel prædam procedi possit. Et cõstare debeat per publicũ instrumentum de iure cesso,ubi ex iure cesso ageretur,& etiam de iure,seu obligatione cedentis,Possit etiã debitor captus,uel prædatus,infra prædictũ terminum sibi ad soluendum,uel ad factum perficiẽdum assignatum, ostendere,& allegare causam quare capi,uel prædari non potuerit,Cæterum datis fideiussoribus de soluẽdo,uel factum faciendo,ut supra dictum est,uel ostenso de solutione,uel alio suo iure,Cur capi, uel prædari nõ potuerit,teneatur iudex,& officialis talem debitorem relaxari facere cum effectu, Si uero elapso termino assignato per iudicem,debitor nõ soluerit,seu factum promissum nõ impleuerit,uel de solutione,uel alio suo iure,ut dictum est, non ostendiderit,teneatur iudex talem debitorem,et eius fideiussores,si fideiussores dederit,absq; aliqua excussione fienda contra principalem,capi facere,et detinere,et detineri facere i carceribus lucen.ciuitatis, quãdiu soluerint debitũ,qđ debitor cõtraxerit,uel factũ fecerint,uel impleuerint per se, uel per aliũ impleri fecerint factũ,quod debitor promisit,ut dictum est ad uoluntatem creditoris,uel eius heredũ,uel successorũ,uel ad prædam, uel ad dandum in solutum de bonis debitoris, uel fideiussorum,uel aliam quãcũq; executionem,quam creditor uoluerit.

De eo ꝙ ad petitionem succedentis in credito procedi non possit ad capturam,uel prædam,nisi præcesserit citatio. Cap.CXII.

ET ad capturã,uel detentionem,seu etiam ad prędam, Non possit procedi ad petitionem heredum, uel successorum creditoris, uel alterius habentis ius, uel causam ab eo, nisi, primo præcesserit, & facta fuerit saltem semel citatio,ex parte iudicis cõpetentis, in qua citatione declarentur nomina heredum,siue successorũ afferentium ad se creditum pertinere,& declaretur summa debiti,& cuius manu est charta,& detur terminus cõpetẽs saltem pro die sequenti iuridica post diẽ citationis,prout uidebitur iudici, Et citatio fiat in persona, uel ad domum,secundũ formam statuti de citatione loquẽtis, & relinquatur per nuncium copia citationis personæ citatæ in personam,uel ad domum suæ habitationis,et de dicta citatione, relatio ni nuncii credatur,et præcedente dicta citatione,Si reus citatus non cõparuerit in termino,procedatur cõtra eum,tãq̃ contra cõtumacem,secundũ formam statuti ĩfra positi,sub Rubrica Si debitor obligatus per publicum instrumentum non cõparuerit,si uero reus citatus cõparuerit,fiat sibi pręceptum de soluendo,prout continetur infra de modo procedendi contra debitorem cõparentem,et prędicta uendicent sibi locum,si ad notitiã debitoris non appareat peruenisse,ꝙ talis persona successerit creditori in credito prædicto,Verum si appareret ꝙ ad debitoris notitiã alio modo perue-

nisset,ut quia fuerit sibi libellus oblatus a dicto successore,uel fuerit ab eodem successore in iudicio interpellatus ut solueret, uel alio quocūq; modo appareret ad debitoris notitiam peruenisse,tunc solēnitas dictæ citationis necessaria non existat,cum referre non debeat,quid ex equipollēnbus fiat, sed procedi possit in dicto casu ad prædam,& ad capturam secūdum formam capituli proxime præcedētis absq; ulla citatione. Et prædictis adiicimus,ꝙ ad petitionē heredum,uel succedentium in credito,contra suspectos de fuga procedi possit absq; solēnitate dictæ citationis.

De eo ꝙ contra heredes debitoris non procedatur ad prædam,uel ad capturam,nisi citatio præcesserit. Cap. CXIII.

CVm is,qui in ius succedit alterius iustam ignorātiæ causam habere uideatur,Ideo Statuimus ꝙ cōtra heredes debitoris ꝓcedi non possit ad ꝓdam, uel ad capturā,nisi primo præcesserit, & facta fuerit saltem semel citatio ex parte iudicis,in qua citatione declaretur nomē creditoris, uel eius heredum,siue successorum asserentium ad se creditum pertinere,& nomen heredis cōtra quem agitur,et declaretur summa debiti,& cuius manu est charta,& detur terminus competens saltem pro die sequenti iuridica, post diem citationis,ut uidebitur iudici.Et citatio fiat ī persona heredis, uel ad domum suæ habitationis secundum formam statuti de citatione loquentis, & dimittatur per nuncium copia citationis personæ citatæ in persona, uel ad domum suæ habitationis,& de dicta citatione credatur,& stetur relationi nuncii. Et præcedente dicta citatione,Si heres citatus non comparuerit in termino,procedatur contra eum,tanq̄ cōtumacem secūdum formam statuti positi sub Rubrica Si debitor citatus obligatus per publicum instrumentum non comparuerit,Si uero heres citatus comparuerit,& constiterit eum esse heredē,fiat sibi præceptum de soluendo, prout continetur in statuto infra posito. De modo procedendi contra debitorem comparentem. Et prædicta uendicent sibi locum, Si ad notitiam heredum alio modo non appareat peruenisse,ꝙ talis creditor recipere debeat a defuncto, Verum si appareat ꝙ ad heredis notitiam alio modo peruenisset, ut quia fuerit sibi libellus oblatus a creditore, uel fuerit ipse heres a creditore in iudicio interpellatus,ut solueret,uel alio quocūq; modo appareret ad heredis notitiam peruenisse ꝙ defunctus esset ad sic dandum,uel faciendū obligatus,tunc solēnitas dictæ citationis necessaria nō existat,cum habito effectu,non sit curādum de modo,sed procedi debeat contra tales heredes ad ꝓdam,& ad capturam, Viso publico obligationis instrumēto absq; ulla citatione secundū formā statuti supra positi, sub Rubrica De executione, & sūmaria ratione reddenda,cōtra obligatos per publicum instrumentū, Cæterum Volumus ꝙ si talis heres debitoris haberet beneficium inuentarii,de quo inuentario iudici cōstiterit, tunc nō possit persona liter detineri,

nec ultra

nec ultra uires hereditarias cõueniri, si alias sibi de iure cõpetat beneficiũ inuẽtarii,& hoc si uoluerit de bonis hereditariis satisfacere,quatenus uires hereditariæ patiuntur,quod si facere noluerit,possit personaliter detineri, & sibi non prosit beneficiũ inuentarii, Præterea si heredes debitoris essent de fuga suspecti,procedi possit ad capturã, in forma in qua permittitur captura contra suspectos,quo casu dicta citatio necessaria non existat.

De modo procedendi ad capturam,præcedente præda, uel econtra. Cap. CXIIII.

ET si primo processum esset ad prædam cõtra debitorem,& postea ad instantiam creditoris processum fuerit ad capturam personæ,tunc detento debitore restituantur pignora in prædam concessa,nisi essent in satisfactione partis debiti adiudicata creditori,usq; ad cõcurrentem quãtitatem ualoris ipsorũ pignorum,uel nisi creditor uoluerit sibi ipsa pignora in solutionem,& satisfactionem cõputare pro parte debiti,assignatione sibi facta per iudicem,præcedẽte extimatione facta p extimatores curiæ,Et pro residuo possit captus debitor detineri, Et similiter si primo processum fuerit ad capturã personæ debitoris,& postea ad eiusdẽ creditoris instantiam processum fuerit ad prædam,quæ præda sufficiens esset ad totum debitũ, uel ad eam summã,pro cuius residuo captura nõ concederetur, tunc debitor captus,debeat secuta præda liberari, & in sua pristina libertate reponi, quia non debet pro eodem debito reus duplici onere scilicet capturæ,& prædæ eodem tẽpore simul grauari,Et in prædictis Declaramus q̃ si pignora in prædã concessa essent sufficientia pro toto debito in instrumẽto contento,procedi non possit ad capturam personæ post prædam concessam, Secus autem sit, Si pignora solum pro parte debiti sufficerent, quia tunc Volumus seruari,prout supra dictum est.

De Captura personæ,si non inueniantur bona,in quibus fieri possit executio. Cap. CXV.

QVotienscunq; ex causa contumaciæ procederetur contra aliquẽ,& nũcius referat se non inuenisse bona mobilia,uel immobilia,uel nomina debitorũ,in quibus satisfieri possit,& debeat creditori,tunc concedi Volumus licentiã,dictum debitorẽ capiendi,& in carceribus detinendi,si quantitas excedat sũmam florenorum quatuor,alioquin ex sola cõtumacia,ad personæ capturã procedi prohibemus,nisi ad executionem sententiæ, aut publici instrumẽti procederetur,quo casu procedi possit ad uoluntatẽ creditoris ad insolutum de bonis debitoris,uel ad prędam,uel ad capturam, secundum formã statuti supra positi De executione sententiæ latæ in personalibus,& secundũ formam statuti infra positi, sub Rubrica, Si debitor

obligatus per publicum instrumentum citatus non comparuerit. Verum quia sæpius contingit, ꝙ propter contumaciam proceditur ad prædam, & nuncius refert nil inuenire prædandum, uel si prædam recōmiserit officiali, uel consuli, & per officialium, uel consulum negligentiā, non producitur ad curiam talis præda, & sic creditoribus satisfieri non potest. Volumus, & Declaramus, ꝙ licitum sit cuilibet ciui lucensi contra comitatiuos, & districtuales, et forenses cōtumaces, procedere ad capturā, pro quātitate, pro qua datiam soluisse tēpore concessæ prædæ inuenitur, dūmodo ultra contumaciam fidem fecerit officiali, etiā nō citato debitore, & in sui absentiam de suo credito, uel per instrumētum publicū, uel per librum creditoris, uel alio modo, testibus, uel scriptura priuata, addito iuramēto, Cū hac tamen declaratione, ꝙ summa pro qua capi petitur cōtumax, saltem sit a floren. uno supra, & si contumax fuerit captus, & præda prius fuerit cōcessa, dicta præda, & eius concessio euanescat, & pro nō facta habeatur ad uoluntatem creditoris, cui etiam post capturā licitum sit, uel permissum alteram duarū executionum petere, uidelicet realem, uel personalem, Et quā elegerit prosequatur, & ab altera intelligatur recessum, ad quam capturam per contumaciam sic concedendam procedi possit quolibet tempore etiam feriato, dūmodo nō sit feriatum in honorem Dei, uel sanctorum, uel nisi esset tēpus feriatum propter nundinas concessas ex forma statutorum in festo sancti Reguli, & exaltationis sanctę Crucis, & in diebus præcedentibus, & sequentibus dicta festa feriatis propter nundinas. Qui captus dato fideiussore de iudicio sisti, & iudicato soluendo, illico relaxetur, & hæc eadem dispositio locum habeat, & seruetur, si comitatiuus, contra comitatiuum, uel ciuem, uel forensem, huiusmodi capturam petierit sibi concedi.

De personis capi prohibitis, & ad quorum petitionem captura denegetur. Cap. CXVI.

STatuimus ꝙ nulla mulier pro aliquo debito, seu pro aliquo contractu, uel quasi, capi, uel personaliter detineri ualeat quouis modo. Item minores. xviii. annis, et furiosi, et prodigi, et mentecapti nullo modo capi possint ad petitionem cuiuscunq; personæ ex cōtractu suo, uel eorum, quibus ipsi successerint. Item ciuis lucen. uel districtualis capi non possit ad petitionem alicuius forensis pro aliquo debito, seu contractu, uel quasi, etiam si esset de fuga suspectus. Item citatus occasione alicuius maleficii, uel excessus, Durante termino sibi in citatione ad comparēdum assignato, dum est in actu eundi ad curiam, uel redeundi, prout dicitur in statuto De eo ꝙ comparens, uel detentus occasione malefici non possit pro alia causa impediri, non possit ad petitionem alicuius personæ priuatę detineri, Vel capi, prætextu alicuius debiti pecuniarii, et etiā detentus pro maleficio, uel pro aliquo debito lucen. ciuitatis, non possit quomodolibet in carceribus detineri, arrestari,

neri,arrestari,uel recōmendari ad petitionē alicuius personæ priuatæ, prę/ textu alicuius debiti, ad quod esset quomodolibet obligatus, et quicquid secus ageretur,non ualeat ipso iure. Forensibus autem contra forenses ad capturam,seu personalem detētionem procedi Volumus, si de debitoap/ pareat publicum instrumentum,dūtamen talis forensis possit alias sub iu censē iudice conueniri, Disponimus etiam ꝙ beneficium capturæ,uel prę dæ,non competat usurariis manifestis,nec eorum,uel alicuius eorum here dibus,uel habentibus causam ab eis,Et ille intelligatur usurarius manife/ stus, qui tenet altare paratū ad pannellum ad mutuandum ad nominatas usuras, seu sic tenebat tēpore celebrati contractus,Vel si probatum fuerit ipsum esse publicum usurarium, uel mutuare ad usuras p quatuor testes bonæ famæ,Vel ꝙ ostendat̃ scriptus in actis curiæ gabellæ, uel curię mer catorum,pro usurario,uel si probet̃ ꝙ fama sit,ꝙ pro usurario habeatur, Item nulla secularis persona ad petitionē alicuius personæ ecclesiasticæ ca pi possit,nisi prout,& quatenus de iure cōmuni fuisset ad capturam proce dendum, Nam sicut quo ad capturā personarum,non intendimus perso nis ecclesiasticis porrigere beneficia statutorum, sic non intendimus eis adi mere priuilegia,quæ a iure cōmuni indulgentur eisdem.

De locis in quibus nulla persona capi possit. Cap. CXVII.

ET nulla persona capi, uel personaliter detineri possit, pro aliquo debi/ to ex ciuili occasione descendente in aliqua ecclesia Lucensis ciuitatis, districtus, uel fortiæ, seu in domo suæ habitationis propria, uel condu/ cta,cum unicuique locus suæ habitationis debeat esse tutissimum refugiū, seu in palatio Residentiæ Magnificorū dominorum Antianorum, uel in palatio Domini Lucensis Potestatis,Aut in aliqua curia ubi ius in ciuitate Lucensi, uel eius districtu redditur, etiam si tunc,tempore factæ capturæ iudex pro tribunali non sedeat actualiter, quia locum curiæ esse præcipi/ mus cuilibet tutum refugium. Possit tamen iudex ex causis dumtaxat a iure,uel statuto permissis, quamcūque personam,etiam coram eo in curia comparentem detineri facere,& præcipere ꝙ non discedat,quia locum cu/ riæ esse præcipimus liberum respectu capturæ fiendæ per nuncios,& non respectu Detentionis fiendæ per iudicem; si iuste fiat talis Detentio. Et prædictis adiicimus,ꝙ quælibet persona,quæ sequeret̃ funus uxoris suæ, uel alicuius personæ sibi coniunctæ usque ad tertium gradum consangui nitatis secundum computum Decretorum,capi non possit, ita ꝙ absque metu capturæ possit ad exequias accedere,& domum redire, & funus asso ciare, Et etiam Statutum sit,& esse intelligatur,ꝙ nullus Lucensis ciuis, si ue habitator in Lucensi ciuitate multatus, siue multandus, per contuma/ ciam pro debitis in ciuilibus in quacunꝙ summa,a quocunꝙ officiali Lu/ censis cōmunis,seu pro pignore uetito,capi possit,aut ualeat,tam de die, q̄

de nocte,in domo suæ habitationis propria,uel cōducta,Non obstante aliquo ordine,seu consuetudine,in contrarium disponentibus.

De Tempore quo nulla persona capi possit pro debito pecuniario. Cap.CXVIII.

STatuimus ꝙ nulla persona capi possit, uel personaliter detineri, pro aliquo debito pecuniario tempore feriato, nisi talis captura emanaret ex causa,ex qua procedi posset tempore feriato,uel ad petitionē personæ,quę admitteretur ad agendū etiā tēpore feriato : Quod intelligi Volumus de tempore uindemiarum,& messium,seu repentinarum. Tēpore uero in honorem Dei feriato nemo capi ualeat quouis modo. Ac etiam iubemus ꝙ nullus debitor capi ualeat die festi sancti Reguli,& diebus octo præcedentibus,& diebus octo sequentibus dictum festum, Et similiter diebus octo præcedentibus festum sanctæ Crucis,& diebus octo sequētibus ipsum festum,& ipso die sãctę Crucis,ita ꝙ ipsis diebus pro aliquo debito alicuius priuatæ personæ,uel cōmunitatis, uel Lucensis ciuitatis non possit, uel debeat per aliquem officialem lucensis ciuitatis capi,uel detineri : Et quæ dicta sunt ꝙ nulla persona capi possit tempore feriato propter messes,et uindemias,uel feriato in honorem Dei,uendicēt sibi locum, nisi debitor esset de fuga suspectus, quo casu capi possit omnibus dictis temporibus,prout infra dicetur sub Rubrica De modo procedendi contra debitorem de fuga suspectum. Hoc sane intellecto,ꝙ quicunq;,siue sit ciuis,siue sit comitatiuus,seu forensis,uel extra territorium die sancti Reguli,& diebus octo ꝑcedentibus dictum festum, & diebus octo sequētibus ipsum festum, & die sanctæ Crucis,& diebus octo pręcedētibus dictum festum,& diebus octo proxime sequētibus ipsum festum non possit capi,uel personaliter detineri,etiam si esset de fuga suspectus:Sed possit in ciuitate lucēsi,& eius districtu dicto tempore morari libere & secure: Et eisdem priuilegiis dictarum feriarum,libertate,& securitate gaudeant,& fruantur etiā res,& mercantię, quæ portarentur de extra territorio,& districtu lucensi tempore dictarum feriarū,ꝑ quibus quidē rebus,& mercantiis,nemo molestari,aut inquietari possit,in ęre,uel in personis: Quod tamen nō extendatur ad cōtractus,& obligatiōes factas in ipsis feriis,& earū tēpore,per illos qui ad dictas ferias accederent,pro quibus cōtractibus,& obligationib.huiusmodi cōtrahentes cōueniri,& arrestari possint,in ęre,uel in ꝑsona,dictis feriis nō obstantib.

De quantitate pro qua permittitur captura. Cap.CXIX.

IVbemus ꝙ in casibus ī quibus captura cōcederetur per formā alicuius statuti nulla persona capi possit,uel personaliter detineri, pro aliquo debito pecuniario,Nisi quantitas,uel factum pro qua,uel pro quo capi peteretur,

excederet

excederet summá, seu ualorem florenorum quattuor, Sed abinde ífra pro cedatur ad pdam, idest ad pignora capienda, in casibus in quibus pda con ceditur ex forma statutorũ: Possit tamen ad electioné creditoris quádo procederetur ad executionem publici instruméti, uel sententiæ pro debito excedéte summá floren. quattuor, procedi tam ad prædam, q̃ ad capturá, dũtamen si primo processum fuerit ad prædá, & postea ad capturá, serua ri debeat capitulum supra positum, sub Rubrica De modo procedédi ad capturam præcedente præda, uel econtra.

De diuersis modis procedendi contra obligatos per publicum instrumentum. Cap. CXX.

PEr formá præsentiũ Statutorũ diuersi modi concessi sunt in fauorem cõtra obligatos p publicũ instrumẽtum. Primus modus est q̃ incoha ri possit ab executione, ut patet sub Rub. De sũmaria ratione reddẽda con tra obligatos p publicũ instrumentũ. Secũdus modus est si actor uoluerit uiá ordinariá intẽtare, si quãtitas uel interesse excederet summá floren. xxv debeat offerri libellus, & utraq; parte cõparente, pcedat secundũ formá sta tuti supra positi sub Rub. De ordine iudiciorũ utraq; parte cõparẽte, Si ue ro reus oblato sibi libello nõ cõparuerit in termino, pcedi possit contra eũ secundũ formá statuti De modo pcedẽdi cõtra reum cõtumacẽ in ciuili bus: Est & alius modus, si reus sine oblatiõe libelli fuerit citatus secũdum formá statuti supra positi sub Rub. De eo q̃ ad petitionẽ succedẽtis in cre dito, pcedi non possit ad capturá, uel prædá, nisi primo pcesserit citatio, uel secundũ formá statuti supra positi, sub rub. De eo q̃ cõtra heredes debito ris, nõ procedat ad prędá, uel ad capturá, nisi pcesserit citatio, uel etiá si de bitor, sine libelli oblatione citatus, & p publicũ instrumentũ obligatus cõ paruerit, tũc in dictis casibus pcedi possit secundũ formá statuti infra po siti sub rub. De modo pcedẽdi cõtra debitorẽ cõparentẽ obligatũ p publi cũ instrumẽtum: Est & alius modus, si actor uoluerit uiá ordinariá intẽ tare, & quátitas, uel interesse, nõ excederet summá floren. xxv. Tũc si reus citatus nõ cõparuerit, pcedi possit ad pdá, & ad tenutá, & ad multá, prout actor uoluerit secũdũ formá statuti positi Sub rub. De modo pcedẽdi cõ tra reũ cõtumacẽ in ciuilib. Si autẽ reus citatus cõparuerit in termino, seu si cõtractá cõtumaciá purgauerit, tũc pcedat, put cõtinet infra in capitu lo De modo pcedendi in causis minorib. quarũ q̃ãtitas, extimatio, uel in teresse, esset de florenis. xxv. uel ab inde ífra descẽsiue: Et est etiá alius mo dus cõcessus secũdũ formá statuti ífra positi sub rub. Si debitor obligatus per publicũ instrumẽtum citatus nõ cõparuerit: Est etiá cõcessus alius mo dus si debitor fuerit de fuga suspectus, quo casu pcedi debeat secũdũ for má statuti de mõ pcedẽdi cõtra debitorẽ de fuga suspectũ, Et q̃uis credi tor, cui plura remedia ut supra dicit, uel alia sunt cõcessa, uná uiá elegerit,

non tamen repellatur ab electione aliorum modorum, Sed semper possit usq; ad integram solutionem procedere per quam uiam uoluerit, dũmodo eodem tempore non possit nisi unicam uiam intentare, a qua si recedere uoluerit, & aliam eligere, Teneatur reficere expensas factas in causa, quã dimittere uoluerit. Nec intelligatur quis recedere a uia per eum intentata, licet primo processerit ad prædam, deinde ad capturam, uel econtra, secundum formam statuti positi sub Rubrica De modo procedendi ad capturam præcedente præda, uel econtra.

De Fideiussore dando per reum obligatum per publicum instrumentum. Cap.CXXI.

ET si reus per publicũ instrumentũ ex quacũq; causa, & quomodocunq; obligatus, Ipse uel eius heres cõparuerit, & cõtumaciã nõ cõtraxerit, siue agatur uia ordinaria, siue ab executione inciperetur, uel alio modo ageretur, Si actor, qui habet legitimã personã standi in iudicio, & qui reũ habere ex aliquo cõtractu, uel quasi, uel ex aliquo testamento, uel codicillis, uel aliqua sententia arbitrali, uel iudiciali, uel aliter quõcunq; obligatũ ostẽdit p publicũ instrumentũ, peteret fideiussorẽ locupletẽ de iudicio sisti, & iudicato soluẽdo, antequã ipse reus, uel eius heres, seu successor, in aliquo audiatur, talẽ fideiussorẽ locupletẽ, unũ, uel plures arbitrio iudicis, pstare teneatur, subiectos iurisditioni lucen. ciuitatis, Et qui fideiussores debeant ad petitionem creditoris aprobari, uel reprobari infra tres dies utiles a die pstitæ fideiussionis. Et q̃ fideiussio semp intelligatur, & psumatur solẽnis, & efficax, & tales fideiussores se obligasse legitime, & solẽniter, & eorũ heredes, & bona oĩa, & renunciasse beneficiis, q̃ fideiussorib. cõpeterent, licet in libro curię non ita inueniať solẽniter fideiussio scripta, & in contrariũ probatio nullo modo admittatur: Et intelligať dicta fideiussio durare, tam in causa principali, q̃ in causa appellatiõis, et lata diffinitiua sentẽtia p actore, si actum fuerit uia ordinaria, uel facta pnunciatione, uel pcepto, quãdo ab executiõe fuerit incohatũ, tales fideiussores possint sicut psona principalis cõueniri, et cõtra eos, et eorũ bona executio fieri, tam in sorte, q̃ in expẽsis causæ, absq; excussione fienda contra principalẽ. Et possit cõtra principales, et cõtra fideiussores simul, et semel, seu diuisim ad executionẽ pcedi ad arbitriũ creditoris, et si reus talẽ fideiussorem, uel fideiussores non dederit ad terminum a iudice pfixum, cõtumax reputetur, et contra eũ procedi possit tan q̃ cõtra cõtumacem, ac si nullo modo comparuisset. Possit tamen heres qui fideiussores non dederit uti beneficio inuentarii: Et ubicunq; fideiussio per formam statuti requiritur, non sufficiat iuratoria cautio, ita q; per iuratoriam cautionem nemo releuetur a præstatione fideiussoris. Fideiussio autem nõ debeat exigi ab eo, qui negauerit se heredem, nisi postq̃ constiterit q; sit heres, quæ pbatio fieri debeat quantum ad fideiussionem

pstandam

præstandam infra terminum sex dierum utilium a die negationis factæ. Et si negans se esse heredem fuerit cõuictus infra sex dies utiles, uel postea quandocunq; durante iudicio, puniatur in florenis.x.auri de facto sine aliqua scriptura, uel processu, per officialẽ corã quo quæstio agitatur, Quod si officialis facere neglexerit puniatur in libris.xxv.in quibus debeat sindicari. Volumus etiam et Disponimus ꝙ reus contra quem ad pœnam conuentionalem ageretur, nõ cogatur ad dictam fideiussionem pstãdam, etiã si ad pœnam obligatus existat per publicum instrumentũ. Præterea Disponimus ꝙ heres cui competeret beneficium inuentarii, non compellatur ad dictum fideiussorem pstandum, Nisi pro uires hereditariæ patiuntur.

De modo procedendi contra debitorem comparentem, obligatum per publicum instrumentum. Cap.CXXII.

Reus per instrumentum publicum obligatus interdum citatur secundum dispositionem statuti supra positi sub Rubrica De eo ꝙ ad petitionem succedentis in credito, non possit ad capturam, uel prædam procedi, nisi primo præcesserit citatio. Et similiter cõtingit ꝙ heres debitoris citatur secundum formam statuti supra positi Sub Rubrica De eo ꝙ contra heredes debitoris non procedatur ad prædam, uel ad capturam nisi p̃cesserit citatio. Contingit etiam ꝙ reus per publicum instrumentum obligatus citatur, & ad iudicium uocatur, Si igitur reus ut præfertur citatus, qui debitor appareat per publicum instrumentum obligatus comparuerit in iudicio, Iudex ad petitionem creditoris, uel succedentis in credito, Viso publico instrumẽto, & ꝙ terminus ĩ ipso instrumẽto cõtentus sit elapsus, Teneatur tali debitori, uel eius heredi, quando de heredibus facta esset citatio, uel alii psonæ pro eo legitime cõparenti præcipere ꝙ dictum debitum soluat, ad terminum.xv.dierum utilium, uel ꝙ factum ad quod obligatus esset impleat, uel perficiat ad terminum congruum, arbitrio iudicis moderandum, facti, & temporis qualitate pẽsata, sin creditor elegerit, factum fieri, sin autem elegerit creditor suum interesse propter non factum, tunc fiat præceptum de soluendo interesse, facta prius declaratione per iudicem de quantitate interesse, summarie, etiam sine partis citatione. Et a dictis præceptis, quæ dicta occasione fierent, non possit appellari, supplicari, uel querela moueri, aut ad aliquem iudicem contra dicta præcepta recursus haberi. Et quęlibet appellatio, & querela, quæ dicta occasione mouerentur, sint irritæ ipso iure. Et antequam dictum præceptum fiat, non audiantur aliquæ defensiones rei, sed post ipsum præceptum referuentur, & reseruatę intelligantur, Et possit infra dictum terminum ipse reus ostẽdere, & probare de omni suo iure, & defensione, Et si infra dictũ terminũ non fuerit ostensum, uel probatum, Quare ad solutionẽ, uel factum implendum non teneatur, tunc elapso dicto termino dictum pceptum de-

beat executioni mandari,procedendo ad capturam,uel ad prædam,uel ad dationem insolutum ad electionem creditoris forma statutorum seruata. Possit tamē iudex dictum terminum prorogare ex causa,si sibi uidebitur, usq; in.v.dies utiles,si de solutione tractetur.Si uero de facto perficiendo, possit prorogari arbitrio iudicis considerata qualitate facti & temporis. Si uero infra terminum assignatum fuerit aliquid ostensum, uel probatū, Tunc iudex debeat tales probationes examinare, & super eis pronūciare, prout iustitia suadebit,a qua pronunciatione possit appellari. Et similiter appellari permittimus in hoc casu non solum a pronūciatione de exequē do,uel de non exequēdo,sed etiam ab executione facti.Et in hoc casu a tali pronunciatione,& seu executione permittimus appellari,quia diffinitiua sententia non præcessit,nec sequi debet, & ideo remediū appellationis hoc casu Concedimus. Et quod supra dictum est de debitoribus cōparentibus,seruet,& seruari debeat,etiam de colonis,inquilinis redditoribus,& ex casu soccidæ obligatis citatis comparentibus ad mandata,si de ipsorum obligatione appareat publicum instrumentum.

Si debitor obligatus per publicum instrumentum citatus non comparuerit. Cap.CXXIII.

ET si debitor,seu eius heres citatus non comparuerit infra terminum ad mandata iudicis,si de eo,quod petitur,appareat publicum instrumentum,possit,& debeat procedi contra eum ad capturam,& personalem detētionem,& ad prædam,& ad dandum,& ad iudicandum creditori insolutum de bonis mobilibus,& immobilibus,& nominibus debitorum, ad uoluntatem creditoris,uel eius heredum,siue succedentium in dicto credito, facta extimatione de re insolutum assignanda, dumtamen ad dationem insoluti non procedatur contra ciues lucen.pręsentes,nisi elapsis octo diebus utilibus a die contumaciæ contractę. Et contra forētanos districtus sex milliariorum præsentes,nisi elapsis.x.diebus utilibus.Et contra aliam quācūq; personam de districtu præsentem,nisi elapsis.xii.diebus utilibus. Contra absentes uero a lucen.ciuitate, eiusq; districtu,& fortia, Non possit procedi ad dictam insoluti dationem, Nisi elapsis tribus mensibus a die contractæ contumaciæ. Et in rebus insolutum assignatis defendatur creditor omnibus iuris remediis, Saluo tamen iure aliarum personarum. Et eisdem modo,& forma,procedatur contra colonos,redditores,inquilinos, & affictuales, de quibus appareat publicum instrumentum citatos, non comparentes ad mandata, Et si qua mulier allegaret matrimonium per uiri mortem esse solutum,& dotem peteret,si heredes uiri legitime secundum formam statutorum citati comparere neglexerint, si de dote appareant instrumenta dotalia, procedi possit ad executionem, ac si debitum esset liquidum, Nec sit necesse probare Virum mortuum esse,

Sed si

Sed si citati in causa compareāt, tunc procedatur, prout iuris & statutorū forma disponit, Et insuper Declaramus ꝙ cōtra contumaces ꝓcedi possit secundum formam capituli supra positi sub rubrica de modo proceden- di contra reum contumacem in ciuilibus.

De alimentis præstandis carceratis ab eis, ad quorum petitionem in carceribus detinentur. Cap. CXXIIII.

QVotienscūq; contingeret aliquem capi, uel carcerari occasione suę obligationis, illa persona, uel uniuersitas, ad cuius petitionem talis captura emanasset, Teneatur, & Debeat illi personę sic captę, & carceratæ dare, & soluere, uel dari, & solui facere pro substentatione suæ uitę qualibet die soldos tres paruorum ad computum soldorum trium pro quolibet populeno, Possit tamen in una uice, pro una die, & pluribus diebus, & mēsibus soluere ad dictum computum soldorum trium paruorum pro die. & habeatur, ac si qualibet die soluisset. Verum si talis persona, uel uniuersitas, ad cuius petitionem dicta captura, & carceratio emanassent, cessauerit per dies octo continuos, uel interpellatos, quominus dictos soldos tres paruorum pro die soluerit, ut supra dictum est Dominus lucen. Potestas, & Consules curiæ mercatorum, & quilibet alius officialis, ex cuius officio dicta captura, & carceratio facta forent, teneantur, & debeant, uinculo iuramēti talem captum, & carceratū facere a carceribus libere relaxari, debito tamē, & obligatione principali pro quo carceratus fuerit ī suis iuribus remanēte, De diurna autē solutiōe dictorū soldorū triū paruorū, credatur scripturę, seu apodixæ superstitis, & custodis carcerū, cui quātum ad hoc plena fides adhibeatur. Si uero cōtingeret aliquem debitorem capi, detineri, uel in carceribus recōmendari ad petitionem plurium creditorū, Tunc dicti creditores ęquali diuisione facta pro numero personarum ad dictā solutionem soldorum trium paruorū quolibet die teneantur. Altero uero dictorum creditorū occasione sui debiti tantū, dictum captum, uel carceratū liberante, uel secum in concordia existente, reliqui ad quorū petitionē remanserit in carceribus, ad dictā integralē diurnā solutionē soldorum trium ęquali diuisione inter eos facta, teneātur, Si quis autē creditor pro se, uel pro aliis creditoribus solueret, solutio unius, prosit omnibus pro quibus soluisset, Si uero soluerit pro se tantū, & non pro aliis, tunc dicta solutio non prosit aliis pro quibus non fieret, & licet unus, uel plures ex creditoribus ratam sibi contingentem soluissent, de dictis tribus soldis, si tamen dicta solutio unius, uel plurīū non ascēderet ad dictā quātitatē soldorū triū pro qualibet die, debitor a dictis carceribus omnino relaxetur, non obstante solutione facta de dicta rata, Cæterum Disponimus ꝙ dicti sic capti, postquā fuerint a carceribus liberati teneantur restituere, & soluere suis creditorib. quicquid dicta occasione recepissent, dum tamen propter hoc nullo tem-

pore ualeant personaliter detineri,uel capi,uel in personã modo aliquo molestari,Sed bona sua pro hoc remaneant obligata,Et quicūq; filium,seruū, uel seruam fecerit carcerari,Teneatur ipsum, & ipsam, in carceribus alere, Alioqnin a carceribus liberentur, Et prædictis adiūcimus,ꝙ mora,quæ in prædicta diurna solutione cōmitteretur,purgari nequeat ullo modo.

De modo procedendi cōtra debitorē de fuga suspectum. Cap.CXXV.

STatuimus,ꝙ si qua persona coram Iudice etiam pro tribunali nō sedēte constituta Narrauerit, & Iurauerit,aliquem esse suum debitorem ad aliquid dandum,quod excedat florenos quatuor auri, uel ad aliquid faciendū,cuius extimatio, uel interesse excederet quātitatem florenorū quatuor auri, & iurauerit ꝙ sibi creditori talis debitor sit de fuga suspectus, ex causa suspitionis,quam post contractum debiti asserit superuenisse, Teneatur Iudex ad petitionem talis creditoris,uel eius procuratoris,& seu alterius in dicto credito succedētis,dictū assertū debitorē capere,uel capi facere,per unum ex nunciis suæ curiæ, & tamdiu in carceribus facere detineri,donec dictus debitor dederit fideiussores idoneos,& approbatos de iudicio sisti, & iudicato soluendo,quæ fideiussio duret tam in causa principali,q̃ in causa appellationis, quāuis hoc in ipsa fideiussione non contineretur. Quibus fideiussoribus pręstitis debeat relaxari,et obtenta dicta captura,& præstitis fideiussoribus,uel debitore in carceribus detento,si fideiussorem nō pręstiterit,Teneatur dictus creditor sine aliqua petitione,uel libello,infra.xii.dies utiles,a die dictæ capturæ proxime numerandos,legitime debitum probare,& in eodē iudicio capturam iustificare,ita ꝙ saltem semiplene probet de causa suspitiōis,uel saltim de dicta causa probet per legitima indicia,ex quibus iudici uerisimiliter uideatur dictum creditorem potuisse de fuga dicti debitoris suspicare,& infra dictos.xii.dies utiles possit ipse reus de solutiōe,& de omni alio suo iure docere,quibus duodecim diebus utilibus elapsis, assignetur ipsi reo terminus sex dierū utilium ad reprobandum probationes creditoris,& impugnandū dictam capturam,& docendum de omni suo iure,quibus elapsis si constiterit iudici de debito,& de causis suspitionis,ut dictum est,procedat contra ipsum debitorem,& contra eius fideiussores,si fideiussores dedisset, Quos cōpellat ad soluendū creditori,uel ad factum implendū īfra terminum saltem.xv. dierū utilium,si de solutione tractetur. Et si de facto implendo,uel faciēdo tractaretur,possit assignare terminū ad ipsum factum perficiēdū,facti, & temporis qualitate pensata,& si fideiussores non dedisset,& in carcerib. detineretur,non relaxetur a dictis carceribus,nisi soluerit, uel factū adimpleuerit,ut supra dictum est,saluo tamē remedio appellādi,si iudex iniuste compelleret ad soluēdum,& prædicta procedant,si debitum esset purum. Si autem debitū esset in diem,uel sub conditione,& creditor iurauerit aliquem sibi

quem sibi esse debitorem in aliqua quantitate, quæ excedat Florenos quattuor, uel ad aliquid faciendum, cuius æstimatio, uel interesse excedat Florenos quattuor, et quod talis debitor sit de fuga suspectus ex causa superueniente post contractum debitum, teneatur iudex dictũ debitorem capi facere, et tamdiu in carceribus detineri facere, donec fideiussores præstiterit idoneos, et approbatos, unum, uel plures, arbitrio iudicis de soluendo debitum, uel de implendo factum adueniente die, uel conditione. Et dicti fideiussores teneantur de eo, quod iudicatum esset, tam in causa principali, q̃ in causa appellationis. Quibus fideiussoribus præstitis debeat ipse debitor relaxari, et postquam dies, uel conditio euenerit, teneatur iudex talem debitorem, et eius fideiussores compellere ad soluendum infra terminum quindecim dierum utilium, uel ad factum implendum, & perficiendum infra congruum tempus, de quo iudici uidebitur, facti & temporis qualitate pensata, Et semper teneatur creditor secuta captura iustificare dictam capturam, et probare debitum plene, et causam suspitionis saltem semiplene, Vel per indicia, quæ iudici legitima uideantur, infra duodecim dies utiles a die secutæ capturæ, infra quem terminum possit etiam reus suas defensiones ostendere, et nihilominus elapsis dictis duodecim diebus utilibus assignetur ipsi reo terminus ad reprobandum probationes creditoris sex dierum utilium, quibus decursis iudex teneatur examinare dictas probationes, & prout iustum fuerit iudicare, & ad executionem procedere, adueniente die, uel conditione. Saluo semper remedio appellandi, prout in superiori casu continetur, Et contra suspectum de fuga sufficiat in quolibet dictorum casuum, si creditor probauerit de debito per publicum instrumentum, uel per scripturam manu debitoris, uel eius, cui ipse debitor successisset, uel per testes, uel per alium modum legitimum: Et contra debitorem de fuga suspectum possit procedi ad capturam quolibet tempore iuridico, & etiam feriato, siue in honorem Dei, siue ob necessitatem hominum, & etiam eo tempore, quo indictæ essent feriæ repentinæ. Excepto q̃ in die sancti Reguli, & diebus octo dictum festum præcedentibus, & diebus octo dictum festum sequentibus, & præterq̃ die sanctæ Crucis, et diebus octo dictum festum præcedentibus, et diebus octo ipsum festum sequentibus. Quibus diebus etiam de fuga suspectus capi non possit. Cæterum ad cohercendam facilitatem creditorũ, ne de facili prorũpant ad allegandum debitorem esse de fuga suspectum, Statuimus q̃ si ipse creditor infra dicta tempora dictam capturam non iustificauerit modis, et formis supra scriptis, singula singulis referendo, Teneatur iudex in eodem iudicio cõdemnare de facto, sine aliquo processu ipsum creditorem, qui capturam obtinuerit, et non iustificauerit in libris Quinquaginta, uel ultra usq; in libras Centum arbitrio iudicis, consideratis qualitate facti, et conditionibus personarum. Cuius pœnæ medietas sit ipsius debitoris, et reliqua dimidia Cameræ communis lucensis.

De eo quod Forensis quilibet, qui continuam residentiam in ciuitate lucensi, uel eius districtu non habet, a quolibet officiali tam ciuitatis, q̃ districtus lucensis capi, & arrestari possit. Cap. CXXVI.

STatuimus q̧ D. lucensis Prætor, Commissarii allodii custodiæ ciuitatis, Officialis Fundaci, & Vicarii in Vicariis suis. Item Iudex, & Consules curiæ mercatorum lucensis ciuitatis, & quilibet eorum teneatur sub uinculo iuramenti, ad petitionem cuiuslibet lucensis ciuis, & cuiuslibet subditi ipsius lucensis communis, tam ciuitatis, q̃ comitatus, & districtus, ac etiam cuiuslibet alterius continui habitatoris, & habentis domicilium continuum in ciuitate, seu comitatu lucẽsi, & qui habitauerit ad minus per annum cum familia, quam haberet, præstito iuramẽto, q̧ sint creditores, summam debiti declarando, capi facere, & detinere, & arrestare quemcunq; forensem debitorem, qui continuam residentiam non haberet in ciuitate lucensi, uel eius districtu, undecunq; uenientem, donec præstiterit idoneam fideiussionem coram ipsis de iudicio sisti, & iudicato soluendo coram iudice competente in ciuitate lucensi, seu in uicariis in suo casu, secundum iurisditionem cuiuscuq; officialis, & qualitatẽ debiti, Qui authoritate præsentis statuti intelligãtur, & sint iudices competentes, & teneantur, & debeant ius, & iustitiam ministrare secundum authoritatem attributam cuiq; officiali ꝑ qualitate debitorum, secundum formam statutorum lucensis communis, uidelicet. D. lucensis Potestas, prout est iudex in quibuscũq; causis iurisditionis suę, Officialis Fũdaci simili modo, et pręfati. D. Iudex, et Cõsules curiæ Mercatorum secũdum formam statutorum suorum, et Vicarii in suis uicariis, qui officiales singula singulis referendo, possint, et debeant summarie, et de plano de causa cognoscere, reiectis solẽnitatibus statutorum, et sola cognita ueritate, ita tamen q̧ in decidendo, et terminando debeant finire, et terminare de iure, et quicunq; petierit, et obtinuerit capturam, et nõ probauerit debitum pro quo arrestationem petierit in totum, siue in partẽ, tunc condemnari debeat ad refectionem interesse, et expensarum in utilitatem ipsius arrestati, uel capti. Et hæc, ut supra sancita, et ordinata non intelligantur in præiudicium, seu derogationem aliorum statutorum lucensis communis, et curiæ mercatorum.

De Pœna eius, qui petit, quod sibi solutũ est. Cap. CXXVII

ET siquis per se, uel per legitimam personam pro eo ad capturam, uel prædam procedendo, uel procedi faciendo, uel libellum offerendo, uel aliam quamcunq; petitionem in iudicio faciendo, siue uiam ordinariam, siue uiam extraordinariam intentauerit, siue quocunq; modo egerit, petat illud, de quo sibi solutum est, de qua solutione appareat per publicum instrumentum,

ſtrumẽtum,uel per librum ipſius petentis,uel per ſcripturam ſua manu de ſcriptam,uel per alias legitimas ꝓbationes, de quibus fit mentio infra ſub Rubrica De modo probandi ſolutionem contra eum, qui agit ex publico inſtrumento, Et hoc ſi de debito,quod peteretur,appareret publicũ inſtrumentum,Si uero de debito,quod peteretur,non appareret publicum inſtrumentum,tunc qualitercunq; de ſolutione dicti debiti legitime probaretur, condemnetur in eodem proceſſu,uel poſtea,quandocunq; omni ſtrepitu,& ſolennitate ceſſante,in tantũdem eius,quod petebat,& ad reſtitutionem expenſarum parti,niſi habeat iuſtam cauſam ignorantiæ,cuius pœnæ dimidia ſit aduerſarii conuenti,& reliqua dimidia ſit cameræ communis lucenſis.Et ſimili pœna puniatur quęlibet alia pſona,quæ per ſe,uel p aliam legitimam perſonam pro ea peteret aliquid pro affictu,pẽſione,uel collaria,uel alia cauſa,de qua ſolutio appareat,uel probetur,ut dictum eſt. Tutores uero,& curatores,ſi debitum ſolutum,ut dictum eſt peterent,ipſi de eorũ proprio in dictas pœnas incidant,niſi iuſtam cauſam ignorantiæ haberent.

De eo quod ad petitionem debitoris, teneatur creditor librum ſuũ præſentare Curiæ. Cap. CXXVIII.

ET teneatur creditor,uel eius heredes,& ſucceſſores,& ſocii, & qui cauſam faceret pro eis,uel aliquo eorum,ſacramento præciſo, & pœnis, et multis,de quibus iudici,et officiali cauſæ uidebitur, ad petitionem debitoris,uel eius heredum,præſentare librum ſuum ad terminũ, qui uidebitur iudici,ita q inde poſſit uideri,et haberi copia p aduerſariũ de eo, quod ad eum ſpectaret: et ſi creditor librum ſuum non præſentauerit,non audiatur in aliquo ſuo iure,donec librum præſentet,ut dictum eſt, et tali libro ſtetur de iis,quæ manu propria ſcribentis ſcripta forẽt in fauorem debitoris,ſed in fauorem creditoris tali libro ſtari non debeat,et eodem modo debitor, et eius heredes librum ſuũ ad petitionem creditoris præſentare cogãtur.

De modo probandi ſolutionem contra eum,qui agit ex publico inſtrumento. Cap. CXXIX.

INſtrumentum debiti non poſſit dici,uel probari caſſum,niſi de cancellatione conſtaret per aliud publicũ inſtrumentum,uel per legitimam cancellationem rogiti,uel inſtrumenti principalis debiti,uel p ſcripturam ſcriptã manu propria creditoris,uel eius heredũ. Et ſimiliter contra dictũ inſtrumentum pbatio ſolutionis,uel ſatisfactionis,uel pacti de nõ petendo,uel liberationis,uel remiſſionis,uel debiti,cuius compenſatio opponeretur, non poſſit fieri niſi p publicũ inſtrumentum,uel per rogiti cancellationem legitime factam,uel per confeſſionem factam in iudicio per ipſum creditorem, uel eius ſucceſſores,uel aliam legitimam pſonam,pro eo, quæ ſit ſcripta in

actis curiæ.uel per scripturam scriptam manu creditoris,uel eius heredum: possint tamen fieri positiones,& ad illas responderi debeat,si tales sint,quæ alias ueniant admittendæ.Concedimus tamen inquilinis,redditoribus,& colonis,& iis,qui essent ex causa soccidæ obligati,facultatem probandi p testes de solutione,etiam si de obligatione appareat publicum instrumentum, esset enim eis alia ꝓbatio ualde difficilis,si testium probatio negaretur.

De casibus in quibus requiratur probatio per scripturam publicam. Cap. CXXX.

STatuimus ꝙ aliqua acta causarum ciuiliũ,uel criminalium,& sententiæ iudiciales,& compromissa,& lauda,& arbitramẽta quorũcunq; arbitratorũ,ꝓbari non possint p testes,& probatio facta p testes nõ ualeat ipso iure,sed scriptura publica ad probationem prædictorũ requiratur omnino. Volumus tamẽ ꝙ non obstãtibus supradictis,error, qui in dictis actis,instrumentis,sententiis,cõpromissis,& laudis,intercessisse prætẽderetur,ꝓbari possit p testes.Et similiter probari possit per testes cõtrarium eius,quod in instrumentis.uel in actis scriptũ esset. Cæterũ Declaramus ꝙ in omnibus,& singulis casibus,in qbus de iure requiritur scriptura,nõ admittatur ꝓbatio p testes,nisi ꝓut,& quatenus de iure cõi testes ueniãt admittendi.

De Recuperatione rerum in solutũ adiudicatarũ. Cap. CXXXI.

OMnibus,et singulis contra quos fuerit processum ad dationem,uel adiudicationẽ insolutum,si fuerint in ciuitate lucensi,uel eius territorio, et districtu præsentes:Concedimus annum unum,a die dictæ adiudicationis,et assignationis proxime,et immediate sequentem. Et si fuerint absentes a ciuitate lucensi,et eius territorio,et districtu, Concedimus biennium ad recuperãdum res contra eos insolutum assignatas,quo anno in suo casu,et biennio in suo casu durante,possint,et eis liceat comparere,et res insolutum concessas recuperare soluendo quãtitatem sortis,et expensarum p quibus dicta datio,et adiudicatio processisset,et expensis utiles; et necessarias,quæ factæ fuissent in rebus,et in causa dictæ ueræ,et realis solutionis restituantur eidem bona insolutum adiudicata,dummodo ille,qui adeptus fuerit insolutum,lucretur fructus pro rata temporis,usq; ad diẽ recuperationis,habita ratione fructuũ perceptorũ,deductis tamen expensis factis pro fructibus percipiendis,et quotiens recuperatur res insolutũ adiudicata fieri debeat solutio pecuniæ eiusdẽ qualitatis,et bonitatis,ut erat tẽpore adiudicationis factæ,siue soluatur ualor eius,et non possit,qui rem insolutum receperit uti retentione pro aliquo debito,nisi p expensis factis in re insolutum accepta. Et cursus dicti anni inter præsentes,et biennii inter absentes labatur,etiam pupillis,et aliis omnibus,qbus ex forma statutorũ,

uel iuris

uel iuris præscriptio nõ decurrit, quia in hoc casu derogari uolumus statuto posito sub rubrica De casibus, & tẽporibus in quibus præscriptio nõ decurrat, si annus fuerit inceptus in persona maiorum. Alioquin dictus annus non labatur eisdem minoribus, & furiosis, & aliis, aduersus quos præscriptio non decurrit. Et si quis, cui competit ius dictæ recuperationis, fuerit pro parte temporis pręsens, & pro parte absens, habeatur, & fiat ratio præsentię, & absentię, prout pro rata temporis contingit.

De recuperãda re insolutum assignata pro debito non uero. Cap. CXXXII.

ET si res aliqua per aliquẽ officialem assignata, uel adiudicata fuerit insolutum, uel tenutã alicui psonæ p quantitate alicuius debiti soluti, uel ficti, uel simulati, uel uigore alicuius instrumenti nõ ueri, uel uigore alicuius sententiæ p sententiã inualidatæ de quacunq; re mobili, siue ĩmobili, seu se mouẽti ad oculũ, uel ad intellectũ demõstrabili, & dictũ debitũ inueniatur esse solutũ uel satisfactũ p publicũ instrumentũ, uel p cancellationẽ ipsius rogiti principalis, uel p scripturam manu creditoris, uel p aliud instrumẽtum inueniatur instrumẽtum debiti esse fictum, & simulatum, & nõ uerum, uel sentẽtiam esse p aliam sententiã anullatam, in quolibet dictorum casuũ Decernimus ꝙ ille, contra quem adiudicatio uel assignatio facta fuerit, seu eius heredes, possint illã rem recuperare, & aduocare cũ omni causa, & fructibus pceptis ab illo, cui assignatio, & adiudicatio facta foret, & ab eius heredibus, uel habẽtibus causam ab eo, sine aliquo pcio inde soluendo, aliqua tẽporis pscriptione, uel exceptione rei iudicatæ, uel alia quacũq; exceptione nõ obstãte. Et pdicta locũ habeant si res assignata, uel adiudicata insolutũ, uel tenutam, extat, alias recuperet æstimationem, pro qua assignata, uel adiudicata fuerit, summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii.

De Recuperatione rei insolutum adiudicatæ, ubi sit deceptio dupli. Cap. CXXXIII.

ET si qua assignatio, uel adiudicatio insolutum facta fuerit pro aliquo debito, uel ex aliqua causa per aliquem Officialem Lucensis ciuitatis, in qua sit deceptio dupli, uel ultra dimidiam iusti precii, Disponimus ꝙ Officialis, ex cuius officio emanaret, & eius in dicto officio successores, teneantur ad postulationem, uel requisitionem eius, contra quem assignatio, uel adiudicatio facta fuerit, uel eius heredũ quandocunq; infra decem annos continuos a die dictæ adiudicationis, et assignationis proxime computandos, reuocare, uel detrahere, et detrahi facere usq; ad iustam æstimationem ueri debiti, non obstante aliqua æstimatione bonorum, quæ facta fuerit de ipsis bonis.

De non alienādo rem insolutum adiudicatam infra tempora data ad rem recuperandā. Cap. CXXXIIII.

ORdinamus, q non possit durante anno, qui datur præsentibus, & durante biennio, quod datur absentibus, ad recuperandum rem insolutum adiudicatam, res ipsa insolutum adepta alienari per eum, qui rem ipsam insolutum adeptus fuerit, uel insolutum per aliquem iudicem assignari: et inquātum alienata, uel insolutum assignata fuerit, sit in electione eius, cui competit ius recuperationis, uel iurare in litem contra talem alienantem, uel alienari patientem, nisi se dictæ assignationi insolutum opposuerit, facta tamen primo taxatione per iudicem: Et in eo quod iuratum fuerit, teneatur iudex talē alienātem, uel se nō opponentem assignationi insolutū condemnare, & condemnatum compellere ad soluendum ei, cui ius recomperæ competebat, uel possit is, cui competit ius recomperæ, ei, qui secundario acquisiuit, uel insolutum adeptus fuerit, offerre precium, pro quo acquisiuit, uel præcium pro quo prima adiudicatio, uel assignatio facta fuit, uel ueram, & iustam æstimationē, prout uoluerit, quo præcio soluto: uel in curia deposito, teneatur iudex talem deponentem, uel soluentem, uolentem recuperare, in possessionem mittere rei prædictæ, & nō obstāte alienatione, uel secunda assignatione, uel aduocatione, quā in præiudicium recuperare uolētis Decernimus non ualere: Et ipsum sic in possessionem inductum Iudex teneatur defendere omnibus iuris remediis. Et huic oneri, & legi, oēs res, quæ per aliquem Iudicem insolutum assignarētur, subiicimus, & afficimus, ita q cum tali onere ad unumquēq intelligantur transire.

De Adiudicando rem aliam insolutum, si res primo assignata fuerit euicta, Cap. CXXXV.

ET si res aliqua insolutum assignata, fuerit euicta in totum, uel in partē, uel ipsa assignatio, uel adiudicatio fuerit nulla ipso iure, uel per sententiam anullata ratione alicuius formæ, uel solennitatis omissę, in ipsa assignatione, uel adiudicatiōe, ita q ille, cui assignatio, & adiudicatio facta fuerit insolutum, rem ipsam in totum, uel in partem habere non posset, si lis, uel quęstio fuerit denunciata saltem semel ei, contra quem assignatio, uel adiudicatio facta fuerit, deinde denunciato sibi, uel eius heredibus, q ueniat ad uidēdum dari, & assignari de nouo rem aliam insolutum in restaurum eius, quę primo fuerat euicta, teneatur Iudex de nouo aliam rem insolutum concedere, & inuestire usq in summam rei euictæ, absq nouo libello, & absq noua Dana soluēda, ita tamē q ubi assignatio primo loco facta anullata fuerit per sententiam ratione alicuius solennitatis in ipsa assignatione omissæ, ut dictum est, possit de nouo fieri assignatio super eadem re, uel super alia, prout maluerit creditor, citato debitore q ueniat ad uidendum fieri nouā assignationem:

assignationem: Et seruatis aliis, quae requiruntur in assignationibus, uel adiudicationibus. Et quae dicta sunt in principali debitore, uendicent sibi locum in fideiussoribus, contra quos possit assignari denuo res insolutum post primum euictum, uel predicto modo anullatum, modo, & forma praedictis, absq; nouo processu.

De Defendendo inductum in possessionem rei sibi adiudicatae. Cap. CXXXVI.

ET teneatur quilibet iudex illum, cui ipse, uel eius in officio praecessor dederit, & adiudicauerit rem aliquam insolutum, uel in tenutam, uel in possessionem alicuius rei induxerit, siue in executione alicuius sententiae in Reali, uel Personali actione latae, siue in executionem publici instrumenti, siue ratione contumaciae per eum contractae, uel alio quocunq; modo, uel iure in ipsa re sibi assignata, uel adiudicata, seu restituta, & in eius possessione manutenere, defendere, & conseruare, omnibus iuris remediis, & non permittere eum, uel causam ab eo habentem inquietari, dispotestari, seu priuari re ipsa, uel eius possessione: Et elapsis decem diebus a die ipsius missionis, seu tenutae datae, uel assignationis insolutum ad petitionem partis actoris iuris remediis opportunis expellatur de ipsa possessione ille, contra quem facta fuerit missio, seu data tenuta, uel assignatio insolutum facta, si in ipsa possessione fuerit ipse, uel alius pro eo, & etiam praecipiatur eidem personaliter, uel ad domum suae solitae habitationis, q in ipsa possessione ingredi, uel stare non debeat, nec ipsum missum, uel alium eius nomine in possessionem existentem turbare, uel molestare debeat: Et siquidem ingressus fuerit, uel steterit in ipsa possessione, aut turbauerit, uel molestauerit per se, uel alium missum in possessionem, uel alium in ea existentem eius nomine, uel impedierit missum, uel alium eius nomine, quominus mittatur, uel inducatur in possessionem praedictam, condénetur talis turbans, uel impediens mitti iussũ, in libris centũ bonae monetae, applicãdae p medietate parti, & p alia medietate camerae cõis lucen. summarie, & de plano, sine strepitu, et figura iudicii p iudicẽ de cuius mandato dicta missio, seu iussus de mittendo pcesserit sine alio pcessu de nouo fiẽdo: Et nihilominus pars actoris manuteneatur in possessione, & reus cõpellatur exire de ea, uel qui p eo esset, manu militari, & iuris remediis opportunis: Et si qua res insolutũ, uel in tenutã, uel ex primo, uel ex secũdo decreto adiudicata fuerit alio possidẽte, & non citato, qui possidere ceperit post reclamum, uel libellum unde processit, uel adiucatio insolutum, uel missio in possessionem, tunc debeat examinari per Iudicem absq; nouo processu, & absq; noua libelli oblatione, & summarim quis eorũ iura habeat in re ipsa potiora, et ad eum, qui potiora iura repertus fuerit habere, dicta res sine molestia alterius debeat remanere; Et si talis, qui rem ipsam insolutum, uel tenutam adeptus

fuerit iura habeat potiora, debeat in possessionem induci, et defendi, et possessio debeat auferri de facto ab alio, qui iura potiora non haberet. Saluo tamen iure posteriori creditori offerendi priori creditori, quod sibi debetur, si sibi suum pignus confirmare uoluerit, et eo casu sibi iura efficacia cedi debeant, sed si possessio fuerit acquisita tertio possessori ante Reclamum, uel Libellũ, ex quo adiudicatio insolutum, tenuta, uel præda emanasset, eo casu talis datio insolutum, uel in tenutam non præiudicet possessori, sed debeat ordinarie conueniri coram iudice competenti.

De Assignando de bonis Mariti insolutum Vxori pro dotibus suis. Cap. CXXXVII.

SAepe consueuit uxor, uel eius heredes, seu causam ab ea habentes, si maritus, uel eius heredes a creditoribus conueniantur obiicere, ꝙ ipsa ratione dotium suarum sit in tempore prior, et in iure potior, et ꝙ bona sunt sibi obligata, et hypothecata, propter quod executio impeditur, uel etiam retardatur. Quapropter Statuimus ꝙ quãdo talis casus emerserit, Iudex absq; nouo processu summatim cognoscat quis ipsorum iura potiora habeat: Et si inuenerit creditorem iura habere potiora, procedat ad executionem, uxori perpetuum silentium imponendo super bonis, in quibus executio fieret, Saluo tamen tali uxori, & causam ab ea habentibus iure offerendi priori creditori quantitatem, quam ipse prior creditor recipere deberet. Et Disponimus ꝙ creditor uiri, & alterius cuiuscunq; ad dotem obligati, qui sit prior in tẽpore, & qui habeat expressam, & generalem, aut specialem hypothecam in bonis mariti, uel alterius ad dotem obligati ĩ dictis bonis mulieri præferatur: Et idem si creditores essent in tempore posteriores si tales mulieres posteriori obligationi consenserint, & iuri renunciauerint hypotecæ. Si autem iudex inuenerit uxorem potiora iura habentem, tunc absq; nouo libello, uel processu assignetur eidem uxori per iudicem de bonis uiri ad iustam æstimationem pro quantitate dotis, qua adiudicatione facta, procedatur ad executionem in aliis bonis ad petitionem aliorum creditorum. Saluo tamen cæteris creditoribus iure offerendi, & soluẽdi uxori quantitatem suarum dotium, quo casu actiones cedantur, ut iura uolũt, Et possint tales cessionarii agere, & dotem petere, non obstante ꝙ casus dotis restituendæ non accesserit. Contingit etiam interdum, ꝙ mulier allegans uirum ad inopiam uergere, uel ipsum esse pro maleficio bãnitum, uel condemnatum, petit sibi solui de suis dotibus. Vnde Statuimus ꝙ quando talis casus contingeret, debeat maritus citari, & sibi libellus offerri: Et siquidem compareat defensurus, procedatur in causa, prout suggerit ordo iuris. Si uero contumax extiterit, tunc nullis probationibus factis ꝙ ad inopiam uergat, uel bannitus, uel condemnatus existat, teneatur iudex de bonis eius assignare, & adiudicare uxori pro mensura debiti declarati ad

iustam

iustam extimationem, obseruando etiam statutum positum sub rubrica De casibus quibus constante matrimonio fieri debeat restitutio doris, & quoties fieret assignatio de bonis uiri uxori ꝑ dotibus constante matrimonio, uel pecuniā receperit ab aliquo creditore pro ꝑdictis, & iura sua cesserit prædicta recepta per uxorem, debeant oneribus matrimonii deseruire. Et prædicta debeant ad partem lucri idoneo mercatori assignari, uel alio modo collocari, ut de ipsis bonis, et pecuniis marito lucra, et fructus reseruētur, et reseruari intelligantur auctoritate præsentis statuti, ac si nulla executio facta esset, dummamen de ipsis fructibus alimenta præstentur uxori. Et quod dictū est de marito, intelligatur etiā de socero, et aliis ad dotem obligatis, quatenus ad eos præcedentia cōmode adaptari possint, Et similiter quod de dote diximus, intelligi uolumus de corredis, et augmentis dotiū, et de aliis, quæ uxori deberentur ex quacunq; causa, ita tamen ꝙ debita ex alia causa ꝗ dotis, & corredorum non deseruiant oneribus matrimonii contra uoluntatem uxoris.

De Bonis insolutum datis uxori, recuperandis per maritum. Cap. CXXXVIII.

ET possit maritus, & sibi liceat auctoritate præsentis statuti bona uxori ꝑ iudicem assignata, & adiudicata pro suis dotibus, uel corredis recuperare semper constante matrimonio, soluendo id pro quo facta foret executio, ipsa tamen pecunia, quæ propterea solueretur, deponi debeat pęnes idoneam personam tenenda, ut seruiat oneribus matrimonii, restituenda ꝑut casus acciderit restituendæ dotis. Post mortem autem mariti liceat heredibus eius recuperare infra annum a die dictæ mortis proxime computandum bona prædicta, quæ constante matrimonio, ut dictum est, adiudicata forent, & fructus illius anni, quo recuperatio fieret per heredes, debeat lucrari quælibet partium pro rata temporis. Et quotiens uiuente marito assignaretur per iudicem in solutum uxori de bonis uiri, quorum compera ad alium pertineret, tunc si ius recomperæ competat a statuto, seu uigore dispositionis statuti non possit talis persona, cui competat ius recomperæ recomperam petere constante matrimonio, sed eo soluto possit comperam petere, & rehabere infra annum a die soluti matrimonii cōputandum, si per maritum, uel eius heredes bona nō fuerint recuperata. Si uero ius recōperę cōpetat ex pacto, uel obligatione ab homine contracta, tunc talis res insolutum adiudicata transeat cum onere suo sine præiudicio habentis facultatē recupandi, ita ꝙ recōperari possint, nō obstāte dicta datione insolutū. Et ꝗ dicta sunt de marito, intelligātur de socero, & de aliis ad dotem obligatis.

De Fideiussoribus, & de bonorū possessoribus cōueniendis, facta excussione cōtra principalē. Cap. CXXXIX.

SI reus principalis fuerit contumax, & etiā si cōparuerit, sed fuerit conuictus, teneatur iudex mittere creditorē in possessionē bonorū debitoris, obseruata forma statutorū. Sed si ex parte iudicis fuerint missi duo nuncii, qui referāt se post diligentē inquisitionē nō inuenisse in bonis debitoris bona mobilia, uel immobilia unde possit creditori satisfieri, tunc facta tali relatione intelligatur, & sit contra reū principalē excussio facta solenniter, & ꝑ solēni excussione habeatur, sine aliqua ꝓnunciatione fienda per iudicem, omissis cæteris solēnitatibus, quæ a iure cōmuni in talibus inducūtur, etiā non obstāte ꝙ fideiussores, & seu bonorū possessores non fuerint ad prædicta citati, uel requisiti: Et possit facta dicta relatione agi cōtra fideiussores, & bonorum possessores, ac si excussio legitime facta esset. Verum si fideiussores renūciauerint exceptiōibus, & beneficiis fideiussoribus cōpetentibus, tunc possint tales fideiussores conueniri, etiam nulla facta excussione contra principalem. Volumus tamen ꝙ si bonorum possessores probarent debitorem esse idoneum, et soluendo non possint molestari, sed executio fiat in bonis rei principalis, ut iuris fuerit, sed ubi bonorum possessores non probarent debitorem esse idoneum, tunc ualeant conueniri, & actio hypothecaria, & pignoraticia uendicent sibi locum.

De eo quod in publiciana, et hypothecaria habēs antiquiorem possessionem cum titulo præferatur. Cap. CXXXX.

CVm interdum ille, qui publiciana, seu hypothecaria cōueniri suspicatur, querit titulum rei possessæ, et sic ab alio acquirit in fraudem actoris, ut sic in habentibus titulum a diuersis, sit potior conditio possidētis. Idcirco Volentes fraudibus, et malitiis obuiare, Statuimus, ꝙ melior sit causa eius, qui probauerit se, uel authorem suum habuisse antiquiorem possessionem, et titulum, non obstante posteriori titulo alteri acquisito, nisi habens titulum ultimo loco quesitum probauerit possessionem habuisse per traditionem sibi factam ante possessionem habentis titulum antiquiorem, qui autem dominium probauerit ad se pertinere, omnibus habentibus titulum, prēferatur. In fraudem uero quesitus titulus præsumatur in fauorem habentis titulum antiquiorem, licet possessionem antiquiorem non habeat, si conuentus publiciana, seu hypothecaria habēs possessionem, etiam antiquiorem reperiatur titulum acquisiuisse, postq̄ conuentus fuerit, uel eo saltem tempore, quo conueniri de proximo sperabatur, licet aliter de fraude non constet, quo casu talis titulus minime sibi prosit.

De Cōtractibus initis in fraudē creditorū. Cap. CXXXXI.

QVia contingit debitores in fraudem creditorum conducere res proprias mobiles, seu immobiles ab aliquo tertio, tanq̄ res proprias loca

toris

toris,cum tamen ueræ non sint,sed in fraudem faciunt creditorum, quin/ immo se præsentibus patiuntur ab aliis,aliis personis locari,tanq̃ proprias locantium,uel alio modo ab aliis recognoscūt,uel recognosci,cum res sint suæ tanq̃ aliorum,patiuntur,uel alio modo res proprias in fraudem credi/ torum uendunt,uel alio modo alienant, Statuimus, ꝙ talis contractus nō ualeat in præiudicium creditorum, & perinde executio fieri possit contra tales tertios,modis suprascriptis acquirentes,siue contrahentes, ac si debi/ tor possideret,& intelligatur eo ipso fraus cōmissa,si ille debitor, cuius res erat ante contractum,tūc temporis creditores aliquos unum,uel plures ha buisset,quibus sansfieri posse desit ex reliqua substātia debitoris detracta re per ipsum debitorem alienata,uel per eum conducta,uel alteri eo patien/ te locata per alium,ut dictum est,et ꝙ debitor possessioni, uel detentioni ta lis rei post tales cōtractus quoquo modo reperiatur incumbere,esto ꝙ nō probetur habuisse animum fraudandi creditores,uel ꝙ fraus fuerit cū con trahente participata,siue habeat acquirens titulum lucratiuum,siue onero sum, possit etiam fraus probari per alios modos inductos a iure commu/ ni,& etiam intelligatur res fuisse ipsius debitoris, si ante tales cōtractus res prædictas tenebat,& possidebat pro suis,& tanq̃ suas, ad quæ probandum sufficiat publica uox,& fama. Possit etiam probari res ipsa fuisse debitoris per alios modos inductos a iure communi.

De eo quod alienatio rerū, quas alienās postea possederit decē annis,intelligatur fictitia,& simulata. Cap.CXLII.

STatuimus ꝙ si qua persona quocūq; titulo alienauerit aliquam rem im mobilem,& ipse alienator,uel eius heres ipsam rem alienatam pacifice,& quiete tenuerit,et possederit decem annis inter præsentes,et uiginti inter ab sentes nullam redditam,uel pēsionem ei,in quem alienatio facta esset,exin/ de faciēdo,ꝙ talis alienatio intelligatur,et sit fictitia,et simulata,nullius effi caciæ,seu momenti,et pro non facta penitus habeatur,nisi ipse alienator rē alienatam conduxisset ad aliquam redditam,uel pēsionem reddendam ei, in quem alienatio facta esset,et sic omnes,et singuli Officiales lucēsis ciuita tis teneantur,et debeant obseruare,non obstante ꝙ talis alienator ab eo,cui alienauerit precariam possessionem rogauerit,uel eius nomine possidere cō stituerit in ipso contractu alienationis. Et quod dictum est,intelligatur etiam in alienatione necessaria, quæ per assignationem insolutum in iudi/ cio emanauerit,si ille contra quem adiudicatio facta sit, modo ,et forma,et tempore prædictis possederit rem immobilem insolutum cōtra se datam, Et si quis fuerit pro parte præsens,et pro parte absens, habeatur ratio pro rata temporis præsentiæ,et absentiæ.

De modo pcedēdi in causis,& q̃stionibus Clericorū.Cap.CXLIII.

Clericorum,& personarum ecclesiasticarum duo sunt genera. Alii quidẽ sunt exempti a iurisditione Domini lucensis episcopi: Alii uero sunt nõ exempti: sed sunt subiecti iurisditioni domini lucensis episcopi. Statuimus igitur ꝙ domino lucensi episcopo,& omnibus,& singulis clericis,& personis ecclesiasticis nõ exẽptis, sed subiectis iurisditioni domini lucẽsis episcopi agentibus contra quamcunqꝫ laicam personam, coram quocunqꝫ iudice seculari, seruentur omnia,& singula statuta lucensis ciuitatis, tam in procedendo, q̃ in decidendo, eo dũtaxat excepto, ꝙ ad ipsos non porrigimus beneficia statutorum loquentium De capturis personarum, ita ꝙ ad petitionem alicuius clerici, uel personæ ecclesiasticæ, nemo capi ualeat, uel personaliter detineri uigore statutorum. Et prædicta intelligantur, si,& inquantum Dominus lucensis episcopus, cum consensu capituli constituat,& decernat per modum ualidum, ꝙ in sua episcopali curia omnibus,& singulis personis secularibus subiectis iurisditioni lucensis ciuitatis cõtra clericos,& personas ecclesiasticas seruentur statuta & ordinamenta lucẽsis ciuitatis, tam in procedendo, q̃ etiam in decidendo modo simili & equali. Declaramus etiam ꝙ omnibus,& singulis personis secularibus subiectis temporali iurisditioni Domini lucensis episcopi competãt beneficia statutorum, etiam respectu capturæ personarum, dumtamen omnibus,& singulis subiectis iurisditioni lucensis ciuitatis in curia episcopali seruentur statuta lucẽsis ciuitatis, etiam quo ad capturam,& personarum detentionem, contra subiectos temporali iurisditioni Domini lucensis episcopi, Et quod dictum est de subiectis temporali iurisditioni Domini lucensis episcopi, etiam intelligi Volumus de subiectis temporali iurisditioni capituli lucensis Maioris ecclesiæ, dumtamen omnibus,& singulis subiectis iurisditioni lucensis ciuitatis in curia capituli canonicorum lucensium Maioris ecclesiæ, seruentur statuta lucensis ciuitatis, etiam quo ad capturam,& personarum detentionem contra subiectos temporali iurisditioni Lucensis Capituli. Et prædicta locum habere Disponimus, inquantum Dominus lucensis episcopus,& capitulum lucense Maioris ecclesiæ statuant,& decernant, ꝙ oẽs,& singuli de sua temporali iurisditione ratione contractus, uel quasi, delicti, uel quasi, contracti, uel commissi in ciuitate lucẽsi, uel in eius territorio, subiecto lucensi ciuitati, uel ex aliis causis a iure introductis, ualeant conueniri sub Iudicibus,& Officialibus lucensis ciuitatis et ab eisdẽ puniri, et cõdemnari. Et econtra in casu quo prædicta statuantur, et decernantur, permittimus ꝙ seculares personæ lucensis ciuitatis iurisditioni subiectæ, ualeant ratione contractus, uel quasi, delicti, uel quasi in territorio temporalis iurisditionis Domini lucensis episcopi, et lucẽsis capituli contracti, uel cõmissi, uel etiam ex aliis causis a iure communi introductis conueniri, puniri, et condemnari. Saluo tamen in prædictis hinc inde iure præuentionis, ita ꝙ iudex, qui præuenerit, et procedere inceperit præferatur. Et ille intelligatur præuenisse, qui primo processum incohauerit, et fecerit reum citari.

Vbi autem

Vbi autem dominus lucensis Episcopus,& Capitulum Lucense, uel alter ipsorum nõ cõstituãt,& decernãt ut supra cõtinetur, Declaramus ꝙ tunc ipsi non constituentes,uel alter ipsorum nõ constituens, & dictorum non constituentium, seu non constituentis iurisditioni spirituali, uel temporali subiecti,non gaudeant in aliquo casu beneficiis statutorum. Ac etiam adiicimus ꝙ in dicto casu laicæ personę iurisditioni lucẽsis cõmunis subiectę in contractibus,uel quasi,se obligare non possint prædictis,uel alteri prędictorum,nisi prout,& quatenus ipsi non constituentes,uel nõ constituentiũ temporali,uel spirituali iurisditioni subiecti se obligare possunt laicis personis subiectis iurisditioni lucẽsis cõis de iure cõi, uel synodalium constitutionũ,uel dicti capituli,singula singulis referẽdo: Ita ꝙ ĩter personas laicas lucensis cõis iurisditioni subiectas,& dictos Episcopum,Capitulum,& sibi subiectos temporaliter,& spiritualiter seruetur æqualitas: Exẽpti uero clerici,& cęterę personæ ecclesiasticæ iurisditioni Domini lucensis Epi non subiectæ nullo modo gaudeãt priuilegiis, seu beneficiis Statutorum. Nam ex quo statuta lucen.ipsos non ligant, sic Volumus ꝙ ipsorum statutorum beneficio careant, nec eis, uel eorum libertati ecclesiasticæ derogamus,sed eis nostrorũ statutorũ priuilegia, & beneficia nõ concedimus: Et prędictis adiicimus ꝙ laicæ personæ in cõtractib.uel quasi, se obligare non possint dictis exemptis,uel alicui eorum, nisi prout,et quatenus clerici exempti se obligare possunt laicis personis de iure cõmuni,ita ꝙ inter personas laicas,et clericos exemptos æqualitas hinc inde seruetur. Et prædicta locum habere Decernimus donec ipsi exẽpti procurẽt,ꝙ Romanus Põtifex per suas litteras concedat, ꝙ præfati exempti possint ĩ ciuitate lucensi sub aliquo ecclesiastico Iudice in perpetuum conueniri.qui seruet statuta lucensis ciuitatis,illa uidelicet,quæ sunt licita,& honesta,& a iure canonico non reprobata, quo casu etiam ad eos porrigimus beneficia statutorum,prætereꝗ beneficium capturæ & detentionis personarũ. Cum declaratione etiam ꝙ si quodlibet locorum exẽptorum procuraret habere iudicẽ in ciuitate lucensi,sub quo conueniri possit,ut supra dictum fuit a suo superiore prelato dicti loci,sufficiat quantũ ad hoc ut gaudere possit beneficiis statutorum,licet a summo Pontifice datus talis iudex non foret. Et prædictis adiicimus declarando ꝙ exẽptæ intelligantur omnes,& singulæ personæ ecclesiasticæ monasteriorũ,hospitalium, & locorum infrascriptorũ, & cuiuslibet,seu alterius eorum. Et similiter intelligantur exempta infrascripta hospitalia,& loca uidelicet.

Monasteriũ sancti Fridiani lucẽsis.	Hospitale de ruchi.
Hospitale eiusdem monasterii.	Monasteriũ.s.Bartholomęi in silice.
Ecclesia.s.Ioãnis de capite burgi.	Hospitale eiusdem monasterii.
Hospitale eiusdem ecclesiæ.	Ecclesia sancti Michaelis de burgis.
Ecclesia.s.Saluatoris in mustolio.	Mansio siue ecclesia tẽpli.i.pceptoria.
Ecclesia sancti Leonardi burgorũ.	Hospitale.s.Ioãnis de malanocte.

Monasterium.s.Georgii lucensis.
Hospitale eiusdem monasterii.
Ecclesia.s.Matthæi lucensis.
Ecclesia sancti Peregrini lucensis.
Monasterium sancti Pontiani.
Ecclesia sancti Benedicti in palatio.
Ecclesia.s.Marię de carignano.
Ecclesia.s.Saluatoris de uaccolis.
Ecclesia.s.Andreæ de busdagna.
Ecclesia sancti Cassiani de guamo.
Monasteriũ.s.Quirici in mõticello.
Eccle.s.Bartholomęi de uallebuia.
Ecclesia.s.Philippi prope Lucam.
Ecclesia sancti Angeli in campo.
Monasterium de Sexto.
Monasterium.s.Martini in collibus
Hospitale.s.Iacobi de alto passu.
Monasteriũ.s.Petri de puteolis.
Monasteriũ.s.Michaelis de guamo.
Monasterium sancti Saluatoris de Cantignano.
Monasterium sancti Pantaleonis.
Monasterium sancti Cerbonis.
Monasterium sancti Bernardi.
Ecclesia sancti Christophori.
Ecclesia sancti Ambrosii de massa.
Monasterium de gattaiola.
Monasterium sanctæ Clarę.
Monasteriũ.s.Cassiani de mutiglano
Monasterium.s.Petri de camaiore.
Hospitale eiusdem monasterii.
Hospitale sancti Peregrini de alpibus
Monasterium.s.michaelis de quiesa.
Monasterium sancti spiritus de farneta ordinis cartusiensis.
Monasterium sanctæ mariæ angelorum prope lucam.
Capitulum canonicorum sancti Martini,& ipsi canonici.
Conuentus fratrum minorum.
Conuentus fratrum prædicatorum.
Conuentus fratrum heremitarum.
Conuentus fratrum carmelitarum.
Conuentus fratrũ.s.mariæ seruorũ.

Et cætera alia loca, uel personæ ecclesiasticæ, quæ probarentur esse exemptæ, uel exempta, licet de eis supra non fuerit facta mentio specialis.

De conuersis conueniendis. Cap. CXLIIII.

AD exprimendas fraudes, quæ frequenter sub pretextu conuersionis in detrimentum lucen.ciuitatis, & singularium personarum cõmitti consueuerunt. Statuimus, ꝙ nulla persona possit se excusare eo prætextu, ꝙ sit conuersa, uel oblata alicuius religiosi, seu pii loci, sed oblatione, uel conuersione, non obstante, possit pro debitis, & contractibus, uel quasi, delictis, uel quasi, tam ante conuersionem initis, quam postea, conueniri, & contra eam procedi, & sententia promulgari, & ad executionem procedi, tam in criminalibus, & ex nunc bona eorum, qui allegarent se esse conuersos, uel obligatos, sint affecta huic oneri, & sint obligata pro debitis maleficiis, ab eis contractis, & pro oneribus a lucen.ciuitate prouenientibus, non obstante ꝙ adhuc obligatio nõ sit contracta, & prędicta omnia locum habere Decernimus, nisi cõtinuam, & personalem residentiam fecerint in ecclesia, uel monasterio, seu loco pio, ĩ quo se obtulerint, & habitum portauerint ipsius loci, quo casu possint, & debeant, ut personæ ecclesiasticæ excusari, & dum tamen in ipsa conuersione intercesserit auctoritas, & consensus domini lucensis

censis Episcopi,uel eius Vicarii,alioquin dicta conuersio,& seu oblatio per aliquem officialem nullatenus admitti possit.

De Iustitia administranda,uel audientia deneganda non subiectis iurisditioni Lucensis ciuitatis. Cap. CXLV.

STatuimus,ꝙ si quis forensis non subiectus iurisditioni Lucensis ciuitatis,qui in ciuitate lucensi,uel eius territorio,cum sua familia non habitaret,ageret contra aliquem ciuem,uel districtualem lucensis ciuitatis,seu cōtra aliam quācunq; personam,subiectam iurisditioni lucen.ciuitatis,eidem forensi fiat in decidendo illud ius,quod fieret ciuibus lucensibus,& subiectis iurisditioni lucēsis ciuitatis,in illa terra,uel ciuitate unde esset talis forensis agens.In procedendo uero seruari præcipimus statuta lucensis ciuitatis,quia iuri,& æquitati congruit ꝙ circa modum procedendi,obseruentur statuta loci,in quo iudicium uentilatur. Et prædicta nō referantur ad beneficium capturæ,quod forensibus & habentibus causam ab eis cōtra ciues lucenses,uel districtuales nullo modo Concedimus:sed expresse denegamus. Verum si qua persona laica cuiuscunq; status,gradus,ordinis,uel conditionis existat,quæ in ciuitate lucensi nequeat conueniri, uel saltem reconueniri,si ageret,et conuenire uellet aliquam personam in ciuitate lucen,Statuimus ꝙ tali personæ audientia modis omnibus denegetur,et Officiales lucensis ciuitatis teneantur talem personam non audire: Et talis exceptio possit quandocunq; opponi ante diffinitiuam sententiam,cum æquitati non congruat,ꝙ ei audientia præbeatur,contra quem audientia denegatur. Declarantes ꝙ quotiescunq; aliquis non subiectus iurisditioni lucensis cōmunis ageret,uel conueniret aliquem subiectum cōmuni lucensi non audiatur ad ius,nisi præstito fideiussore de restituendis expensis reo, in casu quo succumberet, reo hoc petente. Item si reus petitionem suam faceret in causa reconuentionis,tunc facta petitione in causa recōuentionis, et soluta Daria,reo hoc petēte,teneatur talis non subiectus agens præstare etiam fideiussores de iudicio sisti,& soluēdo iudicatum in causa reconuentionis,& de expensis restituendis in dicta causa reconuentionis, alias non audiatur in causa reconuentionis,dummodo talis reconuentus non teneatur præstare fideiussores,nisi pro quantitate deducta in causa reconuentionis,quæ non excederet quantitatem petitam in causa cōuentionis,quo casu si excederet solummodo usq; ad concurrentem quantitatem deductam in causa conuentionis,fideiussores præstare teneatur,& non aliter.

De Questionib.uertentibus inter Cōsortes,& coniūctos. Cap.CXLVI.

STatuimus,ꝙ si inter aliquos Consortes eiusdem agnationis,seu progeniei,uel inter Ascendentes,& Descendentes,uel inter alios quoscunq; agna

tos,uel cognatos coniunctos usque ad quartum gradum inclusiue,secundum computum Decretorum,Dummodo affines non comprehēdantur, aliqua lis,causa,cōtrouersia, seu quæstio uerteretur de quibuscunq; rebus, & seu quacunq; occasione,Si infra triginta dies continuos a die solutæ Datiæ proxime numerandos,aliquis ex prædictis litigatoribus,siue actor fuerit,siue reus,petierit huiusmodi quæstiones committi in arbitros,seu arbitratores,seu cōmunes,& confidentes amicos,teneatur,& debeat Iudex, uel Officialis,coram quo quæstio,seu lis,causa,uel cōtrouersia huiusmodi uerteretur,iuramento præciso,etiam tempore feriato,conuocare coram se dictos litigantes,& ab eis quærere suspectos,et confidentes,et possit etiam suspectorum numerum refrenare,quibus habitis teneatur ipse Iudex,seu Officialis eligere duos arbitros,seu arbitratores partibus non suspectos,& etiā possit unum solum eligere,si partes de uno cōcordauerint,& compromissum exinde fiat,cum pœna,& clausulis opportunis : et dictus Potestas,seu Iudex dictas partes omnibus iuris remediis compellat, ad dictum compromissum faciēdum,et compromisso facto compellat eos sic electos acceptare,& iurare,q; fideliter dictas causas,& lites audient,et terminabunt,sine ulla personarum acceptione,non attendendo ad munera,odium,uel amorem. Et Dominus Potestas,uel alius Officialis,non possit aliquem compellere acceptare,nisi prius salarium fuerit per eundem iudicē taxatum,et depositatum in curia,pro labore dictorum arbitrorum,quod dari debeat dictis arbitris illico acceptatione secuta. Declarantes,q; siquis esset arbiter electus ex dispositione statuti in una causa,non possit compelli ad aliud arbitrium acceptandum,nisi postq̄ causa sibi Commissa per sententiam,uel aliter terminata fuerit.Et tota præsens dispositio locum habere debeat in arbitris,seu arbitratoribus eligendis ex forma statuti sequentis,sub Rubrica De causis, & quæstionibus ad petitionem rei conuenti in arbitratores, & cōmunes amicos committēdis. Declarantes etiam, q; quindecim dies de quibus mentio fit in præsenti statuto, & in sequenti, dati quando deuenitur ad electionem tertii arbitri , currant a die acceptationis eiusdem: Et prouisio dictorum quindecim dierum ita militare intelligatur in dispositione sequentis,sicut præsentis statuti:Et eodem modo debeat sibi de salario prouideri,nec prius acceptare cogatur,prout de salario uidebitur conuenire Domino lucēsi Prætori,& cuicunq; alii iudici,& per ipsos taxatum fuerit: Et dicti arbitri,seu arbitratores,sic electi,authoritate præsentis statuti Potestatem,& baliam habeant huiusmodi lites,& quæstiones audiendi,& cognoscendi omni petitione,& ordine,& figura iudicii,& aliis solennitatibus iuris, & statutorum omissis,et non seruatis, et partibus absentibus, et non citatis,et quicquid per ipsos arbitros,seu arbitratores cognitum, decisum,et terminatum fuerit,ualeat,et teneat,ac si per ipsas partes in concordia factum foret. Et sic partes obseruare teneantur, et contra non uenire sub pœna librarum qingentarum sententia, siue laudo nihilominus rato

manente:

manente: Et ab ipsa sententia, siue laudo nequeat appellari, supplicari, uel querela moueri, seu ad aliquem iudicem contra eam recursus haberi, sed te neatur, et debeat quilibet Iudex, et Officialis omni strepitu, et appellatione, et qualibet exceptione, et petitione cessantibus, executioni mandare, et mã dari facere huiusmodi sententiam, seu laudum, et condemnare delinquen tem, et non obedientem. Alioquin ipse Officialis, et Iudex, in libris quin gentis puniatur, in quibus debeat sindicari. Et iudex et officialis, qui ipsos arbitros, seu arbitratores elegerit, uel eius in officio successor teneatur eos compellere ad acceptandum, omni prorsus excusatione reiecta: Et ad pro ferendum sententiam siue laudum, super huiusmodi litibus, et quæstioni bus decisiuum totius quæstionis compromissæ, et omnino finem liti, et quæstioni imponentem, siue imponens, infra duos menses a die acceptatio nis proxime numerandos, quem terminum possit idem iudex, uel officia lis prorogare usque in unum alium mensem in una uice, uel in pluribus: Ac etiam partes possint terminum prorogare usque in duos menses, et nõ ultra. Verum si infra dictum terminum, uel saltem infra tempora proro gata præfati arbitri, seu arbitratores, sententiam, siue laudum non protule rint, puniatur quilibet eorum in libris ducentis. Verum si per partes re manserit quo minus quæstio terminetur, teneatur iudex, et officialis par tem, per quam remaneret, compellere iuris remediis, ad producẽdum, et al legandum sua iura. Et possit propterea inobedientes punire de facto, et absque aliquo processu, uel scriptura in libris uigintiquinq;, uel ultra, usque in libras ducentas ad eius arbitrium, facti, et personæ qualitate pensata. Et si dicti arbitri, seu arbitratores non fuerint in concordia, & hoc fuerit iudi ci, uel officiali per unum ex litigatoribus, uel per unum ex arbitris, seu arbi tratoribus notificatum, Tertius eligatur per iudicem, uel officialem, habi tis suspectis, & confidentibus ab utraque parte, ut supra dictum est, et ele ctus dicta forma seruata, acceptare, et iurare cogatur: Et si facta dicta ele ctione tertii, non superessent de tempore compromissi, uel prorogationis quindecim dies, tot diebus, quot deessent de dicto numero quindecim die rum, dictum compromissum authoritate huius statuti prorogatum esse intelligatur: Et a præceptis, processibus, & grauaminibus, quæ propterea fierent, non possit appellari, supplicari, uel querela moueri, uel ad aliquem iudicem contra prædicta recursus haberi. Et hæc omnia in præsenti sta tuto contenta obseruari Disponimus in causis principalibus, si intra trigin ta dies, ut supra dictum est, fuerit petita commissio, quibus elapsis partes non possint compelli ad dictam commissionem. In causis autem appella tionum dicta commissio fieri non possit: Et prædicta omnia, & singula, uel aliquod eorum non uendicent sibi locum in rebus finitis, uel in quæ stionibus, siue controuersiis, seu causis, in iudicio, uel extra, per iudicialem sententiam, uel per laudum, seu per transactionem, seu pactum, uel per iura

mentum, uel aliter quomodocunque finitis, seu terminatis, sed quod fini tum,& terminatum fuerit plenum robur obtineat. Ac etiam Disponimus ꝙ prædicta commissio,seu arbitrorum electio,locum nõ habeat in casu, in quo de obligatione quacunque,cuiuscunqꝫ speciei appareat publicum instrumentum ex quacunque causa factum,uel scriptura priuata manu propria debitoris,uel etiam si appareat scriptura priuata manu tertiæ personę, cum subscriptione trium testium de consensu debitoris subscribentium. Et similiter cesset huius statuti Dispositio, & compromissi petitio ubicũqꝫ peteretur legatum, uel relictum in ultima uoluntate, de qua appareat publicum instrumẽtum.Item Declaramus,ꝙ ultra tempora suprascripta possint partes prorogare tempora dicti compromissi in una uice,uel in pluribus,& totiens,quotiens eis placuerit, dummodo tempus dicti compromissi,cum dictis omnibus prorogationibus in totum annum non excedat.Declarantes ꝙ deinceps non possit coram aliquo iudice lucensis ciuitatis, seu comitatus, aut districtus, opponi,excipi,seu peti ꝙ fiat compromissum,an fieri debeat compromissum, & si dicta oppositio, exceptio, siue petitio fieret,non ualeat ipso iure,neque possit,aut debeat in aliquo casu per iudicem admitti,sub pœna librarum centum ipsi iudici infligẽda in eius sindicatu, et omnis stilus,aut consuetudo,in contrarium introducta,intelligatur omnino sublata,& non obstantibus quibuscunque dictis,siue opinionibus doctorum, aut legibus.

De Causis,& Quæstionibus ad petitionem rei conuenti in arbitratores,& cõmunes amicos committendis. Cap. CXLVII.

Statuimus ꝙ si inter quascunqꝫ personas aliqua lis,causa,seu controuersia de quacunqꝫ re,seu quãtitate,uel de quocunqꝫ facto,seu interesse,quacunqꝫ occasione uerteretur,cuius quantitas,ualor,uel extimatio,esset a florenis decem supra,usqꝫ in florenos ducentos exclusiue,si infra.x.dies continuos a die solutę Darię proxime numerandos,reus qui conueniretur petierit huiusmodi quæstiones cõmitti in arbitros,seu arbitratores,teneatur, & debeat Iudex,uel Officialis,coram quo quæstio,lis,causa,uel controuersia huiusmodi uerteretur, iuramento præciso etiam tempore feriato conuocare coram se dictos litigantes,& ab eis quærere suspectos, & confidentes,Et possit etiam suspectorum numerum refrenare,quibus habitis teneatur,qualibet exceptione remota,partes ipsas,seu earũ procuratores ad hoc mandatum habentes,compellere ad compromittẽdum huiusmodi litem, seu quæstionem in duos arbitros,seu arbitratores partibus non suspectos, & compromissum exinde fiat cum pœna, & clausulis oportunis, & cõpromisso facto,compellat ipsos arbitros,sic electos acceptare, & iurare ꝙ fideliter ipsas

ter ipsas causas,& lites audient, & terminabunt sine ulla personarum acceptione,nō attēdendo ad munera,odiū,uel amorē: Et dicti arbitri,seu arbitratores sic electi,auctoritate præsentis statuti Potestatē, & baliam habeāt, huiusmodi lites,& quæstiones audiendi,& cognoscendi,omni petitione,& ordine,& figura iudicii,& aliis solēnitatibus iuris,& statutorum omissis,& non seruatis,& partibus præsentibus,uel absentibus,& non citatis: Et quicquid per ipsos arbitros,uel arbitratores decisum, & terminatum fuerit ualeat:saluo tamen beneficio petendę reductionis,prout continetur infra in capitulo posito sub Rubrica De petēdo sententiā arbitralem redigi ad arbitrium boni uiri: Et Iudex,& officialis,de cuius mādato dicta electio arbitrorum,seu arbitratorum facta fuerit, teneatur huiusmodi arbitros, seu arbitratores compellere ad sententiam proferendam,prout cōtinetur infra sub Rubrica De cogendis arbitris per compromissum electis. Et si dicti arbitri,seu arbitratores non fuerint in concordia,& hoc fuerit iudici,uel officiali,per unum ex litigatoribus,uel arbitratoribus notificatum:tertius eligatur per iudicem, seu officialem,& electus acceptare, & iurare cogatur,dicta forma seruata. Et prædicta omnia in præsenti capitulo contenta non uendicent sibi locum in contractu mutui,depositi,cōmodati,soccidę,& dotis,de quibus appareat publicum instrumentum: uel scriptura priuata manu debitoris: Et similiter prædicta cessent ubicunq; ageretur ad rem locatam finito termino locationis dimittendam,& ubi peteretur pensio,uel affictus,etiam si non appareat instrumētum locationis. Et similiter prædicta non uendicent sibi locum in aliquo alio quocunq; casu,in quo de obligatione quacunq; appareat publicum instrumentum ex quacunq; causa factum,uel scriptura priuata manu propria debitoris, uel etiam si appareat scriptura manu tertię personę,cum subscriptione trium testium se de consensu debitoris subscribentium. Et similiter prædicta non uendicent sibi locum in aliquo casu, qui per sententiam iudicialem, uel arbitralem, uel per transactionem, seu alio quocunq; modo esset finitus, uel quomodolibet terminatus. Et similiter cesset huiusmodi compromissum,ubi aliquid per diffinitiuam sententiam ueniret fisco applicandū. Et similiter cesset huiusmodi compromissum,ubi petitur legatum,uel relictum in ultima uoluntate,de qua appareat publicum instrumentum. Et per prædicta in pręsenti Capitulo contenta, non intendimus derogare statuto supra posito sub Rubrica De quæstionibus uertentibus inter consortes, & coniunctos, quod in suo robore remaneat: Ac etiam Declaramus,q in causis uertentibus a decem Florenis infra, uel a Florenis ducentis supra,Partes ad dictum compromissum non compellantur inuitæ, prout supra in principio præsentis Capituli dictum fuit. Cæterum Declaramus q terminus dicti compromissi duret, prout continetur infra sub Rubrica De cogendis arbitris per compromissum electis.

De cogendis Arbitris,seu Arbitratoribus,per cõpromissum,de mandato Iudicis,uel Officialis,electis ad sententiã pferendã. Cap.CXLVIII.

STatuimus ꝙ Dominus lucen.Potestas in ciuitate lucensi, & in toto eius territorio,& districtu: Et officialis Fundaci ĩ sua curia,Et quilibet Vicarius in sua uicaria,teneantur,& debeant uinculo iuramenti compellere arbitros,& arbitratores secundum formam capituli proxime præcedentis electos,proferre sententiam,siue laudum totiũs quæstionis compromissę decisiuum, & omnino finem quæstioni, & liti imponere infra duos menses a die acceptationis,& iuramenti proxime numerandos,si cõpromissum fuerit de causa,cuius quãtitas,extimatio,uel interesse excederet florenos.xxv. usq; in ducentos,& si fuerit a florenis.x.supra usq; in.xxv.infra unum mẽsem a die eorum acceptationis,& iuramenti proxime computandũ,eosq; sic compellat, sub pœnis, & multis de quibus dicto iudici, uel officiali uidebitur,detinendo etiam personas arbitrorum,seu arbitratorũ,donec sententiam protulerint,siue laudum,& pœnas,et multas, quas ipse iudex, uel officialis,seu Vicarius eisdem arbitris,seu arbitratoribus indiceret,teneatur exigere cum effectu. Et si dicti arbitri,seu arbitratores dixerint sibi non liquere de causa,teneatur officialis,et iudex partes compellere,pœnis, et multis de quibus sibi uidebitur,ad producendum suas probationes et iura,ita ꝙ sententia infra dictum terminum ferri possit. Et si dicti arbitri, seu arbitratores dixerint ꝙ infra dictum terminum non possent cõmode de causa cognoscere,possit iudex partibus præsentibus,uel absentibus,uel inuitis prorogare terminum prædictum usq; in dies uiginti ad eius arbitrium,in una uice,uel in pluribus,dũtamen siue fuerit una progatio,siue plures,tẽpus uiginti dierum in totum non excedat. Et quod dictum laudatum,et sententiatum fuerit in termino prorogato ualeat,et teneat, saluo beneficio perẽdæ reductionis. Et si dicti arbitri,uel arbitratores,uel alter ipsorũ,uel ipsi litigatores,uel alter ipsorũ,dixerint, et notificauerint iudici,dictos arbitros,seu arbitratores nõ esse cõcordes,teneaẽ iudex,et officialis requisitus a dictis arbitratoribus,uel litigatoribus, uel uno ex eis,partem compellere ad eligendum tertiũ,prout dictum fuit in Capitulo proxime præcedenti. Et eo casu quo tertius eligatur,possit Iudex et Officialis,seu Vicarius terminum prædictum prorogare usq; in dies decem continuos ultra prorogationes,de quibus supra dictum est. Et possint dicti arbitri,et arbitratores secundum formam proxime præcedentis Capituli electi,procedere,cognoscere,& terminare,summarie,& de plano,sine strepitu,& figura iudicii, & nulla iuris,seu statutorum forma, & solennitate seruata, & ordine iudiciorum omisso,& partibus presentibus,uel absentibus,& non citatis,& quocunq; loco,& tempore feriato,et non feriato,etiam si essent ferię inductæ in honorem Dei,ita ꝙ respectu cuiuscunq; solẽnitatis omissæ, seu ordinis nõ seruati,nequeat dictorum arbitrorum,seu arbitratorũ sententia retractari,

saluo

faluo tamen beneficio petendę reductionis,prout continetur infra fub Rubrica De petendo fententiam arbitralem redigi ad arbitrium boni uiri.

De Cõpromiffis a partibus extra iudiciũ fponte factis. Cap. CXLIX.

STatuimus ꝙ fi aliquod compromiffum fponte fieret extra iudicium a partibus in arbitros,feu arbitratores,unum,uel plures, in quo compromiffo terminus effet appofitus, Tale cõpromiffum duret toto tempore in compromiffo contento,et infra terminum laudum ferri poffit, fed elapfo ipfo termino intelligatur finita omnis poteftas ipfis arbitratoribus in compromiffo data,adeo ꝙ poft ipfum terminum laudum ferri non poffit. Si uero in compromiffo prædicto terminus non effet appofitus,tunc tale cõpromiffum authoritate prȩfentis ftatuti duret quattuor mẽfibus, a die cõpromiffi facti,quibus quattuor menfibus elapfis tale compromiffum euanefcat.Cæterum Difponimus ꝙ durante compromiffo in arbitros, uel arbitratores a partibus uoluntarie electos,tempora inftantiȩ caufæ principalis,fiue appellationis,nullo modo decurrant. Præterea difponimus ꝙ laudamenta,quæ ab ipfis arbitris,uel arbitratoribus infra tempus compromiffi proferuntur,poftquam tranfiuerint in rem iudicatam,perpetuã habeant roboris firmitatem inter eafdem perfonas,et infra tempus cõpromiffi poffint arbitri,et arbitratores fuam fententiam declarare corrigere,et emendare,prout eis uidebitur,pro bono partium,fi hoc fibi referuauerint expreffe in ipfa prolatione fententiæ.

De Arbitris,feu Arbitratoribus,extra iudicium a partibus fponte electis,compellendis ad laudum proferendum. Cap.CL.

ET teneať Dominus lucen.Poteftas in ciuitate lucen. et ĩ eius territorio et diftrictu,et quilibet Vicarius in fua uicaria,arbitros, et arbitratores a partibus extra iudicium fponte electos, qui compromiffum receperint, et acceptauerint,compellere ad proferendum laudum totius quæftionis cõpromiffȩ decifiuũ,et dictæ queftioni,et liti omnino finem imponere infra tẽpora ꝑfixa a partibus,uel a ftatuto, Detinendo etiã perfonas arbitrorũ, feu arbitratorũ donec fententiã,feu laudũ ꝓtulerint. Et fi dicti arbitri,feu arbitratores dixerint fibi nõ liqre de caufa,poffit et debeat.D.Poteftas,uel eius Iudex in ciuitate lucen. et in eius territorio, et quilibet Vicarius in fua uicaria cõpellere partes,pœnis,et multis de quib.eis uidebitur ad producẽdum fuas probationes,et iura,ita ꝙ fententia ferri pofsit infra terminũ cõpromiffi, uel a ftatuto concefsũ, uel faltim infra tẽpora ꝓrogata, & fi dicti arbitri, feu arbitratores dixerint ꝙ ĩfra dictũ terminũ nõ poffint de caufa cognofcere,poffit dictus.D.Poteftas &eius iudex,& quilibet Vicarius ĩ fua uicaria partib.ꝑfentib.uel abfentibus,uel etiã cõtradicentib.ꝓrogare termi-

num compromissi,uel a statuto cõcessum usq; in dies .xx. ad eius arbitriũ in una uice,uel i pluribus,dũtamen siue fuerit una prorogatio, siue plures, tempus.xx.dierum in totum non excedant,& quod dictũ laudatũ,& sententiatum fuerit infra terminũ compromissi,uel a statuto cõcessum,uel in termino,ut dictũ est prorogato ualeat,& teneat, saluo semper beneficio petendæ reductionis. Et si dicti arbitri,seu arbitratores,seu alter ipsorum,uel ipsi litigatores,uel alter ipsorum dixerint,& notificauerint iudici dictos arbitros,seu arbitratores non esse cõcordes,teneatur ipse iudex,idest Dominus Potestas,uel eius iudex, & quilibet Vicarius in sua uicaria compellere partes pœnis,& multis de quibus eis uidebitur ad eligẽdum tertiũ,& propterea possit multas indicere,et personas partium detinere,et carcerare donec de tertio concordauerint. Et eo casu quo tertius eligatur possit dictus dominus Potestas,et eius iudex,seu Vicarius terminũ prædictũ prorogare usq; in dies.x.cõtinuos ultra prorogationes,de quibus supra dictũ est.

De petendo Sententiam arbitralem,redigi ad arbitrium boni uiri. Cap. CLI.

IN præcedentibus capitulis triplicem formam eligendi arbitros,seu arbitratores descripsimus, et Primo quidem præmisimus unum genus arbitrorum,seu arbitratorum eligendorum super quæstionibus uertentib.inter cõsortes, et coniũctos:et ibi Declarauimus, et nunc etiã Cõfirmamus, ꝙ ab eorum sententia non possit appellari, supplicari, uel querela nullitatis moueri,uel peti reductio ad arbitrium boni uiri,seu ad aliquẽ iudicem contra eam recursus haberi.Et ad ipsos arbitros,seu arbitratores inter consortes,et coniunctos electos,et ad eorum laudum cõtenta infra in præsenti capitulo nullatenus referantur.Est et Secundum genus arbitrorum,seu arbitratorum,qui secundumpræcedentia capitula eligi debent,secundum formam capituli positi sub Rubrica De causis,et quæstionibus ad petitionem rei cõuenti in arbitratores, & cõmunes amicos cõmittendis, & ab istorum sententia,siue laudo permisimus reductionem posse peti. Est & Tertiũ genus arbitrorum,siue arbitratorum,de quibus supra continetur,sub Rubrica de compromissis a partibus extra iudicium sponte factis , & ab istorum sentẽtia,seu laudo,etiam permisimus reductionem posse peti,sicut patet supra in Capitulo proxime præcedenti.Nuncergo consequenter tractãdum restat de ipsa petitione reductiõis ad arbitrium boni uiri. Ideo Statuimus ꝙ a sententiis,siue arbitramentis dictorum arbitrorum,siue arbitratorum secũdi,& tertii generis,possit reductio ad arbitriũ boni uiri peti, infra decẽ dies utiles a die intimationis cõputandos,alias elapsis dictis.x.diebus,firma,& illibata permaneat,& in rẽ transeat iudicatã: et de eius iniquitate,uel iniustitia q̃ri nõ possit.Et cõsiderãtes,ꝙ arbitri, seu arbitratores frequẽter cõsueuerũt secundũ cõscientiã iudicare,propter qđ eorũ arbitratio posset

faciliter

faciliter impugnari, quæ tamen æquitati posset esse consentanea, quamuis a rigore iuris discreparet, per quod de iustitia, uel iniustitia magis cognosci posset ab aliis arbitris, seu arbitratoribus, q̃ a iudice, qui æquitatem non scriptam faciliter sequi non potest. Ideo Statuimus, q̧ facta per actorem solutione Datię secundũ formam statuti, Iudex coram quo ab aliqua sententia arbitrali reductio peteretur, si infra decem dies utiles, postq̃ fuerit soluta Datia, ab aliquo litigatorũ fuerit requisitus, teneatur partes coram se conuocare, et ab eis querere suspectos, et confidentes, et possit etiam suspectorum numerum refrenare: Quibus habitis, teneatur ex eis eligere duos arbitros, seu arbitratores partibus non suspectos, et etiam possit unum solum arbitrum, seu arbitratorem eligere, si partes in uno concordauerint, eosq; sic electos compellat acceptare. Et dicti arbitri, seu arbitratores sic electi, authoritate præsentis statuti, potestatem, et baliam habeant, huiusmodi sententiam arbitralem, a qua reductio peteretur, et lites, et quæstiones propterea motas audiendi, cognoscendi, et decidendi, omni petitione, et ordine, et figura iudicii, et aliis solennitatibus iuris, et statutorũ obmissis, et nõ seruatis, et partibus absentibus, et non citatis. Et teneantur dicti arbitri, seu arbitratores sic electi infra duos mẽses a die acceptationis proxime numerandos, concorditer sententiam arbitralem totius quæstionis compromissæ decisiuam, et dicti quæstioni, et liti omnino finem imponentem protulisse, Et iudex, qui dictos arbitros, seu arbitratores elegerit, teneatur eas cõpellere, detinẽdo etiã p̃sonas arbitrorũ, seu arbitratorũ ad p̃ferendã cõcorditer dictã sententiam, siue laudum, infra dictum tempus duorum mensiũ. Et inquantum infra dictum tempus duorum mensium non posset terminari questio, possit officialis, & iudex, qui arbitros, seu arbitratores elegisset, dictum terminum prorogare in una uice, uel in pluribus, usq; in unũ mensem, & etiam ultra, dũmodo tempus instantiæ nõ excedat. Verum si infra dictum tempus duorum mensium, uel termini prorogati, præfati arbitri, seu arbitratores sententiam, uel laudum prædicto modo concorditer non protulerint, puniatur quilibet ipsorum per iudicem, qui eos elegit de facto, sine processu a decem libris, usque in centum, considerata conditione personarum, & qualitate facti, & nihilominus remaneant obligati ad cognoscendum de causa, & ad sententiam arbitralem dicto modo proferendum, etiam post lapsum tempus duorum mensium, uel termini prorogati, dummodo tempus instantiæ non excedat. Et si infra dictum tempus instantiæ sententiam, ut dictum est, non protulerint, cassa remaneat prima sententia, a qua reductio petita fuit, & in rem transeat iudicatam: Et nihilominus quilibet ipsorum arbitrorum, seu arbitratorum, iterum per eundem iudicẽ puniatur eodẽ modo, & forma a decẽ libris usq; in centũ, cõditione personę, & qualitate facti attentis. Verũ si per partes remaneret, quo minus q̃stio terminetur, Teneať iudex, & Officialis partẽ, p̃pter quã remaneret, cogere, & cõpellere iuris remediis ad allegãda, & p̃ducenda sua iura, & possit

propterea inobediẽtes punire de facto,& absq; processu aliquo,uel scriptu-ra,usq; in libras centum. Et si dicti arbitri,seu arbitratores,uel alter ex eis ante lapsum terminum duorum mensiũ iudici dixerint se non esse in sen tentiando cõcordes,& hoc constet per publicam scripturam,tunc non ha beat locum pœna supra imposita ipsis arbitris,seu arbitratoribus non ferẽ tibus sententiam concorditer,& quod de detentione dictum est. Sed eo ca su Disponimus, q; iudex,& assessor Domini lucensis Potestatis in ciuitate lucensi,& in districtu sex milliariorũ,& quilibet Vicarius in sua uicaria au thoritate præsentis statuti sit,& esse itelligatur tertius arbiter,& arbitrator, qui tertius una cum dictis duobus arbitris, seu arbitratoribus, uel cũ uno ex eis possit,& debeat prædicto modo sententiam arbitralem ferre infra residuum temporis,quod superest de instãtia,& si infra dictum tempus di ctus tertius cum dictis duobus arbitris, seu arbitratoribus, uel cũ uno ex eis, uel ipsi duo arbitri, seu arbitratores electi, sine tertio arbitro, seu arbi-tratore dato a statuto,non protulerint sententiã dicto modo,quilibet ipso-rum arbitrorum, seu arbitratorum electorum puniatur a libris uiginti-quinq; usq; in centũ,considerata conditione personæ, & qualitate facti per maiorem exactorem,& in eadem summa ipse assessor domini lucensis Po testatis,& Vicarius uicariarum condemnẽtur,in qua debeant sindicari. Et si laudum datum per dictos duos arbitros,seu arbitratores,uel unũ,quã-do de uno solo eligẽdo partes concordes fuerint,authoritate præsentis sta tuti electos,uel per ipsum tertium una cum duob. arbitris, uel uno ex eis, tacite,uel expresse fuerit confirmatorium primi laudi,a quo reductio peti-ta fuerit,tacite ut puta,quia pronunciatum fuerit reductionem petitam nõ esse concedendam, quia lapsum fuisset tempus petẽdæ reductionis,ualeat, & teneat,ac si per partes in concordia factum foret. Et ab ipso laudo confir matorio,uel ab ipso confirmato nequeat appellari,supplicari,uel q̃rela nul litatis moueri,uel contra illud ad aliquem iudicem recursus haberi. Sed te neatur quilibet iudex prout ad suam iurisditionem pertinuerit,omni stre pitu,& appellatione,& petitione cessantibus,executioni mandare,& manda ri facere huiusmodi laudum confirmatorium, siue confirmatum. Et si quis a dicto laudo cõfirmatorio,uel confirmato appellauerit, uel reductio nem intentauerit,uel alio modo contra dictum laudum querelam nullita-tis exposuerit, puniatur in libris tercẽtis de facto,sine processu, uel scriptu ra per iudicem,coram quo prædicta attentata fuerint,& nihilominus lau dum ratum remaneat,& executioni omnino mandetur. Et iudex prædi-ctus prędicto modo contrafacientẽ punire teneatur,ut dictum est, Alio-quin ipse index in libris centum condemnetur,in quibus debeat sindicari, Si uero dictum laudum fuerit infirmatorium primi laudi,permittimus au thoritate præsentis statuti,a tali secundo laudo reductionem peti posse,ita tamen q; ubi Vicarius in uicariis,uel assessor domini lucensis Potestatis in ciuitate,uel in districtu sex milliariorum in sententiando interuenerint,il-

larum

larum sententiarum sit Iudex reductionis iudex appellationum. Ac etiam succedat in locum tertii arbitri, seu arbitratoris eo modo, quo de assessore. D. lucensis Potestatis statutum fuit, ubi uero in sententiando nõ interuenissent, tũc quilibet Vicarius in sua uicaria, & Vicarius. D. lucensis Potestatis in ciuitate, & districtu sex milliariorum, sint iudices dictæ reductionis, & tertii arbitratores, in casu quo arbitri, seu arbitratores electi super dicta reductione essent discordes. Et super reductione interponẽda super laudo secundo infirmatorio primi laudi ad petitionẽ unius ex litigatoribus, iterum procedatur ad compromissum in arbitros, uel arbitratores, & omnia seruentur, quæ statuta fuerunt in reductione petita super primo laudo, excepto eo, quod infra statim dicetur: Nam quicquid laudatum fuerit super reductione interposita super secũdo laudo infirmatorio primi laudi p dictos duos arbitros, uel unũ, quãdo de uno eligendo partes conuenerint: siue per unũ ex arbitris cũ tertio arbitro dato, authoritate præsentis statuti, siue per omnes tres, Volumus, & Sancimus, ꝙ ualeat, & teneat, ac si p partes in concordia factum foret, et a dicto laudo non possit appellari, supplicari, uel peti reductio ad arbitrium boni uiri, uel querela nullitatis moueri, uel contra illud ad aliquem iudicem recursus haberi, siue tale laudum fuerit confirmatorium, siue infirmatorium, uel reformatorium primi laudi, uel secundi: Et si quis a dicto laudo lato super reductione petita a secundo laudo infirmatorio primi laudi appellauerit, supplicauerit, uel querelauerit, uel de nullitate dixerit, uel reductionem ad arbitrium boni uiri intentauerit, puniatur de facto sine processu, uel scriptura p Iudicem, coram quo prædicta attentata fuerint in libris tercentis. Et nihilhominus laudum ratum maneat, & executioni mandetur, & Iudex prædicto modo contrafacientem in dicta pœna punire teneatur. Alioquin ipse iudex in libris centum puniatur, in quibus debeat sindicari: Et a pręceptis, processibus, & grauaminibus, quæ occasione omnium prædictorum fierent, non possit appellari, supplicari, uel querela nullitatis moueri, nisi in casibus supra declaratis. Declaramus etiam ꝙ reductio nullo modo peti possit ab aliqua sententia arbitrali, uel laudo dato, cuius grauamen non excederet quantitatem, uel interesse Florenorũ Vigintiquinq;, nec talis sententia, siue laudum p uiam nullitatis, uel alio modo infringi, uel anullari possit, nec contra eã ad aliquẽ Iudicẽ recursus aliqs haberi possit: Et ĩ supradictis casibus, si cõpromissum non fuerit petitum super dicta reductione infra decẽ dies, tũc Vicarius. D. lucẽsis Potestatis, & maior Iudex appellationum, & quilibet Vicarius in uicariis, prout ad suam iurisditionem pertinuerit, teneantur super dicta reductione cognoscere, et terminare. Declarantes ꝙ causa primæ reductionis omnino terminetur infra tẽpora instantiæ causæ principalis. Causa uero secundæ reductionis terminetur infra tẽpora instãtiæ causæ appellationis. Et prædictis adiicimus ꝙ de qualibet petitione reductionis ad arbitriũ boni uiri solui debeat Daria, prout in causis principalibus supius est expressũ,

O

uidelicet ad rationem denariorum sex p qualibet libra,& non ultra.

De Executione sententiæ arbitralis. Cap. CLII.

POstquam arbitralis sententia in rem transiuerit iudicatam, uim habeat, & effectum, quem,& quam habet sententia lata a iudice competenti,& debeat dicta arbitralis sententia executioni mandari per dominum lucẽsem Potestatem,uel per Officialem Fundaci,uel per alium Officialem, prout ad suam iurisditionem pertinebit,& per quemlibet Vicarium in sua uicaria,ser uãdo formam statuti positi sub Rubrica De executione sentẽtię latę ĩ actione reali, & sub Rubrica De executione sententiæ latæ in psonalibus actionibus, Et unũquodq; dictorũ statutorum debeat in suo casu seruari ĩ executione sententiæ arbitralis. Volumus tamen q arbitralis sententia non intelligatur transire in rem iudicatam,& executioni non debeat mandari,nisi elapsis decẽ diebus utilibus,inchoandis a die,qua foret partibus intimata, sed ipsis decem diebus elapsis,fiat executio sub forma prædicta: Et intelligatur intimata dicta sententia arbitralis, si fuerit lata ipsis partibus, uel earũ procuratoribus præsentibus,uel si fuerit eis,aut alicui eorum lecta, uel præsentata copia de mandato Iudicis personaliter,uel ad domum,uel si per notarium inde rogatũ,fuerit tradita copia,de qua traditione credatur ipsi notario: Et procedi possit ad executionem tam sortis,q̃ penę in compromisso contentæ,prout plenius declaratur infra sub Rubrica De pœnis conuentionalibus: Et q statutum est in præsenti capitulo De sententia arbitrali, idẽ obseruetur in sententia arbitramentali.

De Quæstionibus uertentibus inter uirũ,et uxorẽ. Cap. CLIII.

CVm decens non existat, q lites,et quæstiones inter uirum, et uxorem protelentur. Ideo Statuimus, q si qua lis, causa, uel discordia inter uirum,et uxorem ex quacunq; causa uertatur,teneatur Iudex ad petitionẽ cuiuslibet ipsorum tales coniuges,uel eorum procuratores ad hoc mandatum habentes,coram se conuocare,et ab eis querere suspectos,et confidentes,et possit etiam suspectorum numerum refrenare,quibus habitis, teneatur eligere ex eis duos arbitros,seu arbitratores partibus non suspectos in omnibus,& per omnia,prout supra continetur in Statuto supra posito sub Rubrica De quæstionibus uertentibus inter consortes,& coniũctos,quod statutum etiam inter uirum,& uxorem in qualibet sui parte Precipimus locum habere: Et si qua mulier fuerit a marito expulsa,uel cum eo non cohabitet,si per maritum steterit quominus ad eum redeat, cogatur maritus ad alimenta præstanda uxori,secundum qualitatem,et facultates eius. Et hoc locum non habeat,si prædicta mulier fuerit adultera, Et si per uxorẽ steterit quominus ad maritum redeat,tũc eidẽ uxori maritus nihil præstare cogatur;

re cogatur: Et si probaretur ꝙ maritus nō bene, uel inhoneste, uel indecenter tractet eam, compellatur maritus ad præstandum dictæ uxori alimenta pro se, & una camereria, uel seruitiali, si facultates uiri, & conditio personarum camereriam, uel seruicialem exigant, & requirant, quæ alimenta decernantur secundum qualitatem, & facultates mariti, & cōditione personæ: Et si contingeret maritū absentari extra ciuitatem Lucensem, & eius territorium, non facta uxori prouisione de alimētis, assignetur de bonis dicti mariti absentis ipsi uxori pro suis alimentis, secundum facultatem mariti, & si maritus fuerit peruersus, seu rixosus, ita ꝙ uerisimiliter posset esse suspicio, ꝙ enormiter, seu non decenter tractet uxorem, cōpellatur maritus ad dandum uxori fideiussores idoneos de ipsa non offendenda. Et omnibus & singulis prædictis Pater, & Frater uxoris, & quilibet alius consanguineus, & affinis uxoris admittatur ad petēdum pro ea absq; satisdatione de rato. Et semper in prædictis procedatur summarie, et de plano, sine strepitu, et figura iudicii, et nullis iuris, et statutorum ordinibus, uel solennitatibus obseruatis, Et ad prædicta Potestas teneatur uinculo iuramenti.

De Inquisitionibus, et Protestationibus, Solutionibus, et Depositis. Cap. CLIIII.

ET si qua persona facere uoluerit aduersus quācunq; personam, uel uniuersitatem, aliquam denunciationem, siue protestationem, uel solutionem, seu depositum, teneatur Officialis, et Iudex, talem personam citari, et requiri facere secundum formam statuti loquentis De citationibus, quatenus compareat in termino sibi per iudicem assignando, ad uidendum, et audiendum huiusmodi protestationem, denunciationem, oblationem, et depositum: Et si uenerit in termino, moneatur a Iudice, ut ipsam protestationem, denūciationem, oblationē, et depositū audiat, et intelligat, et nihilominus authoritate præsentis statuti monitus intelligatur: Et si noluerit audire, et intelligere, uel si nō uenerit in termino assignato, teneatur Iudex ipsam protestationem, et oblationē, seu denunciationem audire, et talis denunciatio, oblatio, et depositum ualeat postea de iure, et præiudicet ei, cōtra quem fieret, et prosit ei, qui fecisset eam, ac si persona inquisita ipsam protestationem audiuisset, et intellexisset: Et dictæ protestationes, oblationes, et deposita fiant, et fieri possint, etiam tempore feriato ob necessitatem hominum: Dummtamen tempore feriato procedi nequeat super eis, nisi esset talis casus, in quo procedi deberet, et posset tempore feriato. Et quotiens super causa protestationis, et oblationis, et depositi, procederetur, non sit necessaria oblatio Libelli, sed procedatur summarie, et de plano, sine strepitu, et figura iudicii.

De Copia protestationis exhibenda. Cap. CLV.

ET si qua protestatio fieret in aliqua curia lucensis ciuitatis, seu extra, alicui officiali alicuius curiae, uel alteri cuicunq; personę, de qua protestatio ne fieret publicum instrumẽtum, Notarius, qui inde instrumentum fecerit, teneatur die protestationis factae, uel sequẽti, dare copiam talis protestationis, si petatur, officiali, & illi personae, cui facta esset in publica forma, et credatur de copia data scripturae notarii scribentis, protestationis copiam datam esse: Et inquantum, ut dictum est, copia non daretur, non praeiudicet ei, contra quem fieret.

De Depositis restituendis, Cap. CLVI.

SI fiat aliquod Depositũ in aliquem Depositarium in aliqua curia, seu coram Iudice, uel de mandato Iudicis, Statuimus q; talis depositarius, et eius heredes teneantur, et debeant ad petitionem quorumcunq; officialium cuiuscunq; curiae, in qua depositum factum foret, et suorum in officio successorum, quantitatem paenes eũ depositam curiae praesentare, et restituere, et dare ad mãdata iudicis, et ad hoc cõpellatur captis pignoribus, et multa indicta, et per detentionem personae de facto, et sine aliquo processu, et absq; alia solennitate, uel ordine iudiciario, omni querela, et appellatione remota, quam admitti Nolumus ullo modo, nec talis depositarius possit iuuari aliqua temporis praescriptione, non obstãte statuto posito sub Rubrica De praescriptione decem, et uiginti annorum in actionibus personalibus. Sed nec quadraginta annorum, uel alterius cuiuscunq; temporis praescriptio sibi prosit. Et teneatur talis depositarius iurare de deposito restituendo ad uoluntatem, et arbitrium officialis curiae, in qua depositum factum fuerit, uel eius in officio successorum, Et si deponens elegerit depositarium, et talis depositarius ad mandata iudicis quantitatem depositam non restituat cum effectu, tunc tale depositum non prosit deponenti, et pro non facto paenitus habeatur. Sed si per iudicem, seu de suo expresso cõsensu fuerit depositarius electus, tũc culpa depositarii nõ noceat deponẽti.

De Ratione reddenda per procuratores, et negociorum gestores. Cap. CLVII.

ET si quis procurator, uel negociorum gestor, negocia alicuius gesserit, seu tractauerit, compellatur summarie, et de plano, sine strepitu, et figura iudicii, etiam tempore propter necessitatem hominum feriato, ad reddendum ei, cuius negocia gesserit, uel eius heredibus ueram rationem omniũ, et singulorum, quae gesserit, et tractauerit, et ad restituendum, et consignandum omnia, et singula reliqua, et residua: Et quod dictum est de procuratoribus, seu negociorum gestoribus singularum psonarum, idẽ intelligatur in sindicis, et procuratoribus, et gestoribus lucẽsis ciuitatis, et cõmunium,

et uniuersitatum

& uniuersitatū lucensis districtus,& aduersus lucēsem ciuitatem,uel aliquā uniuersitatem lucensis districtus,non currat in præmissis iuribus præscriptio minoris temporis,q̄ triginta annorum,sed aduersus singulares personas,currat pscriptio decē annorū inter præsentes,& uiginti inter absentes.

De Reclamis,& Intesimentis,seu Sequestris. Cap. CLVIII.

AD Sequestrum pcedi pmittimus in omnibus,& singulis casibus, in quibus de iure cōi conceditur. Item si de re mobili sit controuersia, quæ posset faciliter exportari,uel celari,uel dissipari. Item si quis debitor esset de fuga suspectus,& bona immobilia non possideret,quæ sufficere possent creditoribus,etiam contra talem debitorem sequestrum fieri concedimus. Item contra inquilinos,& pensionarios fieri possint sequestra pro pensionibus,et affictibus,quāuis nō essent de fuga suspecti,etiam si de locatione,seu de obligatione redditæ non appareat publicū instrumentum. Item concedimus fieri sequestra de fructibus pēdentibus, si de ipsis fructibus quæstio esset, uel si non extēt alia bona debitoris,unde posset creditoribus satisfieri: Et etiam pro reddita illius anni, de quo agitur , quāuis in eo anno dies solutionis non cesserit,possit ad petitionem Domini,seu Locatoris fieri sequestrum de fructibus existentibus in re locata: Et quotiens fructus pendentes sequestrātur,cum eorum quantitas sit incerta, Volumus q̄ tempore,in quo fructus ipsi colliguntur,adhibeantur duæ,aut plures psonæ,quæ uideant fructus ipsos colligi,et mensurari,ita q̄ fraus aliqua committi nō possit: Et si quis Cōsul,seu Officialis dictas personas nō adhibuerit,cōtra eos iurari possit in litem,taxatione iudicis præcedente. Et si psonas ipsas adhibuerit,stetur,et credatur de quātitate fructuū iuramento psonarum, quæ,ut dictum est,adhibitæ essent.Præterea pmittimus sequestrum, seu intesimentum fieri,contra omnes,et singulos obligatos ex quacunq; causa p publicum instrumentum, Et in omnibus,et singulis aliis casibus,sequestrū fieri prohibemus: Et in ipsis causis,et litibus intesimētorum,seu sequestrorum procedatur summarie,et de plano,sine strepitu , et figura iudicii : Et etiā Disponimus q̄ tempore feriato possint intesimenta,et sequestra fieri,et cassari,dūtamen super eis procedi non possit,nisi esset talis causa,in qua ratione causæ,uel psonæ agentis pcedi deberet,uel posset tempore feriato, Et quotiens ad reclamum cū intesimento proceditur,debeat in ipso sequestro inseri causa,propter quā ad sequestrū huiusmodi procedatur: Et ubi procederetur ad intesimentum contra obligatos per publicum instrumētum, sufficiat de ipso instrumento mentionem fieri in dicto reclamo, sed pduci debeat ad mandata iudicis: Et in causis,et litibus intesimentorum,non sit necessaria oblatio libelli,uel assignatio termini trium dierum utilium,secūdum formam statuti positi sub Rubrica De citationibus primis fiendis in principio causæ,cum libelli,seu petitionis oblatione,sed sufficiat citationem

fieri pro die sequenti iuridica,& in dicto termino teneatur actor suam petitionem producere. Alioquin intesimentum, siue sequestrum non ualeat: Et res, & bona intesita debeant recommendari consulibus, rectori, seu consuli, siue sindico, uel officiali communis, uel contratae, seu brachii, in cuius territorio, seu loco bona intesita fuerint. Et si consul, uel sindicus, uel officialis non reperiatur, fiat recommēdatio propinquiori uicino, uel cui Iudex praeceperit, de qua recommendatione credatur relationi nuncii, dum modo in ipsis reclamis,& intesimentis,& recommendationibus adhibeatur praesentia unius testis, qui non sit nuncius alicuius curiae per ipsum nuncium, de quo stetur relationi ipsius nuncii. Et ipsi consules, seu sindici, seu uicini teneātur ipsam recommendationem recipere,& custodiam facere, & fieri facere expensis illius, qui intesimentum fieri fecit, et habeat pro custodia, & pro suo labore soldos nouem paruorum, uel ultra usq; in libras tres paruorum arbitrio iudicis, considerata qualitate,& quantitate rerum intesitarum, & quas expēsas si intesimentū iuste factum fuerit, debitor eidem actori reddere teneatur. Et si persona paenes quam fiat recommendatio rerū intesitarum personaliter non inueniatur, sufficiat fieri in familia ad domū suae habitationis: Et si intesimentum factum fuerit de fructibus pendentibus, teneatur ille, qui intesimentum, seu recommendationem receperit, colligere dictos fructus adhibitis duabus personis, ut supra dictum est,& eos custodire,& saluare,& curiae praesentare ad arbitrium, & praeceptum iudicis: et expensae factae ratione dictorum fructuum colligendorum de ipsis fructibus ante omnia deducantur. Et dictas expensas possit consul, seu alius paenes quem recommendatio facta fuerit, licite retinere. Possit etiam uinum tempore uindemiae uendere de licentia curiae,& precium inde habitum conseruare: Et similiter possit de licentia iudicis uendere omnes fructus,& alias res, qui,& quae seruari non possent,& precium exinde percipiendum teneatur ad mandata curiae conseruare. Verum si de rebus intesitis plura intesimenta fierent in eadem curia, uel in diuersis, tunc iudex cōpetens debeat uocatis partibus cognoscere quis habeat iura potiora,& ille in rebus intesitis praeferatur, qui iura potiora habebit. Et si intesimentum fieret de aliquibus bestiis, possit is, cui recommendatio facta fuerit, habere pro suo labore ultra quantitatem superius declaratam soldos duos pro qualibet die naturali de qualibet bestia grossa, ueluti de Boue, Vaccha, Mulo, Equo,& Asino, Equa, Mula,& Asina,& de qualibet bestia minuta soldum unum pro qualibet die naturali: Et nihilominus is, ad cuius petitionem intesimentum processerit, teneatur soluere expensas pabuli huiusmodi bestiarum. Et si quaestiones intesimentorum non fuerint infra tempus instantiae terminatae, Consul, seu alius, cui recommendatio facta fuerit, non teneatur amplius custodire, sed debeat res intesitas restituere ei, cuius fuerunt, quamuis iudicium non fuerit per sententiam terminatum. Et hoc nisi per Consules, quibus accomandigia facta foret steterit, quominus dicta bona

eta bona intesita restituantur actori infra tempus instantiæ, tunc temporis cursus ipsi actori non obsit, sed tales, qui accomandigiam receperint, non obstante decursu temporis instantiæ, ad custodiam remaneant obligati. Et quod proxime dictum est, uendicet sibi locum ubi processum fuisset super causa intesimenti ad litis contestationem, uel quasi. Vbi uero causa non fuisset incohata per litis contestationem, uel quasi, Tunc finito biennio continuo dictum intesimentum euanescat, & per ipsum Officiale m, uel Custodem restitui debeat ei, contra quem res intesita fuerat. Et quæ dicta sunt de recommendatione, & custodia rerum intesitarum, & de tempore custodiæ, uendicent sibi locum in prædis, & in rebus in prædam concessis, quas Consules, & alii, quibus recommendatio facta foret, teneantur eas recipere, & custodire in omnibus, & per omnia, prout supra De rebus intesitis dictum est: Sed pro rebus prædatis non possit Consul accipere pro custodia, prout supra De sequestris continetur, Sed habere debeat soldos sex paruorum, uel ultra, usque in soldos triginta arbitrio Iudicis, ultra quam summam, si bestiæ fuerint prædatæ, tunc ultra dictam quantitatem debeat Consul habere, prout De bestiis intesitis supra continetur.

De Rebus prohibitis intesiri, uel in prædam concedi. Cap. CLIX.

ET non possint infrascriptæ res, & bona, contra quamcunque psonam prædari, uel intesiri, uel in prædã aliquo casu concedi. Et si contrafieret, non ualeat ipso iure, & liceat dominis rerũ, uel eis, contra quos præda, uel aliqđ prædictorum fieret, recuperare dicta bona, non obstantibus prædictis prædis, & intesimentis. Et nullus nuncius, seu beroarius, uel alius executor ualeat de dictis infrascriptis bonis aliqua prædari, intesire, uel quomodolibet arrestare, sub pœna librarum quinque p qualibet uice, qua cõtrafecerit, p maiorem sindicum ab eo de facto auferenda: Et prædicta non referantur, nec extendantur ad impositas, præstãtias, & gabellas, & ad alia, quæ quomodolibet deberentur ciuitati lucensi, uel alicui uniuersitati de lucensi districtu, sed ex dictis causis ualeant infrascripta, & eorum quodlibet in prædam cõcedi, ac etiam intesiri ad petitionẽ ciuitatis lucẽsis, seu eius Officialis, seu habentis causam a ciuitate lucensi, & etiã ad petitionem cuiuslibet alterius cõmunis de Lucensi districtu, & comitatu. Bona autem de quibus supra fit mentio sunt hæc uidelicet. Arma offensibilia, uel defensibilia cuiuscunque qualitatis existant, deputata dumtaxat ad usum personæ rei conuenti, Equi, qui essent descripti ad stipendium lucensis ciuitatis, Rogita, & Libri rogitorum alicuius notarii, et Libri actorum cuiuscunque curiæ, et Scripturæ publicæ, uel priuatæ, Marrones, Vangæ, Marrellæ, Sarroria, Pennatæ, Putatoria, Vomeres, Falces, Et alia quælibet Ferramenta ad agri culturam deputata, illa uidelicet, quæ forent ad usum rei conuenti. Item

bannerię,& pennones. Item tempore propter uindemias feriato intesiri non possint tina,uel barilia,seu bigongię. Item similiter tempore uindemiarum non possint intesiri,uel in prædam concedi equi,equæ, muli,& mulæ, asini,& asinæ. Item libri iuris canonici,uel ciuilis,& lecti ad usum rei côuenti deputati intesiri,uel in prædam concedi nô possint aliquo têpore,nisi tantum pro pensione domus,in qua dicti libri,& lecti essent inuecti,& illati.Cęterum si de prædictis rebus intesiri,uel in prædam concedi prohibitis quæstio,seu lis foret,tunc res ipsas,de quibus quæstio moueretur, permittimus intesiri,& in prædam concedi,non obstantibus suprascriptis.

De Cassatione Intesimenti. Cap. CLX.

ET si qua persona contra quam reclamum cum intesimento factum fuerit,comparuerit,& uoluerit intesimêtum cassari,teneatur dare fideiussorem idoneum de iudicio sisti, & iudicato soluendo, siue persona contra quam factum fuerit sequestrum,fuerit suspecta,siue non: Et intelligatur talis fideiussor solenniter,& cum effectu obligatus,& renûciasse omnibus beneficiis,fideiussoribus competentibus: et possit ut principalis conueniri,nô admissa aliqua exceptione,ꝙ primo debuerit excuti prîcipalis,& eodê modo ut principalis debeat ad solutionem compelli,quo fideiussore præstito, Officialis,seu Iudex causæ teneatur intesimentû cassare, & res intesitas facere restitui cum effectu ei,contra quem intesimentum processit: Et prædicta procedant,nisi ageretur ad res intesitas principaliter in petitione deductas, tunc nô aliter intesimentum cassetur,nisi facta prius æstimatione rerum intesitarum,& interesse agentis,si res ipsę non restituerentur in casu,quo restitui deberent,& nisi fideiussore præstito de iudicio sisti,& iudicato soluendo,& de re ipsa exhibenda ad mandata iudicis,quotiens opus fuerit, & maxime quando peteretur rem ipsam subiici oculis testium,qui ad probandû dominium,uel quasi,uel possessionem rei inducerentur. Quo fideiussore præstito,& ęstimatione facta,& interesse taxato,intesimentum ex toto cassetur. Cæterum concedimus, ꝙ intesimenta possint cassari quolibet tempore,etiam ob necessitatem hominum feriato: Et facta cassatione tempore feriato,supersedeatur in causa usq; ad tempus iuridicum,quo procedi possit,& tunc procedatur,ut iuris fuerit,nisi esset talis causa,in qua ratione causæ,uel personæ agentis,procedi posset etiam tempore feriato,quo etiam têpore feriato,procedatur in causa.

De Modo procedendi super causa Intesimenti,reo non comparente. Cap. CLXI.

SI reus,contra quem reclamû cum intesimento factum fuerit, non côparuerit ad mâdata in termino sibi assignato, & expectatus tribus diebus

utilibus

tribus post contumaciam contractam, ipsam contumaciam non purgauerit, res intestatæ concedantur in prædã actori, & nisi reus fecerit prædam cassari infra terminũ de tenuta, uel præda cassanda, pcedatur ad uēditionem rerũ intestatarum, eo modo, ordine, & forma, prout in rebus in prædam cõcessis Statutum est. Vbi autẽ reus comparuerit, procedatur in causa summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii.

De Seruitutibus itineris. Cap. CLXII.

ET si quis non ui, non clam, uel præcario fuerit usus aliqua uia, itinere, seu actu, ad eundum ad aliquod prædium rusticum annis. xxx. sine aliqua interruptione, intelligatur talem uiam, iter, seu actum, per præscriptionem acquisiuisse, ad quemcunq; res transeat, cui talis seruitus esset quęsita, transeat petitio huiusmodi seruitutis, & exceptio ad retinendam eandem. Vt banorum autem prædiorum seruitutes querantur, ut iura communia dictant: Et si quis ad fundum suum ire non possit, nec uiam habeat aliunde, teneatur Vicinus uēdere seruitutem itineris cum minore damno fundi sui pro pręcio statuendo arbitrio iudicantis, prout sibi iustum, & æquum uidebitur: Et si quis longo, seu longissimo tempore iuerit per terram alienam Domino ignorante, eidem Domino nullum pręiudicium generetur, nec circa seruitutem perscribendam in aliquo præiudicetur: Et in dubio ignorantia præsumatur, nisi talis ignorantia fuerit crassa, & supina.

De Singularibus personis Communium conueniendis, pro debitis ipsius communis. Cap. CLXIII.

STatuimus, & Ordinamus q; si qua Vniuersitas, uel Commune Lucensis districtus, seu fortiæ ciuitati lucẽsi, uel alicui singulari personæ subiectæ iurisdictioni lucensis ciuitatis, teneretur occasione alicuius debiti, ex quacunq; causa, Quilibet de dicto Communi, & Vniuersitate sit obligatus insolidum, et teneatur, & teneri intelligatur: et conueniri, et exigi insolidum quilibet possit: Et si contra Communitatem, uel Vniuersitatem aliquam processum fuerit ad Sententiam, uel Condemnationem, occasione alicuius contractus, uel quasi, uel occasione alicuius maleficii, uel quasi, possit procedi, & executio fieri cõtra quemlibet singularem dicti Communis insolidum, tam in personam, q̃ in bonis, ac si talis singularis esset, uel fuisset nominatim, & personaliter, & insolidum obligatus, seu condemnatus, non obstante q; nomen, & pronomen talium singularium personarum in huiusmodi contractibus, obligationibus, processibus, & sententiis specialiter non sit expressum. Et sic Officiales obseruare teneantur sub pœna librarum quinquaginta pro qualibet uice, et qualibet persona cõtra quam executio facta esset, regressum habeat, & habere possit contra dictum com-

mune obligatum,& contra alios singulares dicti communis,& perinde fiat ei ius,et simili modo, prout contra eam factum fuit: Et quantumcunque commune antiquitus se obligauerit ad aliquid dandum,uel faciendum, nihilominus omnes,et singuli,qui a principio tempore contractus celebrati, uel obligationis contractae fuissent de dicto communi obligato, et eorum descendentes,et quilibet ipsorum sint, et intelligantur insolidum obligati. Et licet irent ad habitandum in alio communi,nihilominus ipsi, et eorum descedentes,et quilibet ipsorũ,etiã si dictorũ obligatorũ heredes nõ existerent, sint pro dicto debito, uel contractu, uel quasi insolidum obligati. Caeterum si aliquis,qui non fuisset de dicto communi tempore contractus celebrati,uel obligationis contractae,sed de alio communi oriundus, uel forensis,iret ad habitanuum in dicto communi obligato,et factus esset de dicto communi obligato,tam ipse, q̃ eius descendentes, et quilibet ipsorum ad ipsum debitum insolidum teneantur hoc modo,uidelicet, quia in obligatiõibus,ex quibus quid annuum praestandum uenit,teneantur ipsi,et quilibet descendentium insolidum pro illis tantummodo praestationibus,quarum dies cessit,et uenit postquã factus est de hominibus dicti communis, pro praeteritis uero prestationibus,quarum dies cessit,et uenit anteq̃ factus esset homo dicti cõmunis,nec ipse,nec eius descẽdẽtes ullatenus teneãtur. In aliis autem obligationibus,ex quibus nonquid annuum,sed unica praestatio fieri debet contractis,antequam factus esset homo dicti communis, nec ipse,nec eius descendentes ullatenus teneantur, etiam si dies obligationis cessisset,et euenisset,postquam factus fuisset homo dicti cõmunis, quia in hoc casu principium contractae obligationis inspici Volumus, nõ tẽpus quo cessit,et uenit dies obligationis,et hoc ita demum procedat, nisi ex tali obligatione,ex qua unica praestatio fieri debet,aliquod commodum,siue utilitatem ipsũ cõmune sortitum esset,quae utilitas adhuc duraret,et ex ea participaret is,qui homo dicti communis factus esset,uel sui descendentes, Nam in hoc casu Volumus eum,et eius descẽdentes insolidum teneri ad ipsum debitum: Et casus in quibus diximus forensem, siue ex alio communi oriundum transeuntes ad commune obligatum,et eorum descẽdẽtes ad debita dicti communis contracta,antequam facti essent homines dicti communis teneri, Intelligãtur,quam diu ipsi,et eorum descendentes in dicto communi habitauerint,et onera communis substinuerint. Sin autem ipsi,uel eorum descendentes de dicto communi recesserint, et ad alium locum ad habitandum iuerint,nullatenus ad dicta debita teneantur: Et quae dicta sunt de recedentibus de communi,in quo obligati sunt,uel de euntibus ad habitandum in alio communi,non referantur ad onera aestimi, sed in illis seruentur statuta de materia loquentia.

De Summaria ratione reddenda ei,qui pro alio soluerit condẽnationes datas,collectas,seu gabellas. Cap. CLXIIII.

Statuimus

STatuimus q si qua persona soluerit ciuitati lucensi,uel alicui Camerario dictæ ciuitatis pro dicta ciuitate recipienti pro alia quacunq persona,uel uniuersitate,aliquas pecuniarum quantitates,in quibus talis persona, uel uniuersitas,pro qua solueretur,esset quomodolibet obligata lucensi ciuitati ex contractu,uel quasi,uel pro maleficio,uel quasi,uel occasione alicuius cōdemnationis,uel Gabellæ,seu Datiæ,uel Collectæ,uel ex alia quauis ratione, si de dicta solutione appareat scriptura manu Notarii deputati ad officium in aliqua curia,in qua fuerit solutio supradicta,fiat tali soluēti ius summarium, et expeditum, et contra talem personam,pro qua facta esset, procedatur ad quamlibet executionem,et ad personalem detentionem, et ad carcerationem,et ad prædam,et ad tenutam,et ad assignationem insolutum,prout uoluerit,et petierit talis soluens,ac si dicta talis persona esset cōdemnata,et conuicta,et succedat dictus soluens in locum, ius,et priuilegium lucensis ciuitatis. Verum si quis Officialis,seu Iudex requisitus prædicta non seruauerit cum effectu,puniatur a libris uigintiquinq usq in centum,arbitrio Sindici,Et a prædictis executionibus non possit appellari,supplicari,uel querela moueri,nec contra eas ad aliquem Iudicē recursus haberi: Et quod dictum est de soluente,idem intelligatur in omnibus,et p omnia in compēsate. Ac etiam Statuimus,q ille Iudex,Officialis,uel Exactor coram quo dictæ Datiæ,Gabellæ,Collectæ,uel Condemnationes soluerētur,uel compensarentur,teneatur,& debeat ad petitionē talis soluentis, seu compensantis dare,et assignare in prædam,uel insolutum de bonis debitoris usq in ea summa,quam soluisset,seu compensauisset,et in expensis,quæ fierent occasione dictæ Dationis insolutum,facta prius æstimatione p æstimatores lucensis ciuitatis, Saluo semper iure aliarum personarum potiora iura habentiū,Et talis Datio,et Adiudicatio insolutū,ualeat,nō obstāte,q talis Officialis alias nō esset Iudex cōpetens in pdictis,Et intelligatur solutio pbata,etiā p confessionē camerarii,q̄uis de reali numeratione nō appareat.

De Conseruando indemnes eos,qui intercesserint apud ciuitatem lucensem. Cap. CLXV.

SI qua persona intercesserit,seu promiserit pro aliqua persona undecūq sit,apud Lucensem ciuitatem, uel Officiales Lucensis ciuitatis ex causa maleficii,uel quasi,uel pro pecuniis,quæ ciuitati Lucensi quomodolibet deberentur,uel ex alia quacūq causa,siue ex inde talis fideiussor,seu expromissor aliquid soluerit, siue non, siue damnum fuerit passus, siue non,siue dies soluendi aduenerit,siue nō, siue diu fuerit in obligatione moratus,siue non,si talis fideiussor,uel promissor fidem fecerit per publicum instrumentum de Intercessione, uel Obligatione, uel Promissione prædicta, siue per acta publica, siue per chartam conseruationis indemnitatis,ad petitionem talis fideiussoris, seu promissoris, teneatur, et debeat Officialis, seu

Iudex competens infra octo dies postq̃ inde fuerit requisitus ei,qui prædicto modo intercesserit,uel pmiserit,seu eius heredibus assignare,& assignari facere de rebus mobilibus,& immobilibus talis personæ,pro qua se obligauerit usq; ad ualorem quãtitatis pro qua se obligauerit, si fuerit quantitas certa. Et si quantitas pro qua se obligauerit non sit certa,uel si factum, uel interesse in tali pmissione sit deductum, Teneatur Officialis assignare, & assignari facere tot,& tãta de bonis,quæ uerisimiliter sufficere possint ad conseruandum talem promissorem,seu intercessorem indemnem ab obligatione prædicta,& etiam si talis fideiussor,uel promissor uoluerit q̃ dicta talis psona pro qua obligatio facta esset,capiatur , et tamdiu in carceribus detineatur,donec tali fideiussori,seu promissori sit plene satisfactum: Et ad prædicta procedi debeat de facto,etiam reo non citato. Si quis autem Officialis in aliquo cõtrafecerit,puniatur in libris quinquaginta, uel ultra,usq; in ducentas arbitrio.D.Sindici,in quibus debeat sindicari.

De Conseruando indemnes eos , qui pro aliis intercesserint apud priuatam personam, Cap. CLXVI.

ET quęcunq; persona intercesserit,fideiusserit,seu se obligauerit pro quauis persona,undecunq; sit,apud priuatam personam,uel apud uniuersitatem ex quacũq; causa,quæ dici,uel excogitari posset,de qua fideiussione appareat publicum instrumentum, seu charta promissionis de conseruando talem fideiussorem,seu promissorem indemnem , siue talis intercessor soluerit,siue non: et siue damnum aliquod passus fuerit, siue non, etiam si dies soluendi non cesserit,uel diu in obligatione moratus nõ fuerit ad petitionem talis fideiussoris teneatur principalis,pro quo talis fideiussio,uel pmissio,uel obligatio facta foret infra decem dies continuos,postq̃ inde fuerit requisitus facere,& curare ita,& taliter quod dictus talis intercessor liberetur per creditorem,uel infra dictum tẽpus dare,& assignare eidem tot,et tanta de bonis suis,quæ communi ęstimatione ualeant quantitatem,uel interesse pro qua,seu pro quo intercesserit,uel aliter eidem fideiussori p fideiussoriam cautionẽ cauere de conseruando eum indẽnem. Quæ si dictus talis debitor non obseruauerit,seu adimpleuerit infra decẽ dies postq̃ inde fuerit requisitus,teneat̃ Iudex,et Officialis cõpetens contra talem psonam pcedere ad capturã,et psonalem detẽtionem,uel ad assignandum de bonis suis dicto intercessori,et seu promissori tot,et tanta bona, quæ ualeãt tãtum,p quanto intercesserit : Et si quãtitas p qua intercesserit sit incerta,teneatur assignare tot bona , quæ uerisimiliter arbitrio Iudicis sufficere possint ad cõseruandum eum indemnem : Et ad prædicta dictus Officialis, et Iudex competens procedere teneatur summarie,et de plano, sine strepitu,et figura iudicii,et nullo iuris,et statutorum ordine seruato : Et prædicta non uendicent sibi locum in fideiussoribus,seu intercessoribus,seu pro-

missoribus

missoribus ex causa dotis restituendę,seu tutelę,& curę,uel pacis,in quibus seruentur iura communia.

De modo procedendi contra conductores,finito termino locationis. Cap. CLXVII.

STatuimus,q̃ si de aliqua locatione appareat publicum instrumẽtum, & ex ipsius instrumenti tenore pateat,q̃ terminus locationis sit finitus,Iudex competens teneatur ad petitionem locatoris,uel eius heredum, & habentium ab eo ius,uel causam,præcipere,& mandare cõductoribus,& eius heredibus,& in eius locũ succedentibus, quatenus debeant cũ effectu infra terminũ arbitrio iudicis statuendũ,dũmodo unius mensis spacium nõ excedat,disgomberare,& liberam,& uacuam locatori, uel habenti ab eo causam,dimittere rem locatam,ita q̃ locator,& qui causam haberet ab eo, liberam,& uacuam,& expeditam habeat possessionem rei locatæ,ad pœnam,& multam dicti iudicis arbitrio auferendã:dũtamen maior pœna imponi nõ possit,q̃ cõtineatur in Capitulo posito sub Rubrica De modo multarum. Et cõtra pdicta cõductor nullas possit defensiões proponere, uel allegare. Volumus tamen q̃ dicta dilatio ualeat per iudicem prorogari usq; in dies quindecim ad eius arbitrium. Verum si in termino sibi assignato uacuã conductor nõ dimiserit locatori,puniatur arbitrio iudicis,secũdum formã dicti statuti De modo multarũ: et nihilominus manu militari eiciatur, & expellatur. Si quis autẽ Officialis,& Iudex a locatore, uel habentibus ab eo causam requisitus,prędicta non seruauerit,puniatur in libris centum, in quibus debeat sindicari,& a processibus,pceptis,& condẽnationibus,& executionibus factis occasione prædicta nõ possit appellari,supplicari,uel querela moueri,uel ad aliquem iudicem cõtra prędicta pcepta, uel processus, recursus haberi. Et nihilomus etiam teneatur conductor pensionẽ,& reddittam soluere pro tẽpore,quo tenuerit rem locatam. Si autem de locatione non appareat publicũ instrumẽtum,tunc a præcepto non debeat incohari,sed procedatur in causa summarie,& de plano,sine strepitu,& figura iudicii,& nulla iuris,& statutorũ solẽnitate seruata,& omisso etiam ordine iudiciorum. Et si per probationes factas constiterit q̃ terminus locationis sit finitus,tunc etiam non expectata diffinitiua sententia procedatur ad prę ceptum,iuxta formã superius declaratam,& a processibus,prę ceptis,& executiõibus propterea factis,nullo modo ualeat appellari,supplicari, uel querela moueri. Cæterũ si terminus locationis finitus nõ esset,locator,& qui causam haberet ab eo,teneatur,& debeat relinq̃re conductori rẽ locatã usq; ad terminũ locationis,& etiã defendere cõductori rem locatã ab oibus personis,& locis eã imbrigantib.nisi i casib.declaratis in statuto posito sub Rubrica De re locata ad certũ tẽpus nõ reuocãda. Si quis autẽ locator pdicta nõ seruauerit,aut in aliquo cõtrafecerit,puniaẽ qualibet uice i libris centũ.

De mittendis heredibus in possessionem rerum hereditariarum. Cap.CLXVIII.

SI post aditam hereditatem is, qui defunctæ personæ successit, coram iudice produxerit testamentum per nuncupationem, siue in scriptis códitum, de quo appareat publicum instrumẽtum, uel aliter legitime de uoluntate testantis docuerit, & petierit se immitti in possessionem bonorum, quæ remanserunt in hereditate defuncti, Iudex competens, uidelicet Dominus lucen. Potestas in ciuitate lucen. & in districtu sex milliariorum, & quilibet Vicarius in sua uicaria teneatur illum mittere secũdum dispositionem legis finalis, Codice de ędicto diui Adriani, cuius legis beneficium competat heredibus primi gradus infra annos quinq; a die mortis testatoris proxime numerandos. Substitutis uero competat infra terminũ incohandũ a die, qua substitutio locum habere cępisset, quibus dilationibus decursis, non habeat locum beneficium dictæ legis, Reseruato iure, si quod competeret in petitorio uia ordinaria agendo.

De modo cognoscendi de causis uertentibus quotiens dubitetur, in quo cómuni, uel territorio sint aliquæ terræ situatę. Cap.CLXIX.

QVotiens dubium foret, in cuius cómunis territorio, & confinibus, aliquæ terræ sitæ forent, habeatur recursus ad libros mensurationum terrarum, & ad libros extimorum, quibus detur in hoc plena fides. Et Iubemus ꝙ omnes terræ intelligantur situatæ in confinibus illius cómunis, infra cuius confines huiusmodi terræ reperirentur scriptę in libris terrarũ mensurationum, uel in libris extimorum, nisi contrarium probaretur. Si uero per huiusmodi libros non appareret, Tunc Potestas lucen. in ciuitate lucen. & eius districtu, & quilibet Vicarius in sua uicaria debeat ĩfra unum mensem, postquam inde fuerit requisitus, conuocare Consules, Officiales, & Seniores duorũ, uel trium, uel quattuor cómunium circũstantium propinquorum, ipsosq; compellere per iuramenta, & per alia iuris remedia, ut instruant in quorum territorio sitæ forent: Et ultra hoc probationes recipiant per testes, & per instrumenta, et per inspectionem lapidum finalium confines terminantium, et per alias coniecturas uerisimiles, et demum per sententiam declaret in cuius territorio huiusmodi terræ sitæ forent. Verum ubi ueritas sub dicta forma nequeat reperiri, possit. D. Potestas in ciuitate lucen. et eius districtu, et quilibet Vicarius in sua uicaria huiusmodi terras adiudicare illi cómuni, de quo, et prout sibi cómodius uidebitur, inspecta loci uicinitate, et inspectis indiciis, et uerisimilitudinib. quas habere potuerit, et quod sic fuerit declaratum, plenam obtineat firmitatem. In ꝑmissis autem prẹfatus dominus Potestas in ciuitate lucen. et eius districtu,

& quilibet Vicarius in sua uicaria procedere possint summarie, & de plano sine strepitu, & figura iudicii, & sine ordine, uel solẽnitatibus iuris, & statutorum, prout uoluerint. Et a sententiis, processibus, & praeceptis, propterea prolatis nullo modo possit appellari, supplicari, uel q̃rela moueri, uel ad aliquẽ iudicẽ cõtra eas, uel ea, recursus haberi, cõtrarietate aliqua nõ obstãte.

De quaestionibus, quę uerterentur inter communia lucen. districtus, occasione territoriorum, seu terminorum, seu occasione alicuius Fluminis, seu Riui. Cap. CLXX.

AD tollendam materiam scandalorum Statuimus q̃ si qua lis, quęstio, uel controuersia inter aliqua cõmunia, uel uniuersitates lucen. districtus occasione territoriorum, seu confinium, seu terminorum, seu occasione decursus alicuius fluminis, seu riui, uel aquae, oriretur, uel quomodolibet uerti posset, seu speraretur, Dominus lucen. Potestas ad requisitionem alicuius ex dictis cõmunibus, seu Sindici habentis ab aliquo de dictis communibus ad hęc mandatum, compellat de facto, & sine aliqua solẽnitate capis pignoribus, & multa indicta, & etiam per detentionem personarum, ipsa cõmunia ad compromittendum, & compromissum faciendum in arbitratores, & cõmunes amicos, quos Potestas cõpellat acceptare, uiribus sui officii, omni excusatione cessante. Et si altera pars cõtumax extiterit, et negligens ad eligendum suum arbitratorem in termino sibi dato, Dominus lucensis Potestas, & eius Vicarius pro tali parte cessante, & negligente eligat, et auctoritate praesentis statuti eligere debeat illum arbitrum, seu arbitratorem, quem idoneum, et discretum putauerit. Et qui sic electi fuerint, teneantur, et debeant personaliter accedere ad loca de quibus est quaestio, et illa subiicere propriis oculis, et homines antiquos, et senes tam cõmunium litigantium, q̃ cõmunium circũstantium examinare, et partium iura inuestigare summarie, et de plano, sine strepitu, et figura iudicii, et nullo iuris ordine obseruato, et absq; aliquo processu. Et possint etiam secundum eorũ conscientiam iudicare. Et si nõ fuerint in cõcordia, Tertius eligatur per dominum lucen. Potestatem. Et quicquid per dictos arbitratores, seu communes amicos, uel duos ex eis, cognitum, et decisum fuerit, ualeat, et plenũ sortiatur effectum, et debeat executioni mandari. Et D. Potestas sic illud obseruari facere, et partes ad ratificationem, et executionem laudi compellere teneatur, nec a tali sententia, seu laudo possit quomodolibet appellari, uel ad aliquẽ contra dictũ laudũ quomodolibet recursus haberi, nec peti possit reductio ad arbitriũ boni uiri, partiũ tamen cõcordia semper salua.

De faciendo summariam rationem hospitibus, sine aliqua appellatione. Cap. CLXXI.

STatuimus, quod hospitibus hospitatis côtra suum hospitem hospitantem, & côtra caupones de iuectis, & illatis in hospitio, siue in taberna, & ipsis hospitibus contra hospitatos pro expensis factis, uel pro creditis contractus cum hospitatis fiat, & fieri debeat per Dominum Lucensem Potestatem, uel eius Iudicem, uel per Officialem Fundaci in ciuitate lucen. & eius districtu: Et per quelibet Vicarium in sua uicaria ius summariû, & expeditum, sine strepitu, & figura iudicii solênitatibus, & substantialitatibus iuris, & statutorum non seruatis, & omnibus dilationibus reiectis, & etiam si iudicanti uidebitur absque aliquo processu super prædictis Concedentes Domino lucen. Potestati, & Officiali fundaci, & cuilibet Vicario in sua uicaria plenum arbitrium audiendi, ueritatem inquirendi, & se informandi prout suę discretioni uidebitur. Et quâlibet appellationem î hoc casu Remouemus præcludentes in prædictis potentiam appellandi tam a quolibet processu, & præcepto, quam etiam a diffinitiua: Et prædicta omnia uêdicent sibi locum in omnibus causis, in quibus peterentur mercedes, & salaria famulorum, & operariorum contra, & aduersus eos, qui dicerêtur eos conduxisse sub certa mercede, uel prætio ad rationem anni, uel mensis, uel ad opus faciendû, uel ad operas singulis diebus præstandas, & contra eos, a quibus peterentur uecturæ equorum, uel equarum, uel mulorum, uel mularum, uel mercedes pro rebus portatis cum curribus, uel salmis, uel alio quouis modo.

De modo procedendi in causis minoribus, quarum quâtitas, extimatio, uel interesse, esset de Florenis uigintiquinque, uel abinde infra descensiue. Cap. CLXXII.

CVm paruæ quantitatis causæ celeritatem desiderent, ne maior sit expêsarû sumptus, quam sentêtię fructus. Ideo Statuimus, quod oîbus, & î singulis litibus, & causis, quarum quâtitas, extimatio, uel interesse, esset de Florenis. xxv. uel ab inde infra descensiue, procedatur, & procedi debeat summarie, et de plano, sine strepitu, & figura iudicii, & nulla iuris, & statutorû modum, & ordinem procedendi côcernentium, solennitate seruata, et ordine iudiciorum etiam non seruato. Sed Declaramus, quod etiam in prædictis causis minoribus obseruari debeât statuta respicientia decisionem causarum. Et in talibus causis si reus citatus contumaciâ contraxerit, procedatur contra eum ad prædam, uel ad tenutam, uel ad mulctam, prout actor uoluerit, obseruando propterea formam statuti positi sub Rubrica De modo procedendi contra reum contumacem in ciuilibus. Et etiam obseruentur statuta, quæ contra reum contumacê ordinata sunt, tam circa prædam, quam circa tenutam, quam etiam circa mulctam indicendam. Si autem reus citatus comparuerit in termino, seu si côtumaciam restitutis expênsis purgauerit, tunc qualiscûque petitio actoris, etiam inepta, seu non recte formata admittatur, dûmodo sit talis ex qua sententia ferri possit, qua exhibita si Iudex

fuerit

fuerit competens nulla prorsus exceptio admittatur, sed teneatur reus habita copia petitiōis in termino negare, uel cōfiteri ea, quę ī ipsa petitione cōtinentur. Et si fuerit confessus, pro cōuicto habeatur, et fiat sibi preceptum secundum formam statuti positi sub Rubrica de confessis. Et si negauerit detur utrique parti terminus ad probandum incumbentia usque in octo dies utiles, ad arbitrium iudicis, et alia dilatio dari non possit. Concedimus tamen quod dicta dilatio prorogari possit usque in quattuor dies utiles, et non ultra, sed ad reprobandum possit dari terminus usque in sex dies utiles, et non ultra. Et omnes, et singulae exceptiones dilatoriae, et peremptoriae, quae reo competerent, simul cum causae meritis cognoscitur, ita quod nulla prorsus exceptio possit impedire processum, nō obstante statuto posito sub Rubrica De exceptionib. impedientib. processum, quod statutū solū in causis maioribus, non autem in causis minoribus Disponimus obseruari. Adiicimus tamen quod exceptio iudicis incōpetentis, etiā in causis minorib. possit opponi, seruata tamen forma statuti positi sub Rubrica De exceptiōe iudicis incōpetentis, quia nostrae intentionis est, quod quilibet iudex limites suae iurisdictionis diligenter obseruet, nec illos trāsgredi possit sub prętextu minorum causarū. Et demū iudex cōpetens, qui in dictis causis minoribus processerit, decurso termino tam ad probandū, quam ad reprobandū assignato, & publicatis attestationib. & iuribus partium productis, & diligenter examinatis, curet causam ipsam celeriter per sententiam diffinitiuę terminare per se ipsum absque consilio, uel colloquio sapientis. Cōcedimus tamen praedictis non obstantibus Vicariis uicariatū licentiam quod habere possint, & sequi, consilium sapientis, tam in diffinitiua, quam in quacūque interlocutoria, prout plene Disposuimus supra de consilio sapientis habendo in causis ciuilibus. Pręterea Volumus, quod in dictis causis minoribus Datia solui debeat secūdum formā statuti positi sub Rubrica De datia soluēda in causis principalibus. Caeterum ad maiorem euidentiam Declaramus, quod in dictis causis minoribus, tam in diffinitiua quam in interlocutoria statuta respicientia decisionē causarum debeant obseruari, quāuis seruari non debeant statuta, quae litis ordinationē, seu modum procedēdi respiciant, sicut superius est expressum. Sed ne reus pluribus uexetur instantiis, Volumus, quod praedicta in praesenti Capitulo contenta, locū habeant quotiēs dicta quātitas, uel extimatio, uel interesse, non descendat de maiori summa, uel quātitate, seu de maiori extimatione florenorū. xxv. quod si de maiori quātitate debiti, uel extimationis descenderet, uia ordinaria, libelli oblatio, & statuta respicientia modū, & ordinem procedendi uendicēt sibi locū. Praeterea pro faciliori expeditione minimarū quaestionū Disponimus, quod causae, & quęstiones, quarum quātitas, extimatio, uel interesse, esset de floreno uno, uel de minori summa, usque in tres inclusiue, qui nō descēderent de maiori summa, uel quātitate, uel extimatione florenorum trium, possint decidi, & terminari non solum per legi

timas probationes, sed etiam per solum sacramentum, & seu per præsumptiones, & indicia, arbitrio iudicantis, & prout suæ discretioni uidebitur.

De sententia lata in causis minoribus. Cap.CLXXIII.

AD refrenãdas expensas, q̃ sępe excedunt quantitatẽ petitã, Statuimus, & Ordinamus, q̄ si sentẽtia lata in causis minorib. proferatur de, & super quantitate, uel extimatione Florenorum.xxv. uel ab inde infrà, debeat accipi pro ueritate ita q̄ immediate, ut lata est, executionem mereatur, non expectato alicuius temporis, uel diei cursu. Et in rem iudicatam transeat, & transiuisse intelligatur, & a tali sentẽtia nõ possit appellari, supplicari, uel de nullitate dici, uel querela moueri, uel ad aliquem iudicem cõtra eam recursus haberi. Et si appellaretur, ipsa appellatio nõ ualeat ipso iure, & ea nõ obstante debeat dicta sentẽtia executioni mandari, dumtamen expectetur cursus temporis in ipsa sententia ad soluendum dati, quo termino pendẽte in executione supersedeatur, sed eo decurso, executio fiat cum effectu. Si autem sententia lata excederet quantitatem, uel extimationem florenorum.xxv. tunc ab ea permittimus appellari, & de nullitate dici, & in executione supersedeatur appellatione pendente, uel saltem donec in rem transierit iudicatam, in qua executione seruentur statuta supra ordinata, de executione sententiarum.

Statutorum Lucensium, Liber primus explicit.

Index Capitum Secundi libri Statutorum Lucẽsis Ciuitatis.

de naturalibus

de rerum

LVCENSIS CIVITATIS STATVTORVM LIBER SECVNDVS.

CIuilium causarum ordinem,& modum in eis procedendi continet Liber primus, quis interdum in eodē libro aliqua dispositiue scripta sint, quæ litis decisionem respiciant. Sed quia nōnullos mores in nostra ciuitate antiquitas introduxit, qui ad litis decisionem tendunt, quæ in libro p̄cedenti cōmode collocari non potuerunt. Ideo de his in hoc Secundo Libro aliqua tractare decernimus.

De Testamentis. Cap. I.



REQVENTER In Iudiciis,& extra, diuersæ dubitationes de testamentis oriri consueuerunt, & sepe testatoris uoluntas peruertitur, quæ tamen debet quantum sit possibile, obseruari, & ideo ad ipsarum dubitationū declarationem Statuimus ꝙ omnia, & singula testamenta, de quibus appareant publica instrumēta, si tres testes masculi, & idonei fuerint in eis adhibiti, plenum robur obtineant etiam si tales testes non fuerint rogati, non obstante ꝙ maior numerus testium non interuenerit, dūmodo aliud iuris obstaculum non interueniat, uel obsistat, Declarantes ꝙ notarius nō debeat hoc casu in dictorum trium testium numero computari: Volumus tamen ꝙ in ipso instrumento debeant interuenire illæ publicationes,& solēnitates, quæ secūdum formam statuti ad ualorem instrumenti requiruntur. Et hæc etiam locū habeant in testamento cœci, nec ex defectu maioris numeri testium, uel ex defectu sigillorum, uel subscriptionum, seu aliarū solēnitatum in testamento cœci requisitarum, dictum testamētum ualeat impugnari. Et prædicta procedant,& locum habeant, si talia testamenta per ciuem lucensem, seu districtualē in ciuitate lucen. uel eius territorio, uel alibi ĩ Italia essent cōdita, q̄uis alias de iure, seu cōsuetudine, uel per statuta illius terre ĩ qua cōdita essent, maior solēnitas exigeret: Et ĩ hoc casu etiā respectu solēnitatis nō debeat ĩspici cōsuetudo, seu statutū loci ĩ quo cōdita essent, si maior q̄ p̄dicta solēnitas exigeretur. Si autē minor, tūc ualeant testamēta secūdū cōsuetudinē dicti loci facta, Verū si aliquis ciuis lucen. uel de territorio lucen. testamētum condiderit extra Italiā, si de tali testamēto appareat publicū instrumentū, in quo ultra notarium qui scripserit, ĩtercesserint duo testes masculi,& idonei italici, uel tres testes alterius cuiuscūq; nationis, ualeat, nec possit ĩpugnari eo p̄textu ꝙ alias de iure, uel cōsuetudine, uel p statuta dicti loci maior numerus testiū exigeret, si aliud iuris obstaculū non obsistat. Sed si in dicto loco in quo testamentū factū esset, minor solēnitas sufficeret, tunc etiā ualeat testamentū secundū consuetudinē, uel statuta dicti loci factum.

Si autem de testamentis in ciuitate lucensi,uel eius districtu conditis,nõ appareat instrumentũ publicum,tunc sufficiat numerus quinq; testiũ masculorum,& idoneorum,quorum depositionibus,seu subscriptionibus stetur tam de eo ꝙ testamentũ factum sit,q̃ etiam ꝙ sic factũ existat,& maior numerus non requiratur. Cæterum si quod testamentũ luce,uel in eius territorio,uel alibi ubicunque per ciuem,uel districtualem lucẽsem conditum manu propria testatoris descriptum appareat,si subscriptum sit a tribus testibus idoneis,& deinde subscriptum ab ipso testatore asserẽte in dicta subscriptione testes ipsos de eius uoluntate subscripsisse, plenum robur obtineat,siue dicti testes sciuerint ea quæ in dicto testamento continentur, siue ignorauerint,& etiã eo casu non uitietur testamẽtum si tales testes non fuerint rogati: Et non possit aliquod testamentũ impugnari ex eo,ꝙ testator heredem ore proprio non nominauerit,dũmodo de eius uoluntate appareat per scripturam. Præterea Volumus ꝙ clausula codicillaris,licet non esset in testamento,uel alia qualibet ultima uoluntate adiecta,nihilominus eam haberi Volumus pro adiecta in testamento,& in qualibet ultima uoluntate,in plenissima forma,nisi expresse constet de contraria uoluntate testantis. Nec dicatur filius, uel alius qui debet de iure,uel ex forma statutorum institui, uel exheredari pteritus, si sibi relinquatur quocunq; relicti titulo,sed habeatur perinde,ac si relictum esset iure institutionis prout habetur infra sub Rubrica De heredibus instituendis,& q̃uis in ultimo testamento de uerbo ad uerbum non forent inserta uerba contenta in clausula derogatoria,quæ in priori testamento cõtinerentur,nihilominus ualeat si appareat ꝙ testatorem pœnituerit generaliter de quibuscunq; uerbis derogatoriis,q̃uis dicta uerba nõ fuerint in ultimo testamẽto specialiter expressa,siue unum præcesserit testamentũ,siue plura,& quæ dicta sunt supra de ciue,uel districtuali lucensi condente testamentũ in ciuitate lucensi,uel eius districtu, extendi Volumus etiam ad forensem,qui in ciuitate lucensi,uel eius territorio conderet testamentũ. Decernentes insuper ꝙ nullus notarius,seu tabellio rogare,aut conficere possit aliquod testamentũ,seu codicillos alicuius habitatoris in ciuitate lucensi,uel eius districtu,nisi in eo,seu in eis,fuerit relictum aliquid operæ sanctæ Crucis.

De Codicillis,& Donationibus causa mortis. Cap. II.

SI in codicillis,de quibus appareat publicum instrumẽtum fuerint ultra notarium adhibiti duo testes masculi,& idonei,ualeant,& plenũ sortiatur effectum,nec maior testium numerus requiratur,& mulier non intelligatur in codicillis testis idonea, & hæc locum habeant, siue codicilli fuerint facti in ciuitatẽ lucen. uel in districtu,siue in alia quacũq; mundi parte, & siue fuerint conditi a ciue lucen. uel districtuali,uel etiam a forense. Et si de codicillis non appareret publicũ instrumentũ, tũc probari possint per

tres testes idoneos omni exceptione maiores, quibus plena fides detur de iis, quæ in ipsis codicillis continerētur. Et possint in codicillis dari tutores, et curatores, et intelligantur testamentarii. Si uero in ipsis codicillis continerentur fideicommissa uniuersalia totius hereditatis, uel alicuius quotę, tūc tales codicilli respectu dictorum fideicōmissorum non ualeāt, nisi in ipsis codicillis seruatæ fuerint solennitates requisitæ in testamentis, secundum formam statuti proxime præcedentis. Et ualeant codicilli, etiam si nō fuerint aliquo præcedenti, uel sequenti testamento confirmati. Et semper in eis intelligatur apposita illa clausula, quod si ex aliqua causa, quæ subesset tēpore conditorum codicillorum, uel postea quandocunq; non ualerent iure codicillorum, ualeāt ut donatio causa mortis, et omni alio iure, quo, et prout melius ualere possunt, et quamuis dicta clausula nō esset in codicillis apposita, nihilominus præsentis statuti authoritate habeatur pro apposita, et expressa: Et ualeat donatio causa mortis, quamuis non fuerit ibi præsens donatarius, uel alia persona pro eo.

De Legatis. Cap. III.

ET omnia, et singula legata, tam ad pias causas, q̄ aliter quomodocunq;, et ex quacūq; causa, et quibuscūq; psonis, et locis facta ualeāt, et peti possint post mortem testantis, etiam si hereditas adita non existat. Et ex legato nominis, uel iurium, et actionum, transeant in legatarium utiles actiones, adeo q̄ sine cessione agere possit.

De Heredibus instituendis. Cap. IIII.

DEcernimus q̄ sufficiat relinqui filiis, et filiabus, et ex eis descēdentibus quocunq; relicti titulo, nec ex eo quod nō sit eis relictū iure institutionis possit infringi talis ultima uoluntas, et iure institutionis quo ad hoc relictum intelligatur, sed si minus legitima fuerit relictum, possint agere perpetuo ad supplementum, et non ultra. Possit tamen pater, si uoluerit, liberos masculos, et fœminas ex se descendentes equaliter, uel inequaliter instituere, dumtamē masculis, siue fœminis in casu suo relinquere teneatur legitimam portionem. Possit etiam filios masculos, et alios ex se descendentes per lineam masculinam in totum instituere heredes, filiabus fœminis a successione exclusis, ita tamen q̄ filiabus dotem constituat idoneam, secundū formam statuti infra positi sub Rubrica De dote constituenda mulieribus, exclusis a successione per masculos, et in dotibus, quæ filiabus fœminis relinquerentur, non possit testator aliquod onus imponere, uel sibi, uel suis heredibus ius aliquod reseruare. Concedimus tamen, q̄ pater possit tam filium, q̄ filiam exheredare ex causis a iure permissis: Et institutus in re certa, quamuis aliquis heres scriptus non esset, non admittatur ad uniuersalē

successionē, sed loco legatarii habeatur, quantū ad hoc, ut plus cōsequi nō ualeat, et rē sibi relictam consequaẽ, nec uicietur ex eo testamentū, q nō fuerit in eo heres descriptus, quia Volumus q quantū ad ualorē testamenti p herede scripto habeatur, Et hoc nisi taliter institutus in re certa esset de liberis testatoris, qui pro instituto habeatur, & consequi possit, prout, & quantū iura communia, & præsentium statutorum forma disponunt,

De Fideicommissis, Cap. V.

RElicta p fideicōmissum non aliter peti possint, nisi adueniēte die, uel cōditione, sub qua relicta sunt. Interim autē pendente die, uel conditione, is a quo fideicōmissum tradi, uel restitui debeat, teneatur ad requisitionem eius, cui per fideicōmissum restitutio fieri deberet, inuentariū facere, & cautionem fideiussoriā interponere de rebus restituendis, prout de iure restitui debebunt: Et nisi dictā cautionem præstiterit, mittatur fideicōmissarius ex primo decreto in possessionē rerum hereditariarū, & agere possit ad noīa debitorū, & illa exigere, si in fideicōmisso noīa debitorū cōprehenduntur. Sed dicta fideiussione præstita, de possessione extrahatur, & oīa tribuantur ei, a quo fideicōmissum relictū sit: Et hæc quæ dicimus de cautione præstanda, nō uendicent sibi locum, si instituti in primo gradu fuerint de liberis, seu descendētibus testatoris, quo casu ad cautionē præstandam nullatenus teneatur. Adueniente autē die, uel conditione, qua fideicōmissum restitui debuisset, fieri debeat restitutio cum effectu, prout iura cōmunia uolunt. Et si rogatus requisitus negligēs fuerit in restituēdo, tunc etiā restitutione nō facta, possit is, cui restitutio fieri debuisset, agere ad nomina debitorū, si nomina fideicommisso compræhenduntur, & ad bona mobilia, & immobilia, quæ in fideicommisso ueniūt, & alia omnia in iudicio, & extra facere, ac si restitutio facta esset. Verum si rogati per fideicommissum de restituendo moniti, uel requisiti, acceptare, uel adire recusauerint, uel neglexerint, tunc ille, cui restitutio fieri debuisset, ad bona per fideicommissum admittatur, & pro eis agere, & disponere possit, ac si esset relictum iure directo, & ac si restitutio facta foret,

De Lege Falcidia, & Trebelliana. Cap. VI.

IVbemus q Leges Falcidia, & Trebelliana, et earum legum dispositio, uel effectus, in ultimis uoluntatibus uendicent sibi locum, nisi dictæ Leges, uel earum altera fuerint expresse, et specialiter a testatore prohibitæ. Iubemus insuper q nullus Notarius audeat, uel præsumat in aliquo Testamento, uel ultima uoluntate apponere clausulam prohibitiuam legis Falcidiæ, uel Trebellianicæ, nisi et a testatore specialiter, et expresse fuerit impositum.

De Naturalibus.

De Naturalibus liberis,& de aliis filiis ex damnato coitu procreatis. Cap. VII.

STatuimus q̄ si pater habuerit unum,uel plures, quotcūq; fuerint filios naturales tātum,nō de legitimo matrimonio natos ,si tales filii fuerint pcreati ex soluto,& soluta,ita q̄ inter eos matrimonium esse poterat,possit dictis filiis, uni,uel pluribus naturalibus extātibus filiis masculis,legitimis, & naturalibus,uel ex eis nepotibus,uel pronepotibus,ex masculina linea descendētibus,de legitimo matrimonio procreatis, relinquere usq; in sextam partem bonorum suorum,& non ultra,sed minus possit,si minus pater relinquere uoluerit.Ac etiā possit eis relinquere ultra prædicta,Victū, & Vestitum,usq; ad ætatem.xviii.annorū,et non ultra ; Et si filios masculos, legitimos,et naturales,uel ex eis nepotes,et pnepotes ex masculina linea descendentes de legitimo matrimonio procreatos nō haberet,sed haberet filiā fœminā unam,uel plures,uel neptes,uel pneptes,unam,uel plures ex descēdentibus legitimis,et naturalibus,idest ex masculina linea prouenietes legitimas,et naturales,tunc possit relinquere dictis filiis naturalibus uictum,et uestitū usq; ad ætatē.xviii.annorū,et usq; in quartā partē bonorum suorū, et nō ultra,sed minus relinquere possit prout patri placuerit,nō extātibus dictis filiis,uel ex eis nepotibus, uel pronepotibus,uel filiabus,uel ex dictis descendentibus legitimis, et naturalibus nepotibus, uel pronepotibus idest ex linea masculina descendentibus legitimis,et naturalibus,possit pater relinquere dictis filiis naturalibus Victum, et Vestitum usq; ad ætatē.xviii. annorum,et usq; in dimidiam bonorum suorum,& non ultra. Verum si pater decesserit ab intestato non extantibus dictis filiis, uel ex eis nepotibus,uel pronepotibus,uel filiabus,uel ex dictis descendentibus legitimis,& naturalibus neptibus,uel pronepτibus,idest ex masculina linea descendentibus legitimis,& naturalibus,relictis uno,uel pluribus filiis naturalibus tantūmodo de soluto,& soluta pcreatis,ut dictū est,uel si dictus pater in hoc pxime præcedēti casu decesserit cōdito testamento,ī quo de dictis filiis naturalibus nullā relinquendo fecerit mentionē,tūc dicti filii naturales unus, uel plures,quotcūq; numero fuerint,habeāt,& habere debeāt ab heredibus patris Victū,& Vestitū,usq; ad ætatē.xviii.annorū,secūdum uires,& facultates substantiæ paternæ.Et cum peruenerint ad ætatē.xviii.annorum,si unicus fuerit filius naturalis tantūmodo habeat,& habere debeat usq; in quartam partē bonorū patris,et nō ultra. Et si plures fuerint filii naturales ,tūc quilibet,qui ad ætatē.xviii.annorū peruenerit,habeat,et habere debeat partē sibi contingentē de dicta quarta,habito respectu ad cæteros filios naturales,et in hoc casu habeat locū ius accrescēdi inter dictos filios naturales,ut portio deficiēs uni,alteri accrescat:Et qd' dictū est de quarta parte debita filiis naturalibus ab intestato,uel cōdito testamento p patrē nulla facta mentione de eis,intelligatur arbitrio boni uiri, qui etiam minus possit arbitra-

ri consideratis facultatibus dicti quondam patris,et uita, et moribus dictorum filiorũ naturaliũ.Sed si pater qui decessit ab intestato,uel condito testamento, nullã prorsus mentionẽ de filiis naturalibus fecerit,relictis dictis filiis,uel ex eis nepotibus, uel pnepotibus,uel filiabus ,uel ex dictis descẽdentibus legitimis ,et naturalibus neptibus,uel proneptibus.i.ex linea masculina descendentibus legitimis , et naturalibus,tunc quilibet dictorum filiorũ naturalium habeat,& habere debeat Victum,& Vestitũ,usq; ad ætatẽ.x viii. annorum,& inter omnes habeãt,& habere debeant duodecimã partẽ bonorum patris,eo modo,& forma,put de quarta pxime dictũ fuit, singula singulis referendo,arbitrio boni uiri,qui minus possit etiã arbitrari,considera tis facultatibus patris,& moribus dictorum naturalium. Si autem aliquis haberet unum,uel plures filios natos ex incestuoso,uel adulterino,uel ex incestuoso,& adulterino,mistim,uel ex aliquo quocũq; dãnato,& illicito coitu,tunc si decesserit extãtibus dictis filiis de matrimonio procreatis, uel ex eis nepotibus,uel pnepotibus,uel filiabus,uel ex dictis descendentibus legitimis,& naturalibus neptibus,uel proneptibus,idest ex masculina linea descendentibus legitimis,& naturalibus,possit talis pater relinquere dictis filiis ex dictis dãnatis coitibus,ut dictum est pcreatis, Victũ,& Vestitum,donec peruenerint ad ætatẽ.x viii.annorum,& non ultra. Dictis autẽ filiis legitimis,& naturalibus,uel ex eis dictis nepotibus,uel pronepotibus,uel filiabus,neptibus,uel proneptibus,ut dictum est,non existentibus ultra dictũ Victum,et Vestitum,possit talibus filiis inter omnes relinquere duodecimam partem bonorum suorũ,et non ultra. Verum si pater talium filiorum ex dictis damnatis coitibus procreatorum,intestatus decesserit , uel si nihil eis in ultima uoluntate reliquerit,relictis dictis filiis,uel ex eis nepotibus,uel pronepotibus,uel filiabus,uel ex descendentibus legitimis,et naturalibus,neptibus,uel proneptibus,idest ex linea masculina descendentibus legitimis,et naturalibus,ut dictum est,tunc tales filii ex dictis damnatis coitibus procreati habere debeant alimenta de bonis patris,donec cõpleuerint ætatem.x viii.annorum,et non aliud. Non extantibus autem dictis filiis, uel ex eis nepotibus,uel pronepotibus,uel filiabus,uel ex dictis descendentibus legitimis,et naturalibus neptibus,uel proneptibus legitimis, et naturalibus,ut dictum est,ultra alimenta,quæ dicti filii ex dãnatis coitibus pcreati habere debẽt,habeant usq; in duodecimã partẽ bonorum paternorũ eo modo,et forma,prout de quarta ab intestato debita filiis naturalibus natis ex soluto,et soluta dictum est arbitrio boni uiri,qui possit etiam minus arbitrari consideratis facultatibus patris,et uita,et moribus dictorum filiorum ex dãnatis coitibus pcreatorum: Et semper in quolibet suprascripto rũ casuũ,in quo ex dicto patre extarẽt filii,uel ex eis nepotes,uel pnepotes, uel filiæ,uel ex dictis descẽdẽtibus legitimi,et naturalibus neptes,uel pnepotes.i.ex masculina linea descẽdẽtes legitimi,et naturales,ut dictũ est,teneantur, et debeãt filii naturales ex soluto,et soluta pcreati,cũ quibus matrimoniũ esse

moniū esse poterat,uel nati ex dictis dānatis coitibus,usq; ad ętatem completam.xviii.annorum ipsorum naturalium,seu ex damnatis coitibus procreatorum cum dictis filiis,uel ex eis nepotibus,uel pronepotibus,uel filiabus,uel ex dictis descendentibus legitimis,& naturalibus neptibus,uel pnepotibus.i.ex linea masculina descendēntibus legitimis.& naturalibus morari,& ipsorum utilitatem facere,& procurare,iuxta posse: Et quicquid lucrātur in dicto tēpore,cedat ad utilitatē prædictorū,a quibus alimenta reciperent, Et si cum prædictis morari noluerint,habere non debeant alimenta. Et si pater uoluerit supradictis filiis non legitimis inter uiuos aliquid donare,non possit assignare ultra dictas quantitates in suo casu declaratas, singula singulis referendo: Et si quid ultra donauerit, applicetur dictis filiis,uel ex eis nepotibus,uel pronepotibus,uel filiabus,uel ex dictis descendentibus legitimis,& naturalibus,neptibus, uel proneptibus, idest ex linea masculina descendentibus,legitimis,& naturalibus,secūdum ordinem successionis ab intestato,siue aliis,qui succederent ab intestato donanti, Intelligendo semper q pater extātibus filiis legitimis,& naturalibus, uel ex eis nepotibus,uel pronepotibus masculis,ex linea masculina descendentibus legitimis,& naturalibus,uel extantibus fratribus dicti patris legitimis ,& naturalibus ,uel dictorum fratrum filiis de matrimonio procreatis , non possit turres,uel patrimoniales domos in ciuitate lucensi,in totum,uel in partem relinquere,assignare,uel donare supradictis filiis naturalibus tantummodo,uel ex damnatis coitibus procreatis . Et quod supra dictum est, patrē posse relinquere sextam,uel quartam partem bonorum suorum filiis naturalibus ex soluto,& soluta procreatis,uel dictos naturales,ex soluto, et soluta procreatos in duodecima parte bonorum patris succedere, ita intelligatur,q dicti filii naturales,unus,uel plures,non plus habeant de bonis paternis q̄ sit dimidia eius,quod deberetur ex testamēto, uel ab intestato uni ex filiis,uel ex eius nepotibus,uel pronepotibus,uel filiabus,uel ex dictis descendentibus legitimis,& naturalibus,neptibus,uel proneptibus,ex masculina linea descendentibus,legitimis,& naturalibus,secundum ordinem successionis ab intestato,considerata portione illius, cui minus deberetur, qui superesset tempore mortis dicti patris . Filiæ uero naturales ex soluto, & soluta,inter quos matrimonium esse poterat,procreatæ, uel natæ,ex supradictis damnatis coitibus , debeant ab heredibus patris dotari, Et donec ad uiros transductæ fuerint alimentari arbitratu boni uiri, consideratis facultatibus patris,& qualitate personarum , & interim morari debeant cū supradictis legitimis,& naturalibus,& ipsorum utilitatē facere, & procurare,& quicquid lucrātur,cedat ad ipsorū legitimorū,& naturalium utilitatem, Et si cum prædictis morari noluerint, habere non debeant alimenta.

De Legitima Filiorum , & Filiarum, & aliorum Descendentium. Cap. VIII.

C Iulia iura dant quattuor, aut paucioribus liberis trientem, pro legiti-ma portione debita iure naturę, quinque uero liberis, aut pluribus dát semissem, sed in hoc, in fauorem liberorum a iuris cõmunis dispositione recedentes: Statuimus q legitima filiorum masculorum de matrimonio natorum sit, & esse debeat, tam in bonis patris, q̃ in bonis matris, hoc modo, uidelicet. Si fuerit unus filius, sit eius legitima triens, idest tertia portio bonorum, Si autem fuerint duo filii masculi, sit eorum legitima semis, idest dimidia. Si autem fuerint tres filii, aut plures quotcunque fuerint, sit eorum legitima bes, idest duæ partes de tribus partibus bonorum: Et si ex filio premortuo nepotes masculi de matrimonio nati superessẽt, siue unus, siue plures ueniant in locum eorum patris in stirpem, & non in capita, ita q unius tantum locum obtineant respectu legitimæ. Si autem filii masculi, uel nepotes masculi per masculinam lineam descendentes non supersint, tunc si extaret una filia fęmina de matrimonio nata, sit eius legitima quadrans, idest quarta pars bonorum. Si uero fuerint duæ filiæ fœminæ, sit earum legitima triens, idest tertia pars bonorum hereditatis. Si uero filiæ fœminæ fuerint tres, aut plures, sit earum legitima semis, idest dimidia totius hereditatis. Cæterum si ex filia fœmina præmortua supersint nepotes masculi, uocentur ipsi nepotes in locum suæ matris in stirpem, & non in capita ad ipsam legitimam. Si autem ex filia fœmina præmortua, non extarent filii masculi, sed fœminæ, tunc admittantur tales ex causa testati ad legitimam in stirpem, & non in capita, in casu quo uocari deberent ab intestato, si testamentũ factum nõ fuisset. Si uero ex dicta filia præmortua extarent masculi, et fœminæ, fęminę p masculos a dicta legitima excludantur, et semper in quolibet suprascriptorum casuum dos filiæ præmortuæ computetur in legitima dictorũ filiorum, seu filiarũ ex dicta filia præmortua. Ac etiã Declaramus, q si ex filio præmortuo non supsint nepotes masculi, sed neptes, tũc sit earum legitima prout supra De filiabus fœminis dictũ est, hoc semp declarato, q neptes ex filio premortuo, siue fuerit una, siue plures admittant̃ in capita, et non in stirpẽ cum filiabus defunctæ psonæ. Et hoc ita si alias ab intestato succedere deberent, quia semp nostræ intentionis est, q illi descẽdẽtes, siue fuerint masculi, siue fœminæ ex causa testati, ad legitimã uocentur secundũ dictã taxationẽ, quibus ex causa intestati hereditas deberetur, secundũ formã statuti infra pxime positi sub Rubr. De successionibus ab intestato, si testamentũ factũ nõ fuisset: Id semp obseruãdo q si ab ascẽdentibus minus fuerit relictũ, q̃ sit supra taxatũ, possint descendentes agere ad supplementum dictę legitimę portionis, secundum dictam taxationem: Et prædicta ubi tractetur de bonis matris, intelligi Volumus sine præiudicio lucri deferendi marito de rebus dotalibus, cui lucro nõ intendimus derogare. Et similiter p pdicta nõ intẽdimus statuti dispo nentibus q filii secundi matrimonii succedant in duabus partibus dotis, et corredorum, si mater eorum in eodem matrimonio decessent, Nec In-

tendimus

tendimus derogare Statuto, quo cauetur ꝙ in tertia parte dotis, et corredorum succedant filii præcedentis matrimonii.

De Successionibus ab intestato. Cap. VIIII.

DE successionibus, quæ ab intestato deferuntur hoc loco tractantes, Statuimus, ꝙ si qua persona ab intestato decesserit, siquidem ex ea supersint masculi descendentes per lineam masculinam legitimi, & naturales, illi in successione omnibus præferantur, secundum gradus prioritatem, & fœminæ extantibus dictis masculis excludantur, dumtamen fœminæ descendentes per lineam masculinam dotentur secundum formam Statuti infra positi, sub Rubrica De dote constituenda mulieribus exclusis a successione per masculos: Declarantes ꝙ si ex filio præmortuo superessent nepotes masculi, uel deinceps per masculinam lineam de legitimo matrimonio descendentes, admittantur cum filiis defunctæ personæ, de cuius hereditate tractatur in stirpem, & non in capita. Si uero nulli supersint masculi descendentes per lineam masculinam legitimi, & naturales, uocentur, & admittantur ad successionem defunctæ personæ filiæ fœminæ, & neptes ex filiis præmortuis in capita, & non in stirpem. Prædictis autem filiabus, & neptibus non extantibus uocentur, & admittantur nepotes, & neptes ex filiabus præmortuis in stirpem, & non in capita, ita tamen ꝙ extantibus nepotibus ex filia præmortua, neptes ex eadem filia a dictis nepotibus masculis excludantur. Cum quibus nepotibus in suo casu, & seu cum dictis neptibus in suo casu, concurrat ad dictam successionem pater defunctæ personæ, de cuius successione tractatur, si extat pro una uirili portione, connumerato quolibet stipite cuiuslibet filiæ, ex qua nepotes, aut neptes pcesserunt pro uno, non autem cônumeratis singulis nepotibus, aut neptibus ex filiabus pmortuis, et patre nô extâte admittatur in dicta uirili auus paternus, si extat, uel alius ulterior ascendens masculus personę defunctę p masculinâ lineam, si extat, salua gradus prærogatiua. Sed si pater, uel auus paternus, uel alius ulterior ascêdens masculus p lineam masculinâ non extaret, concurrant, et admittâtur in dicta uirili portione cum prędictis nepotibus, seu neptibus in casu suo fratres defunctę psonę, siue unus, siue plures, quotcûq; fuerint ex utroq; parête, uel ex patre tantû côiuncti, et similiû fratrû filii in stirpê. Qui oês fratres, et fratrû filii in dicta successiôe pro uno habeantur, ita ꝙ de dicta successione, ad quâ cû nepotibus, seu neptibus supradictis admittuntur, nô plus habeant, quâ habuissent pater, uel auus, uel alius ulterior ascendens defunctæ personæ, si extaret: Et si fratres, unus, uel plures, uel dictorum fratrum filii non extarent, tunc dicti nepotes, aut neptes in casu suo ex filiabus præmortuis succedant in totû, si ex defuncta psona nô extarêt filiæ fœminæ, seu neptes ex filio pmortuo, aut pater, uel auus, aut alius ulterior ascêdês p lineâ masculinâ, ut dictû, et ordinatû est,

Declarantes etiam q̄ si filii masculi ex eodem patre, sed ex diuersis matribus supersint, æqualiter succedant per capita in hereditate paterna. In maternis autem bonis, unusquisq; ueniat ad suæ matris successionem. Prædictis autem masculis, uel fœminis non extantibus, uel hereditatem repudiātibus, tunc succedant ascendentes masculi per lineam paternam uenientes. Et primo pater defunctæ personæ, si extat, ipso autem non extante, succedant alii ulteriores masculi per lineam paternam ascendentes, salua gradus prærogatiua, qui admittantur ad hereditatem defunctæ personæ, tam in bonis profecticiis, q̄ aliis quibuscunq;, undecunq; quesitis, præter quam in dote matris, & in bonis obuentitiis ex linea materna defunctæ personæ, de cuius hereditate tractatur, in quibus dote, et bonis ex linea materna obuentis, succedant fratres defunctæ personæ, utrinq; coniuncti, et similium fratrum filii masculi in stirpem, et non in capita. Et si dicti fratres, uel dictorum fratrum filii non extarent, siue hereditatem repudiarent, succedant in dictis dote, et bonis, ex linea materna obuentis, sorores utrinq; coniunctæ, una cū filiabus ex fratribus præmortuis utrinq; coniūctis in stirpē, et non in capita. Saluo tamen patri, et cæteris ascendentibus iure usufructus in dictis dote, & bonis a dicta matre obuentis, prout de nostro iure municipali, uel communi deberetur. Et si dicti fratres, uel sorores, aut dictorum fratrum filii masculi, uel fœminæ non exstarent, tunc pater, si extat, uel alii ascendentes masculi per lineam paternam, patre non extante, succedant in totum, salua gradus prærogatiua. Prædictis autem descendentibus, siue ascendētibus masculis p lineā maternā uenientibus, non extantibus, uel hereditatem repudiantibus, succedant fratres defunctæ personæ, ex utroq; parente coniuncti, siue ex patre tantum, & similium fratrum filii masculi in stirpem, & non in capita, in omnibus bonis defunctæ personæ, undecunq; quesitis, præterquam in dote matris, & aliis bonis, quę a matre, uel ex linea materna ipsi defunctæ personæ obuenissent. Sed prædictis fratribus ex utroq; parente cōiunctis, siue ex patre tantum, & similium fratrū filiis non extantibus, succedant sorores ex utroq; parente cōiunctæ, siue ex patre tantum, una cum filiabus ex præmortuis fratribus utrinq;, uel ex patre tantum cōiunctis in stirpem. In dote uero materna, & aliis bonis, quæ a matre, uel ex linea materna ipsi defunctæ personæ obuenissent, succedāt fratres utrinq; cōiuncti, & similium fratrū filii masculi in stirpē, & nō in capita. Fratribus autē utrinq; cōiunctis, & similiū fratrum filiis masculis nō extantibus, in dictis dote materna, & aliis bonis ipsi defunctę psonę a matre, uel ex linea materna obuentis, admittantur sorores ex utroq; parente coniunctæ, una cum filiabus ex præmortuis fratribus utrinq; coniunctis in stirpem, & non in capita. Sed prædictis fratribus, et sororibus utrinq; coniunctis, et dictorū fratrum filiis masculis, uel fœminis nō extātibus, succedant in dictis dote, et bonis ex linea materna prouenientibus fratres ex patre tantum cōiuncti, et similiū fratrū filii masculi in stirpē, et nō in capita.

Et dictis

Et dictis fratribus ex patre tantum coniunctis, et similium fratrum filiis masculis non extantibus, succedant in dictis bonis maternis, sorores ex patre tantum coniunctæ, una cum filiabus ex fratribus præmortuis ex patre tantum coniunctis in stirpem, & non in capita. Sed prædictis personis, uel aliqua ex eis non extantibus, uel hereditatem repudiantibus, succedant in omnibus bonis undecunq; quesitis, parrui ipsius defunctæ personæ, & filii masculi patruorum præmortuorum in stirpem, & non in capita. Quibus non extātibus succedant alii agnati masculi coniuncti ex linea transuersali usq; ad tertium gradum inclusiue, salua gradus prioritate, & ueniant in capita, & non in stirpes. Prædictis autem, uel aliquo eorum non extantibus, succedat mater defunctæ personæ, si ad secunda uota non transiuerit, et uidualem uitam seruauerit. Matre autem prædicta non extante, uel ad successionem, ut supra non ueniente, succedat auia paterna, et ea non extante, succedant aliæ fœminæ ascendentes, ex linea paterna uenientes, salua gradus prærogatiua. Et prædictis non extantibus succedant amitæ, et filiæ fœminæ patruorum præmortuorum, et filii masculi, et fœminæ ex sororibus præmortuis utrinq;, uel ex patre tantum coniūctis defunctæ personæ in stirpem, et non in capita. Ita tamen ꝙ extantibus masculis, et fœminis ex eadem sorore natis, ipsi masculi fœminis præferantur. Supradictis uero personis non extantibus, succedat mater defunctæ personæ, quæ ad secunda uota transiisset. Si uero nulla ex dictis personis superesset, uocentur ad successionem priores in gradu, siue sint agnati, siue sint cognati, siue masculi, siue fœminæ, sublata in eis differentia sexus agnationis, & cognationis, & tunc per capita succedatur. Et in prædictis omnibus, & singulis ubi de gradibus fecimus mentionem fieri debeat computatio graduum, secundū cōputum decretorum. Et omnia supradicta in materia successionum ab intestato habeant locum in quibuscunq; decedentibus ab intestato, siue decedētes fuerint tales, q testari potuissent, siue quomodocūq; testari nō potuissent, & in quibuscunq; testantibus, quorū tamen testamēta nō tenuerunt.

De Naturalibus, et Spuriis, ad legitima iura deductis. Cap. X.

NAturales filii, et spurii, et noti, et incestuosi, et manzeres, et alii ex quocunq; dānato coitu procreati, qui in uita parentum, et de ipsorum expresso cōsensu fuerint, p habentē auctoritatē, et baliam legitimati, et ad legitima iura reducti, admittantur ad successionem parentum, et ascēdentium, qui dictæ legitimationi consenserint, tam ex testamento, q̄ ab intestato pariter cum legitimis, et naturalibus ad æquales portiones, ac si essent de legitimo matrimonio procreati. Et similiter admittantur, si non extarent filii de legitimo matrimonio nati, et similiter succedant agnatis, et cognatis, et dictis legitimatis succedatur, ac si essent de legitimo matrimonio procreati. Si uero post mortem parentum, uel sine eorum expresso cōsen

su legitimati fuerint,talis legitimario non prosit eis in successione parentum,& quo ad successiones, perinde habeantur,ac si legitimati non essent. Sed si tractetur de successione, uel hereditate agnatorum,uel cognatorum, tūc dicti filii naturales spurii,noti,incestuosi,& mazeres, & alii,ex quocūq; damnato coitu procreati,ad legitima iura ex priuilegio reducti,admittantur ad successionē illorum agnatorum,uel cognatorum, qui ad dictam legitimationem legitime citati fuissent,ad instar eorū, qui essent de legitimo matrimonio deriuati,& reciproce ipsi agnati,& cognati,qui ad dictam legitimationem citati fuissent,succedere possint dictis legitimatis,ita q̄ talis legitimatio extendi non possit actiue,uel passiue ad illos agnatos , uel cognatos,qui ad dictam legitimationem non fuissent citati: Et omnia,quæ dicta sunt de filiis Naturalibus,& Spuriis,Notis ,Incestuosis,& Mazeribus,& aliis,ex quocunq; illicito coitu procreatis,uendicent sibi locum in filiabus , & quibuscunq; mulieribus Naturalibus tantum,uel Spuriis,Notis,Incestuosis,uel ex quocunq; damnato coitu procreatis : Et quamuis dictæ legitimationes factæ sine consensu prædicto,uel citatione prædicta,quo ad successionem,nō prosint ipsis legitimatis,tamē quo ad munera,& onera,& honores ualeant,& plenum sortiantur effectum,ita q̄ taliter legitimati admittantur ad onera,& honores,ad instar eorum , qui sunt de legitimo matrimonio deriuati : Et prædicta omnia locum habere Disponimus,siue personæ supradictæ uno tantū ex prędictis uitiis illegitimitatis ,siue pluribus ex eis fuerint affectæ,dummodo per habentem auctoritatem fuerint legitimatæ,& ad legitima iura reductæ,ut dictum est.

De Collationibus. Cap. XI.

STatuimus,q̄ si pater,uel mater,auus,seu auia, aliquid in partem quantam,seu quotam,quocunq; modo, uel titulo dederit,uel assignauerit filio,uel filiæ,uni,uel pluribus,aut nepotibus,seu neptibus,aut aliis descēdentibus,siue emancipatis,siue in potestate retentis,& tales,qui aliquid habuerit,Velit uenire ad successionem illius,a quo habuerint cum aliis Filiis,Nepotibus,seu Neptibus,qui nullam,seu minorem partem receperint,teneantur illi,qui partem,seu rem aliquam quomodolibet habuerunt,conferre aliis,uel tantum minus de hereditate percipiant,quantum habuerunt . Non obstantibus quibuscunq; defensionibus,quæ ex quacunq; causa,quomodolibet allegarētur,ita q̄ alii,qui nullam,uel minorē partē habuerint,restaurētur,siue ū,q nullā,uel minorē partem habuerit fuerint nati ante assignationē,uel post assignationē aliis factā,Et hęc locū habeāt si succedatur ab intestato.Si aūt ex testamēto succederet,habeat locū collatio secūdū iuris cōis dispositionē,dūmodo si appareret testatorē aliter ordinasse in testamento, uel alia ultima uoluntate testatoris , siue dicti decedentis uoluntas debeat inuiolabiliter obseruari, dumtamen cuilibet ex descendētibus ad successionem uenientibus

nem uenientibus minus legitima debita iure naturæ relinqui non possit, & si minus relinqueretur, agi possit ad supplementum. Verum si post collationem factam, & post aditam hereditatem ad diuisionem uenirent, seruetur statutum infra positum sub Rubrica De hereditate patris, uel aui, & aliis rebus per fratres acquisitis diuidendis.

De Eo quod heres intelligatur bona hereditaria possedisse, a tempore mortis defuncti. Cap. XII.

ET si qua persona decesserit heres eius, qui sit laicus, & iurisditioni lucensis ciuitatis subiectus, intelligatur possedisse a die mortis dictæ defunctæ personæ omnia bona immobilia, quæ defuncta persona tenebat, & possidebat tempore suæ mortis, ac si tempore mortis ipsius defunctæ personę bonorum immobilium corporalem possessionem accepisset: Et prædicta uendicent sibi locum in illis bonis, quæ non forent per alium interim apprehensa auctoritate iudiciali, uel auctoritate alicuius statuti: Nec prædicta præiudicent illi personæ, quæ ex pacto habito cum defuncto, uel ex licẽtia in testamento, uel in ultima uoluntate concessa, uel alio legitimo modo possessionem acceperit corporalem.

De Eo qđ hereditas delata nõ adita trãsmittatur. Cap. XIII.

SI alicui personæ minori fuerit delata aliqua hereditas, cuiuscunqꝫ personæ, etiam extraneæ ex testamento, uel ab intestato, & ipsa talis persona in minori ætate decesserit, ipsa hereditate nõ adita, uel appręhẽsa, non tamẽ repudiata, Decernimus ꝙ ius adeundi dictã hereditatem, & ius succedendi præsentis statuti auctoritate trãsmittat, & trãsmittere intelligať in quoscũqꝫ heredes, tam suos, q̃ extraneos, siue ex testamento, siue ab intestato, uenientes laicos iurisditioni lucensis ciuitatis subiectos, qui possint dictã hereditatem adire, uel repudiare, prout uoluerint: Et hæc etiã uendicẽt sibi locũ siue defunctus sciuerit in uita hereditatẽ sibi esse delatam, siue ignorauerit, ita ꝙ talis ignorantia non impediat dictam transmissionem. Si uero hereditas fuerit delata maiori, tunc siquidem si fuerit hereditas ascendentium per masculinam lineam, uel fœmininam lineam, etĩ etiã non agnitam, uel aditam, dummodo non repudiatam ad quoscunqꝫ heredes, tam suos, q̃ extraneos transmittat. Cæterorum uero hereditates solum ad filios, uel filias, & nepotes, & pronepotes ex filiis masculis descendentes, secundum ordinem statuti De successionibus ab intestato, transmittat, præsentis statuti auctoritate, nec dicta transmissio impediatur, siue is, cui delata fuerit hereditas sciuerit, siue ignorauerit hereditatem sibi esse delatam, nõ derogando, per præmissa transmissioni, quæ fit de iure communi, cum intendamus transmissiones ampliare, & non restringere.

De Inuentario ab herede conficiendo, ad consequendum beneficium ipsius inuentarii. Cap. XIIII.

QVæcunq; persona hereditatem sibi delatam adiuerit cum forma, cautela, et beneficio inuentarii, ut cōsequatur beneficium legis Scimus. C. de iure deliberandi cum suis similibus, teneatur inuentarium ad integrum cōficere, de omnibus rebus, & iuribus ipsius hereditatis, quę ad eius manus peruenerint, uel scientiam habuerit: Et ualeat dictum inuentarium, non obstante q; non fuerit factum in iudicio, uel coram iudice, seu quod creditores, uel legatarii nominatim non fuerint citati. Nec inuentarium uicietur ex eo quod tres, uel plures personę adhibitæ nō fuerint loco creditorū, uel legatariorum absentiū, uel ex eo quod testes nō cognouerint testatorē, uel heredem, uel ex eo quod illi iidem testes, qui fuerit præsentes incohationi inuentarii, non interfuerint cōsumationi ipsius, uel ex eo quod die feriatā, uel festiua inchoatum, seu cōsumatum fuerit, uel ex eo quod heres, uel alia persona pro eo se nō subscripserit, sed inuentarium ualeat, & heres inuentarii beneficio potiatur, quāuis dictæ solēnitates non fuerint adhibitæ. Dum tamen creditores, & legatarii si qui forent, uocari debeant ad consumationem inuentarii per generalem proclamationem præconis: Et teneatur heres intra dies triginta a die aditæ hereditatis inuentarium inchoare, & a die inchoationis teneatur infra sexaginta dies continuos consumare. Sed si heres in inuentario scienter rem aliquam ponere omiserit, uel rem aliquam in inuentario non positam acceperit, uel infra prædictum tempus inuentarium non inchoauerit, seu infra tempus non consumauerit, teneatur insolidum, & perdat beneficium inuentarii.

De Confessione facta in ultima uoluntate. Cap. XV.

ET si qua persona habilis ad testandum in sua ultima uoluntate, de qua appareat publicum instrumētum, dixerit, uel confessa fuerit, aliquid alicui psonę se debere, uel dare, uel facere, uel restituere, uel se teneri, uel se obligatum esse, ipse donec uixerit, & ipso defuncto eius heredes infra decenniū a die scientiæ conditæ ultimæ uoluntatis, ex tali confessione teneātur, & cogi possint ad satisfactionem, ac si psona nominata in ipsa ultima uoluntate præsens fuisset, & confessionem, seu obligationem in contractu inter uiuos tunc solēniter recepisset, Saluis tamen dicto cōfitenti, & heredibus suis quibuscūq; iustis defensionibus, & saluis etiā iuribus aliarum personarum, ita q; per dictam confessionem aliis anterioribus creditoribus non præiudicetur. Nec talis confessio possit per aliam ultimam uoluntatem, uel alio modo reuocari: Et nisi infra tempus prædictum decē annorum, a die scientię computandorum, petitio, seu conuentio facta fuerit, postea agi non possit. Et si in ultima uoluntate confessa fuerit, sibi fuisse a debitore satisfactū, uel aliquem

aliquem contractum per eam initum,fuisse fictitium,uel simulatum,aut in fraudem factum,ex dicta confessione,queratur ei,cuius interesset,uel fauorem concerneret,ius agendi, & perpetuo excipiendi, ac si dictæ confessioni præsens fuisset. Et dictæ confessiones non præiudicent in legitima debita iure naturæ iis,quibus dicta legitima debetur de iure, uel secundum formam statutorum. Et notarius qui de prædictis scripturam fecerit,teneatur copiam in publicam formam facere petenti,ad quem spectat. Et prædicta non uendicent sibi locum in confessionibus, quas in ultima uoluntate faceret mulier,uel etiam adultus,nisi in eis interuenerit consensus,qui in contractibus mulierū,uel adultorū de iure,uel ex forma statutorū requiritur: Consensu uero prædictorum, qui cōsentire debent mulieri,& adulto non interueniente,talis confessio non præiudicet dicto cōfitenti,donec uixerit: Post eius uero mortem nisi eam reuocauerit ualeat,et teneat: Nolumus tamen ꝙ talis confessio præiudicet in legitima,uel in quarta debita uenientibus ab intestato,quando consensus prædictorum non interuenerit.

De dote constituenda mulieribus, exclusis a successione per masculos. Cap. XVI.

QVia filii masculi primum locum tenent in succedendo,& fœminę ab ipsis masculis excluduntur,ne propter hoc ipsis mulieribus taliter exclusis desit debita prouisio, Statuimus ꝙ si pater, seu mater, seu auus, uel auia,filiabus,uel neptibus, seu proneptibus dotes constituerint,seu taxauerint,sint & esse debeant dictæ filiæ,seu neptes, seu proneptes cōtentæ,& tacitæ dotibus constitutis,nec ultra aliud petere possint de bonis eius personæ,quæ dotem constituerit,& taxauerit. Sed ubi per ascendentes non fuerit taxata,uel ordinata quātitas dotis,tunc fratres,& alii qui eas a iure succedendi exclusissent,teneātur ipsas mulieres exclusas dotare,& pro eis dotem soluere,tempore infra ordinato,usq; ad quātitatem congruam,consideratis facultatibus hereditatis,& secūdum qualitatem, & dignitatem personarū arbitrio iudicis,& Sint,& Intelligātur omnia bona patris, & ascēdētium,& eorū,qui ipsas a successiōe exclusissent,obligata,et Ipothecata ipsis fœminis exclusis ex tempore mortis patris,uel eius ascēdentis,a cuius hereditate fuissent exclusę,ita ꝙ creditoribus,& emptorib.& aliis quibuscūq; posterioribus,ad quos dicta bona quocūq; titulo peruenerint, præferātur. Et ubi per ipsos ascēdētes nō fuerit quātitas dotis taxata, Teneatur iudex infra mensem postq̄ inde pro parte mulieris fuerit requisita,quātitatem taxare,inspectis dignitate,& qualitate personarū,& facultate hereditatis. Et facta taxatione a testatore,uel a Iudice,nō teneātur fratres,& alii,qui ipsam mulierem a successione exclusissent,quātitatem taxatam,& ordinatam soluere,nisi cum dicta mulier fuerit nubilis ætatis,& legitime desponsata,tunc enim ad requisitionē ipsius mulieris,uel sui curatoris teneantur dotē taxa

tam,et ordinatam soluere cum effectu: Et in oibus, et singulis supradictis pcedatur sũmarie,et de plano, sine strepitu, et figura iudicii,et sine ordine iuris,et statutorum,et absq; libello,et absq; alia solẽnitate quacũq;,ita q de facto taxatio fiat,et cõpulsio ad soluendũ quãtitatem taxatam ut dictũ est. Et in dicta taxatione Iudex possit se extra iudicium informare a propinquis,et uicinis,et amicis,et prout suæ discretioni uidebitur: Et a præceptis, et processibus,quæ,seu qui,propterea fierent,non possit appellari,supplicari,uel qrela moueri,seu ad aliquem iudicem contra dicta præcepta,uel processus,recursus haberi; Et si fœmina dotanda,maritata,uel desponsata nõ esset,tamen prædicta taxatio non differatur,quia licet nõ possit esse dos sine matrimonio,tamen facilius,et habilius poterit maritari,si dos fuerit taxata: Et prædicta omnia etiam uendicẽt sibi locum,nõ obstante q mulier esset minor.xii.annis,nam etiam talis mulier poterit cõmodius desponsari, si dotis quantitas fuerit taxata: Et ultra pdicta tales mulieres,quæ essent a iure successionis exclusæ, debeant alimentari, et eis alimenta præstentur per eos,qui illas a successione exclusissent,donec fuerit dos ad integrum soluta: Et dicta alimenta sint honorabilia,& congrua,secundum facultates hereditatis,& conditiones personarum, & pro dictis alimẽtis,intelligantur omnia bona hereditatis prædictæ obligata: Et ad dicta alimenta præstãda compellantur illi, qui dictas mulieres exclusissent,de facto, & sine processu,prout iudici uidebitur: Et quæ dicta sunt de dotibus constituendis, uendicent sibi locum etiam in corredis,quæ taxari, & talibus mulieribus dari,& tradi debeant cum effectu,prout supra de dotibus dictum est.

De Casibus,in quibus constante matrimonio fieri debeat restitutio Dotis, Cap. XVII.

SI cõstante matrimonio uir,aut socer,uel alius,ad dotem restituendã obligatus,ad inopiam uergere,uel male uti substantia sua cœperit,si de hoc fama,uel uulgi,seu uicinorũ opinio sit,& etiã si maritus,uel socer, uel alius ad dotem obligatus, bãnitus,uel confinatus, uel relegatus existat,uel eius bona essent publicata,uel si pro fallito fuisset declaratus ex officio consulũ curiæ mercatorũ,uel si facultas uiri,uel soceri,uel alterius ad dotẽ obligati non sufficeret ad dotis quantitatem, etiam si ab initio soluẽdo nõ fuisset, uel si maritus,uel socer cum iuramẽto fuerit confessus q ad inopiã uergit: In quolibet dictorũ casuum, & in aliis quibuscunq; casibus a iure cõmuni concessis,Permittimus uxori,& licentiam,& facultatem ei Cõcedimus,dotem petendi, & exigendi, non obstãte q matrimoniũ solutũ non fuerit,& nõ obstante q dotis restitutio fuerit stipulata, uel promissa,in casu matrimonii dissoluendi: Et possit etiam agi Ipothecaria, & pignoraticia contra pignorũ possessores: Et si is a quo dos ex dictis casibus, uel eorũ altero peteretur,cõparuerit iudicium subiturus,procedatur in causa, prout iuris, & statutorum

& ſtatutorum forma requirit. Si uero contumaciam contraxerit, procedatur ad dandum uxori de bonis mariti, uel ſoceri, uel alterius obligati, prout diſponit forma ſtatuti poſiti ſub Rubrica de aſſignando inſolutũ de bonis mariti uxori pro ſuis dotibus. Et Volumus, ꝙ dos ſupraſcripto modo exacta ſeruire debeat oneribus matrimonii, prout in dicto ſtatuto plenius fecimus mentionem. Et ſi uir in iudicio, uel extra, fuerit confeſſus ſe ad inopiam uergere, confeſſio ualeat, dummodo talis confeſſio facta in iudicio, uel extra per maritũ, uel ipſius mariti contumacia nullo modo prę iudicet creditoribus mariti, uel poſſeſſoribus pignorum, uel rerũ, quæ fuerunt mariti: Et ſi probaretur aliqua ex dictis cauſis, & propterea a marito, uel ſocero, ſatiſdatio peteretur, niſi ipſa ſatiſdatio cum effectu præſtetur, ſit locus repetitioni dotis, & agi poſſit ipothecaria, nec uir, uel ſocer, a dicta ſatiſdatione releuetur, per iuratoriam cautionem: Verum ſi quis ex creditoribus mariti, uel ſoceri, cui competeret ius offerendi, & ſoluendi quantitatem dotis uxori, dotem ſolueret, & exinde reciperet ceſſionẽ iurium, poſſit agere, & dotem petere, & exigere, & actionem pignoraticiam, & ipothecariã exercere, ac ſi eſſet matrimoniũ diſſolutũ. Et in dicto caſu ſi mulier recipiat a creditoribus ſui uiri ſolutionẽ ſuæ dotis, & propterea iura cedat, teneatur dictam dotem ad partẽ lucri dare idoneo mercatori, uel conuertere in emptionem prædiorum, ad hoc, ut fructus ipſius dotis ſeruiant oneribus matrimonii, & conſeruetur in tuto. Et quæ dicta ſunt de uiro, & ſocero, obligatis ad dotem reſtituendam, uendicent ſibi locum in omnibus alus inſolidum obligatis ad dotis reſtitutionem, dummodo ſi unus ex obligatis in ſolidũ, eſſet ſoluẽdo, & alius nõ, dicta dotis petitio, & exactio, fieri nõ poſſit.

De Deſponſatione Impuberum, & de modo reſtituendę dotis, ſi mulier deſponſata deceſſerit. Cap. XVIII.

QValiter, & quando pupilla ſub tutela, uel cura cõſtituta, ualeat deſponſari, in libro tertio, ſub Rubrica De pœna deſponſantis aliquam mulierem ſub tutela, uel cura conſtitutam, ſine conſenſu tutorum, uel curatorũ plene Ordinauimus. Igitur ſi mulier impubes, uel pubes, ſub tutela, uel cura conſtituta, licite deſponſata fuerit, poſſint tutores, & curatores ipſius mulieris eam aſſignare cum tota ſua ratione, & ſubſtantia ſponſo, uel ſocero: Et facta aſſignatione ꝑdicta, Tutela, & Cura finiatur, ſed ipſe ſponſus, uel ſocer, id eſt pater ſponſi teneatur, & debeat diligenter inuẽtarium facere de omnibus, rebus, et iuribus ad ipſam ſpectantibus, qđ ſi nõ fecerit, duplũ reſtituere cogatur, et nullo tempore lucrum habeat de eo, quod in inuentario non poſuerit: Et pro rebus quas ponere in inuentario omiſiſſet, agere non poſſit, uel exactionem facere, uel adminiſtrationem habere, nec fructus aliquos lucretur bonorũ, et rerũ, ꝗ in inuentario ſcienter ponere omiſerit. Inuentario autem facto, habeat de ipſis rebus in inuentario poſitis plena-

riam administrationem, & pro eis possit in iudicio stare, & agere, & defendere, & soluentes liberare, & quicquid per eum factum fuerit, plenũ robur obtineat: Et si ipsam mulierem trãsduxerit nuptiarum festo celebrato, ex die trãsductionis lucretur fructus, redditus, et prouẽtus bonorũ ipsius mulieris, et ex die dictæ festiuæ, et publicæ trãsductionis intelligantur, et sint omnia bona dictæ mulieris, quę in inuentario posita essent in dotẽ sponso assignata, et tradita auctoritate p̃sentis statuti, siue carnis copula secuta fuerit, siue nõ, et siue dicta mulier sit pubes, siue impubes: Verũ si post dictam transductionem infra annũ a die dictæ transductionis, mulier in pupillari ętate decesserit, sponsus lucretur fructus, quos ea uiuente percepisset ex bonis in inuentario positis, et sextã partem dotis, et corredorũ: Et si in dicta pupillari ætate decesserit post annũ dictæ trãsductionis, maritus, seu sponsus lucretur quartã partem dotis, et corredorum, et fructus perceptos, ut dictum est. Non obstante statuto posito sub Rubrica De dote restituẽda soluto matrimonio, liberis non extantibus. Si uero dicta mulier decesserit post pupillarem ætatem si liberi remanserint, ipsi liberi succedant secundũ formam statuti de muliere defuncta in matrimonio liberis remanẽtibus. Si uero post dictam pupillarem ætatem decesserit sine liberis, infra annum a die trãsductiõis, Vir lucreẽ medietatẽ bonorũ. Si autẽ post annũ Vir lucretur duas partes de tribus partib. bonorũ eius ĩ inuẽtario positorũ, secũdũ formã statuti Dę muliere defuncta ĩ matrimonio liberis nõ extantib.

De Dote restituenda soluto matrimonio, per mortem mulieris, liberis non extantibus. Cap. XIX.

STatuimus, ꝙ si qua mulier nupta in matrimonio superuiuente marito, sine liberis decesserit, siue dictum matrimonium fuerit primum, siue secundum, siue ulterius, si decesserit infra annum a die quo cum uiro cęperit habitare proxime cõputãdum, uir lucretur medietatem dotis, & corredorum ipsius mulieris. Et si post annum decesserit, uir lucretur duas partes de tribus partibus dotis, & corredorum ipsius mulieris. Et aliam medietatem in casu in quo decesserit infra annum. Et tertiã partem in casu quo decesserit post annũ maritus, & eius heredes restituãt, & restituere teneãtur heredibus ipsius mulieris, ex testamento, uel ab intestato succedentib. uel aliis, quibus deberet de iure restitui. Expensæ autem funeris, & sepulturę, ante omnia de toto cumulo dotis, & corredorũ deducantur: De parte uero dotis, & corredorũ heredibus mulieris restituenda, possit dicta mulier testari, & disponere, prout uoluerit, si aliud iuris, uel statutorum non obstet impedimẽtum, dũ tamen illi qui dictę mulieri succedere debuissent ab intestato, si testamentũ non fecisset, habeant quartã partem dictæ dotis, uidelicet partis dotis, & corredorum restituẽdæ, Legata uero, & relicta facta pro anima ipsius mulieris pauperibus, & piis locis, soluantur de parte, quæ restituenda

uenirẽt

ueniret detracta primo dicta quarta parte debita uenientibus ab intestato. Sed si dicta legata fuerint facta de cōsensu uiri,uel saltē ipso p̄sente nō cō/tradicente, dicto casu de toto cumulo detrahantur,dūmodo dicta quarta pars debita dictis uenientibus ab intestato nō diminuatur. Volumus enim ꝙ in p̄iudiciū dicti lucri deferendi uiro,talis uxor testari,uel disponere ne/queat,nisi ipsius mariti cōsensus exp̄ssus, uel ut dictū est p̄sumptus accedat. Sed de bonis parafrenalib.& de aliis quibuscūq; bonis ipsius mulieris testa ri,& disponere ualeat,put uoluerit,si aliud iuris,uel statutorū nō obstet im pedimētum,dūtamen illi qui eidē mulieri succedere debuissent ab itestato, si testamētum nō fecisset,habeāt quartā partē dictorū bonorū ipsius mu/lieris: Et si aliquis qui de iure,uel ex forma statuti teneret̄ ad dotandū ali/quā mulierē ipsam dotē soluerit,& pactū adiecerit de dote sibi,uel suis he/redibus restituēda,tale pactū nō ualeat ipso iure,& p nō facto habeat̄. Sed ipsa dos,& actio dotis,ad dictā mulierē ptineat,& ad heredes dictæ mulie ris. Si autē dos daretur ab eo qui ad ipsam dotē soluendā nullatenus tene retur,si pactū adiecerit de dote sibi restituēda,uel suis heredibus,tale pactū ualeat: Et hoc in p̄iudiciū mulieris,& eius heredum,sed in p̄iudicium lucri deferendi marito,ipso iure nō ualeat,& p nō apposito pœnitus habeatur.

De Muliere defuncta in matrimonio,liberis remanentib. Cap.XX

SI qua mulier ī matrimonio decesserit,liberis ex eodē matrimonio rema nētib.tūc uir nihil oīno lucretur de dote,uel corredis, sed liberi eiusdē matrimōii succedant,siue ipsa mulier decesserit infra annū,siue postea,siue sint masculi,siue sint fœminæ,dūmodo extantib.masculis,& fœminis,fœ/minæ p masculos exclaudātur,possit tñ talis mulier,q̄ decesserit in matri/monio liberis ex eodē supstītib.& ex priori matrimonio liberis nō extan tib. testari,et codicillari usq; ī quartā partē dotis,et corredorū,et nō ultra: de reliquis uero bonis possit testari,et codicillari,put uoluerit,dūtamen fi/liis,et aliis descēdentib.teneatur relinq̄re legitimā portionē, de qua dictum est supra,sub rubrica de legitima filiorū,et descēdentiū, Saluo tamen ipsius marito usufructu,donec uixerit secūdū formā statuti de usufructu,qui pa tri cōpetit in bonis ad filios pertinētib.p successiōe matris. Si uero ius suc/cessionis,liberi non agnouerint,seu maternā hereditatē repudiauerint,tunc uir lucretur medietatē dotis,& corredorū,si ipsa decesserit ifra annū: Et si post annū,uir lucretur duas partes de trib.partib.dotis,& corredorū ipsius mulieris. Si autē ex aliqua muliere remāserint filii ex diuersis matrimōiis, tunc seruetur ut ī p̄ximo seq̄nti Cap.cōtinetur. Sed si mulier decesserit in matrimonio liberis ex eodē matrimonio nō extantib.sed remanētib. filiis de p̄cedenti matrimonio,tunc uir lucretur medietatē dotis,& corredorū si ipsa decesserit ifra annū, & si post annū decesserit uir lucretur duas partes de tribus partibus dotis,& corredorū, & p̄dicto lucro firmo manēte,tertia

pars dictæ dotis,& corredorũ,uel dimidia quãdo infra annũ mulier decesſit oĩno perueniat ad filios,uel filias,uel nepotes,uel neptes ex filiis alterius matrimonii ſecundũ ordinẽ ſucceſſionũ ab inteſtato,in qua tertia,uel dimidia exantib.filiis maſculis,uel fœminis,uel nepotib.uel neptib. ex filiis maſculis cuiuſcũq; matrimonii nullo modo auctoritate pſentis ſtatuti diſponere poſſit. De reliquis uero bonis poſſit teſtari,& codicillari,put uoluerit, dũtamen filiis prioris matrimonii,& aliis deſcẽdentib.teneatur relinq̃re legitimã portionẽ,de qua dictũ eſt ſupra ſub rubrica, De legitima filiorũ, & deſcendẽtiũ. Et ſi deceſſerit īteſtata,ſuccedãt liberi pdicti ſecũdũ formã ſtatuti de ſucceſſionib.ab īteſtato,ſaluo tñ lucro ut dictũ eſt deferẽdo marito.

De modo ſuccedendi in bonis maternis,extãtibus filiis de diuerſis matrimoniis. Cap.XXI

SI mulier ex pcedenti matrimonio uno,uel pluribus,liberos ſuſceperit,& ex ſecundo,uel ulteriori matrimonio ſuſceptis liberis in matrimonio deceſſerit ſuperuiuentib.filiis ex diuerſis matrimoniis. Eo caſu Statuimus q̃ in duabus partib.de tribus partib.primeuæ dotis,& corredorũ date,& datorũ ultimo uiro,ſuccedatur p filios ultimi matrimonii,ſiue ſint maſculi,ſiue fœminę,dũmodo extãtibus maſculis,& fœminis ex eodẽ matrimonio fœminæ p maſculos excludãtur,ſecundũ ſtatutũ de ſucceſſionib.ab īteſtato,& filii pcedentis matrimonii ī dictis duabus partib.nõ ſuccedãt. Cęterũ in reliqua tertia parte dotis,& corredorũ ſuccedãt p filios,uel filias pcedẽtiũ matrimoniorũ p capita,dũmõ extantib.filiis,et filiab.ex eodẽ matrimõio maſculi fœminas excludant,ex diuerſis uero matrimoniis maſculus fœminã nõ excludat:Sed in augmẽtis dotis datæ ultimo uiro, et ī bonis parafrenalibus,et aliis quibuſcũq; bonis ipſius mulieris. Volumus q̃ ſi ipſa condiderit ultimã uoluntatẽ,talis uoluntas ſeruetur,dũtamen filiis et filiab.cuiuſcũq; matrimõii relinq̃re teneatur ſaltẽ legitimã portionẽ,quã adimere, uel auferre nõ poſſit quoquomõ.Sed ſi ipſa deceſſerit īteſtata ſuccedãt ī dictis augmẽtis,& bonis parafrenalib.& in aliis quibuſcunq; bonis,excepta dicta dote,& corredis uiriliter filii maſculi & fœminæ,tã ex primo,quã ex ſecundo,uel ulteriori matrimonio nati,& filii maſculi ipſorũ filiorum pmortuorum in ſtirpẽ,& non in capita,dũmodo extantibus filiis maſculis,& fœminis,ex eodem matrimonio,fœminæ excludantur, ex diuerſis uero matrimoniis maſculus fœminam non excludat,ſed pariter admittantur.

De modo ſuccedẽdi mulieri ſolutę decedẽti,liberis remanẽtib. Cap.XXII

DIctum eſt de mulierib. in matrimonio decedẽtib. diſponẽdũ reſtat de mulierib.uiduis,ſeu a uiro ſolutis decedẽtib.extãtib.liberis.Statuimus ergo q̃ ſi qua mulier uidua deceſſerit liberis ex quocũq; matrimõio remanentib.& ſuã ultimã uoluntatẽ cõdiderit,talis uolũtas ſeruetur,dũmodo liberis et

beris, et descendentib. ex quocũq; matrimonio procreatis relinq̃re teneatur saltẽ legitimã portionẽ p formã statuti declaratã, quã adimere neq̃at ullo modo. Si autẽ ipsa decesserit ĩtestata, tũc masculi descẽdẽtes p lineã mascu linã oĩbus pferantur secundũ gradus prioritatẽ, et fœminæ extantib. dictis masculis excludãtur, et cętera oĩa seruẽtur, et locũ habeãt, q̃ Ordinauimus ĩ cap. de successioĩb. ab ĩtestato ĩ principio, ubi de successiõe descẽdentiũ tra ctauimus, sublata differẽtia dotis date secũdo, uel ulteriori uiro, et cęterorũ bonorũ, q̃a talis differẽtia haberi debeat ĩ muliere defuncta ĩ matrimõio ex tantib. liberis de diuersis matrimoniis, ut supra ĩ pcedenti cap. cõtinetur.

De modo succedendi mulieri solutæ, decedenti sine liberis. Cap. XXIII

DIctũ est de muliere, q̃ decesserit ĩ matrimonio sine liberis, et de ea q̃ de cesserit liberis remanentib. et de muliere soluta q̃ decesserit liberis extã tibus: Nũc supest dicendũ de muliere soluta, q̃ decesserit liberis nõ extan tibus: Statuimus igitur q̃d si qua mulier uidua, uel nũq̃ nupta, sine liberis ĩ testata decesserit, admittãtur, et uocẽtur ad successionẽ illæ psonæ, q̃ succe dere debẽt, secundũ formã statuti de successionib. ab ĩtestato: Si uero condi derit testũ, uel aliã ultimã uoluntatẽ, siquidẽ dicta mulier fuerit uidua, tunc talis uolũtas seruẽt, dũm illæ psonæ, q̃ eidẽ succedere debuissent ab ĩtestato si testũ nõ fecisset, habeãt quartã partẽ bonorũ talis mulieris, quã quartam partẽ ipsa adimere neq̃at ullo mõ. Volumus tñ, q̃ expẽsæ funeris deducã tur de toto cumulo, et ĩ ipsa quarta parte talis mulier sit ĩhabilis ad testan dũ, sed de reliquis tribus partib. testari possit p libito suæ uolũtatis: Si uero dicta mulier nũq̃ fuerit nupta, tũc extãtibus sibi fratrib. uel sororib. uel fra trũ filiis, uel filiab. de tertia tñmodo parte bonorũ suorum disponere, et te stari possit, put uoluerit, residuũ uero habeãt fratres, uel sorores, uel fratrũ filii, uel filiæ secũdũ ordinẽ successionis ab ĩtestato, et dictũ residuũ eis adi mere nequeat ullo modo: Nõ extantib. uero pdictis psonis possit de dimi dia tñmodo testari. Aliã uero dimidiã habeant, qui ab intestato successuri fuissent, nisi cõditum fuisset testamentum, ĩ quo inhabilis sit ad testãdum, et de toto cumulo expensæ funeris deducantur, ut dictum est.

Ista portio statutaria ... legitima ... Vide de hac portione ... Bart. ... Torr. de pact. futur. succes. ...

De Dote, et augmentis dotium confessatis a uiro, constante matrimonio. Cap. XXIIII

STatuimus, q̃ nulla uxor, uel eius heredes possint pro augmento dotis a uiro constante matrimonio post primam dotem eidem uiro datam, cõ fessato molestare, uel ĩbrigare dictũ uirũ, uel heredes dicti uiri, seu eius bo na, uel eos defendere ab aliis creditoribus, nisi appareret ipsam mulierẽ an te tale augmẽtum confessatum illud habuisse aliunde, quam de bonis uiri: Præterea si quis constante matrimonio fuerit confessus nõ sub spe futuræ numerationis habuisse dotẽ suæ uxoris, & renũciauerit exceptioni nõ nu

meratæ dotis,si appareat huiusmodi dotẽ processisse aliũde,quã de bonis uiri,talis cõfessio ualeat,et plenũ sortiaẽ effectũ,sed si nõ appareat,ꝙ aliũde pcessent,psumaẽ de bonis uiri pcessisse,& dicto casu talis cõfessio ualeat in piudiciũ uiri,& eius heredũ,sed in piudiciũ creditorũ nullũ sortiaẽ effectũ.

De Corredis mulierũ,& de lucris cõstãte matrimonio pceptis. Cap. XXV

CORreda,secundũ cõem usum loquẽdi,sunt illa uestimẽta iocalia,& bona mobilia,ꝗ mulier secũ portat ad uirũ tẽpore nuptiarũ. Et si talia corre/da tẽpore matrimõii solun extãt,restitui debeant eidẽ mulieri cum effectu, talia qualia sunt tẽpore matrimonii soluti,Et si qua de pdictis maritus,uel eius heredes pignorauerit,ꝗ extent,teneãtur heredes de ꝓprio reluere,et restituere:Illa uero ꝗ cõstante matrimonio cõsumpta fuerint,uel eorum extimationẽ reddere minime teneãtur, si autẽ cõstãte matrimonio uẽdita fuissent p maritũ,uel uxorẽ,reddi debeat p heredes uiri pciũ ex eis perceptũ:et torũ,et quicqd mulier cõstante matrimonio de suis operib. et ex sua industria lucrata fuerit, sit,et esse itelligatur mariti,et eius heredũ, et quicqd ex talibus lucris tẽpore soluti matrimonii extare inueniret̃ apud uirũ,et eius heredes,debeat remanere. Sed ipsa mulier cõpelli nõ possit ad aliquã rationẽ inde reddẽdam,sed solũ quicqd ex ĩde extet,ad uirũ pertineat, et eius heredes,ut dictũ est. De lucris autẽ,ꝗ a muliere uidua pciperẽtur,seruetur, put dispositũ est infra sub Rubri. De alimentis mulieri uiduę prestãdis.

De bonis a Viro relictis Vxori. Cap. XXVI

SI qua mulier habuerit aliqua bona a suo marito,uel ab ipsius mariti ascẽdẽtibus,uel descẽdentib. uel collateralib. iure institutionis, uel legati, uel donatiõis,uel alio quocũꝗ titulo lucratiuo, uel quomõcũꝗ ad eã occasiõe sui uiri peruenerint,teneatur,& debeat talis mulier seruare portionẽ legiti/mã dictorũ bonorũ secundũ statutũ positũ sub rubrica De legitima filio/rum,& descendẽtium filiis,uel filiabus dicti quondã sui uiri,nec dictã legitimã adimere ualeat quouis modo,sed cautionẽ propter hoc aliquã pstare nõ teneaẽ. Et hæc ita locũ habeant, si mulier ad secũda uota nõ trãsiuerit: Ac etiã intelligi Volumus si tales liberi sint procreati ex ipsa muliere,& ex uiro pmortuo,a quo,uel cuius occasione huiusmodi lucra habuisset. Si uero ad secũda uota trãsierit,tunc ꝓpter nõ seruatã filiorũ affectionẽ omniũ bonorũ,ꝗ cõsecuta est a marito,uel ab ascẽdendib. uel descẽdentib. uel col/lateralib. mariti iure institutiõis,uel legati,uel donatiõis, uel alio quocũꝗ titulo lucratiuo,uel quomõcũꝗ ad eã puenerit,occasiõe mariti dominiũ p/dat,& dictis filiis,seu filiab. acqratur,secũdũ ordinẽ successiõis ab itestato, sed habeat usumfructum toto tẽpore uitæ suæ,& pro ipsis bonis cautionẽ fideiussoriã,si petatur,præstare cogatur,qua non præstita perdat etiã usũ/fructum

fructum,nec a dicta fideiussione releuetur per iuratoriã cautionẽ, dicta uero cautione pſtita,habeat uſũfructum,ut dictum eſt: Et poſt eius mortem omnia ipſa bona redeant ad dictos ſuos,& prioris uiri filios, uel ad eorum heredes,nec ea poſſit alienare,uel in dotem dare,uel in alium quomodolibet transferre,aliquo iure,uel modo inter uiuos,uel in ultima uoluntate,& ſi alienatio exinde fieret,non ualeat ipſo iure. Si autem liberi non ex dicta muliere,ſed ex alia fuerint procreati,tunc prædicta noſtra prouiſio nõ uendicet ſibi locum, ſed ipſa mulier lucretur huiuſmodi bona, nec illa ſeruare teneatur,ſed de ipſis diſponere poſſit,prout uoluerit,niſi maritus,uel ſocer, uel alii a quibus habuiſſet,aliter diſpoſuiſſent,quo caſu debeat eorũ uoluntas ſeruari. Et qđ pxime dictũ eſt,mulierẽ de dictis bonis diſponere poſſe, intelligaẽ ſemper ſalua legitima filiorũ, & deſcendẽtiũ, ſecundũ ſtatutum de legitima filiorũ,& deſcendẽtium,& ſalua quarta parte aliorũ uenientiũ ab inteſtato in ſuo caſu: Cæterũ ſi appareret uirum conſenſiſſe,uel permiſiſſe,ꝙ uxor ad ſecũdas nuptias tranſeat,tunc quia uolenti,ſeu cõſentienti, nõ fit iniuria: Volumus,ꝙ talis mulier,etiã ſi ex dicto matrimonio liberos ſuſcepiſſet,per trãſitũ ad ſecũdas nuptias dominiũ rerũ relictarum nõ perdat,ſed ex inde diſponere poſſit pro libito uolũtatis,dũtamẽ filiis eius matrimonii,unde pdicta acquiſiuiſſet,legitimã portionẽ relinquere teneaẽ, ut ſupra dictũ eſt,et eis nõ extantib.teneaẽ relinq̃re legitimã portionẽ aliis filiis,et deſcendẽtib.et quartã partẽ cæteris uenientib.ab inteſtato in ſuo caſu.

De eo ꝙ filia Dotem a patre habitam,compẽſare debeat in id, quod ſibi deberetur a patre. Cap. XXVII.

SI filia, uel neptis ex filio, uel ex filia, fuerit dotata a patre,uel auo,uel ab aliis aſcendẽtibus,uel deſcẽdentibus,uel collateralibus, ex linea paterna, qui ſucceſſerint tali patri,uel auo,poſſit & debeat auctoritate pſentis ſtatuti cõputari,& cõpenſari dicta dos in eo,qđ tẽpore dictæ dotatiõis a dicto dotante deberetur eidẽ mulieri dotatę ex dote materna,uel ex aliis bonis maternis, uel ex legato ſibi facto, uel ex alia quauis cauſa,etiã a non cõiunctis pcedente,& tãto minus ex inde petere,& conſequi poſſit,quantũ fuerit ipſa dos data,uel a uiro confeſſata,niſi pater,uel auus,uel deſcẽdentes ex eis,uel eorum heredes,qui dictã dotẽ ſoluiſſent,declarauerint ſe nõ habere,uel habuiſſe animũ cõpenſandi. Et intelligatur filia,uel neptis dotata,ſi maritus, uel ſpõſus,uel ſocer,dotẽ prædictã receperit,uel habuiſſe cõfeſſus fuerit.

De eo,ꝙ Dos ſimpliciter data,intelligatur data in compenſationem oneris iniuncti. Cap.XXVIII.

SI pater,uel frater,uel alia perſona ſimpliciter dotem promiſerit, uel dederit pro aliqua muliere,uel receperit pro ipſa muliere cõfeſſionem do-

tis,ad quã dotem ex legato,uel ex dispositione alicuius statuti, uel ex sententia iudiciali,uel arbitrali,uel ex pacto, uel alio quouis modo,uel ex quacunq; causa teneretur, intelligatur, et præsumatur dedisse, et promisisse in illã causam propter quã tenebatur,et animo se liberandi usq; in cõcurrentẽ summã,ita quod de nouo nõ possit ad dotis solutionem cõpelli,nisi expsse appareat dictã dotẽ soluisse aliter q̃ animo cõpẽsandi, uel se liberãdi.

De Dote data Filio,sub potestate patria constituto. Cap.XXIX.

ET si qua persona alicui filio familias, uel nepoti,in potestate constituto, patre,uel auo præsente,uel sciente, et non contradicente,dotem dederit, seu filius familias, uel nepos, p̃dictis patre,uel auo præsentibus,uel scientibus,& non contradicentibus,dotẽ confessus fuerit,& postea casus euenerit restituẽdæ dotis,ipse pater,uel auus,& eorũ heredes teneantur ad dictã dotem restituendã in totum, uel in partẽ, prout casus restitutionis accesserit, tanq̃ si ipsi patri,uel auo data,uel ab eis confessata fuisset,& hoc intelligatur de filio familias,uel nepote,qui cum patre,uel auo habitaret tempore dictæ dotis receptæ,uel cõfessatæ. Sed si post dotem receptam, uel confessatam ad noticiam patris,uel aui,talis receptio,uel confessio peruenerit,talis scientia post factum interueniens non noceat ipsi patri,uel auo,adeo q̃ non intelligatur obligatus,nisi de scientia habita tempore solutionis,uel cõfessionis dictæ dotis,ut supra in principio dictum est.

De Vsufructu,qui patri cõpetit in dote,& aliis bonis ad filium pertinentibus pro successione matris, & in cæteris bonis aduenticiis. Cap.XXX.

STatuimus q̃ filii,seu filiæ non possint patre uiuente ab ipso patre repetere, uel exigere dotem matris, præmortuæ, uel alia bona materna, seu materni generis,seu quę ad ipsos filios,uel filias ex linea materna obuenissent,uel alia bona aduẽticia,sed pœnes patrem remaneant,donec uixerit ad usũfructũ. Et ipso patre uiuẽte, p̃scriptio aliqua filio,uel filiæ nõ decurrat. Sed nõ possit ipse pater proprietatẽ dictorum bonorũ alienare,diminuere, uel obligare,sed illa reseruare teneatur dictis filiis,uel filiabus,qui,uel quæ successerint tali matri,uel quibus dicta bona aduenticia pertinebant. Et nõ teneatur pater cautionẽ p̃stare de utendo,fruendo,arbitrio boni uiri Non possit tamen dictus ususfructus per patrẽ alienari,diminui,uel obligari,auctoritate p̃sentis statuti,sed in dictis reb.& bonis a matre,uel ex linea materna, puenieñb.uel alio modo aduẽticiis,tales filii, seu filiæ oĩbus creditorib. patris, & omnibus aliis causam habentibus a dicto patre præferantur, tam in usufructu,quã in proprietate,nõ obstãte usufructu patri cõpetenti,quoniam patri tantũ,& non suis creditorib.uel aliis reseruatus intelligatur.

De prohibita

De prohibita Donatione propter nuptias. Cap.XXXI.

DOte data alicui uiro, uel per eum confessata, ipse uir non uideatur constituisse aliquam donationē propter nuptias in aliqua quātitate, uel re, nec etiam ipse uir, uel eius heredes ad donationē propter nuptias faciendā possint modo aliquo cogi, uel compelli, contrarietate aliqua non obstante. Verum si expresse donatio propter nuptias cōstituta sit a uiro, Tūc Dispo nimus ꝙ cōstitutio dictæ donatiōis, et pactū insertū, ꝙ in aliquo quocūq; casu uxor lucretur donationē propter nuptias ī totum, uel in partem, ipso iure sint nulla: Nec ex tali pacto, uel cōstitutiōe mulieri ius aliquod acquiratur: Resistimus enim tali pacto, et cōstitutioni, ita ꝙ nullo modo ualeāt: Nō obstāte statuto per qđ cōcedit̄ marito ius lucrandi certā partē dotis.

De Anulo sponsalitio, et de aliis sponsalitiis donationibus, factis ante nuptias, et tēpore nuptiarum. Cap.XXXII.

PRoxime diximus de donatione propter nuptias, nunc de donationib. ante nuptias prouidentes, Statuimus ꝙ omnia, et singula donamēta facta mulierib. tam antequam ad uirum transducantur, q̄ eo tempore quo pergunt ad uirum, q̄ postea quādocūq;, cōstante matrimonio a quibuscūq; agnatis, uel cognatis, uel amicis ipsius mulieris, uel contemplatione ipsius mulieris, uel suorum agnatorum, uel cognatorum, restitui debeant eidem mulieri, matrimonio per mortem uiri soluto, si extāt, et talia qualia extant, ita ꝙ heredes uiri de consumptis, seu non extantibus, nequeant conueniri. Si uero matrimonium soluatur morte mulieris, maritus exinde nihil reddere compellatur, sed talia donamenta lucretur. Verum si talia donamenta facta forent ab agnatis, uel cognatis, seu amicis mariti, tunc uiro donata intelligantur, & nihil ex inde maritus, uel eius heredes restituere, uel soluere compellantur: Illa autem quę mulier donat familiæ uiri, tempore quo ad uirum transducitur, soluto matrimonio, uel eo constante, repeti nequeant ullo modo, sed donatariis lucro cedāt, nec heredes uiri exinde modo aliquo teneantur: Quod autem a Sponso donaretur Sponsæ tempore desponsationis, uel ante, nullatenus Sponsa lucretur, sed totum restitui debeat cum effectu, si sponsalia per mortem Sponsæ soluerentur, siue dicta sponsalia essent contracta per uerba de præsenti, siue contracta essent per uerba de futuro, ita ꝙ dicta donatio resoluatur ex toto: Sed si morte mariti, uel sponsi matrimonium solueretur, sponsa lucretur res donatas: Volumus tamen non obstantibus suprascriptis, ꝙ quælibet uxor, siue sponsa lucretur Anulos primos, unum, uel plures, qui darentur simul sibi a marito, tempore quo desponsatur per uerba de præsenti, & si in utilitatem uiri conuersi fuerint, eidem mulieri repetitio competat eorundem Annulorum, si extant, uel extimationis, si non extant, Cæterum Iube

mus, q̄ si qua persona recederet a sponsalibus, si culpa sponsi soluerentur, Spōsa lucretur res donatas. Sed si culpa sponsæ a sponsalibus recederetur, tunc donatio dissoluatur in totū, & res donatæ restitui debeāt cum effectu. Sed si soluerētur de uoluntate utriusq;, tunc sponsa lucretur res donatas.

De alimentis mulieri uiduæ p̄standis, donec sibi dos soluatur, & in uiduitate permanserit. Cap.XXXIII.

DOnec mulier uidua, cui competit ius repetēdi suam dotem, receperit ad integrum suam dotem, & in uiduitate permāserit, habere debeat de bonis hereditatis defuncti uiri Alimēta, Victus, & Vestitus pro se, & una seruiciali, si talis sit mulier, cui cōueniens fuerit habere seruicialē, & an congruū sit eam habere seruicialem, uel nō, stari debeat arbitrio iudicantis: Et heredes uiri possint se liberare a dicta alimentorū præstatione, soluēdo, & restituendo dotem ipsius, qua soluta amplius ad dictam præstationem alimentorum non teneantur: Sed si mulier uoluerit, & elegerit potius dotes suas, q̄ alimenta prædicta, licitum sit eidem, elapsis sexaginta diebus, a die mortis defuncti uiri proxime computandis, dotem petere, & exigere, & heredes uiri ad solutionem compellere cum effectu: Et donec ipsa mulier reciperet alimenta de bonis defuncti uiri, quicquid interim ipsa lucratur, de operis suis, uel de artificio, uel de negotiatione sit, et esse intelligatur heredum mariti, a quibus ipsa receperit alimenta.

Quādo dies restituēdæ dotis cedat, et pœna cōmittaē. Cap.XXXIIII.

SI uxor mortuo uiro steterit in domo, uel in familia uiri, ipsi heredes, et hereditas, uel qui ad dotem restituendā tenerentur, nō incidāt in pœnā dotis nō restitutæ, q̄ diu ipsa mulier steterit, et alimenta receperit in domo, uel in familia uiri, uel alibi steterit, et alimēta uolūtarie ab heredib. dicti defuncti uiri receperit, nisi elapsis .lx. diebus a die mortis defuncti uiri, dotem in iudicio petierit. Nam tunc si infra .lx. dies a die petitionis huiusmodi cōputandos nō fieret restitutio dotis, pœna cōuenta, et promissa cōmittatur, et peti possit: Et ipsa mulier stāte in domo, uel in familia defuncti uiri, uel alibi alimenta ab ipsis heredibus uiri recipiendo, ipsi heredes non incidant in pœnam, nisi mulier dotem petierit, ut dictum est. Cæterum si mulier defuncto uiro celebratis exequiis incōtinēti de domo, et familia uiri, seu eius heredum exierit fieri debeat dotis restitutio infra .lx. dies a die dicti exitus cōputandos, alioquin pœna ipso iure, sine aliqua repetitione cōmittatur: Si autem morte mulieris matrimonium solueretur, teneatur maritus, et eius heredes restituere heredibus ipsius mulieris illam partem dotis, quæ restituenda ueniret infra .lx. dies, a die soluti matrimonii, et factæ petitionis per heredes proxime cōputandos: Alioquin pœna cōmittatur, et peti possit.

De eo q̄

De Eo quod obligati ad dotem,& eorum heredes possint insolidum conueniri. Cap. XXXV.

ET obligati ad dotem restituendam,& eorum heredes,non habeant beneficium ut cōueniantur,seu exigantur,in quantum facere possint, sed conueniri, & exigi possint in totum,nec authoritate præsentis statuti tali beneficio uti possint.

De Vsufructu uxoribus relicto. Cap. XXXVI.

SI quis reliquerit uxori usumfructum bonorū suorum,uel eā dominā,et usufructuariam reliquerit super bonis suis,uel per similia,uel ęquipollētia uerba,relictis heredibus ascendentibus ipsius relinquentis,uel ex eo filiis masculis,uel fœminis,uel aliis descendentibus per lineam masculinā, etiā si fœminæ sint p masculinam lineam descendentes,uel etiam relictis heredibus fratribus ipsius relinquentis utrinq; cōiunctis,uel ex patre tantū,Decernimus,& Declaramus q i quolibet dictorum casuum dictum legatum resoluatur in alimenta,& non plus consequatur exinde,q̄ sibi sufficiat p Victu,& Vestitu pro se,& una seruitiali,si talis sit mulier,cui cōueniens sit eam habere,cōsiderata qualitate,& dignitate psonæ,& quantitate,& facultate patrimonii arbitrio iudicantis: Et si quæstio sit,an tali mulieri cōgruat habere seruitialem,uel de ipsorum alimentorum taxatione,tunc Iudex adhibeat duos cōfidentes,& cōmunes amicos,cum quibus,uel cum uno ipsorū prædicta declaret, prout suæ discretioni uidebitur, consideratis facultatibus hereditatis,& qualitatibus personarum: Et possit etiam ipse Iudex cū duobus cōfidentibus amicis prædictis, uel cum uno ex eis,secundum suā cōscientiam,etiā nō factis probationibus,iudicare,& quod,ut dictum est declarauerit,obseruetur. Si autem ex tali relinquente ascendentes,uel filii masculi,uel fœminæ,uel deinceps per masculinā lineam descendentes nō extarent,uel si extarent,sed postea decederent,uel si filię,uel neptes ex filiis relinquentis,nō extātibus masculis nuptui cum dotibus traderentur,uel si non extarent fratres utrinq; cōiuncti,uel ex patre tātum heredes relicti, tunc in quolibet dictorum casuum ipsa mulier intelligatur habere usumfructum omnium bonorum dicti relinquentis,quādiu ipsa uixerit,& ipsorum bonorum liberā administrationem habeat,atq; plenā,dummodo teneatur inuentarium cōficere,& prestare cautionē fideiussoriam de utendo,fruendo,arbitrio boni uiri,& de restituēdis pecuniis,& rebus mobilibus, & immobilibus dictæ hereditatis finito usufructu,secundum formā,& dispositionem iuris cōmunis,a qua fideiussione non releuetur per iuratoriam cautionem,& nisi dictum inuentarium fecerit,& cautionem idoneam præstiterit,ut dictum est,non amplius consequatur ex dicto relicto nisi solummodo alimenta, et dictum legatum semper expiret,si mulier dotem petierit,et habuerit ab he-

redibus uiri: Et hæc locum habeant, nisi constet ꝙ relinquens expresse aliud uoluerit, & disposuerit: Tunc enim uolumus, ꝙ relinquentis uoluntas debeat obseruari, non obstantibus suprascriptis, Et prædicta uendicent sibi locum in usufructu generaliter legato. Si autem sit legatus usus fructus non de omnibus, sed de aliquibus certis bonis, uel quantitatibus specifice declaratis, debeat illa uoluntas seruari, non obstantibus suprascriptis, & nõ obstante ꝙ dotem petierit, & habuerit, nisi appareat relinquentem aliter uoluisse. Illud semper obseruando, ꝙ si usus fructus generaliter, uel specialiter, seu quocunq; modo relinquatur, si mulier nupserit, expirasse intelligatur, nisi expresse appareat de contraria uoluntate mariti, quo casu talis uoluntas debeat obseruari.

De Cessiõe facta ab uxoribus creditorib. maritorũ. Cap. XXXVII.

SVperiori libro in capitulo posito sub Rubrica De assignando de bonis mariti in solutum uxori pro suis dotibus Disposuimus, ꝙ uxor possit, & teneatur creditoribus mariti, quibus cõpetit ius offerendi, cedere iura suarum dotium, ut iura uolunt, & ꝙ dicti cessionarii possint agere, & dotem petere non obstante ꝙ casus dictæ dotis restituendæ non accesserit, prout plene in dicto capitulo continetur. Nunc autem plenius Ordinamus, ꝙ si creditores uiri, quibus competit ius offerendi, offerunt uxori solutionem nõ solum dotis, sed etiam aliarum quantitatum, quæ a uiro deberentur uxori ex quacunq; causa, & in casu dictæ ueræ solutionis, quæ fieret uxori, debeat ipsa uxor cedere iura sua, Et omnes quantitates, quæ occasione dotis, & corredorum soluerentur eidem, teneatur dicta uxor cõuertere in emptionem prædiorum, uel dare ad partem lucri idoneo mercatori, & omnes fructus, et prouentus, seu lucra, qui, et quæ, constante matrimonio reciperentur exinde, conuertãtur in oneribus matrimonii. Sed si recipet dicta uxor solutionem de aliis, quæ sibi deberentur a uiro ex alia causa, q̃ dotis, possit de illis disponere, prout sibi a iure, et ex forma statutorum cõceditur, et fructus, et lucra, quæ ex dictis bonis prouenirent, pertineant ad dictam uxorem, et non debeant deseruire oneribus matrimonii contra uoluntatẽ uxoris: Et in prædictis contractibus debeat interuenire consensus mariti, et ꝓpinquioris, secundum formam statutorum, saluis semper iis, quæ in sequẽti capitulo continentur. Declarantes ꝙ in casibus, in quibus competit creditoribus ius auferendi, authoritate præsentis statuti intelligatur ipsi uxori reseruata facultas eligendi, uidelicet, aut habere pecuniã, quæ sibi pro suo credito offerrẽt a creditore, uel retinere res mariti ĩ satisfactionẽ sui crediti ꝑ ea æstimatione, ꝓ qua ꝑ creditores sibi assignari, et adiudicari petitur.

De Confessione alicuius quantitatis receptæ per mulierem de consensu uiri. Cap. XXXVIII.

Statuimus

STatuimus ꝙ si qua mulier cum consensu mariti in aliquo cõtractu ,uel quasi,receperit,seu habuisse,& recepisse confessa fuerit aliquam pecuniæ quantitatem,seu aliquã rem mobilem,uel se quomodolibet obligauerit cũ uiro,uel cum alio quocunq;,ex quacunq; causa,uel etiã sola,& uir ei consen serit,Volumus ꝙ in quolibet dictorum casuum præsumatur præsentis sta tuti authoritate,ꝙ huiusmodi pecunia recepta ,uel cõfessata ad uirum pue nerit,& apud eum remãserit,& pęnes mulierẽ nihil remansisse præsumaẽ, & eidẽ mulieri actio acquiratur ad huiusmodi pecunias,uel res mobiles re petendas,& exigendas a uiro,& eius heredibus,& cõtra eam cõstante matri monio præscriptio aliqua non decurrat in casu prædicto . Et hæc omnia locum habeant,nisi manifesto probetur a uiro,uel eius heredibus quantita tem,seu rem huiusmodi cõfessatam in utilitatem dictæ mulieris fore con/ uersam,non tamen ipsa mulier ex tali contractu, uel quasi, obligetur alteri cuicunq;,nisi cõsenserit ei propinquior,& maritus,secundum formam sta/ tuti,et tunc dicta confessio ualeat ei,in cuius utilitatem facta fuisset, nec ei in cumbat onus probãdi in utilitatem mulieris uersam esse,sed maritus obli/ getur exinde uxori,ut supra dictum est,nec intelligatur huiusmodi pecu/ niam in utilitatem mulieris esse conuersam,eo quod in eius alimẽtis,uel ue stimentis,uel ornamentis,uel in pensionem domus cõuerteretur cum ipsa, costante matrimonio a uiro ali debeat,& nutriri.

De Contractibus mulieris coniugatæ,& de consensu eidem præstando. Cap. XXXIX.

STatuimus ꝙ nulla mulier,quæ uirum habet,& ab eo transducta fuerit, uel cum uiro habitauerit,possit uendere,donare , uel alio quouis titulo de suis rebus,& bonis alienare,uel se , aut sua bona quomodolibet ex qua/ cunq; causa obligare,uel suis iuribus renunciare,uel aliquem consensum ꝓ/ stare,uel alium quemcunq; contractum,uel quasi,extra iudicium facere,uel inire,nisi ipsi mulieri in ipso contractu,uel quasi,consenserit maritus,& pro pinquior ipsius mulieris,& intelligantur in hoc casu propinquiores per/ sonæ infra successiue declaratæ. Primo namq; idem mulieri interuenire debeat consensus patris,si patrem habet:Et si patrem non haberet uocetur auus paternus, Et si auum paternum non haberet, admittatur auus ma/ ternus, quem si non haberet deferatur consensus filio ipsius mulieris, ma/ ior decem & octo annis,nato ex alio præcedenti matrimonio,ita ꝙ si mari/ tus eidẽ cõsenserit,filius ex ipso matrimonio natu s ad talẽ consensu m nõ admittatur. Verum si filium ex præcedenti matrimonio non haberet, uo cetur ad consensum frater germanus ex utroq; parẽte,uel ex patre tãtũ: Et si talem fratrem non habuerit,ueniat ad consensum patruus ipsius mu/ lieris: Et si patruum non habuerit,uocetur frater uterinus ipsius mulieris, Et si talem fratrem non haberet , uoceẽ filius fratris eidẽ mulieri utr inq;,

uel ex patre tantum coniuncti: Et si filium fratris non habuerit,admittatur frater patruelis: Et si talem fratrem non habuerit,admittatur auunculus: Et si talem auunculum non habuerit,uocetur filius sororis utrinq;,uel ex patre tantum coniunctæ: Et si filium sororis non habuerit,admittatur consobrinus ex amita,uel ex matertera natus. Et si talem consobrinum nō haberet,admittatur unus de linea agnatorum sibi coniunctus intra quartū gradum,secundum computum decretorum,salua gradus prioritatē,ita q̄ qui prior fuerit in gradu,p̄feratur in consensu præstādo,nec sufficiat cōsensus propinqui extāte p̄ximiore, et si quē non haberet ex linea agnatorum sibi coniunctū intra quartum gradū,uocētur ad consensum illi,qui sunt eidem mulieri de linea cognatorū cōiuncti intra quartū gradum, secūdum computum decretorum,et ille qui prior fuerit in gradu ,p̄referatur in cōsensu prēstādo,nec sufficiat cōsensus remotioris,extāte propinquiori. Et oēs,et singuli prædicti debeāt esse maiores annis.xviii.et bonæ famæ,et nulla infamiæ macula notati,et sanę mentis,et habiles ad cōtrahendum. Alioquin sequēs secūdum dictum ordinem admittatur,exclusis dictis minoribus,et infamibus,et aliis inhabilibus ad cōtrahendum. Et si quā de prædictis p̄sonis nominatis mulier haberet,cui , secūdum ordinem supradictum deferatur cōsentiendi facultas,et talis p̄sona esset absens extra lucense territorium,uel esset in aliquo officio extra ciuitatem,etiam in comitatu lucēsi, uel in districtu,uel esset in aliqua rocha ,uel aliqua infirmitate grauatus ī ciuitate,uel territorio lucensi,uel aliter legitime impeditus,ut sic cōsensus eius cōmode haberi nō possit,tūc sequenti in gradu,secūdum ordinem suprascriptum,intelligatur cōcessa facultas dictū cōsensum præstādi. Verum si aliquem de prædictis nō haberet,uel si haberet, sed esset impeditus aliquo dictorū impedimētorum,et post impeditum nō haberet alium ex p̄dictis, Tūc requiraẽ cōsensus Iudicis ordinarii.i.Domini lucensis Potestatis,uel eius Iudicis in ciuitate lucēsi,et in districtu sex milliariorū ,et cuiuslibet Vicarii in sua uicaria,ita q̄ loco deficientis p̄pinqui, ī casu quo de supradictis nullus reperiatur,Iudicis cōsensus,et authoritas requiratur. Et quia contingit interdum,q̄ ille,cuius cōsensus secundum dictum ordinē est adhibendus cōsentire negligit,seu recusat: Nos Volētes de opportuno remedio p̄uidere,Statuimus q̄ si prædicti,uel aliquis eorū requisiti,cōsentire neglexerint,seu recusauerint,tūc uocetur,et admittatur alius,qui post inquisitam p̄sonam, secūdum ordinem suprascriptū uocaretur , ita q̄ semper requiraẽ primo qui præcedit in ordine præsentis statuti,et deinde successiue sequentes p ordinē. Et intelligaẽ nolle cōsentire ille,q personaliter, uel ad domū suæ habitationis citatus neglexerit cōsentire ipsa die inq̄sitionis,uel saltim infra duos dies iuridicos,proxime,et immediate sequētes in eodem loco ,ī quo facta fuerit inq̄sitio,et corā eodē Iudice. Et si p̄sona ad cōsentiendum req̄sita cōparuerit,et causam aliquā allegauerit, p̄pter quam dicat se nolle cōsentire,quia cōtractus esset eidē mulieri dānosus , tūc Iudex infra

tres dies

tres dies utiles a die causæ allegatæ declaret, an causa allegata rationabilis existat,& si iusta fuerit p iudicē declarata,nō cōpellatur ad aliquē consensū præstandū,nec sint alii inqrendi,& cū cōsensu alterius sequētis in gradu, talis cōtractus fieri non possit,& factus non ualeat ipso iure,& si dicta causa fuerit iniuste declarata,tūc talis inqsitus eadē die,uel sequenti,cōsensum pstare teneat̃,Alioquin intelligatur nolle cōsentire,& alii ad cōsensum pręstādum uocētur,secundū ordinē suprascriptū: Et si mulier cum aliquo de prędictis,cuius alias requireret̃ cōsensus contrahere,uel quasi contrahere uoluerit,uel se obligare ad cōmodum ipsius ppinquioris,uel alii tertiæ psonæ cū ipso ppinquo se obligare,uel cōtrahere uoluerit,tūc requirat̃ consensus alterius sequētis cōiuncti,secundū ordinē suprascriptū. Et si maritus esset absens extra lucen.territoriū,uel esset in aliqua rocha in aliquo officio,i comitatu,uel districtu lucen.uel esset infirmus , uel aliter legitime impeditus, adeo ꝙ eius cōsensus cōmode haberi nō possit,tūc possit maritus consentire p pcuratorē speciale mandatū habentē . Verū si nullus mariti procurator existat,& pprer uiri absentiā,uel pprer unū ex prędictis aliis impedimētis,eius cōsensus haberi nō possit,tūc loco mariti absentis,uel impediti possit consentire,& authoritatē præstare Iudex cū ppinquiori uxoris,ut supra dictū est. Et ualeant prædicta,ac si maritus psens consensisset: Et pdicta nō uēdicent sibi locū quando contraheret̃,uel quasi contraheret̃,uel obligatio fieret sup iuribus,& rebus dotalibus,super quibus,si mulier uellet consentire,uel sup eis contrahere,uel renūciare iuribus ipothecarū,uel aliis suis iuribus sibi p suis dotibus cōpetentibus in rebus mariti,debeat tunc interuenire consensus mariti,uel eius pcuratoris speciale mandatū habētis,& cōsensus unius propinquioris dictæ mulieris,cū authoritate Iudicis, & aliter nō ualeat ullo modo. Præterea Statuimus,ꝙ si propinquior,cuius consensus, secundū dictā ordinationē requireretur,esset absens,uel infirmus,uel in aliqua rocha,uel in aliquo officio,uel aliter legitime impeditus,propter quod ad cōsentiendum tali mulieri non posset psonaliter interesse,possit pcuratorē constituere cū speciali mādato ad consentiendū, Et talis consensus p dictū procuratorē pstitus,sit ualidus,ac si p ipsum propinquiorē præstitus fuisset,et i nullo dictorū casuum intelligatur absens extra territorium lucēse, q esset in terris tēporalis iurisditionis. D.lucen. Epi,uel lucen. Capituli, et oēs,& singuli cōtractus,uel quasi,quos aliqua mulier celebrauerit ,uel fecerit,intelligant̃ ualidi,& plenū obtineāt robur firmitatis,si consensus adhibeatur,ut superius est expressum,dūmodo aliud iuris,uel statutorū obstaculum non impediat : Et nullus propinquus pro cōsensu pstito alicui mulieri obligetur,uel ualeat conueniri. Declaramus insuper ꝙ si mulier in cōtractu,uel quasi,uel aliqua obligatione iuramento firmauerit se non habere maritum,uel aliquem propinquiorem,cui consentiendi facultas deferatur,q̃ eum qui in ipso contractu ad cōsensum adhibetur Tale iuramentū, præsumatur dolo,& ui , extortum,& pro non præstito habeat̃,& cōtractus

siue obligatio ipso iure non teneant, si postea ꝓbetur ꝙ tempore cõtractus, uel obligatiõis, maritum, uel aliũ haberet propinquiorẽ, cui facultas consentiendi deferebatur: Et præsumantur dicti ꝓpinquior, & maritus, fuisse pręsentes, & non impediti tẽpore contractus celebrati, uel obligationis contractæ, nisi oppositum probaretur. Sed si mulier assereret maritum, uel alium, cui secundum suprascriptum ordinẽ consentiendi facultas defertur, esse absentem extra lucen. territorium, uel infirmum, uel aliter impeditum, ꝑpter qđ sequẽs in gradu admittendus ueniret, teneatur Iudex ad instantiã mulieris se de prædictis extraiudicialiter informare, & demum declarare propinquiorẽ, uel maritum esse absentes, uel altero ex prædictis modis impeditos, Qua declaratione facta, sequẽs in gradu, uel iudex loco mariti, in casu quo in loco mariti Iudex adhiberi pmittitur, adhibeatur: Cui declarationi factæ p Iudicẽ omnino fides adhibeat. Et sit præsumptio iuris, & de iure, contra quam probatio nõ admittatur, Dũmodo de dicta declaratione appareat publica scriptura manu notarii contractũ scribentis, uel manu alterius publici notarii. Et non possit facta dicta declaratione eo ꝑtextu contractus, uel obligatio rescindi ꝙ uir, uel propinquior cõsensum non adhibuerit. Si uero dicta declaratio non processerit, tũc assertio, uel iuramentum mulieris, quæ dixerit, uel iurauerit maritum, uel propinquiorem fuisse absentes, uel aliter impeditos, præsumatur dolo, et ui extorta, & extortum, & pro non præstitis, & interpositis habeantur, & præsumantur tempore contractus, uel obligationis dictus uir, & propinquior fuisse pręsentes, & nõ impediti, nisi oppositum probaretur. Declarantes infrascriptis casibus, ubi de consensu propinqui fecimus mentionem, ꝙ si repeniantur duo eiusdem gradus propinqui habiles ad consentiendum, unius consensus sufficiat.

De Cõsensu mulieri uiduæ ꝑstando in cõtractibus suis. Cap. XL

DE contractibus mulieris coniugatæ dictum est, Nunc De contractibus mulieris uiduæ, & De consensu eidem præstando dicendum restat, Statuimus ergo ꝙ nulla mulier uidua, seu nunq̃ nupta, maior annis. xviii. possit uendere, donare, uel alio quouis titulo de suis rebus, & bonis alienare, uel se, aut sua bona quomodolibet ex quacunq; causa obligare, uel suis iuribus renunciare, uel consentire, uel alium quẽcunq; contractum, uel quasi extra iudicium facere, uel inire, nisi in ipso contractu, uel quasi, uel in ipsa obligatione ipsi mulieri consenserit proximior coniunctus, Et intelligantur hoc casu propinquiores personæ infra declaratæ. Primo nanq; requiratur eidem mulieri consensus patris, si patrem haberet, et si patrem non haberet, uocetur auus paternus, et si auum paternum non haberet, tunc admittatur ad consentiendum auus maternus, et si auum maternum non haberet, deferatur consensus filio ipsius mulieris maiori decem & octo annis, & si talem filium non haberet, admittatur ad consentiendum tutor, uel curator fi

lii masculi

lii masculi minoris decem & octo annorum: Et si talem filium non habe- ret,uel si filius tutore,& curatore careret,uel si ipsa mulier tutrix esset, & cō tutorem alium non haberet,tunc uocetur ad consensum frater germanus ipsius mulieris ex utroq; parente,uel ex patre tantum coniunctus: Et post ipsum uocentur,& admittantur cęteri per ordinem successiue supra in pro ximo superiori Cap.declarati,et omnia,& singula,quæ in præcedenti Cap. post illud uerbum,uidelicet Vocetur ad consentiendum frater germanus ex utroq; parente,uel ex patre tantum,usq; ad finem dicti Cap.continētur, in præsenti Cap.repetita intelligantur: Excepto eo, quod ibi dicitur De consensu mariti adhibendo: Et omnia in præcedenti Cap.contenta,quę adaptari possunt,in præsenti Cap.repetita intelligantur,Saluis iis,quæ ī prę senti Cap.dicta sunt,& exceptionibus supra factis. Si autem dicta mulier esset minor annis.xviii.tunc consensus propinqui non exigatur ad ualidan dum contractum,sed requiratur authoritas tutoris,uel curatoris,secundū ea,quæ habentur infra sub Rubrica De tutoribus,& curatoribus minorū.

De Contractibus, in quibus mulieri uiduæ non requiritur consensus propinqui, Cap. XLI.

REgulam supra Ordinauimus,q; mulieri uiduę in contractibus,uel qua si,requiratur consensus propinqui,Sed quia secundum antiquos mo- res ciuitatis Lucen.dicta regula interdum fallit,ideo casus speciales in præ senti Cap.Declaramus,in quibus dicta generalis prouisio non uendicet si- bi locum, Statuimus ergo,q; quælibet mulier uidua, seu nunq̄ nupta ma- ior annis decem & octo,possit se,& sua bona absq; alicuius propinqui con- sensu obligare in contractibus,seu quasi,usq; ad quantitatem librarum de- cem mercantilis monetæ,ad computum soldorum quinquagintaocto pro quolibet Floreno. Item possit suas operas locare ad stādum cum alia mu liere. Item possit se obligare ad soluendum salaria famularum,quæ sibi ser uirent. Item possit suas terras,& domos ad affictum,& pensionē locare ad modicum tēpus. Item possit suis redditoribus,colonis, & conductoribus confessionem facere de soluto,de affictibus,pensionibus, uel liuellis. Item possit recipere,& habuisse,& recepisse confiteri alimenta præterita, quæ sibi deberentur tempore quo talem confessionē de soluto fecisset,ut,liberare sic possit alios p præteritis alimentis,nō autem se aliis obligare possit pro præ teritis,uel futuris alimētis,nisi prout ex forma statutorū disponitur. Item possit recipere solutiones quantitatum,& rerum, quæ sibi ex causa mutui, uel depositi,uel commodari deberentur,& hoc si ipsa absque consensu pro pinqui,uel alius eius noīe,huiusmodi mutuū, uel depositū, seu cōmodatū cōtraxisset,alioquin ī ipsis solutionibus cōsensus ꝑpinquioris requirat̄.Itē possit sine cōsensu subire onera tutelæ,& curæ filiorū descendentiū suorū. Itē possit dictas tutelas,et curas gerere,et administrare in iudicio, et extra.

Item possit acceptare,& exercere officium executionis ultimarum uolunta tum,qđ sibi foret ab aliquo testatore ,uel testatrice cômissum. Item possit absq; alicuius personæ consensu constituere procuratorem in causis suis prout continetur in Cap.posito sub Rubrica De procuratore constituendo a muliere,& a minoribus,& obseruari Volumus,prout continetur in eo. Et in quolibet dictorum casuum supra declaratorum possit se ,& sua bona obligare,sine consensu propinqui,cum promissionibus , & obligationibus, quas usus,& natura talium contractuum exigit,& requirit. Item quælibet mulier nupta,uel uidua,uel nunquam nupta, maior annis decẽ & octo, possit suo nomine in iudicio stare absq; alicuius personæ cõsensu, prætereq; mulier nupta pro iuribus,seu rebus dotalibus,uel eorum occasione,in quibus in iudicio sibi præiudicare non possit,nisi mariti consensus accedat,prout Ordinauimus supra,sub Rubrica De iis,qui possunt suo nomine in iudicio stare. Cæterum ad omne dubium tollendum Declaramus, q; persona mulieris maioris annis decem & octo, habilis intelligatur ad stãdum in iudicio agendo,& defendendo in omnibus actibus,qui de sui natura iudiciales existunt,secũdum ordinem iudiciorum,sed si in iudicio facere uellet actum aliquem,qui de sui natura non esset iudicialis,ueluti compromissum,quod nõ procederet ex dispositione alicuius statuti,uel aditionem hereditatis,uel alium actum,qui de sui natura sit extraiudicialis , tunc in tali actu extraiudiciali,licet in iudicium celebretur consensus per superiora cap. ordinatus debeat interuenire. Et prædictis in præsenti Cap. specialiter ordinatis saluis remanentibus. In omnibus aliis contractibus,seu quasi,& in cæteris obligationibus , requiratur mulieri consensus , prout statutum est in præcedentibus Cap.

De Iuramento præstito a muliere. Cap. XLII.

STatuimus q; si qua mulier nupta ,uel uidua, uel quæ nunquam nupserit,maior decem & octo annis,sine consensu illius propinqui, cuius consensus per formam statuti exigebatur,iurauerit de nõ ueniendo contra cõtractum,uel quasi,uel contra promissionem,uel obligationem,uel renunciationem,& illum,uel illa firmum,et firma habere,uel per similia uerba Tale iuramentum non præiudicet ipsi mulieri,sed intelligatur dolo,et fraude,et contra bonos mores,ui,et metu,extortum,et sit præsumptio iuris,et de iure,contra quam non admittatur probatio in contrarium , etiam per confessionem ipsius mulieris : Et si mulier iuraret se non habere proximiorẽ propinquũ eo,qui sibi ad consentiendum adhiberetur , uel propinquiores esse absentes,uel impeditos,tũc seruetur,prout supra dictũ est in fine Cap. De contractibus mulieris coniugatæ,et de cõsensu eidẽ præstando.

De Iuramento præstito a minore. Cap. XLIII.

Statuimus

STatuimus q si contingat masculum, uel fœminam minorem decem et octo annis iurare in aliquo contractu, uel quasi, uel aliqua obligatione, uel renunciatione, uel super alio quocunq; actu iudiciario, uel extraiudiciario, conuentione, uel pacto de non contraueniendo, seu de habendo firmũ, & ratum, quod actum esset, uel similia, uel æquipollentia uerba, siue tutoris, uel curatoris authoritas intercesserit, siue non, siue tutorem, uel curatorem habuerit, siue non, siue pater, uel alius propinquior ei consenserit, uel authoritatem præstiterit, siue non, siue Iudicis ordinarii authoritas, uel consensus interuenerit, siue non, Tale iuramentum intelligatur fictum, & simulatum, & dolo, & fraude, ui, & metu, & contra bonos mores præstitum, & extortum, et pro nõ præstito habeatur, nec minori prçiudicet quominus possit infringere actum, tam per uiam nullitatis, q̃ per beneficium restitutionis in integrum, et per alia remedia, quç sibi competeret si iuratum nõ fuisset: Et contra dictã præsumptionem nõ admittatur probatio in contrarium.

De Tutoribus, et Curatoribus minorum Cap. XLIIII.

STatuimus q omnes, et singuli Tutores, et Curatores teneantur facere inuentarium de omnibus, et singulis rebus minorum infra unum mensem a die quo creati fuerint: Et si nullum inuentarium infra dictum tempus fecerint, nihil administrare ualeãt de bonis minorum, nisi in casibus a iure permissis. Sed possint remoueri ab administratione tutelæ, et curæ, et aliis pœnis subiiciantur, quæ sunt inductæ a iure communi: Et hoc nisi Iudex inuenerit illum, qui inuentarium non fecerit maliciose cessasse, ut tutelæ, seu curæ onus deponeret, quo casu ne suæ maliciæ indulgeatur, remoueri non debeat a tutela, seu cura, sed puniatur arbitrio Iudicis, et nihilominus ad inuentarium faciendum præcise compellatur: Et quilibet tutor, & curator, qui scienter in inuentario res aliquas ponere, & describere omiserit, duplum ualoris rerum in inuentario non positarum, restituere minoribus compellatur, & rerum scienter in inuentario non positarum periculum pertineat ad ipsos tutores, & curatores, & non ad ipsos minores. Nec isto casu uendicet sibi locum iuramentum in litem, nec etiam propter hoc ab administratione repellantur: Et quod dictum est de dicto inuentario fiendo, intelligi Volumus nisi tutores, uel curatores testamentarii essent a testatore ab onere inuentarii releuati, tunc enim testatoris uoluntas illibata seruetur, nisi post conditum testamentum superuenerit causa, propter quam Iudici uideatur inuentarium esse conficiendum, quo casu iussus iudicis, & nõ uolũtas testatoris debeat obseruari. Sed quia frequẽter cõtra tutores, & curatores minorũ cõparẽtes agẽdo, uel defendẽdo opponi cõsueuit, q nõ sint admittẽdi, quia inuentariũ non confecerunt, aut non legitime, & ꝑpter hoc litigia ꝓlõtãtur. Ideo ꝓuidere uolẽtes, Statuimus q liceat ipsis tutoribus, et curatoribus de inuẽtarii cõfectione fidẽ facere ꝑ apodissã manu

notarii de inuẽtario prædicto rogati scriptũ,& cũ suo signo subscriptũ,uel de suis libris,& rogationibus,ab alio notario potestatem habẽte sumptam, & subscriptam cum signo notarii scribentis,quæ apodixa fidem faciat,etiã si non appareant bona per tutores,& curatores in dicto inuentario posita. Volumus enim quantum possumus,substantias et facultates minorum nõ omnibus palã fieri,uel manifestari. Preterea ꝑ utilitate minorũ,et tutorũ, et curatorũ,Statuimus ꝙ oẽs,et singuli tutores ,et curatores teneantur scribere,uel per alium scribi facere librum,& codicem rationum , siue administrationis,ita ꝙ semper ostendere ualeant rationem de gestis,& administratis : Et si pecunias,uel res alias receperint de bonis minorum,teneantur eas ponere ad introitum in dicto libro,alioquin duplum restituere cogantur, nec habeat locum iuramentum in litem. De exitu uero,& expensis, & aliis in dicto libro contentis,fides detur,uel non detur in totum,uel in partẽ, prout uidebitur Iudici,& Reuisoribus rationum : Et contra tutores,& curatores,qui librum,et codicem rationum non fecerint,iurari possit in litem taxatione Iudicis præcedente. Sed si plures fuerint tutores , et curatores, Vnus ex eis,de quo concordauerint pro omnibus,possit tenere,et scribere, uel per alium scribi facere dictum codicem rationum,quo casu contra alios iuramentum in litem non admittatur. Cæterum Disponimus, ꝙ tutela, et cura testamentaria omnibus præponatur,qua deficiente,succedat legitima : Et ne dum ad tutelam,sed etiam ad curam legitimi uocentur , ita ꝙ extantibus legitimis,datiua non uendicet sibi locum,et intelligantur etiam in cura legitimi,qui de iure in officio tutelæ legitimi nuncupantur. Deficiente autem legitima,tunc datiua uendicet sibi locum,Decernentes ꝙ omnibus,et singulis minoribus annis.xviii.sui iuris,utriusꝗ sexus dari debeant tutores,et curatores,secundum ordinem suprascriptum : Et tam puberes,ꝗ̃ impuberes,tutores,et curatores habentes,siue non habentes,tam in iudicio,ꝗ̃ extra,sine tutoris,uel curatoris authoritate suorum bonorum administrationem non habeant,et cõtractus,et alienationes, et omnia alia per eos gesta,sine authoritate prædicta non ualeant ipso iure,quia Volumus,siue uolentes,siue inuiti tutores, et curatores accipere compellantur , secundum ordinem suprascriptum. Et prædicta non referantur ad confessiones factas per adultos non habentes curatores,de quibus dicitur infra sub Rubrica De confessione facta per colonos,et redditores.

De Testamentaria Tutela,et Cura. Cap. XXXXV.

DEcernimus ꝙ non solum in testamento,sed etiam in codicillis per testamentum præcedens , uel subsequens confirmatis , uel etiam nullo præcedente,uel sequente testamento conditis,et in quacunꝗ alia ultima uoluntate legitime cõdita,possint dari tutores,et curatores,et sic dati,absꝗ aliqua Iudicis confirmatione,intelligantur, et sint ueri tutores , et curatores,

et administrare

& administrare ualeant,quãuis non sit eis administratio per iudicem decreta,confecto tamen inuentario,& adita hereditate, quã dicti tutores pro infante,et pupilli,& adulti cũ authoritate tutorum, & curatorũ adire possint, & adita intelligatur p quẽcunq; actum,ex quo inducatur aditio de iure cõmuni: Et dati in codicillis intelligãtur testamentarii: Et oẽs tutores tam in testamento,q̃ in codicillis dati,teneantur facere inuentarium,prout in superiori capitulo cõtinetur,nisi forent a testatore ab onere inuentarii releuati. Et possit pater,& auus paternus dare tutores,& curatores in testamẽto,uel in codicillis,filiis,seu nepotibus,tam emãcipatis,q̃ in potestate cõstitutis,ita q̃ quãtum ad hoc intelligatur sublata differentia emancipationis,& patriæ potestatis. Item possit mater,& alia quæcunq; p̃sona quãtumcunq; extranea,dare tutores,& curatores minoribus in bonis,& circa bona,quæ talis p̃sona relinqueret dictis minoribus,& taliter dati administrare ualeant, secũdum formam eis traditam a testatore,uel testatrice,nec sit necessaria inquisitio,uel confirmatio quo ad hoc, ut dicta bona administrare ualeant cum effectu. Præterea Disponimus q̃ si pater,uel auus paternus prospexerint filiis,uel nepotibus expedire,q̃ tutela,& cura duret ultra annum decimum octauum ętatis,adulti possint prouidere,& disponere,q̃ ultra quãtum uoluerint,tutela,& cura duret,dũmodo uigesimumquintũ annum cõpletum dicti adulti excedere nõ possint: Et idem seruari Iubemus de tutoribus, et curatoribus,qui a matre,uel ab alio extraneo darentur respectu dumtaxat bonorum eidem minori relictorum per eum,qui tutores, et curatores dedisset. Et tutores,uel curatores in testamẽto,uel codicillis a patre,uel a matre, uel ab alia persona relicti,non teneãtur satisdare,cum a testatore sit fides eorum approbata , nisi in casibus, in quibus a iure communi satisdare cogerentur . Sed omnes alii tutores , et curatores legitimi,et datiui satisdare cogantur.

De Tutela,et Cura legitima. Cap. XLVI.

MAtrem,et Auiam paternã post ascendentes p lineam masculinã,qui ad tutelam,uel curam de iure admitterẽtur omnibus aliis tutoribus,et curatoribus legitimis,et datiuis, Volumus anteferri,si cũ ipsis minoribus habitauerint,uel eos secum ad habitãdum duxerit,cũ qua matre,aut auia admittatur ad legitimã tutelam,siue curã,frater cõsanguineus ipsi minori ex utroq; parente,siue ex patre tãtum cõiunctus maior annis.xviii.et eo deficiente patruus dicti minoris,quibus fratre,et patruo nõ extãtibus,uel deficiẽtibus,uel a tutela,uel cura quomodocũq; ad tẽpus,uel in ppetuũ exclusis,uel remotis,sola mater,aut auia paterna ad tutelã,siue curã legitimã admittaẽ: Et in locũ dictorũ fratris,et patrui,dictis matre,et auia extãtib. ut dictũ ẽ,nullus alius deẽ tutor,uel curator,nec deferaẽ agnato,uel cognato sequẽti: Et ĩ hoc casu speciali nõ uẽdicet sibi locũ regula posita infra sub Ru

brica De subrogandis tutoribus. Verum si mater,uel auia paterna nõ extarent,seu onus tutelæ,et curæ subire recusauerint,uel si tutela, uel cura per mortem,uel per transitum ad secunda uota finiretur, uel si cum illis habitare desierint,uel eos ad habitandum secum non duxerint,uel alio modo finiretur,tunc in quolibet dictorũ casuum cæteri legitimi hoc ordine admittantur. Quia extantibus agnatis pupillorum, uel adultorum usq; ad tertium gradum inclusiue cõiunctis,secundum computum decretorum cognati non admittantur.Sed deficiẽtibus agnatis usq; ad dictum tertiũ gradum cõiunctis,tunc admittãtur cognati cõiuncti usq; ad tertium gradum, Illud semper obseruando ꝙ,qui priores fuerint in gradu,priores admittantur,uidelicet agnati,& cõiuncti usq; in tertium gradũ,primo loco,& eis deficientibus,cognati usq; in dictum gradum cõiuncti. Vbi uero plures in eodem,uel pari gradu agnationis,uel cognationis ,in casu suo concurrerent, tunc ille præferatur ex eis,qui Iudici magis idoneus uidebitur. Et prædictis adiicimus ꝙ dictis cognatis cõiunctis usq; ad tertium gradum nõ extantibus,tunc tutela redeat ad agnatos,qui post tertium gradum cõiuncti forent,quibus deficientibus admittãtur cognati post dictũ tertium gradũ cõiuncti: Et illis deficientibus,tutela datiua uẽdicet sibi locũ: Et in omnibus dictis casibus fiat cõputatio graduum,secundũ computũ decretorũ.

De Tutela,& Cura datiua. Cap. XLVII.

IN Ciuitate Lucensi,& in Districtu sex milliariorum Dominus Lucẽsis Potestas , & eius Iudex, & quilibet Vicarius in sua Vicaria habeant ius, & iurisditionem dandi,& constituendi Tutores , et Curatores,et nemo alius possit in Ciuitate Lucensi Tutorem,uel Curatorem dare,et si ab alio contra dictam prohibitionem darentur,non admittantur in iudicio,uel extra: Et dari possint omni die,etiam si esset feriata in honorem Dei, uel Sanctorum,et in quolibet loco,et Iudici etiam pro tribunali non sedente, Et non uicietur talis datio,quamuis fieret in Ecclesia . Cæterum dari debeant homines bonæ conditionis,et famæ,et idonei,qui sciant,et possint officium tutelæ,et curæ administrare : Et nullus dari possit,qui non esset subiectus iurisditioni lucensis ciuitatis,et qui non possit sub seculari Iudice cõueniri in ciuitate lucensi, uel eius territorio , et districtu . Volumus etiam ꝙ datiui debeant dari,et constitui saltim duo simul , et eodem tempore,ita ꝙ tutela, et cura datiua non resideat pęnes unum solum : Et prædicta uendicent sibi locum quando proceditur ad datiuos,nullis a principio extantibus testamentariis,uel legitimis,uel aliis datiuis. Sin autem procederetur ad datiuos in locũ testamentariorũ,uel legitimorum,uel aliorum datiuorũ mortuorũ , uel remotorũ,uel excusatorum,uel impeditorum,secũdum ea,quæ habentur infra sub Rubrica De subrogandis tutoribus, et De suspectis tutoribus,Tunc seruentur ea,quæ in dictis statutis continentur.

De Creditoribus,

De Creditoribus,& Debitorib.minorũ admittendis,& in quibus casib. admittantur ad tutelã,& curam dictorũ minorũ. Cap.XLVIII

STatuimus ꝙ debitores,siue creditores minorum,possint esse tutores,& curatores talium minorũ,si fuerint in testamento,uel codicillis dati, uel si fuerint legitimi, quo casu debito, uel credito non obstante, excusari non possint,nec propterea remoueri: Sed a tutela datiua debitor,& creditor huiusmodi minorum repellãtur,& dari nõ possint ullo modo, Verũ si tutor, uel curator testamentarius, uel legitimus,contra suum minorem etiam infantem causam aliquam,seu litem mouere intenderet,Declaramus ꝙ si haberet aliquẽ cõtutorem,seu concuratorem unum,uel plures,agere possit,& causa debeat tractari per suos in hac parte collegas,etiam si esset in testamẽto,uel a iudice adiecta clausula ꝙ alter, sine altero administrare non possit, quæ clausula in dicto casu nõ uendicet sibi locum: Et si contutorẽ,uel cõcuratorem nõ haberet,nihilominus agere possit,sed liti intẽtandæ dari debeãt duo curatores,uidelicet unus ex parte patris dicti minoris,& unus ex parte matris,si qui possint reperiri,et si coniuncti non reperirẽtur,tunc duo alii dentur,quos iudex putauerit magis idoneos: Et reciproce dicti tutores,et curatores possint a suis cõtutoribus,et collegis cõueniri,si essent debitores minorum,si tamen tutores,et curatores contra suum pupillum,uel adultum agere noluerint,sed distulerint agere durãte tutela,et cura, quod honestius reputamus, eo casu Statuimus ꝙ nulla pſcriptio, nullaq; dilatio legalis,uel cõuentionalis,uel alia quæcũq;,sua administratione durãte,currat eisdem,sed tempora durantis tutelæ,et curæ de medio subducantur.

De Casibus in quibus Tutores,et Curatores possint suis collegis, committere uices suas. Cap.XLIX.

ET si plures Tutores,uel Curatores fuerint constituti,siue sint testamentarii,siue legitimi,siue datiui, etiam si esset adiecta clausula, ꝙ unus, sine alio administrare non possit, uel certus tutorum,uel curatorum numerus, in administratione requireretur,seu per similia,uel equipollẽtia uerba,Tũc siquis huiusmodi tutorum,et curatorum esset infirmus , uel absens, uel se intenderet absentare,uel si in aliquo officio Lucensis ciuitatis esset extra lucensem ciuitatẽ impeditus,uel esset in aliqua Rocha,uel Fortilitiis Lucen. ciuitatis, Disponimus ꝙ tutor, uel curator, qui esset altero dictorum impedimentorum occupatus,possit suo tamen,et suarum rerum risfico,et periculo,alteri contutori,uel concuratori committere uices suas: Et is cui cõmissio,facta fuerit,possit administrare,et solutiones recipere,et soluentes liberare,et in iudicio stare tam agendo, q̃ defendendo, et omnia facere quæ posset ipse qui uices suas commisisset: Verum si nullum dictorum impedimẽtorum adesset,tunc nemo possit alteri cõmittere uices suas , salua ta

men potestate constituendi actorem debita forma iuris. Et si causa impedimenti propter quam esset facta cõmissio uicis,& uocis cessaret, ut quia absens rediret,uel infirmus liberaretur, uel aliud impedimentum remoueretur,cesset,& finiatur dicta commissio.

De subrogandis tutoribus,loco mortuorum absentium, uel impeditorum. Cap.L.

SI aliquis tutor, uel curator testamentarius decesserit, uel remotus esset, ut suspectus,uel legitime excusatus,uel alio perpetuo,uel temporali impedimento detentus, uel absens fuerit,possit iudex si uiderit expedire, uel minori utile esse,alium loco eius dare,& subrogare: Et qui subrogatus fuerit loco mortui,uel remoti,uel excusati,uel perpetuo impedimẽto detenti, perseueret in officio donec fuerit tutela,& cura finita: Sed si tutor testamentarius absentia,uel alio temporali impedimento fuerit impeditus, non desinat esse tutor, sed loco eius subrogetur alius, cuius officium duret quãdiu causa impedimenti,uel absentiæ durauerit: Et subrogatus loco testamentarii,datiuus intelligatur,Et si tutor legitimus decesserit,uel remotus esset,ut suspectus,uel esset legitime excusatus, uel aliquo perpetuo impedimẽto detentus posit,& debeat alius legitimus,qui post eum ueniret ad tutelam, & curam subrogari,& perseueret in officio q̃diu tutela, & cura durauerit. Si uero tutor,uel curator legitimus fuerit absens,uel alio temporali impedimento detentus,tunc nõ desinat esse tutor,sed loco eius alius datiuus subrogetur, & duret eius officium, q̃diu causa impedimenti durauerit, & non ultra: Si autem tutor,uel curator datiuus decesserit,uel remotus fuerit,uel se legitime excusauerit,uel aliquo perpetuo impedimento detentus fuerit, tunc alius datiuus loco eius debeat subrogari, & in dicto officio duret, et perseueret q̃diu tutela, & cura durauerit. Si uero tutor, uel curator,datiuus fuerit absens,uel alio temporali impedimento detentus, tunc non desinat esse tutor,sed loco eius alius datiuus subrogetur,& duret eius officiũ q̃diu causa impedimenti durauerit & non ultra. Et in omnibus,& singulis dictis subrogationibus citari debeant, alii contutores, siue cõcuratores, si qui forent, & ille subrogetur in quem ipsi contutores, uel concuratores, uel maior pars eorum consenserit. Et si fuerit æqualitas inter eos, tunc ille subrogetur,quem iudex putauerit magis idoneum: Et si alii tutores,uel curatores non extarent,tunc iudex illum eligat,& subroget,quem putauerit meliorem pro ipso minore: Et omnes subrogati habeant eandem auctoritatem,quam habebat ille in cuius locum facta esset subrogatio prædicta,pro administratione tamen facta per subrogatum non teneatur is in cuius locum facta esset subrogatio. Et prædicta non uendicent sibi locum in casu speciali,posito sub Rubrica De tutela,& cura legitima. Et quod supra fuit dictum de subrogandis tutoribus,uel curatoribus in locum tutorum,uel

rum,uel curatorum testamentariorũ deficientium, uel aliter perpetuo,uel temporaliter impeditorum,uel in locum legitimorum temporali impedimento,uel absentia impeditorum, semper intelligatur arbitrio iudicis, qui possit etiã unum,uel plures dare,uel nullos,si uiderit alios testamentarios, uel legitimos sufficere ad administrationẽ, et in prædictis considerare debeat facultates patrimonii,et conditiones tutorum,et ipsorum numerum, et id qđ ipsis pupillis magis uiderit expedire.

De suspectis Tutoribus,et Curatoribus. Cap.LI.

ET Tutor,et Curator,siue sit testamentarius, siue legitimus, siue datiuus possit de suspecti crimine accusari,ex causis legitimis,quę a iure cõmuni sunt inductæ: Volumus tamen ꝙ nemo ualeat accusare nisi ipse minor, uel aliquis eidem minori de latere agnatorum,uel cognatorum,cõiunctus usq; ad tertium gradum ĩclusiue,secũdum computum Decretorũ,et etiam quælibet mulier, quæ eidem minori coniuncta foret usq; ad secũdum gradum,secundum computum Decretorum. Et postq̃ de ipso crimine fuerit per probationes legitimas liquidatum,debeat infra decem dies utiles, a die factæ probationis proxime computandos,talis accusatio per sentẽtiam terminari. Et si accusatus de crimine suspecti fuerit citatus, et contumax, et infra quindecim dies continuos suam contumatiam non purgauerit, debeat postea per iudicem infra decem dies utiles a tutela, et cura remoueri, ut suspectus,et loco dicti remoti alius subrogetur secundum formam præcedentis Capituli: Et si contra aliquem de crimine suspecti fuerit legitime probatum,non possit alius curator sibi adiungi,sed omnino debeat remoueri,et alius loco eius substitui,ut dictum est. Et prædicta non uendicent sibi locum in casu speciali posito sub Rubrica De tutela,& cura legitima.

De Officio,et administratione tutorum,et curatorum. Cap.LII.

OMnes & singuli tutores, & curatores teneantur, & debeant personas, & bona minorum,bona fide,& sine fraude,& sine dilatione, uel diminutione regere, defendere, & custodire, & administrare in iudicio, & extra,& alia omnia, & singula facere, quæ de iure tenentur: Statuimus insuper ꝙ nullus tutor, seu curator pecuniam, uel rem aliam sui minoris audeat, uel præsumat in suos usus conuertere,sed teneanť,& debeant tutores,& curatores omnes pecunias minorum,quæ restabunt deductis expensis,& ære alieno conuertere in emptionem prædiorum,uel eas in societatem dare,& consignare ad partem lucri apud bonos,& fideles mercatores,uel artifices,qui reputentur idonei tam pro facultatibus,q̃ pro facilitate conueniendi. Alioquin dicti tutores,& curatores si fuerint testamentarii,uel legitimi pro dãno, & interesse minorum teneantur, et debeant soluere sex pro centenario,

pro quolibet anno,& ad rationem anni,ad quæ sex pro centenario pro interesse taxato quolibet anno soluenda præcise tutores,& curatores compellantur,nisi pecunias in emptionem prædiorum,uel in societatē ad partem lucri locarent,ut supradictum est, Tutores uero,& curatores datiui decē pro centenario pro interesse soluere teneantur in suprascriptis casibus: Et pecuniæ sic in societatem collatæ sint periculo minorum,& non tutorum, uel curatorum,nisi fuerint frauduletēr uersati,dando eas personis,quæ uerisimiliter secundum cōmunem opinionem tempore dationis idoneæ nō reputabantur,uel si negligentes fuerint in non exigendo pecunias a quibuscūq; debitoribus dictorum pupillorum,qui secundum cōmunem opinionem incipiebant fieri,uel apparere non idonei, de quibus dubitari poterat ꝙ efficerentur non soluendo,de qua tamen negligentia stetur iudicio reuisorum rationum, ut dicitur infra sub Rubrica De ratione reddenda, quo casu omne periculum ad ipsos tutores, & curatores pertineat: Et si inter plures tutores,& curatores esset discordia in administrādo,& gerendo officium tutelæ,uel curæ,uel de ipsa administratione,teneatur iudex ad petitionem cuiuscunq; eorum,uel alterius personæ,quæ ipsi minori coniuncta esset infra tertium gradum,secundum computum Decretorum, tales tutores,et curatores coram se conuocare,& eis assignare terminum trium dierum continuorum, uel ultra usq; in decem dies continuos suo arbitrio, infra quem terminum dicti tutores,et curatores debeant inter se de administratore concordare pro utilitate minorū,uel saltim de se ipsis, uel etiam extra se eligere unum actorem,seu bursarium, qui pecunias,et introitus,et exitus minorum sub tutela,et cura constitutorum recipiat,et expensas faciat ita ꝙ bona minorum nullatenus negligantur, Et si infra prædictum terminum,ut dictum est,non cōcordauerint de administratore,uel de actore,uel bursario eligendo iudex infra alios.x.dies continuos teneatur, et debeat unum ex dictis tutoribus,seu curatoribus, quem putauerit meliorem eligere, et deputare administratorem, et bursarium qui expensas faciat,et introitus recipiat,et describat:Et possit iudex ad eius taxationem,et arbitrium salarium dicto bursario constituere considerata qualitate facti,et laboris,et prædicta fieri possint etiam tempore feriato: Cæterum si testator in ultima uolūtate disponeret de certis,qui administrarent,et de modo administrandi,Tunc uoluntas testatoris debeat obseruari,nisi iudici aliter uideretur ex causis post conditum testamentum superuenientibus.

De hiis qui soluunt tutoribus,et curatorib.minorum. Cap.LIII.

ET quicūq; debitor alicuius minoris,uel alterius,cui ipse minor successerit soluerit tutori,uel curatori pupillorum,uel pupillarum, adultorum, uel adultarum,uel adulto,uel adultæ cum auctoritate curatoris, et de solutione appareat publicum instrumentū solutionis,uel cōfessionis de soluto,

uel per

uel per aliam publicam scripturam,uel per acta alicuius curiæ itelligatur,& sit plenissime liberatus,& de eo ꝙ tutor,uel curator,uel pubes cũ auctoritate curatoris receperit,uel recepisse confessus fuerit,cõsequatur ipse debitor liberationẽ plenissimã,& efficacẽ,etiã si iudicis ꝓceptũ,auctoritas,uel decretum nõ interuenerit in ꝑmissis. Nec talis solutio,uel cõfessio possit per beneficiũ restitutionis in integrũ retractari,sed cõtra tutores,& curatores iura dictorũ minorũ remaneant illibata,& quilibet iudex teneatur talẽ minorem,etiam factum maiorem,uel aliũ ei succedentem,nõ audire,si uellet huiusmodi solutiones,uel confessiones de soluto quomodolibet impugnare, & hæc præcise obseruentur,nõ obstãte lesionę quacũq;,quæ posset quomodolibet allegari, Et idem fiat de solutionibus factis curatoribus prodigorum,& dementiũ,uel aliorum,similibus morbis laborantium.

De rebus Minorum non alienandis. Cap.LIIII.

STatuimus ꝙ tutoribus,et curatorib.licitum non existat uẽdere,alienare,uel obligare bona immobilia,et prædia,rustica,uel urbana,nec ꝓdiorum instrumẽta q̃ ad minorẽ pertineant,et spectent, seu quæ minor ipse teneat,et possideat,et quicquid secus fieret, nõ ualeat ipso iure,nisi causa legitima subesset,uidelicet ob æs alienũ,uel pro executione testamenti,uel ultimę uolũtatis eius,cui minor successisset,uel pro soluenda dote,quã minor soluere debuisset,uel propter alias causas a iure cõmuni iductas,In quibus casibus idest ex causis legitimis Permittimus,et Concedimus tutoribus,et curatoribus,ꝙ uendere,et alienare possint bona immobilia minorum, dũ tamen iudicis Decretũ intercedat, Et diligenter tutor,et curator aduertat, ꝙ bona minus dãnosa uendantur,potius q̃ utilia,si cõmode possit emptor reperiri,alioquin illa uendere,et alienare possit, de quibus cõmode emptor ualeat inueniri,et bona uedenda subastentur,et uenalia exponãtur saltim xx.diebus continuis, in quibus ad minus una uice debeat ꝓconis uoce publice nunciari in cõsilio generali ꝙ talia bona uenalia existant, et ꝙ plus offerenti dabuntur,exprimendo loca,et confinia,et uocabula rerum,et uenditio in qua fuerit dicta forma seruata plenum sortiatur effectum, et ualeat, A deo ꝙ per beneficiũ restitutionis in integrum,uel alio modo nequeat retractari: Verum si tutor, uel curator absq; dolo emptoris Decretum iudicis per obreptionem, seu subreptionem impetrasset, uel aliæ res minorum essent quæ comodius uendi potuissent,uel si tutor,uel curator præciũ non conuertisset in causam propter quam alienatio facta foret,Tunc per actionem tutelæ,uel curæ contra ipsos tutores,& curatores minoribus consulatur, sed uenditio firma, & illibata permaneat,quia culpa, uel dolus tutoris, uel curatoris,non debeat retorqueri in dãnũ emptoris,qui bona fide usus esset,maxime quia emptores possunt negocia pupilli probabiliter ignorare,& faciliter circũueniri,sed si probaretur emptorem dolum,uel fraudem

cōmisisse,eo casu competat ipsi minori in rem actio,pro re alienata,& beneficium restitutionis in integrum,& etiam competat actio personalis contra tutores,& curatores. Praeterea Declaramus ꝙ tutor,& curator absq; Decreto iudicis possit ex causa uenditionis cedere iura,& actiones, quae minori competunt contra debitores pupillorum ad quātitatem,uel ad rem mobilem,uel ad interesse obligatos,et talis cessio iurium ualeat si aliud impedimentum non obsistat. Caeterū Disponimus ꝙ tutor, & curator teneatur uendere fructus,uestes,& alia,quae seruando seruari non possunt,et nisi illa uendiderit suo intelligantur periculo, et minoribus teneatur ad refectionem dānorum,quae propterea passi forent: Sunt et alia bona minorum,quae seruando seruari possunt,ueluti superflua supellectilia,et iocalia,et alia mobilia,quae nullum fructum de se producunt: Et talia per tutores,et curatores uendi,et alienari non possint,nisi iudicis Decretum interueniat,quod Decretum Iudex interponat,cōsiderata aetate minoris,et qualitate,et quantitate rerum,et prout uiderit minori expedire.

De eo ꝙ Tutores, et Curatores teneantur durante tutela, et cura,ostendere rationem suae administrationis. Cap.LV.

Statuimus ꝙ omnes,et singuli tutores, et curatores quorūcūq; minorū teneantur singulis annis,donec tutela, et cura durauerit ostendere uerā rationem administrationis per eos factae in bonis, de bonis, et circa bona ipsorum minorū,idest de iis,quae ad eorūdem tutorum,et curatorum manus peruenerunt,duobus,uel tribus propinquioribus ipsorum minorum, et hoc ad petitionem,et requisitionem dictorum minorū,uel ad petitionē alicuius propinqui dictis minoribus coniuncti usq; ad secundum gradum inclusiue secundū cōputū Decretorū. Et si dicti tutores,et curatores requisiti,dictā rationē sic ostendere neglexerint infra.xv.dies a die requisitionis, condēnēt quilibet ipsorū tutorū,& curatorū de facto,et sine aliquo ꝓcessu, uel scriptura in libris.xxv.et nihilominus ad ostendendā dictam rationem modis omnibus cōpellātur. Et iudex ad cuius officiū pertinebit,postq̄ inde fuerit requisitus, Teneatˀ ipsos tutores, et curatores cōpellere ad ipsam rationem ostendendū: Et nisi sic compulerit puniatur in libris.xxv.in quibus debeat sindicari, Et dicta ratio debeat uideri,approbari, uel reprobari per tres bonos uiros partibus nō suspectos per iudicem eligendos, Et si dicta ratio fuerit approbata, non possint postea tutores, uel curatores praedicti,tutela durante,uel cura,compelli ad reddendū rationem de gestis,& administratis ante dictam ostensionē rationis sic approbatae,sed de postea gestis, rationem reddere compellantur,ut supra dictum est. Et quāuis dicta ratio fuerit modo praedicto approbata, nihilominus finita tutela, & cura, praefati minores facti maiores dicta approbatione non obstante possint ite-

rum reuidere dictam rationem, ut in sequenti Cap. continetur. Si uero dicta ratio fuerit per dictos tres uiros, uel per duos ex eis reprobata, tales tutores, & curatores remoueantur a tutela, & cura, & arbitrio iudicis puniantur, consideratis conditionibus personarũ, & causis propter quas dicta ratio fuerit reprobata, & loco dictorum remotorum debeant alii subrogari: Et in prædictis omnibus procedatur summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, & nulla solẽnitate seruata, Et prædicta omnia uendicent sibi locum, tutela, & cura durante.

De Ratione reddenda per tutores, & curatores finita tutela, & cura. Cap. LVI.

TVtela, & Cura finita, minores facti maiores rationem tutelæ, & curæ, petere possint infra quinquẽnium a die tutelæ, & curæ finitę proxime cõputandum, et idem seruetur in omnibus casibus in quibus tutela, et cura finita esset: Et illi qui olim fuerũt tutores, uel curatores, uel eorum heredes, quandocunq; infra dictum tempus requisiti fuerint rationem suæ administrationis reddere, et facere teneantur, & omnia, & singula reliqua, & residua restituere, et consignare cum effectu, et dicta ratio debeat uideri approbari, uel reprobari per tres bonos uiros partibus non suspectos, per iudicem eligendos, et dictorum trium bonorum uirorum, uel saltim duorũ ex eis declarationi stetur: Et ad prædicta, dicti qui fuerunt tutores, et curatores, compellantur summarie, et de plano sine strepitu, et figura iudicii, nulla solennitate seruata: Elapso autem dicto quinquẽnio, dicti olim tutores, et curatores compelli non possint ad aliquam rationem reddendam, uel ad reliqua consignanda, sed intelligantur plenarie liberati, ita ꝙ postea nequeant molestari occasione dictæ tutelæ, et curę: Possint tamen prõ rebus mobilibus, et immobilibus, quæ dicerẽtur fuisse dictorum minorum, quæ reperirentur detineri per ipsos quõdam tutores, et curatores, realiter conueniri, et ab eis peti, non obstante lapsu dicti quinquennii, et quod dictũ est de quinquẽnio, uendicet sibi locum inter præsentes. Inter absentes autem dictum tempus quinquẽnii duplicetur, et si fuerit pro parte temporis præsens, et pro parte absens, tunc habeatur consideratio pro rata temporis absentiæ, et præsentiæ, Illud in prædictis obseruando ꝙ tutores, et curatores teneantur, et conueniri possint infra tempora supradicta de iis, quæ ad eorũ manus uere, et cũ effectu peruenissent de bonis minorũ, et de his in quibus dolose, et fraudulẽter uersati fuissent, et de culpa lata, et de gestis p eos, et de pecuniis, et rebus per minores cum dictorũ tutorũ, & curatorũ auctoritate cõfessans: De culpa uero leui, et leuissima, et de negligẽtia, ita demũ teneantur secundũ ꝙ reuisoribus rationũ uidebitur, et non aliter, Et sic quilibet Iudex, et reuisores rationum obseruare, & obseruari facere teneantur: Cæterum Disponimus ꝙ tutores, & curatores non teneantur, & conueniri

non possint de iis,quæ cæteri cõtutores,uel cõcuratores gesserint,& administrauerint,ita q non gerentes pro gerentibus nullo modo ualeant conueniri,nisi in subsidium, idest in casu quo gerentes non reperirentur soluendo,secundum dispositionem iuris cõmunis.

De Curatore Furiosi,& Prodigi. Cap.LVII.

SI Mater furiosi,uel demẽtis,uel prodigi, uel alia persona eidem furioso, dementi,uel prodigo,puberi coniuncta in quocũq; gradu,peteret huiusmodi furioso,aut dementi,uel prodigo,curatorem dari,Iudex a quo peteretur,si post diligentem testium examinationem inuenerit,eum de quo agitur,esse furiosum,uel dementem,uel prodigum,Teneatur & debeat tali furioso dementi,uel prodigo,& eius bonis dare curatorẽ: Et siquidem pater ei de curatore ꝓuidisset,uel mater in casu permisso,Curator testamẽtarius, omnibus debeat anteferri. Sin autem pater nõ prouiderit,legitimi admittantur, & intelligantur legitimi secũdum formam statuti supra positi sub Rubrica De legitimis tutoribus,& curatoribus. Et eis deficiẽtibus,admittantur datiui,et q̃ per formã statutorũ de tutoribus, et curatorib. minorũ dicta sunt,ea locũ habeant in huiusmodi curatore prodigi,et furiosi,et mẽtecapti. Et in dando huiusmodi curatorem,solus iudex plenã habeat potestatẽ,nec requiratur ꝑsentia Episcopi,seu primatũ, seu alicuius ecclesiastici ꝓlati. Sin aũt furiosus,demens,uel ꝓdigus fuerit impubes,Tũc prouideatur de tutore,eo modo,ordine,et forma, prout supra de curatore dictũ est.

De ætate legitima,et de modis quibus tutela,et cura finit̃. Cap.LVIII.

SVpra qualiter Tutela,& Cura cõstituatur prouisum est,nunc qualiter finiatur est ꝓuidendũ. Disponimus ergo,q q̃uis Tutela in masculo.xiiii. ætatis suę anno,& in fœmina.xii.anno completo finiatur,Cura uero anno xxv. cõpleto expiret de iure cõmuni, tamen nostro mũicipali iure Tutelã, uel Cura minorũ, tam ĩ masculo,q̃ in fœmina finiatur,& expiret cũ peruenerint ad completam ætatem.xviii.annorũ,Et q̃uis pubertas aduenerit,nihilominus nomen tutoris,& curatoris maneat,sed absq; aliqua confirmatione ipso iure perseueret officiũ tutelæ,& curæ donec minor compleuerit ætatẽ.xviii.annorũ,q̃ ętas nostræ ciuitatis more intelligatur legitima,adeo q unus quisq;,qui dictã ætatẽ cõpleuerit sit habilis, ac si esset maior annis xxv.& oĩa agere possit in iudicio, & extra ĩ quolibet casu, q̃ alias maiorib. xxv.annis ꝓmissa sunt.Et hęc ꝑ modũ regulæ generaliter dicta intelligantur: Verũ si in aliquo casu speciali de maiori,uel minori ætate disponeret̃ per statuta,debeat talis dispositio obseruari.Cæterũ si quis testator uoluerit tutelã,& curã ulteriori tẽpore durare, Talis uolũtas seruet̃ respectu dũtaxat tutelæ,& curę,dũmodo.xxv.annũ ętatis ipsius minoris nõ excedat,

sed in

sed in omnibus aliis casibus pro legitima habeatur ætas annorum . xviii. Præterea Disponimus, q in muliere maiore annis .xii. intelligatur tutela, et cura finita, si fuerit a uiro transducta, etiam si fuerit minor ætatis . xviii. annorum: Similiter si puella impubes assignetur per tutores cum tota sua ratione, & substantia marito, cui desponsata fuisset, ex die dictæ assignationis tutela finiatur, & finita intelligatur, sed ipse uir, seu socer auctoritate præsentis statuti tutor, et curator, dictæ pupillæ intelligatur, et satisdare teneatur, donec matrimoniũ fuerit legitime contractum, quo casu talis tutela finita intelligatur, et ex tũc rationem reddere teneatur secundũ formam statuti loquentis de ratione reddenda per tutores, et curatores: Porro si mater, uel auia post acceptam tutelam, et curam nupserit, uel cum ipsis pupillis uel adultis habitare desierit, intelligatur, et sit tutela, et cura finita, prout supra sub Rubrica de tutela legitima Disposuimus: Curator autem bonis datus, adita hereditate desinat esse curator, et eius officium expiret: Subrogatus autem in loco alicuius tutoris, uel curatoris infirmi, uel absentis, uel aliter impediti, tamdiu duret, et perseuerer, q̃diu causa impedimenti durauerit: Ea autẽ cessante, nomen curatoris maneat, sed cesset interim eius officiũ, et administrandi facultas, sed ipsa causa redeũte, curator suũ exerceat officiũ, nõ expectata alia datione, seu cõfirmatione, uel etiã satisdatione.

De eo q minor, et eius tutor, et curator possint ad diuisionem prouocare. Cap.LIX.

QVamuis rerum immobilium ad minores pertinentium sit interdicta alienatio, nisi causa rationabilis subsistat, et licet diuisio speciem alienationis contineat, et propterea minores, uel eorũ tutores, et curatores ad diuisionem regulariter prouocare non possint: Nihilominus tamen, quia cõmunio consueuit minoribus esse dãnosa, et quod in fauorem minorum introductũ est, in eorũ lesionem sepissime retorquetur: Ideo huius statuti auctoritate permittimus, q tutor, & curator minorum possint ad diuisionẽ prouocare, & diuisionem petere, & prouocari de rebus immobilibus, quæ cum alio cõmunes existerent, seruata dispositione statuti positi sub Rubrica De modo, & forma diuisionis fiendæ: Et talis diuisio non ideo inualida reputetur, q minor de iure cõmuni nõ potuerit ad diuisionẽ prouocare: Et nõ obstãte q alias de iure cõmuni tutor, uel curator alienare nõ possit.

De eo q Maritus pro re dotali, ad diuisionẽ possit prouocare. Cap.LX.

CVm fundi dotalis prohibita sit alienatio, & alienationis speciem diuisio sapiat, & per hoc præiudicium non modicum afferatur : Ideo Statuimus, q maritus de re dotali, & eius occasione possit prouocare, & prouocari ad diuisionem, dumtamen quando maritus prouocat, fiat prouocatio

eum consensu mulieris,& sui propinqui,& quando ipse maritus prouocatur,etiam ipsa uxor debeat prouocari.

De modo,& forma,diuisionis fiendæ. Cap.LXI.

SI partes de diuisione fienda intra se concordauerint, tunc ipsarum concordia salua sit, et obseruari debeat cum effectu, Si autem fuerit discordia inter partes, tunc si res de qua agitur cōmodam diuisionem recipiat, iudex teneatur singulis suam partem diuisam,et distinctam assignare, Et si nnjus pars plus ualeret,cōdēnetur ille cui talis pars adiudicaret̃ ad restaurādum alios, quibus partes aliquæ assignarētur, dando restaurum in pecunia, uel in bonis, prout pro maiori partium æqualitate iudex prospexerit faciendum, Et qnotiens restaurum in pecunia assignatur,fiat extimatio totius rei,quæ divideretur,nō autem fiat æstimatio singularium partium, quia maior et uerior fit æstimatio de toto,q̃ si singula pars diuisim æstimaretur,si autem res cōmodā non reciperet diuisionem,tunc uni adindicetur,& ille alteri in pecunia condēnetur,ita uidelicet,ꝙ qui minorem partem rei haberet in re,quæ cōmode diuidi non posset,teneatur recipere pręcium partis ab eo,qui maiorem partem haberet. Et maiorem partem habens, pręcium ipsum soluere teneatur,facta prius iusta æstimatione de toto,quia congruum est,ꝙ maior pars trahat ad se minorem,Et si maiorem partem habens emere nollet minorem partem,tunc priuilegium,& facultas emendi competat habenti minorem partem. Et eo casu quo utraq; pars emere nollet,cogantur partes ad rem uendēdam. Si uero unusquisq; partem haberet æqualem in re,quæ cōmodam diuisionem non recipit,& quilibet eā emere desiderat,tunc fiat æstimatio dictæ rei,& facta æstimatione dirimatur per sortem, & illi assignetur,cui per sortem uenerit adiudicanda alteri parti præcium suæ partis assignando. Vbi autem plurium rerum diuisio peteretur,debeat assignari unicuiq; pars debita,& æqualis, sed ubi cōmode non possit æqualitas hinc inde seruari,tunc is cui res maioris ualoris obuenerit,ad restaurum debitum condēnetur,dando restaurum in pecunia, uel in aliis rebus,prout iudex pro maiori partium adęquatione prospexerit faciendum, & dicta diuisio fiat, & fieri debeat,inter omnes partem habentes in rebus quæ diuidi peterentur: Et si qui sint partem habentes,qui uocati non fuerint ad diuisionem fiendam,talis diuisio eis nocere non possit, & in eorum præiudicium nullius sit roboris,uel momenti. Sed si uocati forent,& contumaciter essent absentes,tunc diuisio eis præiudicet,et eam nequeant reuocare,quia de eorū cōtumacia cōmodum reportare nō debent, Sed si a ciuitate lucen.et eius territorio essent absentes,ita ꝙ citatio non potuerit ad eorū noticiā peruenisse, tunc talis diuisio ei nō ꝑiudicet, si iniuste factā esse docuerit: Et ī causa diuisionis ꝓcedatur sūmarie,et de plano,sine strepitu,et figura iudicii,et nulla iuris cōis,uel statutorū solēnitate seruata.

De Diuisione facta a Patre. Cap.LXII.

DIuisio facta a patre,uel auo paterno inter filios,& nepotes. siue emancipatos,siue patriæ potestati subiectos,siue per testamētum,siue alio modo,plenum consequatur effectum,& per aliquem nequeat impugnari,dum modo assignata sit portio legitima,quæ iure naturę per formam statuti deberetur,Alioquin possit agi ad supplementum, & hoc locum habeat in bonis,quæ reliquisset pater,uel auus,qui diuisionem huiusmodi fecisset. Non autem de bonis,quæ aliunde ad filios pertinerent.

De Hereditate Patris,uel Aui,& de aliis rebus per fratres acquisitis,diuidendis. Cap.LXIII.

DE singularium rerum diuisione,& de diuisione,quæ fieret patre uiuente dictum est: Nunc de uniuersarum rerum diuisione,quæ diuidi peterentur, Disponentes, Statuimus ꝙ si fratres,siue emancipati, siue sub potestate patria constituti,siue præmortuorũ fratrum filii hereditatem patris, uel aui indiuisam retinuerint:& in cõmuni post mortem patris,uel aui, uixerint simul habitando in eadem habitatione,& mensa cuiuscũq; sint ætatis, Et postea diuisionem de ipsa hereditate facere uoluerint.Primo fiat collatio eorum, quæ sunt conferenda, quam fieri præcipimus hac forma, Si quidem aliquis filius,aut nepos emancipatus,uel in potestate retētus de bonis patris,uel aui,aliquid patre,uel auo uiuente accepisset,illud debeat ad integrum conferre. Quicquid autem post mortem patris,uel aui ex laboribus industria,uel negociatione ipsorum,uel alicuius eorum,uel ex ipsa hereditate,& bonis hereditariis per ipsos fratres,uel eorum alterũ, qui ut dictum est hereditatem patris,uel aui indiuisam retinuerint,& ĩ cõmuni post mortem patris,uel aui uixerint,simul habitando, et eadem habitatione, et mensa fuerit acquisitum, Totum conferri, et redigi debeat in cõmuni, siue emancipati fuerint in uita patris,siue sub potestate patria uiuente patre durauerint: Cæterum Volumus ꝙ si frater acquirens reperiretur in aliquo obligatus,debeat tale debitum deduci de bonis per eum acquisitis,nõ enim dicuntur acquisita,nisi deducto ære alieno: Ac etiam Volumus ꝙ de cõmuni cumulo detrahantur debita, quæ quisq; eorum contraxisset, si talia debita in cõmunem utilitatem sint conuersa: Alioquin si in cõmunem utilitatem uersa non forent,ille solus onus agnoscere teneatur,qui tale debitum contraxisset. Volumus etiam ꝙ si alicui deferatur materna, uel aliorũ extraneorũ hereditas, uel si alicui eorum relicta, & donata fuissent aliqua bona,talia bona donata,seu relicta, seu materna,non debeant cõferri,uel cõicari,sed fructus,redditus,& puētus ipsorũ bonorũ conferri debeãt,& deueniãt in cõi,donec uenerint ad diuisionē. Et si quis eorũdē fratrũ haberet uxorē, tã ipse,q̃ uxor, & filii,de bonis cõibus alimēta percipiãt

dummodo fructus dotis deueniant in cōmuni. Tempore uero diuisionis quilibet eorum anteq̄ diuisio fiat, detrahere possit de cōmuni cumulo dotem suę uxoris, & correda qualia extant, si talis dos in cōmuni cumulo redacta fuisset, dūmodo onus Gabellæ dictæ dotis, dictus uir agnoscere teneatur, & onus expensarum factarum tempore nuptiarum, & expensarum funeris ꝑmortuæ suæ uxoris, uel uxoris filii subire, & agnoscere teneatur ad arbitrium duorum amicorum cōiter eligendorū, ad quā electionem cōpellantur ex officio Potestatis. Vestimenta uero nō quotidiana, & iocalia uxoris sibi debeat in suam partem computare, secūdum extimationem, in qua essent, tēpore dictæ diuisiōis, similiter si quis dotem, & correda pro aliqua sua filia nupta soluisset, debeat onus dictæ dotis, & corredorum agnoscere, & subire, & in partem suam imputare, quia sibi, & non suis fratribus, dotandi filiam onus incūbit. Et intelligātur uiuere, & manere in cōmui, illi qui dum præsentes sunt, simul habitant, et uiuunt in eadem habitatione, et mensa, qđ semper ꝑsumatur, nisi cōstet de seperatione familiæ, et absentes a ciuitate lucen. intelligantur uiuere, et manere simul, uel seperatim, sicut manebant tēpore sui discessus facti post mortem patris. Factis igitur, et præmissis collationibus, et detractionib. antedictis, ad diuisionem procedatur hereditatis patris, uel aui, et aliarum rerū cōmunium, assignando unicuiq; suam partem diuisam a parte alterius diuidendo, et adiudicando non tantum bona hereditaria: sed etiam onera, et debita, quæ pro ipsa hereditate incumberent, ita q̄ quilibet suam partem bonorum, et onerum consequatur, diuisam a parte alterius. Verum si propter cōmodiorē diuisionem assignaretur maior pars bonorum hereditariorum, seu aliorum bonorum uni, q̄ alteri: Tūc fiat restaurū in pecunia, uel ī bonis, prout ꝑ maiori partiū ęqualitate iudici uidebitur. Cæterum Disponimus q̄ instrumenta hereditaria ei tradi debeant, cui assignarentur prædia, de quibus ipsa instrumēta dispo nerent: Sed ubi essent instrumenta, uel libri, quę, uel qui, non possent uni tantum cōmode assignari: Tunc apud tertiā confidentē personā sub custodia consignētur. Et dicta diuisio fiat, et fieri debeat inter prædictos coheredes. Et nisi fiat inter omnes, non ualeat in præiudicium coheredum, qui ad dictam diuisionem uocati non fuerint. Sed si uocati fuerint, et contumaciter essent absentes, tunc dicta diuisio eis præiudicet, et eam nequeant reuocare, sed si a ciuitate lucen. et eius territorio essent absentes, ita q̄ citatio non potuerit ad eorum noticiam peruenisse, tunc talis diuisio eis non præiudicet, si iniuste, uel inęqualiter factā esse docuerint. Possint tamen unus, uel duo, aut plures coheredes diuidi ab aliis remanere uolentibus in cōmuni, dūmodo inter omnes celebretur, ut dictum est. Et semper in causa diuisionis procedatur summarie, et de plano, sine strepitu, et figura iudicii, et nulla iuris cōmunis, uel statutorum solennitate seruata. Et omnia, et singula, quæ supradicta sunt de fratribus, intelligantur etiam esse disposita, et ordinata de patruis, et nepotibus ex fratre præmortuo natis.

De emancipationib.

De Emancipationibus. Cap. LXIIII.

STatuimus ꝙ pater filium, siue uolentem, siue non consentientem, & etiam contradicẽtem emancipare possit, prout sibi, et filio prospexerit expedire, Item possit emancipare filium absentem, aut impuberem etiam infantem, prout uoluerit: Et talis emancipatio ualeat, et plenum sortiatur effectum, dumtamen, si filius absens emanciparetur, emãcipatio nullum producat effectum, donec fuerit filio intimata: Et quod dictum est de filio, intelligatur etiam de filia, & de aliis descendentibus. Et quotiens pater filiũ emancipauerit, intelligatur remisisse usumfructũ, & omne ius quod haberet in bonis filii, nisi expresse hoc sibi reseruauerit. Similiter econtra Disponimus ꝙ pater, etiam inuitus compelli possit ad filium emancipãdum, quãdocunq; filius emancipari uoluerit, ita tamen ꝙ ubi pater inuitus filiũ emãcipauerit, nullam suorum partẽ bonorum filio assignare cogatur, nisi emãcipatio facta fuerit in casibus, in quibus de iure pater propter sua demerita ueniat ad hoc compellendus: Et ubi pater, & filius conueniant de parte filio assignanda de bonis patris, talis conuentio plenum sortiatur effectum. Vbi autem nulla inter eos concordia secuta fuerit, tunc si pater uolẽs, & cõsentiens talem filium emãcipauerit, & etiam in casibus, in quibus de iure ad emancipationem propter sua demerita cõpelli potuerit, teneatur, & debeat filio de bonis suis suam partem congruam assignare, hoc modo uidelicet, Quia Iudex cõpellat patrẽ, & filium ad electionem duorum communiũ arbitrorũ: Et si de uno cõcordauerint, tunc etiã unus eligi possit: Et dicti arbitri sic electi, bona paterna diligenter inquirant, Et deductis de toto patrimonio congruis dotibus filiarum fęminarum, si quas pater habuerit, & deductis dotibus uxoris dicti patris, & dotibus uxoris ipsius filii detractis, si ad manus patris dos ipsa peruenerit, & etiam deducta dote matris defunctæ, & detracto omni ęre alieno, diligenter considerent numerum filiorum masculorum, Et siquidem pater unum dumtaxat filium masculum habuerit, illum uidelicet, qui emãciparetur, assignetur eidem filio tertia portio bonorum, quæ restabunt factis detractionibus suprascriptis. Si uero duos filios masculos haberet, aut unum filium masculum, & ex alio filio præmortuo nepotes, tunc assignetur filio, qui emanciparetur solum quarta pars bonorum patris. Si autem tres, aut plures filios, uel descendentes per lineam masculinam habuerit, quotcunq; fuerint, assignetur eidem patri tertia portio integra, et postea fiat computatio per capita filiorum, et singulis singulæ partes assignentur, ita ꝙ filio, qui emanciparetur sua portio assignetur, reliquis partibus remanentibus pęnes patrem retinẽtem reliquos filios in potestate, Dummodo si ex filio præmortuo nepotes existerent, in computatione prædicta habeatur de ipsis ratio in stirpem, et non in capita: Illud autem quod filio emancipato fuerit assignatum, debeat conferri, cum ueneri ad successionem paternam, ut tantum minus percipiat, quantum a patre

receperit occasione prædicta, prout supra sub Rubrica pxime præcedēti fecimus mentionem: Et si quis filius partem sibi datam dilapidaret, uel male administraret, uel turpem, aut inhonestam uitam gereret, possit pater, & ei liceat partem datam reuocare, adeo q super ipsa parte reuocata contrahere, uel alienationem facere ipse filius non possit, dummamē pater talem reuocationem faciat publice nunciari per præconium, saluo iure luccn. ciuitati procedendi super ipsis bonis reuocatis pro maleficiis cōmissis per ipsum filium ante dictam reuocationem: Et saluo iure creditorum, qui ante dictam reuocationem cum dicto filio contraxissent, et quæ licentia patri concessa intelligatur, si pater filio citato fidem faciat, saltem per cōmunem uicinorum opinionem, q ipse filius dilapidet, seu male tractet partem sibi datā, seu turpem, uel inhonestam uitam ducat, & in hoc procedi possit summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, nulla iuris, & statutorum solennitate seruata: In causis uero alimentorum, quæ peterentur hinc inde inter patrem, & filium, procedi debeat ad electionem arbitrorum, secundum formam statuti positi sub Rub. De quęstionibus uertētibus inter cōsortes.

De Modis, quibus ius patriæ potestatis soluitur. Cap. LXV.

NOn solum soluitur ius patriæ potestatis per emancipationem, de qua supra dictum est, sed etiam aliis modis, de quibus nunc uidendum est. In primis siquidem Declarantes, Statuimus q si pater, qui habet filium in potestate moriatur, filii incipiant esse sui iuris, mortuo uero auo paterno, nepotes eius non efficiantur sui iuris, immo recidant in potestate sui patris, si pater eorum uiuat tempore mortis aui, & exemptus non fuerit a potestate ipsius aui decedentis. Item soluatur ius patriæ potestatis morte ciuili patris, in casibus, in quibus ciuiliter pater mortuus diceretur. Item si pater ingrederetur religionem, & professionem fecerit, quia non est congruum q aliquem habeat in potestate, qui est alienæ subditus potestati. Item filius a potestate patris liberetur, si dignitatem episcopalem fuerit assecutus, uel si ipse filius efficeretur conuersus, uel si ad sacros ordines promoueretur. Clericus autem in minoribus ordinibus cōstitutus, non liberetur per hoc a patria potestate. Cæterum si filius minor fuerit a potestate patria liberatus, pater eius curator existat. Sed si pater esse non posset, quia mortuus esset, uel esset religionem ingressus, uel aliud iustum obstaculum adesset, tunc ille sit tutor, & curator, quem pater in ultima uoluntate, uel alio modo duxerit ordinandum: Et si neminem pater constituerit tutorem, uel curatorem, seu pater ipse mortuus sit morte ciuili, tunc illum habeat tutorem, uel curatorem, quem habere debet p formam statuti, si patre careret.

De Eo quod Filiifamilias possint pro suis contractibus agere, & conueniri. Cap. LXVI.

ET quilibet filiusfamilias maior annis. xviii. ex suis contractibus, uel quasi,sine patris consensu,libere possit agere, & conueniri, et in iudicio stare,preterq̄ in uoto,et in mutuo,i quibus casibus non teneatur,nisi sic ageret,sic contraheret,sic muneribus publicis fungeretur,ac si esset paterfamilias,uel nisi cum consensu patris se obligauerit. Et si filiusfamilias fuerit maior annis.xxv.etiam in uoto,& in mutuo obligetur, etiam sine patris consensu,et possit agere,& conueniri sine patris cõsensu,ita tamen ꝙ pater,uel heredes ipsius patris capi,uel impediri nõ possint,uel aliquod grauamẽ pati aliquo modo,uel tẽpore,nisi filiusfamilias se ex aliquo contractu,uel quasi,quomodolibet obligaret,patre sciente,& consentiente expresse, quo casu pater eius pro contractibus,uel quasi contractibus talis filii teneatur,& conueniri possit. Sed si filiusfamilias contraxisset,uel aliter se obligasset, patre non consentiente expresse dictæ obligationi,siue sciuerit pater,siue non,siue passus fuerit,talis patientia,siue scientia non obliget patrem,nisi prout obligaret de iure communi,& non aliter,saluo eo quod dispositũ est supra sub Rubrica De dote data filio sub patria potestate constituto.

De Eo quod pater,uel alii descendentes,ex contractu,uel delicto filii nequeant coueniri. Cap. LXVII.

ET si quis filius emãcipatus,uel sub potestate patris,uel aui cõstitutus,aliquem contractum,uel quasi celebrauerit,uel aliquod delictum,uel quasi commiserit,non possit pater,uel auus,uel quiuis alius,qui eum in potestate haberet,uel eorum bona occasione prædictorum molestari,uel conueniri,nisi prout supra in præcedenti Cap.dictum est,nec possit cõpelli ad assignandum aliquam partem tali filio,uel nepoti contrahenti,uel delinquenti,nisi in casibus,in quibus ex forma alicuius statuti assignare cogeretur. Sed si filius haberet castrense peculium,uel quasi castrense,tunc in bonis dicti peculii fiat executio. Si autem haberet peculium profecticium, tunc in ipso peculio seruentur iura communia. Si uero haberet bona aduenticia, tunc fieri possit executio,et exactio in ipsis bonis,saluo,et reseruato patri iure ususfructus toto tempore uitę suę,in quo ususfructu molestari non possit quouis modo.

De Carcerãdo filiũ male gerentẽ ad uoluntatẽ patris. Cap. LXVIII.

STatuimus,et Ordinamus, ꝙ quilibet pater possit, et ei liceat filium suum sub patria potestate constitutum,et etiam emancipatum male utentem substantia sua,uel luxuriose uiuentem,mitti facere,et tenere in carceribus lucensis ciuitatis,uel in domo sua in compedibus,uel ligatum ad beneplacitum ipsius patris,et ꝙ Officialis,prout ad suam iurisditionem pertinebit,uidelicet.D.Potestas in ciuitate lucensi,et in districtu sex milliariorum:

Et quilibet Vicarius in sua uicaria teneatur ad requisitionem patris talem filium capi facere, & in carcerem mittere, & detineri facere, quãdiu patri placuerit, etiam nullis probationibus, uel inuestigationibus factis, ꝙ male gerat, quia Volumus ꝙ nuda patris assertio plenam probationem faciat ĩ hoc casu, nec de carceribus possit extrahi, nisi de licentia ipsius patris, teneatur tamen pater dicto filio dare in carceribus alimenta, quæ nisi præstiterit, a carceribus eximatur. Et etiam teneatur Iudex ad petitionem patris dicentis se habere filium, uel filios lusores, uel dilapidatores bonorum, uel se male gerentes, per generalem proclamationem facere nunciari, ꝙ nullus cũ eis contrahat, uel contractum faciat, uel aliquid mutuet, uel secum quoquomodo ludat, & quicunq; post talem proclamationem cum tali filio, uel filiis contraxerit, nullam actionem acquirat, & nulla sibi ex tali cõtractu, uel mutuo, audientia concedatur, & si quid ĩ ludo ei uicerit post dictam proclamationem, compellatur de facto ad restitutionem eius, quod uicerit, Et quę dicta sunt supra de patre, & filio, eadem seruẽtur, & intelligãtur ad petitionem aui de nepotibus male gerentibus, & luxuriose uiuentibus.

De nõ cõtrahendo cũ aliqua pſona, q̃ male utaẽ substãtia sua. Cap. LXIX.

ET si qua persona fuerit diffamata, ꝙ male utatur substantia sua, & ꝙ prodigaliter uiuat, & ꝙ sit dilapidatrix bonorum suorum, possit Dominus lucensis Potestas in ciuitate lucensi, & eius territorio, & quilibet Vicarius in sua uicaria cognoscere, & se informare de diffamatione prædicta, ad petitionem patris, siue tutoris, uel curatoris, aut duorum propinquorum talis diffamati, quæ cognitio summarie sufficiat fieri, etiam ipso non citato, per quattuor uicinos dicti diffamati, uel per quattuor alios bonos uiros, qui deponant de fama absq; alia solennitate, uel litis contestatione, & absq; alio iudiciario ordine: Et eo sic cognito, interdicat bonis dicti diffamati, & faciat publice, & generaliter proclamari ne quis contrahat cum dicto diffamato: Qua proclamatione facta, si ex tunc in antea cum tali diffamato aliquis contractus, uel quasi fieret, uel obligatio contraheretur, Talis contractus, siue quasi contractus, uel obligatio sint nulli ipso iure, & hoc nisi talis contractus, uel quasi, uel obligatio fuerint celebrati cum consensu patris, uel aui, uel curatoris, uel duorum propinquorum eius, si patrem, uel auum, uel curatorẽ nõ haberet: Et si talis diffamatus fuerit de ciuitate Lucen. uel districtus sex milliariorum, fiat talis proclamatio p præconẽ in angulis plateæ Lucensis ciuitatis, & in angulo de Arcu, & in angulo filiorũ Brettiet etiã p nuncium in uicinea, uel contrata, uel cõi, in qua talis diffamatus habitaret: Et si fuerit de aliqua uicaria, fiat talis pclamatio p nuncium ĩ illa terra, in qua Vicarius residet, & in cõi, in quo dictus diffamatus habitaret. Et de dicta proclamatione stetur relationi nuncii, & præconis, singula singulis referendo.

d

De Pœnis

De Pœnis conuentionalibus. Cap. LXX.

SI qua persona in aliquo cōtractu,uel quasi se obligauerit ad aliquā quatitatē,quæ cōsisteret in pōdere,numero,uel mēsura,intra certū terminū ex quacunq̧ causa soluendā: Et si die statuta non soluerit ad pœnā se obligauerit,si pœna ꝓmissa fuerit minor,uel æqualis ipsa re,uel quantitate,quę dari,uel solui deberet,conueniri possit,& condēnetur in quarta parte pęnæ ꝑdictæ promissę: Et si pœna ꝓmissa fuerit maior sorte,condēnetur ꝓ pęna solū usq̧ in quartā partē sortis,seu rei,quæ dari,& solui debuerit,& in plus nō ualeat conueniri,nec ideo minus peti pœna prędicta possit usq̧ ad quartam partem,quę quantitati adiecta sit,nec præsumi possit adiecta in fraudē usurarum,sed pro interesse creditoris,usq̧ ad quartam partem pœnę prædictę,uel sortis prædictę,ut dictū est, præsumatur adiecta authoritate præsentis statuti pro interesse taxata. Verū si id qđ promissum foret , non cōsisteret in pōdere,numero,uel mēsura,sed esset factū,uel alia quæuis obligatio,q̄ in faciendo,uel nō faciendo cōsisteret,tūc ultra interesse,in quo deberet ꝑ sorte condēnari,condēnetur etiā in quarta parte pœnæ ꝓmissæ, quantacunq̧ sit,dūmodo dicta pœna nō possit excedere quartā partē interesse, in quo pro sorte condēnaretur: Et si certa pœnæ quātitas ꝓmissa nō foret, condēnetur ī quarta parte eius quod ꝓ interesse taxaretᷣ: Et si sors,seu quātitas soluta fuerit,uel factū ꝓmissum,fuerit adimpletū,siue intra terminū, siue post,nisi ius petendi pœnā creditor sibi reseruauerit,postea pœnam petere nequeat ullo modo. Pœna autē reseruata peti possit intra annum a die solutionis,uel satisfactionis proxime cōputandum ,quo elapso nullatenus peti possit: Et pœna non intelligatur cōmissa,nisi post terminum ex cōuentione ꝑfixum intra unū ꝓximū mēsem datum, solutum,uel satisfactū nō foret,qđ fuerit in conuētione deductum. Et si in conuētione nō fuerit dies certa adiecta,uel aliquis certus terminus ꝑfixus,tunc pęna cōmittatur,si is, qui dare,soluere,uel facere debebat,nō dederit,soluerit,uel fecerit,quod ī cōuentione deductū est,infra terminum unius mēsis a die interpellationis in iudicio,uel extra factæ,cōputandū:et si is,qui dare,uel facere,uel soluere debebat intra terminum dicti mēsis,a die termini conuētionalis,uel interpellationis decursi,nō dederit,soluerit,uel fecerit,si fuerit ꝓ lucen.ciuitate ī exercitu,caualcata,uel ambasciata extra lucen.ciuitatē,nō intelligatᷣ in pęnā incidisse,si infra octo dies ꝓximos a die suæ reuersiōis cōputandos soluerit,dederit,seu fecerit qđ cōuenit: Et ꝑdicta uēdicent sibi locū ī pęnis appositis in arbitriis,& cōpromissis,& laudamētis,& in sentētiis,in q̄bus ꝓcedat executio pęnę usq̧ ad quartā partē,prout supra dictū est. Ad quā pęnę deductę ī cōpromisso,sentētia,uel laudamēto,executionē ꝓcedi possit ad instantiam partis,absq̧ aliquo libello,uel alia petitione,seu alio iudicio,quādo sentētia, seu laudamentū executioni mādatur: Et possit eo dūtaxat casu fieri executio simul,& eodē tꝑe sortis,et pęnę,nō obstāte ꝙ una quæstio esset piudicia

lis ad aliã.Cũ declaratione tamẽ,ꝙ illud quod supra dictũ,& dispositũ est, Quod pœnæ conuẽtionales excedere nõ possint quartã partẽ promissio‐nis,& interesse,&ꝙ facta solutione,uel satisfactione intra mensem proximũ a die cõuentionis pœnæ,pœna nõ intelligatur cõmissa,non ꝑcedere,nec lo cũ habere in futurũ in instrumẽtis,obligationibus,aut promissionibus fien dis,tã cũ lucen.cõi,q̃ cũ oĩbus officialibus ipsius,& ꝑ eo agẽtibus,sed elapso tpe conuentionis illico pęna intelligať,& sit cõmissa, in dictis instrumentis, ꝓmissionibus,& obligationibus,ut supra,et integraliter peti, & exigi possit, prout ꝓmissa,& adiecta fuerit: Et quicũq; Officialis lucen.cõis teneať ĩ præ dictis executionẽ cõmittere,nõ obstãnbus supra dispositis. Nullus autem usurarius manifestus aliquã pœnã,siue facto,siue quãtitati adiectã petere, uel exigere possit: Et intelligať usurarius manifestus etiã hoc casu,prout cõ tinetur supra libro primo,sub Rub.De ꝑsonis capi prohibitis,& ad quorũ petitionẽ captura denegetur. Fideiussores autẽ,& qui se ꝑ altero reos cõsti‐tuerint ad pœnã nullo modo teneãtur,etiã si ad pœnã obligauerint se ex‐presse,nisi fuerint,& steterint in mora soluẽdi ꝑ unũ mensem integrũ a die qua principalis ꝑsona cũ effectu in pœnã inciderit,Quo mẽse elapso,pœna contra ipsos fideiussores cõmissa intelligatur,et peti possit,secundũ formã. et quantitatẽ supra in pñti Cap.ordinatã. Præterea ex certa nostra scientia, Disponimus,et Iubemus,ꝙ huic Cap.statuti,et contentis ĩ eo per partes re nunciari non possit,ita ꝙ ex partiũ conuentione maior pœna, uel aliter nõ possit peti,uel exigi,q̃ supra per formam præsentis Cap.est ordinatum, cũ pœnæ sint ab omnibus restringendæ.

De Prohibita cessione iuris pœnæ. Cap. LXXI.

ET nulla persona audeat,uel ꝓsumat aliquo titulo,etiã gratuito, iure, cau sa,uel modo,alicui cedere iura contra aliquem de ciuitate lucen,uel eius districtu,uel fortia,de aliqua,uel ꝑ aliqua pœna conuentionali,uel iudiciali, uel arbitrali,et si contrafactũ fuerit,cessio nõ teneat ipso iure: Et tã cedẽs,q̃ cessionarius ipso iure cadant a iure cesso. Et is,contra quem fieret cessio libe retur a pœna ipso iure. Et hoc Cap.nõ habeat locũ in bonis,et rebus,ꝑ ipsa pœna acq̃sitis,q̃ alienari possint,et in aliũ trãsferri,ꝓut placuerit acquirẽti.

De Venditione pignorum conuentionalium Cap. LXXII.

ET si sors ꝑ qua pignus traditũ fuerit,nõ fuerit soluta congruo loco,et tpe,uidelicet infra tẽpus ĩ conuẽtione appositũ,uel si nullũ tps ĩ conuẽ‐tione esset appositũ,infra.x. dies cõtinuos,a die interpellationis in iudicio, uel extra factæ cõputandos,talis creditor adire debeat iudicẽ cõpetentem, et citari facere debitorẽ,ut ueniat ad luendũ pignus,et si reqsitus intra mẽ‐sem non luerit,uel si causam propter quam pignus distrahi non debeat nõ allegauerit,

allegauerit,elapso dicto mense,absq; alia citatione,uel requisitione, liciteturipsum pignus p aliquem nunciũ in curia prædicti Iudicis, ex cuius officio procederetur. Et ipso saltẽ per tres dies subastato,& posito ad incãtum uẽdatur,& detur plus offerenti, & præcium exinde pceptum detur creditori, et teneatur sibi cõputare in quantitatẽ pro qua recepisset pignus,& in expẽsis propterea legitime factis,usq; in concurrentem summã, dũmodo dictæ expensæ taxentur per iudicem. Et de hoc fiat scriptura in actis per unum ex notariis curię: Residuũ uero,si quod supesset,restituatur debitori,uel deponatur pro ipso residuo restituẽdo debitori, quãdocunq; ipse debitor uoluerit. Cæterũ si dicta bona,&pignora uendita nõ forent,tũc possit assignari creditori in solutũ,et facta ipsa assignatione ,creditor dictorũ pignorum efficiatur uerus dominus,& possessor,dũmodo sibi assignẽtur,& adiudicentur pro iusta æstimatione: Et prædicta seruari Volumus in uenditione pignorum conuentionalium. De uenditione autem pignoris prætorii seruetur statutũ supra positum sub Rub. De pignoribus in prædã concessis.

De Donationibus. Cap. LXXIII.

STatuimus,q unaquæq; persona habilis ad contrahendum possit, sibiq; liceat donare inter uiuos de bonis suis,siue mobilibus, siue ĩmobilibus, siue nominibus debitorum,cui,& quibus uoluerit,usq; ad ualorem Florenorum quinquaginta auri. Ab inde uero supra nulla persona possit aliquam donationem facere,nisi cum authoritate,et decreto Iudicis competentis,Quod siquidem decretũ non aliter interponatur,nisi psona quæ donaret,iuret talem donationem esse uerã,et q non fiat in fraudem,uel in dãnum,seu læsionem alicuius personæ,uel loci,et etiã persona cui donatio facta fuerit,simile iuramentum præstare teneatur,si talis sit persona,quæ iuramentum prædictum cõmode præstare possit,arbitrio Iudicis decretum interponentis,quo iuramento præstito,decretum interponi possit, et talis donatio ualeat,et plenũ sortiatur effectum,etiam si excedat quantitatem quinquentorum aureorum,et nihilominus quælibet donatio,quæ excederet ualorem Florenorum quinquaginta,debeat per præconem denunciari publice in consilio generali intra unum mẽsem a die donationis proxime cõputãdum,et donatio quæ aliter fieret de bonis mobilibus,et immobilibus, seu nominibus debitorum ualentibus, seu excedentibus ultra quantitatem Florenorũ quĩquaginta auri,in eo qđ excedit, sit irrita ipso iure,et nullius roboris,uel momẽti,sed infra quãtitatem,seu ualorẽ florenorũ quĩquaginta illibata remaneat,nec fieri possit donatio maioris sũmæ,cũ clausula q teneat uigore pluriũ donationũ,q̃ clausula nullũ pducat effectũ. Et si donatio fieret extra districtũ de bonis,seu rebus ĩmobilib. existẽtibus Lucę,uel ĩ eius territorio,debeat p præconẽ publicari in cõsilio generali intra sex mẽses a die donatiõis pxime cõputãdos. Et pdicta nõ referanẽ ad donatiões

causa mortis,nec ad donationes,q̃ fierẽt amore Dei,uel alicui pio loco.

De Eo quod forensibus nõ sit licitum acq̃rere bona ĩmobilia existẽtia in ciuitate lucen,uel eius districtu. Cap. LXXIIII.

STatuimus,et Ordinamus ꝙ nulla psona forensis audeat,uel præsumat aliqua bona immobilia in ciuitate lucen.uel eius territorio existẽtia, uel iura,seu actiones mobiliũ,uel ĩmobilium cõtra ciuẽ lucen.uel aliũ de territorio lucen.emere,uel alio quocunq; titulo,siue modo acquirere,uoluntarie inter uiuos,uel p ultimã uoluntatẽ,seu in iudicio contentioso: Et si aliquis contrafecerit tã uendens,cedẽs,uel alienãs,q̃ emens,seu acquirẽs,seu cessionarius,uel is in quẽ alienatio facta foret,puniatur in libris centũ: Et nihilo minus talis uenditio,alienatio,siue cessio,siue acq̃sitio,siue titulus,ipso iure sint nulli,& nullius ualoris: Et super pdictis dicto emptori,seu acquisitori, uel cessionario,audiẽtia omnino denegetur p officiales lucen.ciuitatis: Et non intelligãtur forẽses,qui fuerint de terris iure.D.lucensis Epi.& de terris Lucen.Capituli,quæ sub eorum,& cuiusq; eorum ꝓtectione reguntur. Et prædicta non uendicent sibi locum in bonis immobilibus in dotem datis dicto forensi,quoniam Cõcedimus forensi posse bona immobilia in dotem dari,& ea lucrari,secundum formam statuti De lucro deferendo marito,uxore mortua in matrimonio.

De Habentibus causam a forense. Cap. LXXV.

VNusquisq; Ciuis,& Districtualis,seu Comitatiuus lucẽ.ciuitatis,qui a baliquo forense receperit cessionẽ iurium,& actionum contra ciuem,uel districtualẽ,seu comitatiuum lucen.ciuitatis,& ageret ex iure sibi cesso,non aliter audiatur,nisi suo iuramẽto firmauerit talẽ cessionem fuisse,uel esse ueram,& ex uera causa,& titulo contractã,& ꝙ ipsam non receperit ad utilitatẽ,uel cõmodum cedentis. Et nisi ad petitionẽ eius,contra quem agitur dederit,et pstiterit fideiussores idoneos unum,uel plures de soluendo,uel saltem de compẽsando omne id,quod talis cedens soluere teneretur ei, cõtra quã talis cessio facta foret,dũmodo nõ excedat summã, p qua cessio facta esset. Et p huiusmodi debitis,ĩ quibus cedẽs modo aliquo tenereẽ,possit ipse cessionarius cõueniri,et recõueniri,ac si esset psonaliter obligatus. Et auctẽ pñtis statuti ipẽ cessionarius usq; ĩ concurrẽtem summã ,p qua cessio facta esset intelligaẽ obligatus ei,cõtra quẽ recepisset iuriũ cessionẽ,et a dicta fideiussione nõ releueẽ p iuratoriã cautionẽ,et ad petitionẽ habẽtis iura cessa a forẽse ad capturã,et psonalẽ detentionẽ debitoris ꝓcedi nequeat ullo mõ, etiã si contra debitorẽ ꝓcederetur tanq̃ contra suspectũ de fuga. Nec etiam procedi possit ad dationẽ insolutũ in bonis immobilibus eius,contra quem facta esset cessio,sicut non poterat ad petionem cedentis.

De Actione

De Actione dāda ei,cuius noīe cōtractus fuerit celebratus.Cap.LXXVI

STatuimus ꝙ si quis noīe alterius cōtraxerit,uel stipulatus fuerit , possit ille cuius noīe stipulatio facta esset agere,&sibi ex tali cōtractu stipulatione,uel actu actio acquiratur,ac si ipse contraxisset,etiā non facta sibi aliqua iuriū cessione p stipulatorē,uel contrahentē,quis talis stipulator,uel cōtrahens fuerit uiuus,& p̄sens,dūtamen ille,cuius noīe stipulatio facta esset agēdo,teneaꝛ ad obseruantiā eorū,quæ in cōtractu cōtinentur,& ipsum stipulatorē,seu cōtrahentē noīe suo,& eius heredes,& bona indēnes, & indēnia cōseruare: Et ad hoc,seu p hoc bona ipsius,cuius noīe stipulatio, seu contractus esset celebratus auctoritate præsētis statuti sint,& intelligātur hypothecata,& obligata: si is,cuius noīe stipulatio,seu cōtractus celebratus esset,mādatū dederit ad ita cōtrahendū,uel stipulandū,uel ratū habuerit cōtractū, uel stipulationē,similiter Declaramus,ꝙ si quis ꝓcuratorio noīe, uel gestorio noīe alicuius possessionē fuerit adeptus p procuratorē , seu gestorē ipsi domino etiam ignoranti,ipso iure quesita esse intelligatur possessio sine rati habitione domini,dummodo non constet de contraria uoluntate domini uolentis sibi possessionem fuisse quesitam.

De Eo quod contrahentes nomine alieno,non intelligantur suo nomine obligari. Cap. LXXVII.

OMnes, & singuli alieno nomine contrahentes , uel quasi contrahentes, uel gerentes,siue agentes quocunq; nomine,uel officio fungantur, qui aliquem actum,uel contractum,uel quasi gessissent in iudicio,uel extra,quē ex forma sui mandati sibi ab homine , uel a iure concessi ,facere potuissent, intelligantur contraxisse , uel quasi contraxisse , uel gessisse eorum nomine , pro quibus talem actum , uel contractum gesserint, & eorum proprio nomine nullatenus obligati intelligantur,& conueniri non possint, nisi expresse se,suo nomine proprio obligauerint,quod etiam in negociorum gestoribus uendicet sibi locum,si Dominus ratū habuerit quicquid a tali negociorū gestore administratū esset, Declarātes ꝙ huiusmodi alieno nomine contrahentes,uel quasi cōtrahentes,uel agentes.siue gerentes,siue fuerit tutores,uel curatores,uel cōmissarii,siue executores,uel ꝓcuratores,seu negociorū gestores in casu ꝓdicto,uel alio quocūq; fungētes noīe,uel officio, non possint ex tali cōtractu,uel quasi gestione, uel actu quomodolibet suo nomine conueniri , nisi se,suo nomine proprio obligauerint , ut supra dictum est: Et hæc quæ diximus,ꝙ dicti alieno nomine contrahentes , uel quasi gerentes,siue agentes,non intelligantur suo nomine obligari,intelligi Volumus de obligatione , quæ acquiri deberet ei cum quo contraherent, uel quasi cōtraherent,gererent,uel agerent,non autem de illa obligatione, quæ acquiri deberet ei,cuius nomine cōtraherēt,uel quasi cōtraherēt,age-

rent,uel gererent,cui obligetur contrahens,uel quasi contrahens,gerēs, uel agens,prout,et quatenus iura communia dictant: Et prædicta locum habere Volumus,nisi tales alieno nomine contrahentes,uel quasi contrahentes,agentes,uel gerentes,essent falsi tutores,uel curatores,aut falsi executores,uel procuratores,quo casu Volumus,ꝙ tales alieno nomine contrahentes,uel quasi contrahentes,gerentes,uel agentes,suo nomine proprio obligati intelligantur,& sint,ut dolus suus ei,& non alteri noceat.

De Patrimonialium rerum alienatione. Cap.LXXVIII.

SAncimus, ꝙ quæcunq; persona habens aliquem agnatum masculum de patrimonio,& de eadem agnatione,& progenie sibi cōiunctum, usq; ad quartum gradum inclusiue,secundum computum decretorum uendere,uel alio quouis titulo alienare uoluerit rem immobilem patrimonialem, idest quæ fuerit suorum per lineam paternam ascendentium ,Teneatur, & debeat inquirere omnes suos agnatos prædictos,ut dictum est,sibi coniunctos,ut emant rem huiusmodi uendendam,ita tamē ꝙ qui proximior fuerit in gradu prior,& potior ad comperam admittatur , & una eademq; die possit simul,& coniunctim omnes agnatos inquirere,siue in pari,siue in dispari gradu constitutos : Et si plures fuerint in pari gradu ,ad comperam pariter admittantur. Et qui agnati sic inquisiti, Teneātur infra triginta dies eligere,& respondere si emere uoluerint,uel non,& talis inquirēs teneatur uendere,et tradere ei,qui prior est in gradu,si comperam acceptauerit infra dictum terminum,et si inquisitæ personæ infra dictum terminum non elegerint,seu comperam non acceptauerint,possit talis inquirens uendere,et alienare cui uoluerit.Si quis autem uolens rem alienare de qua alium inquirere teneatur,siue cum ea alias res uendere uoluerit,siue non,teneatur exprimere certum,et designatum præcium dictæ rei,quod si nō fecerit,uel si postea pro minori præcio alteri uendiderit,seu alienauerit,habeatur inquisitio pro non facta,et nullatenus sibi,uel emptori prosit,et si præcium in inquisitione contentum fuerit cōmune ad plures res,quarum non omnium cōpera ad alium ptineret,inquisitio similiter non procedat, et ꝓ nō facta habeatur,nisi præcium de re patrimoniali uendenda exprimatur distincte, et clare: Et licet una res patrimonialis,de qua ad alium compera pertineret,transiret de persona ad personam eiusdem patrimonii ,nō idcirco minus iure recomperæ,priuetur ille, qui esset in ipsa compera præponendus : Et si qua persona inquirenda fuerit minor , seu alias in cura constituta , Valeat inquisitio facta eius tutori, uel curatori , etiam si inuentarium non fecerit: Et si tutorem , uel curatorem non habuerit , citetur secundum formam statuti De citationibus , et earum forma loquentis : Et talis inquisitio facta dicta citatione præmissa , arcet minorem, ac si esset legitime requisitus : Et debeat ipse Minor expectari Sexaginta

diebus

diebus continuis proxime cōputandis,infra quos possit eligere,& comperam acceptare: Et si inquirenda psona fuerit absens,Debeat etiam citari secundum formam statuti loquentis De citatione absentis, et talis citatio absentem arctet,etiam si non potuerit ad eius notitiam peruenire, & expectet centum diebus continuis,si fuerit absens ultra centum milliaria a fine lucēsis territorii computanda. Sed si fuerit absens intra centum milliaria,tunc solum triginta diebus continuis debeat expectari: Et inquisito patre non debeant inquiri filii,uel nepotes,uel deinceps in eius potestate constituti, et renunciatio facta a patre,necnon consensus ab eo præstitus,quomodocūq, & qualitercunq,siue pro se tantum,siue pro se,& filiis,& descendētibus,præiudicet filiis,& aliis descendentibus heredibus,uel non heredibus,& heredibus quoq. Fratres autē,& fratrum filii æqualiter inquirantur,& æqualiter ad comperā admittantur. Et quāuis fratres, uel alii agnati diuisionem inter se celebrauerint de rebus patrimonialibus,nihilominus nō intelligantur iuri recomperæ renunciasse. Et intelligatur res esse patrimonialis,si probaretur ꝙ talis res fuerit suorum per lineam paternam ascendentium, uel probaretur per famam,ꝙ talis res consueuerit fuisse ipsius agnationis,uel si probaretur saltem p famam,ꝙ talis res fuerit pro patrimoniali possessa.

De Rerum matrimonialium alienatione.　　Cap. LXXIX.

NOn solum ad res patrimoniales,seu paternas acquirēdas, quis afficitur, sed etiam ad maternas. Si qua ergo persona uoluerit uendere, uel alio quouis titulo alienare aliquam rem sibi ex parte suę matris peruenientem, siue per successionem matris,uel aliorum per lineam maternam ascendentium,siue alio modo acquisitam a matre, uel ab ascendentibus per lineam maternam,Teneatur inquirere fratres,ex ipsa matre coniunctos, et similiū fratrum filios,et eiusdem matris agnatos eidem inquirēti coniunctos usq ad tertium gradum inclusiue,secundum computum decretorum. Et ueniscent sibi locum omnia,& singula,quæ supra p formam præcedētis Cap. De rebus patrimonialibus Disponuntur,quatenus hic adaptari possunt, & intelligatur probata res matrimonialis,si probaretur,ꝙ ex parte matris fuisset acquisita,uel si probaretur ꝙ fuisset de agnatione suę matris,uel si probaretur per famam ꝙ talis res fuisset ipsius matris,uel ascendentium per lineam maternam,uel aliorum,qui fuissent de agnatione ipsius matris,uel si probaretur ipsam matrem,uel ascēdentes per lineam maternam,uel ipsius matris agnatos fuisse in possessione rei prædictæ.

De Rerum communium alienatione.　　Cap. LXXX.

LOnge cōmodius est ꝙ eadem res plurium potius alienetur partem habentibus in re ipsa,ꝗ exteris,ut sit ex partium unione res maxime con-

seruentur, quæ dum communes existunt, negligi consueuerunt, Ideo Volumus, & Iubemus q̃ si plures sint, qui habeant, uel possideant inter se rem aliquam immobilem communem, seu pro diuiso, seu pro indiuiso, & Vnus eorum uendere, uel alienare uoluerit suam partem, seu particulam, Teneat̃ inquirere alios in eadem parte, siue particulam habentes, secundum formã, quæ supra De re patrimoniali tradita est, et omnia, & singula, quæ supra de re patrimoniali, & matrimoniali dicta sunt per formam Cap. proxime præcedentium, uẽdicent sibi locum in re communi, quatenus adaptari possunt, quod etiam obseruetur quantũcunq; alter ex habentibus partem in re, haberet minimam particulam dictæ rei, quia hoc casu nihil Volumus interesse, si pars fuerit magna, uel parua. Verum in compera eligenda habens partem pro indiuiso, præponatur aliis agnatis, & cognatis, qui non haberent partem in dicta re: Sed agnatus, uel cognatus habens partem in re, de qua tractaretur, præferatur in compera, & acquisitu prædicto, cæteris solummodo partem in dicta re habentibus, qui non sunt agnati, uel cognati alienantis, seu alienare uolẽtis: Et ultra alios modos a iure inductos, Sufficiat quãtum ad hoc, ut quis ad cõperam admitti possit probari aliquos tenere, uel possidere communiter rem, siue pro diuiso, siue pro indiuiso. Nec obstet agenti q̃ fuerit diuisa, uel pro diuiso possessa, uel q̃ fuerit ad usum perpetuum, uel temporalẽ diuisa: Et prædicta in prædiis urbanis uendicent sibi locum, sed de prædiis rusticis ita demum prædicta locum habeant, si sint indiuisa, uel pro indiuiso possessa, quo casu omnia, & singula prædicta uendicent sibi locum, prout de re patrimoniali, et matrimoniali, et cõmuni dictum est, Sed in prædiis rusticis diuisis prędicta non uendicent sibi locum, sed uendi, et alienari possint, nulla facta inquisitione, dũmodo non sint patrimonialia, uel matrimonialia, uel aliud non obsistat.

Si inquisita persona comperam elegerit. Cap. LXXXI.

ET si inquisita persona rem patrimonialem, seu matrimonialem, seu communem, de qua inquisitio facta fuisset, emere elegerit, Teneatur talis inquirens eam uendere, et tradere pro iusto pręcio taxando per Iudicem, seu alium, uel alios, cui, seu quibus Iudex ipse commiserit, qđ pręcium Talis inquisita persona soluere teneatur, et compellatur de facto tempore traditionis rei, quæ uenderetur: Et etiã intelligatur esse iustum præcium illud qđ inueniretur exinde ab aliquo idoneo emptore, qui rem ipsam acquirere uoluisset: quo casu teneatur inquirens corporaliter iurare, tactis scripturis, q̃ in rei ueritate sine fraude tãtum inde habere potest, et q̃ sub tenoribus, modis, cõditionibus, pactis, uel reseruationibus, seu grauaminibus cõuentis ad dictũ emere uolentem res ipsa remanere debebat pro ipso pręcio, sine fraude, et nulli reddere debebat: Et similiter iuret talis, q rem ipsam emere uoluisset, q̃ tantũ in ueritate inde dabat, siue dare uolebat, sine intẽtione inde

aliquid

aliquid rehabendi. Et ꝙ dictam rem sub dictis pactis,tenoribus,modis,cõditionibus,uel grauaminibus emebat,siue emere uolebat, Et pro minore iuret tutor,uel curator, Et pro ecclesia rector,seu prælatus,uel alius habens mandatũ ab eis,& pro uniuersitate iuret Sindicus ad hoc speciale mandatum habens, uel ille, qui uniuersitati præest. Et teneatur talis inquirens ei, qui comperam acceptauit,& elegit,uendere,& tradere pro eo ꝑcio,pro quo reperiebat emptorem,si hoc inquisita persona elegerit,cum eisdem tenoribus,pactis,modis,cõditionibus,reseruationib. siue grauaminibus,sub quibus reperiebat emptorem,dũmodo pactum de dicta re reuendẽda uenditori.x.annos a die uenditionis fiendę nõ excedat,& dato etiã ꝙ is,qui emere uolebat promittere uoluisset reuendere, & pactum de reuendẽdo facere ultra tempus.x.annorũ,ac etiam teneatur chartam uenditionis,& traditionis facere,& de euictione promittere: Sed si inquisita persona elegerit potius,soluere iustum ꝑcium,debeat sibi fieri uenditio pro iusto ꝑcio taxãdo per iudicem,uel per alium,uel alios,cui,seu quibus,Iudex cõmiserit,in qua taxatione habeatur consideratio pactorum,sub quibus dicta res uenditur, cum quibus pactis reperiebat emptorem: Si uero nullum emptorem inquirens adinuenisset, Teneatur ei,qui comperam acceptauit,uendere,& tradere pro iusto præcio taxando per iudicem,uel alium, uel alios, cui iudex cõmiserit,& chartam uẽditionis,& traditionis pure,& simpliciter, & in forma cõmuni facere,& de euictiõe promittere,absq; eo ꝙ tenores,uel reseruationes,modi,seu grauamina in tali uenditione quomodolibet apponantur.

Si omissa sit forma inquisitionis,in alienatione rerũ patrimonialiũ, matrimonialium,seu cõmunium. Cap.LXXXII.

ET siqua persona uendiderit, seu alienauerit aliquã rem immobilem, patrimonialem,seu matrimonialem,seu cõmunem,de qua,seu pro qua,inquisitio secundũ formam præcedentiũ Cap.fieri debuisset,& ipsam inquisitionem,& requisitionem facere omiserit,licitum sit ei ad quem ius competere pertineret, & qui inquiri debuerit,rem ipsam emere, & acquirere ab eo in quem dicta inquisitione omissa translata fuisset, qui rem ipsam tali cõperam petenti uendere teneatur, omni prorsus exceptione,& dilatione remota,pro præcio in instrumento uenditionis inserto , uel pro iusto præcio per iudicem declarando,ad electionem comperam ipsam petẽtis,& dictam emptionem facere possit infra annum unum continuum, a die qua sciuerit uenditionem factam esse rei,de qua ad ipsum compera pertineret: Et intelligatur scire is cui emptor,uel alia persona pro eo denunciauerit,offerendo copiam instrumenti emptionis,ita ꝙ scire possit quãtitatem præcii,& diem factæ uenditionis,& cõfines rei uenditæ,uel si alio legitimo modo sciuerit, et teneatur talis petens recomperam si præcium in instrumento uenditionis insertum elegerit,soluere precium eiusdem,uel similis bonitatis,et qua

litatis,quod emptor soluisset,uel saltē ualorē dicti ꝑcii nullo obstāte: Et si elegerit uerū,& iustum ꝑcium,īntelligatur uerū,& iustū ꝑcium esse,quātum res alienata ualebat tempore cōtractus cōmuniter,& cōmuni extimatione, habito respectu ad res similes,& ad loca uicinia,& habita consideratione pactorum,sub quibus uendita fuit: Absentes autem qui inquiri debuerant,si ipsa uenditio facta fuerit inquisitione omissa, Terminū habeant ad ipsam comperam reperendā duorū annorū a die scientiæ ueræ, uel præsumptæ, proxime computandorū,Et præsumatur scire,si sibi denūciatio facta fuerit sub dicta forma,& si propter absentiā non possit inueniri,citetur secundum formā statuti de citatione loquentis,& sic fiat inquisitio,uel denūciatio, Minoribus autem quibus inquisitio legitime facta nō foret comperat ad comperam reperendam,& eligendā dilatio duorum annorū a die scientiæ proxime computandorū, dūtamen dictum biēnium non currat toto tempore suæ minoris ætatis,sed currere incipiat eis factis maiorib. Et quādo dictæ res uenduntur eis,quibus competit ius,& facultas emendi,tradātur,& restitui debeant sub eisdem pactis,oneribus,et conditionibus,uel præstationibus,seu grauaminibus oppositis in tali alienatione,prout dictū fuit in statuto proxime præcedenti,nec obstet exceptio comperam repetenti,ex quacūq; causa,ex personis eorum,qui pariter ad comperam admittuntur, uel in ipsa compera præponuntur,qui non uenirent ad comperam repetendam,quoniam illi qui pariter ad comperam admittuntur, uel etiam proponuntur,ius saluum habēt aduersus eum qui in cōpera obtinuerit.

De Euictione rei cōmunis,uel patrimonialis,uel matrimonialis. Cap.LXXXIII.

SI qua res,aut pars rei, per actionem pignoraticiam, uel hypothecariam euinceretur ei, qui si rem euictam alienasset, ius et facultas recōperę ad alium pertineret,seu esset alius inquirendus secundum formam suprascriptorum Cap.licitum sit illis ad quos compera pertineret, seu qui essent inquirendi in suo casu offerre,et soluere euincēti iustum præcium talis rei euictæ ad cōmunēm extimationem,non obstante ꝙ euincēs maiorem quantitatem recipere deberet,et pro maiori quantitate egisset,seu obtinuisset, Et teneatur talis euincens ipsam rem euictam uendere,et tradere,et sua iura cedere tali sic offerenti,usq; in summam,quæ sibi pro iusto præcio soluta fuerit: Et in residuo sit sibi saluum ius suum.

De eo ꝙ compera peti possit,etiam facta alienatione necessaria. Cap.LXXXIIII.

VOlumus ꝙ ius,et facultas emēdi,et acquirēdi competat, et uēdicet sibi locū, si res patrimonialis, seu matrimonialis, seu cōis in emphiteosim,

uel ad

uel ad liuellum:seu feudum,uel ad censum concederetur,seu in perpetuum locaretur,uel alio quocũq; modo alienaret̃,siue uoluntarie,siue necessario, siue in iudicio,siue extra,siue aliter quomodocũq; fiat,siue in quacũq; ultima uolũtate legaretur,uel iure institutionis relinqueretur, etiam si ad pias causas legatum,uel institutio conferretur, nisi inquisitio exinde facta fuerit secundũ formam præcedentiũ cap.de hac materia loquentium.

De eo q̃ res reuẽdẽda,nõ possit retineri p aliquo debito. Cap.LXXXV.

DEcernimus q̃ res alienata,quæ ueniret uendẽda, & tradenda ei ad quẽ ius,& facultas emendi,secundũ formã suprascriptorũ Cap.pertineret, Debeat cum effectu restitui pro eo prætio,pro quo acquisita fuisset,uel pro iusto prætio ad electionem petentis recomperã,ut dictũ est supra, Et non possit aliqua retẽtione uti pro aliquo debito in dicta re, ad quod diceretur petentem recõperam obligatũ ei,a quo recõpera peteretur,siue ex sua persona,siue ex sui auctoris,siue ex iure acquisito descẽdat,siue pro debito,ad quod diceretur alienantem ipsi acquisitori obligatũ,nisi uellet uti retentione pro expensis necessariis,uel utilibus,factis in ipsa re,secundum formam iuris,pro quibus expensis rem ipsam ualeat retinere, donec ipsæ expensæ fuerint ad integrum solutæ per eum,cui competeret ius recomperæ.

De eo q̃ facta alienatiõe,itelligat̃ ius recõperæ acq̃situ. Cap.LXXXVI.

FActa alienatiõe rei patrimonialis,uel matrimonialis,uel cõmunis,omissa inquisitione,ipso facto,& ipso iure intelligatur ius, & facultas emendi acquisitum,& acquisita eis,qui ueniebant inquirẽdi secundum formam p̃cedentium Cap.& ad quẽcũq; transeat ipsa res,cum tali onere transeat. Et intelligat̃ res ipsa subdita,& affecta auctoritate p̃sentis statuti oneri p̃dicto, ita q̃ a quolibet peti possit,et seruari debeãt ea q̃ in supiorib.cap.cõtinent̃.

De Casibus,in quibus inquisitio non sit necessaria. Cap.LXXXVII.

STatuimus q̃ si diuisio fiat ĩter agnatos,seu cognatos ratiõe rei patrimonialis,uel matrimonialis,uel ĩter alios etiã non agnatos, uel cognatos ratione cõmunionis,quã plures haberent in re p qua,si alias alienaretur,quis deberet inquiri,eo casu,Nulla inquisitio sit necessaria, nec ipsius diuisionis uigore ad aliquem ius recõperæ acquiratur: Item si res aliqua daretur in dotem pro aliqua muliere coniuncta in quocũq; gradu,quæ res si alio titulo alienaretur cõpera ad alium pertineret, etiã inquisitio nõ sit necessaria,& talis assignatio dotis ualeat,nec exinde alicui ius recõperæ acquiratur,exceptis domibus patrimonialibus, rusticis,uel urbanis,in quibus competat ius recomperæ ipsis agnatis,etiam si pro dotibus assignarentur.

De Permutatione, seu Alienatione rei, de qua recompera ad alium pertineret. Cap. LXXXVIII.

ET si quis rem patrimonialem, seu matrimonialē, uel cōmunem, legauerit, uel instituendo reliquerit, uel in ultima uoluntate concesserit, uel permutauerit, uel inter uiuos donauerit, uel alium contractū, uel quasi, qui naturam alienationis sapiat inierit, ex quo nō appareat alienantem, seu concedentem in quātitate certa aliquid recepisse, Possit fieri dictæ rei recomperā pro uero, & iusto præcio soluendo ei in quem alienatio, seu concessio facta esset arbitrio iudicis, Declarando, nō obstāte ꝙ in dictis alienationibus, seu cōcessionibus, ꝑcium minime sit insertū: Et ꝑdicta omnia uendicent sibi locum, q̄ in uenditionibus, seu alienatiōibus sunt expssa superius, quatenū hic cōmode adaptari possunt, ita ꝙ acquirens ad ipsam rem uendēdam, & tradendā modis omnibus teneatur illis, ad quos ius recōperæ pertineret.

De eo quod quis sine inquisitione fienda, possit manentem, seu feudatarium liberare. Cap. LXXXIX.

SI de aliqua re patrimoniali, matrimoniali, seu cōmuni redderet, seu reddi deberet aliquid nomine liuelli, uel census, uel emphiteoticæ pręstationis, uel nomine manentiæ Possit quilibet nō obstātibus iis, q̄ in superioribus cap. continentur Talem manentem emphiteotā, feudatarium, uel liuellarium liberare, etiam si ex liberationis tenore res ipsa liberato remaneret, nec pro tali liberatione fienda sit inquisitio necessaria, nec ex talis liberationis uigore, seu prætextu, alicui agnato, uel cognato, uel partem habenti ius recōperæ acquiratur, sed liberato plenū habeat, & sortiatur effectum.

De Iuramento ꝑstando ab eo, qui petit recōperam. Cap. XC.

STatuimus ꝙ quādo aliquis petit sibi reuenditionem fieri de re, pro qua sibi ius recomperæ competeret, Teneatur quandocunq; in quacūq; parte litis ad petitionem conuenti iurare ad sancta dei euangelia, ꝙ ipse pro se, & ad suam utilitatem, & ut sibi remaneat hoc petit, & ꝙ nulli personę dare, uel restituere promisit, conuenit, uel ordinauit, uel intendit, Et si tale iuramentum ad mandatum iudicis præstare recusaret, uel differret, cadat a iure recomperæ, & ultra non admittatur ad recomperam fiendam: Et quilibet cui reuenditio facta fuerit, nō possit rem ipsam alienare intra annum a die dictæ reuenditionis proxime inchoandum, Et si alienauerit redeat ad eum a quo habuerit, & ei ius aduocandi, & repetendi rem ipsam competat pro eodem præcio, quod inde recepisset.

De eo ꝙ iura Recomperæ cedi non possint. Cap. XCI.

Statuimus

STatuimus q iura,& actiones petendi recōperam,uel aliud quouis titu-lo,quæ alicui personę cōpeterent ex dispositione,seu uigore quorūcūq statutorum lucen.ciuitatis,Nulli personæ possint uēdi,cedi, tradi, alienari, uel in alium transferri quouis titulo lucratiuo,uel oneroso,uoluntarie, uel necessario. Et si uenderentur,cederentur,alienarentur,uel transferrentur, non ualeat uenditio, cessio, alienatio, uel translatio,sed ipso iure sint nullæ. Et ille qui uendidit,cessit,uel alienauit,uel in alium transtulit,sit inde priuatus ipso iure,nec in eum cui facta est uenditio,cessio,alienatio,uel translatio, aliquod ius acquiratur: Et similiter ius quod cōpeteret recōperandi rem insolutum,uel ex secundo Decreto adeptam,uendi,cedi,alienari, uel transferri uoluntarie,uel necessario nequeat ullomodo,cū tale ius recōperæ sit a statuto introductum,Sed si ius recomperæ cōpeteret ex pacto,uel ex conuentione partium,Tunc licite uendi,cedi, alienari, uel transferri uolūtarie, uel necessario possit,& cessio,uēditio,uel alienatio,uel translatio,plenum iuris sortiatur effectum.

De Alienatione facta non subiecto iudicibus sæcularibus Lucen. Ciuitatis de re cuius compera ad alium pertineret. Cap.XCII.

ET nulla persona audeat,uel præsumat aliquam rem partem, seu particulam alienare,seu transferre quomodocūq, seu quocunq titulo, siue inter uiuos,siue in ultima uoluntate legare,uel relinquere, uel in institutione conferre specialiter,uel generaliter in aliquē nō subiectum iudicibus sęcularibus Lucen.Ciuitatis,cuius cōpera,uel acquisitus ex dispositione statutorum,uel ex partium conuentione ad aliquem pertineret: Et si secus fieret,seu ad aliquem actū alienationis,seu translationis peruenerit,seu per uenire tentauerit,intelligatur ipso iure,& præsumatur auctoritate præsentis statuti ipso facto,& ipso iure alienasse,& possessionem tradidisse, & se, & suos heredes,& bona omnia pro euictione obligasse ei,ad quem ius recomperæ,seu alterius acquisitus pertineret si uoluerit, ac si uere in eum alienatio,& traditio facta foret: Et possit,& ualeat tam auctoritate propria, q̄ iudiciali,prout uoluerit rem ipsam accipere, & possessionem apprehendere, & retinere,dūtamen iustum præcium per iudicem taxandum soluere teneatur ei in quem alienatio facta esset: Si autē alienatio facta esset alicui ecclesiæ,uel pio loco,dictū pcium deponatur apud idoneā psonā eligēdam per ipsum iudicem,quod præcium conuerti debeat in emptionem prędiorum uel Ecclesię,uel loci reparationē de mādato dñi Episcopi,uel alterius plati superioris dictæ Ecclesię,qui auctoritatem habeat bona dictę Ecclesiæ alienandi: Et Iudex uēditoris,quo ad hoc cōpetens intelligat,& huic legi,& oneri submittimus, & annectimus,& afficimus oēs res, & bona subiectorū lucen.ciuitatis,q̄ nūc sunt,uel ī antea erūt,quarū cōpera,& acqsitus ad aliū ptineret,seu ptinere deberet ex forma statutorū,uel ex partiū cōuentione.

De Re insolutum,uel ex primo,seu secundo Decreto adiudicata, cuius compera ad alium pertineret. Cap.XCIII.

SI quis insolutum,uel in tenutam,seu ex primo Decreto,uel ex secundo Decreto in iudicio acquisierit aliquam rem, seu partem, seu particulam alicuius rei,uel possessionis,uel detentionem ipsius,cuius cōpera,uel acquisitus ad alium ex dispositione alicuius statuti,uel ex partium conuentione, si alienaretur, pertineret, Teneatur talem rem,partem,seu particulā,possessionem,seu detentionē restituere ei,ad quem compera pertineret,prępomendo eos,qui præponi debēt,& quæ restitutio fiat pro eo præcio pro quo acquisiuerit insolutum,uel tenutam, infra sex mēses post annum trāsactum, si infra annum recuperata non fuerit per illum,contra quem dicta res insolutum,uel tenutam,seu ex primo, uel ex secundo Decreto fuerit assignata,Terminus tamen dictorum sex mensium,elapso dicto anno,incipiat currere ei,ad quem compera pertineret a die qua sciuerit rem insolutū,uel tenutam,uel ex primo,uel ex secundo Decreto adiudicatam esse,& pro quāta quantitate, & ex officio cuius iudicis,& aliter dicta dilatio sex mensium currere non incipiat: Verum si præcium pro quo res prædicta data fuerit insolutum,uel tenutam,uel ex secūdo Decreto excedat iustum præciū, seu cōmunem ualorem, Tunc is cui tunc sic adiudicata fuisset restituere, & uendere teneatur pro iusto præcio per iudicē declarando, Et idem fiat, & obseruetur in non subiecto iudicibus sæcularibus Lucen.ciuitatis, qui insolutum,uel tenutam adeptus fuerit rem cuius compera ad alium pertineret,quæ si non fuerit per illum contra quem adiudicatio processisset recuperata infra annum,Intelligatur auctoritate præsentis statuti reuendita,& restituta ei ad quem compera pertineret, prout supra in superiori capitulo dictum est,& tali onere,& lege,res nostrorum subditorū intelligantur affectę: Et quilibet officialis lucen.ciuitatis teneatur talem,cui ius recomperæ competeret,in possessionem inducere,& īductum defendere, & compellere redditores,seu pensionarios ad pensionem,& redditam persoluendam: Et talis non subiectus iudicibus sæcularibus lucen. ciuitatis ad præcium consequendum nullatenus admittatur,nisi uenditionis,& alienationis chartam fecerit,& se obligauerit,& iura usq; in concurrentem summā cesserit, & alia adimpleuerit, quæ secundum formam statutorum implenda uenirent, & hæc quæ de dilatione sex mensium ad recomperam prędictam petendam dicta sunt, non uendicent sibi locum si ius recomperæ ex partium conuentione cōpeteret,quia tunc Volumus tēpora in cōuentione deducta seruari.

De Prohibita alienatione rei,cuius cōpera peteretur. Cap.XCIIII.

SI quis post inquisitionem,seu petitionem factam per illum qui recomperam petit, seu petere intendit rem cuius compera petitur, seu peti intenditur

ditur alienauerit in aliquem subiectum iudicibus saecularibus lucen. ciuitatis, Possit talis, qui comperam petebat, agere contra alienantem ad dãna, & interesse, & si sibi ius recõperae competere appareret, Iudex teneatur condẽnare, & compelli facere sic alienantem ad soluendum omnibus iuris remedijs dicto actori omnia dãna, et interesse, quae substinuit a die inquisitionis citra, propter non factam sibi uenditionem: Sed si potius talis actor rem habere maluerit, Teneatur dictum secundum acquisitorem compellere, et condẽnare omni appellatione postposita ad reuendendũ dicto actori: Saluo nihilominus dicto secũdo acquisitori omni suo iure aduersus suum auctorem: Et si alienatio facta fuerit non subiecto iudicibus saecularibus Lucensis ciuitatis, eo ipso ĩtelligatur uẽdita ipsi actori pro iusto praecio per iudicẽ taxãdo, & nihilominus talis reus alienans cõdẽnet̃ in expẽsis, & ad refectionẽ omniũ dãnorũ, que propterea ĩcurrisset: Et iudex teneatur ipsum actorẽ in possessionẽ inducere, & inductũ defendere oĩbus iuris remedijs.

De Forma depositi, pro compera pro iusto p̃cio repetenda. Cap. XCV.

ET si compera eligatur pro iusto praecio per eum ad quem compera secundum formam statuti pertinet, Debeat res aestimari per iudicem, uel per alium cui iudex ipse cõmiserit, ad quam aestimationem iudex procedere teneatur ĩfra decem dies postq̃ fuerit requisitus, omni prorsus exceptione remota. Volumus tamen q̃ reo contra quem pro compera ageretur per ipsam aestimationem nullum praeiudicium generetur in suis iustis defensionibus, si quas haberet, quas post ipsam aestimationem proponere pcssit, non obstante aestimatione praedicta. Et facta dicta aestimatione, fiat depositum de quantitate declarata: Verum si de ueriori, & iustiori aestimatione fuerit probatum, Volumus q̃ deponenti non noceat si minorem quantitatem deposuerit, sed supplementum soluere teneatur.

De Forma reuenditionis fiendae de re, cuius compera peteretur, & de possessione tradenda ei cui competet ius recõperae. Cap. XCVI.

CVm quis ex forma statutorum ad rem alienatam uendẽdam deberet condẽnari, Teneatur Iudex in sua sententia condemnare reum ad rem uendendam, & faciendum inde chartam uenditionis, & traditionis pure, & simpliciter, & in forma communi, reiectis quibuscunq̃ oneribus, tenoribus, & conditionibus, & grauaminibus in prima alienatione appositis, & adiectis, & hoc procedat nisi constaret per iuramentum alienantis, & ipsius acquisitoris, q̃ in rei ueritate, et sine fraude dicta alienatio facta fuerit sub dictis oneribus, conditionibus, et grauaminibus, in ipsa alienatione appositis, Tunc enim debeat condemnari ad faciendum chartam uenditionis, et traditionis, cum pactis, tenoribus, et conditionibus, in pri

ma alienatione appositis, Excepto pacto de reuendendo quod excederet tempus decem annorũ, ut dictum fuit supra sub Rubrica si inquisita persona comperam elegerit, ac etiam ultra prædicta teneatur ad cedẽdum ius suum, & ad promittendũ de euictione de suo dolo, & facto tãtum, ita q̃ re euicta, nec ad precii restitutionem, nec ad alia teneatur, Nisi ex suo dolo, uel facto euictio contigisset. Expensæ uero Gabellæ ultimæ emptionis, & instrumentorũ fiant per eum qui recomperam petiisset, dũtamen ad restituendum primæ alienationis gabellã nullatenus teneatur: Et quotiens recõpera petitur, quæ cõpeteret ex forma statuti, uel per formã obligationis cõuentionalis, Factis inquisitione, & deposito, immediate cum iudici constiterit eum aduersus quem facta est inquisitio obligatũ esse ad reuenditionẽ faciendam, Teneatur iudex incontinenti dictum inquisitum ad reuendendum condẽnare, & inquirentem, & dictam recõperam petẽtem inducere in possessionem rei petitæ, & inductũ defendere. Et nihilominus non faciat solui depositũ inquisito, nisi prius secundũ formã statutorũ, uel cõuentionũ fecerit inde chartã reuẽditiõis, & traditiõis cũ effectu ĩ forma superius ordinata: Et ĩ quibuscũq; causis recõperæ ꝓcedatur sũmarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, nulla iuris, aut statutorũ solẽnitate seruata.

In quibus casibus Dominus, uel possessor prædii rustici ad ipsius uenditionem possit astringi. Cap. XCVII.

STatuimus, & Ordinamus q̃ si contingat aliquod cõmune, collegiũ, uel uniuersitatem, uel locũ, uel aliquam personam singularem cuiuscũq; cõditionis existat, habere, uel possidere aliquod prædium rusticũ, cuius mensura numerũ culturæ unius cum dimidia alterius non excesserit, qđ prędiũ cum alio prædio rustico alterius personæ singularis, uel loci cõmunis, collegii, uel uniuersitatis a duobus saltim lateribus cõfinauerit, Teneatur illud domino, uel possessori dicti uicini prædii emere uolenti uendere pro iusto præcio arbitrio iudicis cõpetentis declarando, et chartam uenditionis facere, dũmodo uendens in casu legitimę euictionis non teneatur emptori nisi ad restitutionem præcii per eum recepti, nisi ĩ casu quo euictio ex facto, uel dolo uenditoris procederet, quo casu teneatur de legitima euictione secundum formam iuris cõmunis. Et prædicta ita intelligi Volumus et Mandamus si prædium petentis uenditionem sibi fieri, excesserit prædium qđ uendi petitur saltim in tantundem mensuræ, et ualoris cuius est ipsum prędium quod uendi petitur: Declaramus insuper quod si prædium cuius uenditio petitur cum uia publica ab uno saltim latere confinauerit, Tunc quantũ ad hoc, ut dominus, uel possessor eiusdem illud uendere teneatur sufficiat q̃ cum rustico ꝓdio alterius domini, uel possessoris emere uolẽtis ab uno tantũmodo latere cõfinauerit, dũmodo ĩteruenĩãt alia superius requisita. Et licet dñs, uel possessor ꝓdium suũ gratia cõmodioris culturæ in

plures

plures petias terrarum simul comphẽsarum per foueas diuiserit,uel si plures petias terrarum simul compræhensarum distinctas habuerit, Vnicum dicatur prædium,siue fuerit dictum prædiũ emere uolentis,siue fuerit uicini domini,uel possessoris uenditionem recusantis: Et duæ,uel plures petiæ terrarum seperatarum non simul compræhensarum alicuius uicini,domini,uel possessoris emere uolentis,inter quas fuerit prædium alicuius domini,uel possessoris quod cum qualibet petia dictarum terrarũ ab uno saltim latere confinauerit,habeantur pro unico prædio,ita ꝙ omnes petiȩ terrarum unius domini,uel possessoris, quæ fundo intermedio alterius coheserint ab aliquo latere,licet inter se ipsas non cohereant pro unico habeantur ad hoc,ut dominus,uel possessor fundi intermedii uendere compellatur: Et idem intelligatur,ut pro unico prædio habeanꝰ duæ,uel plures petiæ terrarum seperatarũ,inter quas fuerit prædiũ alicuius domini,uel possessoris emere uolentis,ita ꝙ omnes petiæ terrarũ domini, uel possessoris recusantis uendere,quæ prædio intermedio ab aliquo latere coheserint, licet inter se ipsas non cohereant, pro unico habeantur, quantum ad hoc ut dominus,uel possessor ipsarum unam,uel plures ipsarum uendere non cogatur,nisi prędium intermedium excederet omnes simul dictas petias terrarum,quæ pro unico reputantur in tantundem mensurę,& ualoris ipsarũ petiarum terrarum, Addentes insuper,ꝙ omne onus Gabellæ, & instrumenti uenditionis debeat in totum agnosci per eum, qui petit sibi uenditionem fieri. Et si facta inquisitione ad mandata iudicis, quis uendere recusauerit,& chartam uenditionis facere, & per decem dies post mandatum iudicis fuerit in mora, Teneatur iudex incontinenti facto deposito iusti ꝑcii per iudicem declarati,dictum emere uolentem in possessionem dicti prędii,quod uendi petitur,inducere,& sibi in perpetuum adiudicare, Et si inquisita persona fuerit minor, uel alius cui alienare non permittitur sine licentia,uel auctoritate,uel consensu tutoris,uel curatoris, uel alicuius superioris,uel alterius personæ, Tũc fiat depositum apud idoneam personam per competentem iudicem eligendam,conuertendum in emptionem prædiorum,cui emptioni accedere debeat licẽtia,auctoritas, uel cõsensus eius, cuius in alienãdo auctoritas, licentia,uel consensus requireretur. Et super prædictis omnibus procedatur summarie,& de plano,sine strepitu,& figura iudicii,& absque libello,nulla iuris,& aliorum statutorum,solẽnitate seruata,sola cognita ueritate. Et ex nunc prædicto oneri uenditionis fiendæ omnia prædia rustica comitatus,& districtus Lucensis afficimus,& auctoritate præsentis statuti affecta,& obligata intelligantur, ita quod ad quencunq; peruenerint cum prædicto onere transeant: Declarantes ꝙ si super prædio,quod uendi petitur,esset domus murata, Dictum prædium dicto oneri uẽditionis nõ intelligatur affectũ. Et si super ꝑdio qđ uendi petitur alicui cõpeteret usus,seu usufructus,nõ ꝓpterea ĩpediaꝰ uẽditio, sed citato eo cui usus,uel usufructus cõpetit,ꝓcedaꝰ ad uenditionẽ,& extirueꝰ ꝑdiũ,

ac si usus,& usufructus non deberetur,qua uenditione facta super prædio uendito, nullo modo ius,usus,seu usufructus debeat,sed præcium conuertatur in emptione prædii super quo auctoritate præsentis statuti ipsi usuario,uel usufructuario ius,usus,seu usufructus competat,prout super uendito competebat, & procedatur summarie, et in omnibus, ut supra fuit dictum, Et eodem modo si prædium quod uendi peteretur,esset obligatum pro aliquo onere liuelli, uel census, uel pro iure perpetui oneris, uel affictus, non propterea uenditio impediatur, sed citatis dominis locorum, quibus ius liuelli, uel census,uel perpetui debeatur, citatis etiã iis, qui obligati sunt ad onus liuelli,census,uel perpetui, procedatur ad dictam uenditionem,et ex præcio prædii quod uendi petitur,aliud prædiũ in dicto cõmuni in quo prædium quod uẽditur est,ematur, quod succedat loco pdii qđ uẽderetur super quo pdio empto cõpetat dño qui habebat directũ dominiũ ius liuelli,uel cẽsus,uel perpetui,put cõpetebat super pdio uẽdito.

De Hypothecaria,seu pignoraticia actione. Cap.XCVIII.

EMens, seu acquirens iusto titulo,& bona fide rem alteri hypothecatam, præscribat cõtra eum cui actio hypothecaria competebat per spaciũ.x. annorum inter præsentes,&.xx.inter absentes,Et si is cui competebat fuerit pro parte præsens,& pro parte absens,fiat computatio temporis præsentiæ,& absentiæ,pro rata,& dicto tempore decurso dictus emens,uel acquirens sit non solum ope exceptionis, sed ipso iure securus, ita q postea nequeat cõueniri. Declaramus insuper q creditori agenti hypothecaria,uel pignoraticia contra possessorem rei habentem causam a debitore post contractam hypothecam,uel pignus creditoris non sit necesse probare debitorem tempore contractæ hypothecæ,uel pignoris fuisse dominum,uel titulum habuisse in re ipsa, sed solum sibi probare sufficiat debitorẽ possedisse rem ipsam tempore contractæ hypothecæ,uel pignoris,et hoc procedat siue possessor habeat causam onerosam,siue lucratiuam ab ipso debitore,seu ab alio habente causam a debitore mediate,uel immediate.

Qualiter finiatur mandatum. Cap.XCIX.

STatuimus q mandatum cuiuslibet procuratoris, et Sindici,in quo mandato tempus,quo durare debeat,non esset appositũ,uel adiectũ, etiã terminetur, finiatur decurso quinquẽnio, post quod quinquẽniũ nullius uigoris existat,siue fuerit ad causas,siue ad negocia ordinatũ: Concedimus tamen q causas durante quinquẽnio inceptas prosequi,et finire possit etiã post quinquennium,& a sententiis quæ darẽtur appellari, et appellationes per eum interpositas,siue per aduersam partem prosequi,non obstante cursu tẽporis supradicti, & intelligatur lis hoc casu incepta per solã citationẽ:

Et hæc

Et hæc loc
ubi autem
to, conter
to com
uocare
præ
beat
bit
be
a

rius rei
ris,uel
ptio-
ra-
re,

uitã i ea duxerit. Vel nisi ad pprios usus locatoris necessaria fuerit, dũtamẽ necessitas supuenerit locatori, post locationẽ iã factã: Vel nisi eã locator alie nauerit, In qbus casibus, & quolibet eorũ, & i aliis casibus a iure cõi cõcessis, possit locator libere, & ĩpune rẽ locatã ad se reuocare, & a locanõe recedere. Et Iudex in dictis casibus, & quolibet eorum, & ex aliis causis a iure cõi in ductis, Talem conductorẽ expellere teneatur, incipiendo a præcepto, & pro cedendo sine figura iudicii, saluo tamen cõductori omni melioramento fa cto in re conducta, de quo melioramento satisfiat eidem, anteq̃ rem condu ctam dimittere cõpellatur, si dictum melioramentum factum fuerit de uo lũtate locatoris, alioquin rem ipsam dimittere cõpellatur, saluo sibi iure pe tendi huiusmodi melioramentum in iudicio ordinario, Et inquãtum lo cator rem alienauerit, Emptor, uel alio titulo acquirens, non teneatur stare colono, seu conductori, & eodem modo colonus, & conductor ipsi empto ri, uel alio titulo acquirenti, nullatenus stare teneantur. Si quis uero tenitor, qui terram uel domum, ad certum tẽpus cõduxerit, et ad certam pensionẽ, seu redditam, morã contraxerit, nõ soluendo pensionem, seu redditam in termino a statuto, uel ex partiũ cõuentione ordinato, seu si solutiones ipsi us pensionis, et redditæ ordinatis tẽporibus soluere neglexerit, possit, et de beat infra. x. dies, postq̃ Iudici liquebit, de domo, uel fundo expelli ad peti tionem locatoris, etiam durante termino locationis, nisi infra dictos. x. dies soluerit, id quod locatori tenebatur, et fideiussores dederit de reddita, uel pensione annuatim soluenda: Et nisi infra dictos. x. dies soluerit, et fideius sores dederit, Possit, et Debeat expelli, saluo tamen omni melioramento, si quod haberet. Item possit expellere dictum cõductorem, si debitis labore riis, et temporibus debitis, nõ laborauerit prędium rusticum, seu rem cõdu ctam deuastauerit, seu deuastari permiserit, secũdum formam statuti De te nitore deuastante rem cõductam: Et in omnibus suprascriptis casibus, pro cedatur omissis solẽnitatibus iuris, et statutorum, etiam in cõtumaciam cõ ductoris: Et phibita intelligatur appellatio, prout disponitur in statuto prę dicto De tenitore deuastante rem conductam. Cæterum Volumus φ nisi ex causis prædictis, locatori licitum non existat expellere conductorem de re locata termino locationis durante, sed potius teneatur ipsum permit tere & pati, uti re locata, & eum defendere ab omni persona, & uniuersitate. Si quis autem locator in aliquo contrafecerit, puniatur secundum formam statuti suprapositi libro primo, sub rubrica De modo procedendi cõtra cõ ductores finito termino locationis. Verum si in ipsa locatione non foret tempus appositum, uel adiectum ex partium conuentione, tunc siquidem sit prædium urbanum, licitum sit ipsi locatori quãdocumq; a locatione di scedere, & cõductorem expellere, & per iudicẽ expelli facere, dũtamen te neatur ante per mensem hoc notificare cõductori: Et eodem modo si cõ ductor in dicto casu uoluerit a locatione, ĩ qua nõ fuerit appositũ tẽpus di scedere, possit, si tamẽ hoc ante p mẽsẽ denũciauerit locatori. Si uero fuerit

prædium rusticū locatum,& non fuerit declaratum pro quāto tempore locatio facta foret, Tunc intelligatur pro uno dumtaxat anno locatum, quo finito liceat tam locatori,q̄ conductori a locatione discedere. Illud etiam Declaramus,ꝙ si finito locationis tempore conductor in re locata patiente locatore remansisset, Vel in conductione perseuerasset, intelligatur conductio facta de prædio urbano,pro uno anno tantummodo. Et si fuerit prædium rusticum,intelligatur reconductum donec in eo anno fuerint fructus recollecti. Et si de locatione appareat publicum instrumentum intelligatur dicta reconductio facta ex publico instrumento,non obstante ꝙ finitus esset terminus locationis in instrumento contentus, si conductor in re locata patiente locatore remanserit,uel eam non resignauerit uacuam locatori,uel habenti causam ab eo,ita ꝙ agi possit contra ipsum cōductorem, tanq̄ si de ipsa tacita recōductione appareret publicum instrumentum.

De Terris culriuandis, & finito termino locationis resignandis. Cap. CIIII.

EX causis rationabilibus nostrū mouentibus animum Statuimus,ꝙ unaquæq; persona,quæ terram aliquam cultiuari solitam, & culturæ aptā, Veluti terram campiam,uineatā,seu pratiuam,uel etiam oliuatā ab aliquo conduxisset,si ipse,uel eius heres finito tempore locationis terram dimittere uoluerit, Debeat hoc intimare locatori,uel eius heredibus, ultimo anno locationis,de mēse Maii.uel Iunii,uel prius,ad hoc,ut locator possit sibi de alio conductore prouidere. Et nisi sic infra dictum tempus intimauerit,intelligatur rem ipsam pro uno anno reconduxisse,si locatori placuerit,& sic successiue,donec de mense Maii,uel Iunii,uel prius notificauerit locatori,ꝙ terram ipsam amplius tenere non intendit. Si uero locatori non placuerit ꝙ conductor in conductione remaneat, dicta denunciatione non facta tempore supradicto,ac etiam dicta denunciatione dicto tempore facta, teneatur talis cōductor,si fuerit terra campia,terram ipsam aratro semel fondere,& sic scissam dimittere,& eo anno quo facta fuerit intimatio supradicta,licitum sit locatori,si terra fuerit campia,postq̄ bladum fuerit a conductore recollectum facere terram ipsam cultiuari,& præparari pro fructibus sequentis anni,quod si conductor fieri non permiserit,puniatur in libris uiginti quinq; bonæ monetæ,quæ cedant ad utilitatem locatoris, & ultra dictam pœnam condemnetur ad interesse locatoris. Sed omnes fructus Grani,Milei,Fabarum,Panici,Ordei,Sagginæ,Vini,& Olei,& alii quicunq;,qui illo anno,quo terra dimitteretur recolligerentur in ea, ad conductorem pertineant,Dumtamen redditam integram soluere teneatur. Et non possit locator recepto debito affictu,eū impedire,quominus fructus ipsos colligat, & exportet. Declarantes ꝙ ipse conductor non possit eodem anno quo locatio finitur,super eadem terra bis seminare,Nam Frumento recollecto

lecto nō possit eodem anno Milium,uel Panicum,uel Sagginam , uel aliud seminare super eadem terra,in qua frumentum,uel ordeum fuisset recollectum. Vineas autem , & Oliueta,finito locationis tempore nullus conductor relinquere possit inuito domino,nisi eo anno illas competenter cultiuasset: Et terras uineatas mox recollectis uuis possit locator finito locationis tempore ad se reuocare,& alteri concedere,prout uoluerit: Et quilibet conductor teneatur terras prатiuas mundare,& a spinis purgare,& fœnum congruo tempore secare,& alias terras debitis laboreriis,& temporibus debitis laborare,quod si sic non fecerit,puniatur in libris quinq; bonæ monetæ,quæ ad locatorem pertineant: Et ultra dictam pœnam condemnetur ad interesse ipsius locatoris. Possit etiam dictus locator dictum cō ductorem expellere si dictas terras debitis laboreriis , & temporibus debitis non cultiuauerit,prout dicitur infra sub Rubrica De tenitore deuastante rem conductam.

De Faciēdo confessionem de soluto, de affictibus,pensionibus seu liuellis. Cap. CV.

STatuimus ꝙ quælibet persona cui,a colono,redditore, conductore,seu eius heredibus fuerit solutum,uel aliter eo nomine satisfactū de reddita,affictu,pensione,uel liuello,Teneatur,et Debeat facere chartam cōfessionis de soluto redditori,uel colono de quātitate,seu re soluta, uel ꝓ qua fuerit aliter satisfactum: Et nisi infra.x.dies,postꝙ̄ inde fuerit requisita ,dictā cōfessionem fecerit,puniatur in libris.xxv.et nihilominus cōductor,seu colonus possit,si uoluerit impune a locatione discedere , et rem cōductam relinquere,etiam si terminus locationis finitus nō esset :Et Dominus Lucēsis Potestas in ciuitate lucēsi,et in districtu sex milliariorum,& quilibet Vicarius in sua uicaria teneatur pœnis,et multis,de quibus eis uidebitur prædictos,qui pensionem,seu redditam recepissent,cōpellere ad faciendū chartam confessionis,& liberationis de receptis affictibus,pensionibus, seu liuellis,ita ꝙ conductores qui soluissent,sint plene liberi,& securi.

De Designandis terris per conductores,& cōmunia ad requisitionem Dominorum. Cap. CVI.

STatuimus ꝙ si Dominus, seu Possessor requisiuerit colonum , uel eius heredes,ꝙ demonstrent,& designent terras,& res,unde reddita,uel pensio fieri consueuit,Teneantur,& Compellantur talis Redditor,Cōductor, uel Colonus,uel eius Heredes demonstrare,uel ostendere ipsi Domino,uel Possessori terras,& res per confines,et uocabula,unde,et ex quibus ipse ,uel eius antiqui,seu maiores,uel dictorum heredum antecessores redditam ipsam facere consueuerunt,quod si non fecerint infra unum mensem , postꝙ̄

fuerint requisiti,puniātur in libris.xxv. Et dictarū pęnarum medietas pti neat ad camerā cōis lucen.& reliqua medietas ad dominum, seu locatorē: Et insuper Disponimus,ꝙ unaquæqꝫ cōitas lucen.districtus,teneatur,& debeat ostēdere cuilibet domino,seu posseſsori oēs,& singulas terras,quas talis dominus,seu possessor haberet,seu possideret,seu habere,& possidere cōsueuerint ipse,uel sui maiores in territorio,et pertinētiis talis uniuersitatis, et dictam designationem facere teneatur cum declaratione cōfinium,et locorum: Et unaquæqꝫ communitas,quæ requisita fuerit,infra mensem sic ostēdere,,& designare neglexerit,uel in ipsa designatione fraudē aliquā cōmiserit,uel mendacium sciēter dixerit,puniatur qualibet uice in libris.xxv. Et dictæ pęnę medietas ptineat ad camerā lucen.cōis,et reliqua medietas ad dominū,seu possessorē: Et a dictis pœnis quilibet excuseť,qui iustā causam ignorantię haberet,& quotiēs dñs,seu possessor,petierit terras sibi ostēdi,teneatur ꝑducere instrumēta, si qua de huiusmodi terris haberet,ita ꝙ redditores,& coloni,uel cōitas instrui ualeant de confinibus,& uocabulis, & locis huiusmodi terrarum: Et si dominus,uel possessor huiusmodi instrumenta non produxerit,colonus,& commune,et uniuersitas liberetur a dictis pœnis. Verum si dominus,seu possessor iurauerit se non habere instrumenta de huiusmodi terris,seu rebus,tunc dicti coloni,et eorum heredes nihilominus teneantur ad res prædictas designandas,Cum non sit uerisimile ꝙ ignorēt terras,ex quibus reddere consueuerunt,quas si non ostēderint,et designauerint,ut supra dictum est,intelligantur redditam fecisse, & ad illam faciendam teneri de,& super omnibus suis bonis,prout infra cōtinetur in Cap.proxime sequenti.

De Forma seruanda si non reperiatur res,ex qua reddita fieri consueuit. Cap. CVII.

ET si aliquis facere consueuit alicui aliquā redditam,uel pensionem,nec appareat terra,uel res aliqua singularis,ex qua dicta reddita debetur, intelligatur,et præsumatur,ꝙ huiusmodi reddita, seu pensio, debeatur de,et super omnibus,et singulis bonis immobilibus dicti redditoris, seu coloni, et omnia,et singula bona dicti redditoris,seu coloni,et eius heredum intelligantur,et sint auctoritate præsentis statuti pro huiusmodi reddita,pensione,uel affictu,obligata,et efficiatur hypothecata. Volumus tamen ꝙ contra prædictam præsumptionem probatio admittatur.

De Redditoribus compellendis ad se obligandum ad redditam faciendam. Cap. CVIII.

ET si quis receperit aliquam redditam,pensionem,uel liuellum,seu recipere deberet,et non habeat inde chartam compellatur redditor,et colonus,ad

nus, ad faciendum instrumentum publicum de illa reddita domino, seu possessori uidelicet. Qualiter est redditor,& inquãtum,& de qua re reddita debeatur,& obliget se,& sua bona,ut iuris,et moris est, ad congruum tẽpus. Et sic Iudex teneatur ipsos redditores,et colonos ad sic faciẽdum,et se obligandum compellere, captis pignoribus,et multa indicta, et per alia iuris remedia.

De Cõibus cõpellendis ad laborandũ terras ciuiũ. Cap. CIX.

ET si aliquis ciuis lucensis habens,seu possidens terras in lucensi territorio,inquisiuerit consulem,uel sindicum communis, in cuius territorio huiusmodi terra sita esset,de inueniẽdo,et assignando ipsi domino,uel possessori,seu eius procuratori,unum idoneum cõductorem,teneatur ipsa cõmunitas,seu uniuersitas,infra unum mensem a die dictæ inquisitionis proxime numerandum,ad inueniẽdum,et offerẽdum eidem ciui lucẽsi unum idoneum conductorem subiectum iurisditioni lucensis ciuitatis, qui rem ipsam conducat saltem ad terminum annorum septem,ad redditam congruam,& conuenientem arbitrio Iudicis declarandam: Et prædictam conductionem faciat per publicum instrumentum. Si uero infra dictum terminum unius mensis prædicta communitas, uel uniuersitas redditorem idoneum,ut dictum est non obtulerit, teneatur, & debeat Iudex condemnare talem uniuersitatem,seu communitatem ad terram huiusmodi tenendam,& conducendam,et ad ipsam terram meliorandum, cultiuandum,& non peiorandum,& ad illum affictum quolibet anno reddẽdum,quem Iudex taxauerit,seu declarauerit: Et ad prædicta communitas teneatur donec tenitorem,& redditorem idoneum inuenerit, & obtulerit, ut superius dictum est. Et si contingeret ꝙ Iudex uellet mittere ad ipsam terram uidendam dominus,seu possessor terrę teneatur expensas facere,& salarium soluere iis,qui a Iudice mitterentur. Et in prædictis procedatur summarie,& de plano,sine strepitu,& figura iudicii,& sine ordine iudiciorũ,& nulla iuris,& statutorum solennitate seruata.

Quando dies pẽsionis,seu redditæ soluẽdæ cedat. Cap. CX.

ET intelligantur Redditores,seu Coloni in mora soluendi, seu in contumacia constituti,quotiens non reddiderint, seu soluerint infra terminum in instrumento appositum,nisi causam aliquam habuerint compensationis,uel iustæ retentionis. Et ubi terminus non esset ex partium conuentione adiectus,intelligatur in mora,si de prædio urbano pensionem soluere cessauerit singulis sex mensibus,prout pro rata contingit. Sed si fuerit prædium rusticum intelligatur conductor in mora,si Granum non soluerit de mense Iulii: Fabas,& Ordeum infra medium mẽsem Augusti cuiusli

bet anni. Et si Mileum,uel Panicum,uel Sagginam non soluerit de mense Septembris: Et si Vinum,uel Nuces,uel Auellanas non soluerit de mense Octobris: Et si Ficus siccas, Castaneas uirides non soluerit de mense Nouembris: Et si Castaneas siccas non soluerit de mense Ianuarii. Et si Oleum non soluerit de mense Februarii. Et si Redditor ad probandum solutionem nominaret in testem aliquem unum, uel plures de cognatione,domo,uel familia eius,cui reddita fieri debuisset, Teneatur Iudex testes illos,qui fuerint nominati compellere ad testimonium perhibēdum,et eisdem testibus fides debeat adhiberi: Et si solutio Liuelli, Tenimenti,seu Redditæ fieret uxori,uel alteri cuicunq; de domo, uel de familia Domini, seu Locatoris,uel habentis ab eo causam,talis soluens liberationem consequatur,ac si domino,seu locatori soluisset: Dummtamen persona recipiens sit maior decem & octo annis,& cum domino,seu locatore moretur,& uiuat,et sit persona bonæ,& honestæ conuersationis,& uitæ: Et si quis conductor,uel eius heres pensionem, seu aliam quācunq; redditam,uel præstationē solueret suo locatori,liberetē plenarie,adeo q postea nō possit ab alio molestari,etiam si appareret rem locatam, non ad locatorem,sed ad alium pertinere,seu si res ipsa a locatore quomodolibet euinceretur, nisi conductor dolum,uel fraudem commisisset in conducendo non a domino rem alienam,quo casu solutio facta suo locatori,sibi non opituletur, quominus ualeat a domino conueniri: Et si quis redditor teneretur eandem redditam pluribus soluere,si talis reddita commodam diuisionem nō reciperet, possit talis redditor conuenire consortes illos,quibus ipsa reddita fieri deberet,ut unum constituant procuratorem,qui redditam ipsam recipiat, ad quem procuratorem constituendum dicti consortes compellantur: Alioquin redditor non intelligatur in mora soluendi.

De Loco ubi debeat fieri solutio redditæ. Cap. CXI.

FRumentum,Ordeum,Mileum,Panicum,Fabę,& aliud quodcunq; Bladum,et Legumen, quod a colono reddi,uel solui deberet locatori, uel habētibus ab eo causam,solui debeat,& deferri per colonum, & obligatum ad redditam faciendam omnibus suis sumptibus,& expensis ad domū habitationis domini,seu locatoris,seu eius heredum,ubicunq; in ciuitate Lucensi,uel in districtu habitauerit: Oleum uero deferri, uel mitti debeat per colonum ad domum habitationis ipsius domini,uel locatoris, Dumtamē ipse dominus,uel locator,uel habens ab eo causam,teneatur soluere gabellam,sed non uecturam dicti olei,si qua gabella pro dicto oleo ueniret soluenda. Vinum autem solui,& reddi debeat ad domum habitationis redditam ipsam recipere debentis, Dumtamen ipse dominus, seu locator, seu is,cui fieri deberet dicta solutio,expensas gabellę,& uecturæ,seu delationis, dicti uini soluere teneatur. Et prædicta uendicent sibi locū,etiam si is,qui

redditam

redditam recipere deberet plures habitationes mutauerit, nisi locus mutatus esset extra ciuitatem lucensem, & per magnum spacium distans a loco priori, de qua loci distantia Iudex ualeat arbitrari, quo casu, si locus mutatus esset per magnum spacium distans a primo, Tunc redditam recipere debens, uecturam, seu expēsas delationis soluere teneatur de blado, et oleo, de quibus alias uectura solui non deberet, quæ uecturæ quantitas arbitrio iudicis taxari debeat, secundum distantiam loci mutati. Vbi uero denarii p pensione solui deberent, Volumus ꝙ semper fiat solutio ad domū eius, qui solutionem ipsam recipere deberet. Et quæ in præsenti Cap. continentur, locū habeant, nisi de partiū conuentione aliter foret ordinatum, quo casu debeat partium concordia obseruari.

De Pœna redditorum congruo loco, & tempore non soluentium. Cap. CXII.

SI Conductor fuerit in mora soluendi pensionem, seu liuellum, seu redditam, quæ, seu qui in pecunia numerata deberetur, Teneatur ultra sortem ad soluendum nomine pœnæ quartam partem quantitatis dictæ sortis, quæ solui debuerat, ita tamen ꝙ pœnæ conuentionalis nulla fiat exactio: Et si pœna conuentionalis peteretur, Tunc nullo modo peti possit pœna prædicta auctoritate præsentis statuti introducta. Sed si quis redditor, uel colonus obligatus ad aliquam speciem, uel rem, uel quantitatem, quæ non consisteret in pecunia numerata soluendam, ex causa redditæ fuerit in mora, compellatur ad solutionem ipsius speciei, quantitatis, seu rei in ea æstimatione, qua res, uel species, uel quantitas, quæ solui deberet, plurimi fuerit post moram contractam, & ultra hoc, pœna conuentionalis in hoc casu exigi possit: Et nihilominus in quolibet dictorum casuum, siue conductor, uel redditam facere debens, ad pecuniam numeratā, siue ad aliam quantitatem, siue ad aliam rem, seu speciem ex causa redditę obligatus, fuerit in mora, possit si Dominus, uel Locator uoluerit expelli, etiam durante tempore locationis, secundum formam statuti supra positi, sub Rubrica De re locata non reuocanda durante tempore locationis. Et si fuerit cōductor ad modicum, uel ad magnum tempus, uel in perpetuum, uel emphytheota, uel liuellarius, uel alius habēs utile dominium in re, qui per triēniū continuū non soluerit integram pensionē, liuellum, redditā, seu affictū, perdat rem locatam, & cadat a melioramento, & ab omni alio iure, quod haberet in re locata, uel ĩ re, quam in emphytheosim, seu liuellū, uel simili modo teneret, & nihilominus redditam, pēsionem, seu liuellum reddere teneaẗ, sine alia pœna, si dominus hoc elegerit, sed si dominus, seu locator elegerit redditam, pensionem, seu liuellum, & pœnam supra statutam, seu conuentā, non cadat talis non soluens a re locata, seu a melioramento, & iure ipsius. Volumus tamen ꝙ a prædictis pœnis excipiātur minores .xviii. annis,

& Absentes, et personæ Miserabiles, Furiosi, Prodigi, et Mentecapti, qui in dictas pœnas non debeant incidere, uel a iure suo cadere, si congruo loco, et tempore non soluissent. Disponimus etiam ꝙ quicunque pensionem, seu redditam, uel liuellum in duobus annis cõtinuis obtulerit bis, et Domino, seu Locatore nolente recipere, exinde depositum fecerit, et protestatus fuerit ꝙ per se non steterit quominus soluat ab inde in antea, quamuis postea dictam pensionem, seu liuellum non offerret, seu deponeret, pœnam aliquã non incurrat, nec a iure suo cadat. Saluo, & reseruato Domino, seu Locatori, et eius heredibus, iure, in reddita, et pensione, quæ deposita non fuerat: Et saluo Domino, seu Locatori, iure in redditibus, tenimentis, seu liuellis, depositis, quæ Dominus petere possit tantum a depositariis, et nõ sit per aliis bonis talis redditoris, seu liuellarii, siue coloni.

De tenitore deuastante rem conductam. Cap. CXIII.

ET si quis Conductor, Redditor, seu Colonus domum conductam deuastauerit, seu deteriorauerit, uel deuastari, seu deteriorari permiserit, uel si terram, seu rusticum prædium deteriorauerit, non laborando congruis, et debitis temporibus, uel arbores incidendo, uel aliter quomodocunque deteriorando, Teneatur, et Debeat Dominus Lucensis Potestas in ciuitate Lucensi, et in districtu sex milliatiorum, et quilibet Vicarius in sua uicaria talem tenitorem, conductorem, seu colonum expellere de re locata ad uoluntatem locatoris infra decem dies, postquam sibi liquebit ipsum tenitorem, redditorem, seu colonum deuastasse, uel non laborasse, ut dictum est, nisi infra dictos decem dies dictus tenitor, redditor, seu colonus dederit idoneum fideiussorem de reddita annuatim soluenda, et de terra non deuastanda, et de dicta terra bene laboranda, et de emendando locatori damnum, et interesse, quod inde passus fuerit: Et si Colonus, uel Conductor talem fideiussorem non præstiterit infra dictos decem dies expellatur, ut dictum est, Et nihilominus condemnetur ad refectionem damnorum, et interesse. Et si talis Redditor, uel Colonus citatus non uenerit ad causam, seu si litem non fuerit ad mandata Iudicis contestatus: Et seu si infra secundam diem non purgauerit contumaciam suam, Teneatur Iudex probationes recipere, et in causa procedere, ut dictum est. Non obstante tali contumacia contracta, et a processibus, præceptis, et sententiis, quæ propterea fierent, non possit appellari, supplicari, uel querela moueri: Et appellatio, seu querela non ualeat ipso iure. Et in prædictis possit Iudex procedere, nulla iuris, et statutorum solennitate seruata.

De non locando, uel concedendo alteri rem sibi ab alio concessam, uel locatam. Cap. CXIIII.

Statuimus

STatuimus, & Ordinamus, ꝙ conductor, uel quilibet alius, qui ad aliquã pensionem, uel ad aliquam redditam faciendam pro re aliqua teneretur, rem ipsam alteri locare, uel concedere non possit quouis modo, sine expressa licentia domini, uel possessoris, uel locatoris dictæ rei, a quo rem ipsam conduceret, uel teneret: Et si secus fieret, non ualeat ipso iure in præiudicium dicti domini, seu possessoris, uel locatoris: Et possit dictus dominus, uel possessor, uel locator, rem ipsam ad se aduocare. Non obstante ꝙ terminus locationis, uel concessionis finitus non esset: Et talis locans, si ue concedens sine dicta licentia, puniatur in libris decem pro qualibet uice. Et nihilominus teneatur ad omnia, & singula damna, & interesse ipsius domini, seu possessoris, uel locatoris, quæ ex dicta secunda locatione, seu concessione prouenirent. Possit etiam prædictus dominus, seu possessor, seu locator, si ratam habuerit prædictam secundam locationem, seu concessionem, conuenire pro pensione, uel reddita sibi debita, tam primum, ꝗ secundum conductorem, seu tenitorem, dummodo secundus conductor, seu tenitor non ualeat in plus conueniri, ꝗ teneretur ei, qui sibi locasset, uel concessisset, si promissio pensionis, seu redditæ secundi conductoris, seu tenitoris fuerit cõgrua, & conueniens secundum temporis qualitatem. Si uero de expressa licẽtia præfati domini, seu possessoris, uel locatoris, facta foret secũda locatio, uel concessio, prædicta non uendicent sibi locum. Possit tamen dominus, seu possessor, seu locator prædictus in dicto casu conuenire pro pensione, uel reddita sibi debita, tam primũ, ꝗ secundum conductorem, seu tenitorem, prout superius dictũ est. Volumus tamen, ꝙ licet secunda locatio, uel concessio fieret de expressa uoluntate domini, seu possessoris, uel locatoris, nihilominus teneatur, & debeat secundo concedens, uel locans ĩ ipsa concessione, uel locatione facere expressam mentionem cuius est ipsa res, uel eius proprietas, uel possessio, uel a quo ipsam tenet, seu conducit, & quãtum ex ea reddit domino, seu possessori, uel locatori pro pensione, uel reddita: Et si ꝑdicta expressa nõ fuerint, dicta secunda locatio, seu cõcessio perinde habeatur, ac si sine expressa licentia dñi, seu possessoris, uel locatoris facta foret: Et oĩa quæ supra statuta sunt in cõcessione, seu locatione facta sine expressa licẽtia dñi, seu possessoris, uel locatoris, hoc casu uẽdicent sibi locũ. Cõcedimus tamen nõ obstãtibus suprascriptis, ꝙ illi qui ad aliquẽ liuellũ, seu emphitheosim, uel ad aliquẽ affictũ ꝑpetuũ tenerent, possint impune terras, & res ex ꝗbus reddita, seu affictus deberetur, locare, seu cõcedere ad modicũ tp̃s, ita ꝙ nõ excedat tẽpus. x. annorũ, etiã sine licẽtia dñi, uel possessoris, seu locatoris, cui reddita deberetur, dũmodo dictus cõductor, emphitheota, uel liuellarius ĩ ipsa cõcessione, seu locatiõe, quã alteri faceret, mẽtionẽ expressam facere teneatur cuius est res, uel proprietas, seu possessio dictarum rerum, uel a quibus ipsas tenet, seu conducit, & quantum ex eis reddit: Et si prædicta expressa non fuerint, dicta secunda locatio, seu concessio perinde habeatur, ac si sine expressa licẽtia domini, uel possessoris, uel

locatoris facta foret: Et omnia, quæ supra statuta sunt in concessione, seu locatione facta sine expressa licentia Domini, uel Possessoris, uel Locatoris, hoc casu uendicent sibi locum.

De Eo quod Colonus non possit alienare terram conductam Cap. CXV.

STatuimus q Colonus, Redditor, Emphytheota, uel Feudatarius, Liuellarius, Depositarius, Commodatarius, et Præcario possidens, et qui liber alius possidens nomine alieno, nullo modo possit alienare rem ex qua pēsionem, liuellum, seu feudum, uel emphytheosim soluere teneatur, uel quã in cõmodatum, depositum, uel in præcarium susceperit: Et si contrafieret, nõ ualeat ipo iure. Et nihilominus cõtrafaciens cadat a iure suo, et condemnetur in libris centum, quarum medietas ad Cameram lucensis communis, et reliqua medietas ad locatorem, uel aliquo ex prędictis modis cõcedentem, et eius successores pertineat, et spectet, et ei qui alienationem recepisset nullum ius acquiratur in proprietate, uel in possessione, et nulla se ualeat præscriptione tueri, etiam si bonam fidem habuerit, nisi aliam iustã causam, uel defensionem haberet, sed semper Dominus, uel aliquo ex prædictis modis concedens, possit prosequi iura sua: Et prædicta non solum in alienatione uoluntaria, sed etiam in necessaria uendicent sibi locum. Concedimus tamen cuilibet emphytheotæ, et feudatario, colono, et redditori, et liuellario liberam facultatem iura suarum meliorationum, & alia quælibet sua iura transmittendi in suos successores sibi ex testamento, uel ab intestato succedentes, prout eis a iure communi permittitur. Disponimus etiam q si quis feudatarius, uel emphytheota, uel liuellarius, seu conductor suas meliorationes, & iura sua uendere, uel alienare uoluerit, Teneatur dominum inquirere, secundum formam iuris cõis: Et dicta inquisitione facta, ad uenditionē pcedere possit, pur, & sicut ei cõceditur secundũ ius cõe.

De Eo quod Coloni, uel alii Conductores, uel habētes causam ab eis, non possint rē sibi concessam præscribere aliquo tēpore, seu modo. Cap. CXVI.

STatuimus, q Colonus, Redditor, Emphytheota, Liuellarius, uel Feudatarius, Commodatarius, Depositarius, & Præcario possidens, & alius quicunq; alieno nomine possidens, non possit ullo tempore rem sibi locatam, uel alio modo concessam præscribere aduersus locatorem, commodantem, seu deponentem, uel in præcariũ, uel alio ex dictis modis cõcedentem, uel eorũ heredes, uel habentes causam ab eis, etiã si triginta, uel quadraginta annorum, uel alterius cuiuscunq; longissimi temporis cursus allegaretur, siue in solutione redditæ diceretur fuisse cessatum, siue non, seu si

allegari

allegari posset redditam aliquam factam non fuisse: Et idem intelligatur in iis, qui haberent causam a tenitore, uel colono, uel ab alio, qui alterius nomine possideret, qui non possint aliquo modo rem suprascriptam, ut supra concessam praescribere contra dominos, seu alio titulo, ut supra concedentes, uel eorum heredes, uel habentes causam ab eis. Ac etiam Disponimus, ꝙ Conductoribus, & Redditoribus, & supradictis nomine alieno possidentibus, nullo iure licitum sit acquirere quouis modo in dicta re, quam nomine alieno possident, aliquod ius, ex quocunqꝫ titulo in ꝓprietate, uel in possessione, ab alio q̃ ab ipso, cuius nomine possident, uel habentem causam ab eo: Et si secus fecerint, puniantur in libris centum, & nihilominus possessionem ei cuius nomine possidebant, uel eius heredibus, uel in eius locum succedentibus restituere cogantur: Et nullus Tenitor, Conductor, uel Colonus, uel alius alieno nomine possidens, possit sub dicta pœna possessionem quouis modo auferre, uel interuertere, uel turbare domino, seu locatori, uel ei, cuius nomine possidebant, uel habentibus causam ab eis, ita ꝙ nullo modo, qui alieno nomine possideret, possit pro se, uel ꝑ alio possessionem quomodolibet usurpare. Verum si qua persona rem aliquam ab alio cõduxerit, ab alio postea conducere praesumat, puniatur, prout cõtinetur in statuto posito sub Rub. De pœna cõducentis rem, quam ab alio cõduxisset.

De Eo quod conductor praesumatur possedisse a tempore concessionis sibi factae rem locatam, seu concessam. Cap. CXVII.

ORdinamus, ꝙ quilibet Conductor, Colonus, & Redditor, & eorum Heredes, intelligantur, & praesumantur rem sibi locatam, uel concessam tenuisse, et habitasse, et coluisse, et fructus, et commoditates exinde percepisse a tempore locationis, siue cuiuslibet alterius concessionis sibi factae, nisi locatori, uel eius heredibus protestatus fuerit dictus conductor, siue redditor, ꝙ res locata, siue alio modo concessa sibi tradita nõ existat, et nisi sic protestationem emiserit, praesumatur rem locatam, seu ut supra concessam fuisse sibi traditam, et fructus, et commoditates eum exinde percepisse: Et si qua lis actione reali, uel personali contra Colonum, uel Redditorem de re locata, uel aliter concessa quomodolibet moueretur, Teneatur hoc domino, a quo ipsam teneret, seu locatori intimare, ita ꝙ rei suae defensionem subire ualeat, et nisi sic intimauerit, teneatur ipse redditor, conductor, seu colonus reficere ipsi domino, seu locatori omnia damna, quae propterea pateretur: Et nihilominus possessionem liberam, & uacuam rei locatae, uel aliter concessae, restituere cogatur ipsi domino, uel locatori, uel eius heredibus: Et praedicta uendicent sibi locum, nisi appareat ꝙ dictus dominus, uel locator, uel eius heredes rem locatam, uel aliter concessam, ad se reuocauerint cum effectu.

De non molestando redditorem pro reddita retenta, à certo tempore retro. Cap. CXVIII.

ET nulla psona possit aliquem cōuenire, uel molestare directe, uel p obliquum de aliqua reddita, uel affictu, uel liuello, uel emphitheosi, uel cēsu, uel pensione preteriti temporis, exceptis q̄ de, & pro quinq; annis cōtinuis reclamū, seu cōuentionem proxime præcedentibus: Et hæc intelligant inquātum cōuentus iurauerit se satisfecisse de tēpore præcedēti dictos quinq; annos in totum, uel in partem, quod iuramentum Iudex admittere teneatur, & iurantem absoluere p ea parte, p qua iurauerit se ante quinquennium satisfecisse, nisi appareret actorē ante dictos quinq; annos egisse, & petiisse, quo casu dictum iuramentum nō admittatur: Et si reus dictum iuramentum nō præstiterit, agi possit ad redditam p tempore dumtaxat .x. annorum reclamum ipsum pxime præcedentium, sed p maiori, uel ulteriori tēpore agi nequeat ullo modo, Volumus tamen q dicta præscriptio .x. & quinq; annorum nō currat minoribus decē et octo annis, durante tempore minoris ętatis, Et similiter non currat mulieribus, uiduis, nec aliis personis quibus curator dandus sit. Absentibus autem dicta tempora duplicentur, ita tamen q si quis fuerit pro parte temporis præsens, & pro parte absens, habeatur rata temporis præsentię, & absentię.

De cōfirmatione, seu renouatione fiēda singulis uiginti annis, De liuellis, seu redditibus perpetuis. Cap. CXIX.

ET teneatur Iudex cōpellere illam psonam, uel uniuersitatem, quę facit, uel facere consueuit in perpetuū aliquā redditam, affictum, uel liuellum cuiuscūq; prestationis ad petitionē eius, cui dicta pstatio ppetua fieri debet, seu consueuit ad confirmandum, seu renouandum contractum obligationis dictæ redditæ singulis uiginti annis, sine aliquo augmento, uel diminutione ipsius redditæ, uel protestationis, quæ fieri debet, seu consueuit super illis terris, & rebus, unde, & ex quibus reddita, seu protestatio fit, & exit. Et ille etiam intelligatur redditor esse, ad quem predicta res uniuersali, uel singulari titulo transitum fecerit cum onere dictæ confirmationis ipsius redditæ, seu præstationis fiendæ. Et per dictam confirmationem, seu renouationem, non intelligatur recessum a iure prioritatis in tempore, & potioritatis in iure, quod competebat ante ipsam renouationem, ita q semper talis confessio, & confirmatio intelligatur facta animo perseuerandi in iure prioritatis in tempore, & potioritatis in iure, nisi aliud ex partium conuentione appareret expresse.

De Augenda, uel Minuenda reddita terræ a Flumine, seu aliter occupatæ. Cap. CXX.

Et si aliqua

ET si aliqua terra in totum, uel pro parte a flumine, uel alia aqua, seu alio quouis casu, seu modo fuerit exportata, uel ꝑ Lucen. ciuitate, uel aliquo opere publico, seu pro uia publica fuerit occupata ĩ damnum coloni, seu in quilini, uel tenitoris, Teneat Iudex ad petitionẽ coloni, uel emphytheotæ: uel laboratoris, uel tenitoris ipsius terræ, ipsam terrã prouidere, et receptis, et auditis probatiõibus, et iuribus partiũ diminuere, et diminui facere redditam, uel affictum pro rata, habita consideratione qualitatis, et quantitatis terræ exportatæ, uel aliter occupatæ: Et similiter redditus, uel pensio, seu affictus augeatur pro rata, si terra per alluuionẽ augeatur, seu protendatur, Et si postq̃ reddita fuerit diminuta, Terra augeatur, uel postq̃ reddita fuerit augmentata, Terra diminuatur, fiat similis prouisio, cognitio, augmẽtatio, et diminutio redditæ, ut superius dictum est: Et hæc procedant saluis pactis specialiter, et expresse super dictis diminutione, et augmento habitis inter partes, et prædicta fiant summarie, et de plano, sine strepitu, et figura iudicii, nulla iuris, uel statutorum, solẽnitate seruata.

De Eo, qui repudiauit hereditatem redditoris ad redditam perpetuam obligari. Cap. CXXI.

ET si qua persona maior .xviii. annis repudiauerit hereditatẽ patris, uel aui, uel aliquorum suorum maiorũ, qui ad aliquam redditam perpetuã tenerentur, seu qui aliquam redditã affictum, uel liuellum perpetuum facere consueuerũt, Teneatur in casu dictæ repudiationis, talis repudians designare, & ostẽdere cum effectu domino, seu locatori, uel eius heredibus, cui, uel quibus dicta reddita fieri debuisset, terras, & possessiones, ex quibus dicta reddita fit, & exit: Et in quantum dictus repudians prædicta non fecerit infra tres menses a die repudiationis, teneatur ad dictam redditam faciendam, ac si hereditatem aduisset: Et ad tollendã materiam scandalorũ Declaramus ꝙ si nemo redditoris defuncti imperpetuum obligari heres existat, licitum sit ei, cui reddita deberetur, auctoritate iudicis apprehendere bona sua, ex quibus reddita debeatur, Et si ex eis uerisimiliter consequi non posset quãtitatem redditæ sibi debitæ, possit auctoritate iudicis etiam si nulla reddita retenta in ꝑteritum debeatur, apphendere de bonis debitoris, & cõtra bonorũ possessores, uel emptores dictorũ bonorũ debitoris, uel quocũq; titulo acquisitores, qui post obligationẽ ad dictũ perpetuũ dicta bona acq̃siuissent agere, & tãta de bonis debitoris cõsequi, & habere, ex quibus uerisimiliter possit cõsequi, & habere tantã redditæ quantitatẽ, quantã a defuncto recipere debebat: Et in pdictis ꝓcedatur sũmarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, & nulla iuris, & statutorũ solẽnitate seruata.

De Heredibus redditorum insolidum conueniendis ad redditam faciẽdam.. Cap.CXXII.

ET si quis Redditor, Inquilinus, Emphitheota, uel Liuellarius, seu Pēsionarius decesserit, & plures extiterint sibi heredes, Declaramus ꝙ ipsi heredes, & quilibet eorum in solidum teneantur, & obligati sint ad reddendū pensionem, affictum, emphiteosim, uel liuellum ī perpetuum, uel ad tempus, prout, & sicut tenebatur ille, in cuius locum successerunt: Et intelligatur per eos renūciatum iuri solidi, & diuidendarum, & cedendarum actionum, ita ꝙ sine ulla exceptione quilibet eorum insolidū ualeat cōueniri.

De Compellendis Redditoribus ad chartam Redditæ faciendam, si charta non appareret. Cap. CXXIII.

ET si quis diceretur teneri ad aliquam redditam perpetuo faciendam, uel ad soluendum liuellum, uel dicatur ipsum esse solitum facere aliquā redditam, seu pēsionem perpetuā, & redditor talis neget, se teneri ad ipsam redditam faciendam, & ille qui dicitur esse consuetus recipere non habeat inde chartam. Si talis qui dicitur recipere cōsuetus uelit probare per quatuor idoneos testes de uicinis talis redditoris, uel receptoris ꝙ fama sit, ꝙ talis redditor sit consuetus facere dictam redditam in perpetuum, uel liuellum soluere, uel etiam si uellet probare per duos testes legitime, & non per publicam famam ꝙ ipse, uel sui maiores, uel auctores sui receperint redditam, affictum, uel liuellum cuiuscunq; præstationis per annos quattuor ad minus, etiam non continuos, uel etiā non proxime præcedentes, Iudex Teneatur condēnare talem redditorem, liuellarium, emphytheotā, seu colonum ad rem conducendā pro annis.xii.proxime sequētibus, & ad dictam redditam pręstandam singulis annis, durantibus dictis duodecim annis, & ad chartam inde faciendum, nisi talis cōductor, emphitheota, redditor, uel liuellarius probauerit ad tempus terram ab initio conduxisse, Quo casu non debeat in dictum tempus.xii.annorum condēnari.

De eo qui Occupauerit, seu Laborauerit terram, seu Domum alterius. Cap.CXXIIII.

ET si qua persona apphenderit, seu occupauerit domū, uel terrā sine licētia dñi, uel possessoris, seu laborauerit, aut laborari, & cultiuari fecerit terrā alicuius, sine licētia domini, uel possessoris, uel sine licētia dñi, uel possessoris ab alio scienter conduxerit terrā, uel domū alterius, seu quā alius possideret, Teneatur talis occupator, uel laborator, uel aphendens, uel cōducens pro tēpore quo tenuit, uel occupauit ad conuenientē redditā, seu pensionē. Et nihilominus cōpellatur ad petitionē domini, uel possessoris rem ipsam dimittere, & relaxare, sine aliqua retētione, Nec possit talis occupans, uel apphendens, uel laborator, uel cōductor talē rem occupatā modo aliquo, uel iure retinere, uel ius in ea acquirere, nisi de uoluntate, & consensu ueri domini, uel

mini,uel possessoris,Saluo tamen tali apphendēti,uel occupanti,uel conducenti,uel laboranti iure suo in alio iudicio,si quod habet: Et si dominus, uel possessor dictæ rei potius uellet q̄ talis terrā non dimittat,sed ab eo cō ducat,Teneatur talis apphendēs,uel occupans,uel laborās,uel cōducens rē ipsam conducere pro tēpore.viii.annorū ad congram redditam arbitrio iudicis taxandam exinde soluendam singulis annis durante dicto termino octo annorū: Et prædictis Adiicimus,& Declaramus q̄ pdicta non uendicent sibi locum,si cōtra cōmittētes pdicta procederetur de turbata possessione,ne de eodē facto dupliciter puniātur: Et si redditor,uel colonus aufugerit, uel decesserit, qui ad aliquam redditā perpetuā,uel ad tempus, seu ad liuellum,uel emphytheosim teneretur,& nullus eius heres appareat, possit dominus:seu possessor rei ex qua reddita,uel liuellus,uel emphyteosis deberetur,sine præiudicio sui iuris rem ipsam alteri locare, & quicquid ex ea receperit teneatur sibi computare in reddita,uel præstatione,quā recipere debuisset usq̄ in cōcurrentem quantitatē: Et per dictam locationem non intelligatur recessisse a iure perpetuæ,uel temporalis locationis,emphytheosis,uel liuelli,dummodo redditori,uel colono reuerso,uel si eius heres appareat dicta terra,& res restituatur,ita q̄ dictā terram,& rē habeat utendam, & fructus, & cōmoditates suas percipiat, & redditam faciat, & sic iudex competens partes cogat ad obseruantiam præmissorum.

De Confessione facta per Colonos,& Redditores. Cap.CXXV.

ANtiquorum laudabilia sequentes uestigia, Statuimus q̄ si quis in iudicio per uerba dispositiue,seu enunciatiue prolata, dixerit, seu confessus fuerit se esse redditorem,uel se terram, uel rem immobilem tenere alicuius personæ,de qua confessione appareat scriptura manu notarii in actis alicuius curiæ,ex tali confessione efficaciter obligatus intelligatur,Et dicta scriptura plenam fidem faciat inter confitentem,& eius heredes,et successores, et illam personam in cuius fauorem dicta cōfessio emanauit, et successores eius,Nec ualeat dicta confessio impugnari eo q̄ dictæ confessioni non fuerit ibi præsens persona in cuius fauorem dicta confessio facta est,quāuis ne mo talem confessionem recepisset,et quāuis testes in scriptura dictæ cōfessionis adhibiti nō fuerint, nihilominus hoc casu pcipimus, q̄ sine testibus credatur scripturæ notarii,dūmodo constet per acta curię,q̄ in iudicio facta sit,nam hoc casu solēnitatem testiū, et partis psentiam Disponimus nō requiri,et ex tali confessione dominus,et eius heredes,et successores condēnentur ad dictam redditam faciendam, Et si pater filium emancipando, uel fratres,seu alii quicūq̄ diuisionē faciendo,uel alias quomodolibet contrahendo, uel ultimam uoluntatem condendo dispositiue, uel enunciatiue dixerint,seu cōfessionē emiserint,se redditores esse,uel se rem alterius tenere,& laborare,possit ille cuius fauorē,& utilitatē dicta assertio,seu confessio

reſpicit,ex tali confeſſione agere,ac ſi fuiſſet dictæ cōfeſſioni præſens,& ſtipulatio ſolēniter interceſſiſſet. Cæterū Diſponimus ꝙ confeſſiones factæ per locatorem,ſeu ſuos ſucceſſores de annuis redditibus ſolutis, ius faciāt pro utraq; parte,ita ꝙ qui confeſſionem recepit,& recipiet,intelligatur eſſe, & fuiſſe uerus redditor,ſeu redditoris ſucceſſor ſecundū formā confeſſionis,& ille qui de affictibus,redditibus,& liuellis ſibi ſolutis cōfeſſionē emiſerit,intelligatur fuiſſe uerus locator,ſeu ſaltem locatoris ſucceſſor,ſi redditor præſens fuerit,& confeſſionem receperit, uel abſens dictā cōfeſſionē ratam habuerit: Et in omnibus ꝑdictis caſibus bona redditoris intelligātur eſſe,& fuiſſe obligata locatori pro reddita, ac ſi legitime de obligatione conſtaret : Et prædicta procedant ī ꝑiudicium cōfitentiū, & cōfeſſionem recipientium,& ſuorum heredum,nō autem in præiudicium aliorum, Et ubi per formā dictæ cōfeſſionis nō eſſet certū de qua terra,uel ꝓ qua terra reddita fieri deberet,intelligatur redditā deberi de,& ſuper oībus bonis conductoris,ſeu ad dictā redditā obligari: Et ꝑdicta uendicent ſibi locū; niſi talis confitens,uel confeſſionē recipiens, poſt talem confeſſionē iuſtam acquiſiuerit defenſionē, Et oīa quæ dicta ſunt ſupra,ſeruētur etiā in confeſſiōibus factis corā mēſuratoribus terrarū,ſi de ipſis cōfeſſionibus factis pateat in libris menſurationū exiſtētibus in archiuio Lucen.cōmunis. Et prædicta oīa etiā uēdicent ſibi locū in cōfeſſionibus,quæ ſunt,uel reperiuntur in camera,uel archiuio librorū Lucen.ciuitatis,uel in libris æſtimi alicuius cōmunis factis per cōſules, ſeu ſindicos cōmunitatū, ſeu uniuerſitatū, quāuis nō appareat de chartis procurationū ſindicatus,ſeu cōſulatus, ſi tales cōfeſſiones factæ per dictos cōſules tēdant ad obligandū ipſam uniuerſitatē,Et ſi cōfeſſiones ſingulariū ꝑſonarū tēdāt ad obligādū ipſas ſingulares ꝑſonas confitētes,dūmodo in ſcriptura talis cōfeſſionis,notarius atteſtetur confeſſionem factam eſſe de uoluntate cōſulum prædictorū, uel dictarum ſingularium perſonarum,ſingula ſingulis referendo,quāuis libri dicti extimi non reperiantur in archiuo Lucen. ciuitatis, & ex dictis libris poſſit per quēcūq; notariū Lucē.ciuem,uel diſtrictualem ſumi ſcriptura,& talis ſcriptura fidem faciat in præiudicium uniuerſitatis,ſi cōfeſſio per dictos conſules facta fuerit, & in præiudicium ſingularium perſonarū, quæ confeſſionē emiſiſſent. Et in dictis caſibus ualeant confeſſiones factæ per mulieres uiduas,etiam ſi eis non acceſſerit conſenſus propinqui, qui alias ſecundum formam ſtatuti requiri deberet, Et generaliter Declaramus ꝙ prædicta omnia uendicent ſibi locum in quibuſcūq; confeſſionibus factis per redditores,tenitores, & colonos terrarū, unde ſit charta manu notarii, licet perſona pro qua facta eſſet confeſſio nō fuerit ibi præſens: Cæterum ſi perſona adulta cum conſenſu ſui curatoris,uel ipſe idem curator curatorio nomine pro ipſo adulto dixerit,& cōfeſſionem emiſerit,ꝙ dictus adultus ſit redditor alicuius perſonæ,ex tali confeſſione obligetur ipſe adultus, & ex ea compellatur ad redditam faciendam,niſi per beneficium reſtitutio

nis in

nis in integrum contra dictam cõfessionem uenerit ꝓtextu minoris ætatis in quo beneficio si obtinuerit, non propterea releuetur a restitutione terrarum, de quibus, seu super quibus dicta reddita fit, et exit, inquãtum facultatem habeat restituendi, alias teneatur ad æstimationẽ soluendam, nisi appareat eas legitime euictas in iudicio, seu per uim ablatas: Et si adultus sine curatoris auctoritate dictam confessionem fecerit, si curatorem habeat, non ualeat ipso iure talis confessio, sed si curatorem non haberet, ualeat cõfessio suprascripta, sed quo ad omnia possit contraueniri per beneficium restitutionis in integrum ratione minoris ætatis. In minoribus autem .xiiii. annis si sine tutoris auctoritate fateantur, non ualeat ipso iure. Si autẽ cum tutoris auctoritate, uel ipse tutor tutorio nomine pro minore ipsam confessionem fecerit, ualeat. Sed quo ad omnia ratione minoris ætatis in integrum restitutionis beneficio locus sit.

De eo ꝙ Locator ꝓferatur Creditoribus Cõductoris. Cap.CXXVI.

STatuimus ꝙ Locator, uel quilibet alius rem aliquam concedens ad pensionem, uel redditam aliquam faciẽdam, uel liuellum, uel affictum faciendum, et qui causam ab ipso haberet pro reddita, uel pensione, liuello, et affictu sibi debitis, præferatur in fructibus terræ locatæ, uel concessæ uxori cõductoris, uel tenitoris, et sit potior in iure omnibus creditoribus, licet posterior inueniatur in tempore usq; ad integram solutionem redditæ, quæ sibi deberetur. Pro pẽsione uero domus in rebus illatis, et inuectis per conductorem, locator uidelicet pro pensione debita usq; in quinq; annos temporis locationis reclamũ proxime præcedẽtis, ꝓferatur creditoribus conductoris, licet tẽpore anterioribus, Excepta uxore, cui pro iuribus dotium, et corredorum præferatur in dictis rebus dic is locator pro pensione tantũmodo debita usq; in duos annos temporis locationis reclamũ proxime præcedentes: Pro aliis uero annis seruetur regula iuris, ꝙ qui prior fuerit in tempore, potior sit in iure. Declarantes ꝙ pro pensione, omnia, & singula bona mobilia debitoris inuecta, & illata in domo de qua, seu pro qua pensio deberetur, intelligantur locatori obligata, & hypothecata expræsse auctoritate præsentis statuti: Et si conductor aliena supellectilia ad usum dicti conductoris deputata in domum conductam intulisset, siue dominus dictorum supellectilium in domo prædicta sciuerit esse illata, siue ignorauerit, talia supellectilia obligata locatori intelligantur, & præferatur locator domino dictorum supellectilium pro pensione dictæ domus.

De Arboribus incidendis, & fructibus colligendis. Cap.CXXVII.

AD tollendum inter uicinos materiam scandalorum, Statuimus ꝙ licitum sit ei, super cuius terrã arbor uicini pẽdet, fructus illius rami pen

dentis supra suam terram colligere,& impune percipere,& habere,& exportare,& quominus sic colligat prohiberi non possit: Et ad ipsius petitionẽ Iudex competens teneatur ipsam partem,seu ramum pendentem supra terram uicini incidi facere cum effectu,nisi ex consuetudine alicuius cõmunitatis aliud in dicta cõmunitate obseruari deberet, quo casu cõsuetudinem obseruari Concedimus in ea cõmunitate in qua uigeret: Et ne aliarum arborum umbra uicinis terris nocere ualeat, Statuimus ꝙ nulla persona arborem,cuius altitudo excedat brachia.xii.possit in suo agro, uel terra retinere,nisi distet ab agro uicini saltem per brachia.x.adminus,Et quęlibet arbor,quæ dictam altitudinem excederet,nisi ut supra dictum est,ab agro uicini per.x.brachia distaret,debeat ad petitionẽ uicini incidi cum effectu,uel diminui,ita ꝙ nõ sit altior brachiis.xii. Et q̃libet arbor,quæ ꝓpinqua esset agro uicini intra.x.brachia,debeat distare a qualibet alia arbore eiusdem fili,seu lineæ,saltem per brachia sex, Et nisi sic distet,debeat ad petitionem uicini incidi: Rariores ramẽ arbores plantari possint,sed nõ propinquiores, siue spissiores.Cõcedimus tamen nõ obstãnbus suprascriptis,ꝙ ĩfrascriptę dũtaxat arbores possint plantari,& stare propinquiores,& spissiores, nec inter eas requiratur dicta distantia brachiorũ sex,uidelicet,ficus, persicus, melgrani,idest mala punica,& melacotonia,auellanę, pirus, poma, prunę, morę idest gelsi,& cerosa,quæ tamen altitudinẽ brachiorũ duodecim non excedant,nisi per brachia.x.adminus distent ab agro uicini: Et hæc quæ diximus de incidendis arboribus excedẽtibus altitudinem brachiorũ.xii. uel ad dictã altitudinẽ brachiorũ duodecim reducendis,& de distantia sex brachiorũ,nõ referantur ad arbores oliuarũ, quas prætextu maioris altitudinis,siue spissiores sint,q̃ distãtia sex brachiorũ ad petitionem uicini nemo incidere compellatur. Et similiter nõ referãtur ad arbores maioris altitudinis q̃ brachiorum duodecim,et spissiores distãtia brachiorũ sex,quę uicinæ essent nemoribus,syluis,uel aliis locis agrestibus.

De Ponte per ædificãtes faciendo super rem uicinã. Cap.CXXVIII.

ET si quis uoluerit ædificare,seu murum altius eleuare,& propterea pontem facere expediat super terrenum, seu domum uicini, uel super uiam publicam,liceat eidem impune sua propria auctoritate talem pontem facere pro ædificando, & cum ædificiũ fuerit perfectum,& consumatum,ita ꝙ ad sanum intellectum nõ sit ibi pons necessarius,qui fecit,uel fieri fecit, cõpellatur per quẽcũꝙ officialem petente uicino, uel eo cuius interest ad remouendum dictum pontem, seu remoueri faciendum infra triduũ,captis pignoribus,& multa indicta: Et nihilominus si quod dãnum substinuerit ex cõstructione,uel destructione pontis,uel ex processu operis,seu ædificii, talis uicinus debeat ad integrũ,& cũ effectu eidẽ emendare arbitrio magistrorũ:Et ad sic emẽdandũ possit,& cogi debeat remediis suprascriptis.

De fenestris

De Feneſtris faciendis ſupra rem uicini, pro lumine recipiendo. Cap.CXXIX.

CONcedimus licentiã,& plenariã facultatẽ cuilibet ĩ ſuo muro, uel etiam in cõi muro,faciẽdi, & fieri faciẽdi ſupra terrenũ,ſeu ſupra depſſiorem domũ uicini feneſtras,& luminaria,unde,& ex quibus in ſua domo lumen recipiat,dũtamen dictæ feneſtræ debeãt graticulari graticulis de ferro,uel de ligno,& dũmodo per dictas feneſtras nihil debeat eici, uel effundi: Et dũmodo dictæ feneſtræ ſi fuerint ſupra curtẽ,uel terrenum diſcoopertũ uicini,uel ortum,diſtent ab ipſo terreno ſaltem per brachia quinq;. Et ſimiliter ſi fuerint ſupra tectũ,ſeu domũ uicini,diſtent ab ipſo tecto ſaltem per brachia quattuor: Concedimus tamen ꝙ ſi qua feneſtra ſit ſupra tectum domus uicini,quæ diſtet ab ipſo tecto per brachia.x.uel ultra,nõ ſit neceſſe ꝙ talis feneſtra graticuletur,dũmodo per eam nil debeat eici, uel effundi: Sed ſi feneſtra ſit ſupra curtem,uel ortum,uel aliud terrenum diſcoopertũ uicini, quantũcunq; diſtaret ab ipſo terreno, graticulari debeat, dũmodo depſſior fieri nõ poſſit q̃ per brachia quinq; ex parte exteriori,& a parte interiori quattuor a ſolario, ſiue ſolo,ita ꝙ per ipſas feneſtras reſpicere non poſſit ſupra terrenum diſcoopertum uicini: Verum quia priuilegium meretur amittere,qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate: Siquis per dictas feneſtras aliquid eiecerit,uel effuderit,uel eas requiſitus infra decẽ dies non graticulauerit, uel eas depſſiores fecerit, uel per ipſas feneſtras ſupra terrenum diſcoopertum uicini reſpexerit, Compellatur de facto ad murandũ dictas feneſtras,quas ideo fieri conceſſimus,ut ſibi proſit,& lumen recipiat,& non ut uicino noceat,uel iniurietur,Et ideo ſi male noſtro beneficio uteretur,careat penitus auxilio noſtræ legis; Cæterum ſi uicinus ſupra ſuum terrenum ædificare uellet,& ædificaret,uel depreſſiorem domum alius extolleret,; & uellet adherere, uel imponere in muro in quo eſſent feneſtræ,Debeant dictæ feneſtræ ex toto claudi,atq; murari,non obſtante cuiuſlibet tẽporis præſcriptione, quæ poſſet quomodolibet allegari, reſtaurum muri ſoluẽdo,ubi ſoluendũ ueniat ſecundũ formã ſtatuti de hoc loquentis.

De Fundamento,& Clauitis fiendis iuxta uias. Cap. CXXX.

SI quis murũ,uel murellam uoluerit fundare,uel ædificare,uel iam fundamentum altius eleuare iuxta uiam publicam, uel uicinalem, poſſit, & ei liceat ſub terra pro fundamento de uia occupare quantum illi muro, ſeu murellæ expediens fuerit: Supra terram autem ipſa uia dimittatur libera, & uacua in totum, ita ꝙ nihil in dicta uia, quod appareat poſſit imponi: Et huiuſmodi murus, ſeu murella, quatenus ſupra terram appareat, ſit, & reſtringatur in terreno ædificantis: Et Quilibet

Officialis,& Iudex aditus ad petitionem cuiuscūq;, Teneatur mēsurare, & mensurari facere latitudinem,& longitudinem uiæ, ubi ædificatur, quatenus ædificium debet protendi: Et si secundū dictam longitudinē,seu latitudinem,dum murus,seu murella supra terrā fuerit,non reperiretur uacuum,sed esset occupatū, Tunc quatenus supra uiam occupatū foret,faciat destrui,& eleuari uiribus sui officii,& punire,et talem sic ædificantem teneatur usq; in libras quinquaginta arbitrio officialis,uel iudicis. Possit tamē quilibet in muro,seu murella, suas cornices īmittere pendentes supra uiam usq; ad unū tertiū brachii tantū ad mensurā,& super dictas cornices arcus uoluere,& supra eis ædificare, dūmodo dictæ cornices distent a terra saltē per brachia sex: Et si distarēt cornices a terra per brachia octo,possint extendi supra uiam per brachia duo,& pdicta ita intelligantur,dūtamen uia, iter,& actus nō īpediātur: Et si secus factū fuerit,qđ ultra fuerit īmissū,remoueat̃ abinde,et puniat̃,ut supra: Volumus tñ q dictæ cornices mitti,et extra murū ptendi nō possint,si ex eis,uel ppter eas,uicinus ex sua domo respicere nō ualeret,sicut prius ante dictā īmissionem: Et etiā Volumus q dictæ cornices mitti nō possint supra rugas,quas mastras uulgariter appellamus,quarū declarationē relinquimus arbitrio iudicantis. Præterea Concedimus unicuiq; licentiam,& plenariā facultatem faciēdi, seu fodiendi in uias apud suam domū puteum siccum, in quem deriuare possit aqua etiam putrida, quæ ex sua domo eiceretur, dūtamē dicta aqua deriuet per cōductum coopertum, & qđ a nemine uideri possit,& dūtamen dictus puteus siccus uolta cooperiatur,ita q possit substinere pondus curruū,& uehiculorum,qui per ipsam uiam ducerentur.

De Aedificatione Murorum. Cap.CXXXI.

ET si inter duas domos cōtiguas,inter quas esset paries de lignamine diuidens dictas domos,& unus ex dominis dictarum domorum uoluerit dictum parietem remouere,& murum facere loco eius, teneatur ille,qui murum ædificare uult,uicinum suum inquirere, ut sit secum ad ædificandum murum inter utrāq; domum expensis cōmunibus, et ad eleuandum dictum parietem quod si conuicinus facere cessaret infra mēsem,possit in uito cōuicino tam sub terram,q̃ supra terram,de terreno sui uicini tantum capere, quantum de suo cœperit, et murum conuenientem super terreno utriusq; construere, et ædificare ad onera utriusq; domus substinēda, loco parietis predicti,et expensas quas in dicto muro fecerit,debeat a conuicino pro dimidia rehabere,si talis conuicinus aliquid īmittere de nouo,seu ædificare, seu superimponere uoluerit: Et si prædicta facere noluerit, teneatur recognoscere per publicum instrumentum murum esse constructum expensis conuicini ædificantis, et fateri æstimationem ipsius arbitrio magistrorū, ita q si quo tēpore in dicto muro aliquid de nouo facere uoluerit,

teneatur

teneatur secundum dictam aestimationem iam factam, medietatem expensarum restituere ei, qui dictum murum fieri fecerit, seu eius heredibus, uel habentibus causam ab eo. Possit tamen talis conuicinus, qui nō contribuerit ad expēsas dicti muri, īmittere ī dicto muro tigna, trabes, & burdones, qui erant super columnis remotis occasione dicti noui muri, uel in pariete intermedio, in cuius locum murus factus esset: Et praedicta uendicent sibi locum in muro, qui substinet onera domus conuicinae: In muro autem qui fieret, qui non substineret onera domus cōuicinae, qui fieri possit in terreno utriusq;, ut supra dictum est, si ex dicto muro claudendae tantum cōuicino utilitas praeparetur, talis cōuicinus, qui recipit utilitatē clausurę teneatur infra terminū a iudice statuendū restituere, & reficere medietatem illius praecii, quod constaret unus conueniens paries de lignamine arbitrio magistrorū: Et debeat recognosci per publicum instrumentum, murum factum esse expensis illius cōuicini aedificantis, & aestimationē ipsius muri, & quantitatē per respectū parietis de tabulis solutam per ipsum, qui non cōtribuit in aedificatione, seu expensis muri, Et si ullo unq̄ tempore, qui ad expensas muri non cōtribuit, nisi ut dictum est, uoluerit tali muro adherere, uel aliquod ędificium applicare, seu aliquid superimponere, uel immittere, teneatur restaurare ei, qui murum fieri fecit usq; ī dimidiam aestimationis praedictae computando tamen quod soluerit pro clausura.

De Cornicibus, & Trabibus mittendis, & aedificiis in muro communi fiendis. Cap. CXXXII.

STatuimus q̄ Vnicuiq; licitū sit in muro cōi cornices lapideas īmittere, cōphendēdo etiā totū murū, prout est grossus, teneat etiā talis īmittēs dictum murum bene, & cōuenienter aptare, seu aptari facere, ut primo erat. Sed cornices de ligno, & trabes, & tigna, possit quilibet in cōi muro mittere usq; ad dimidiā grossitudinis, seu latitudinis dicti muri, & ꝑpterea possit uolens immittere trabes, & cornices, seu magistri ad eius petitionem ire in domū uicini, nec uicinus debeat eosdē impedire, uel prohibere, Et si impedierit quoquomodo per iudicem ad praestandam patientiam compellatur capris pignoribus, & mulcta in dicta, Teneatur tamen talis immitens, seu mittere uolens cauere idonee tali uicino de omni dāno quod incurreret occasione praedicta arbitrio magistrorum, et de emendatione damni reficiendi infra triduum post aedificium completum ad poenam dupli, quę modis omnibus exigatur, Praeterea Concedimus unicuiq; liberam facultatem in muro cōmuni construendi, & faciendi aquaria, sterquilinia, ciamineas, & fenestras, dūmodo non possit murum apprehendere, nisi usq; ad dimidiam grossitudinis dicti muri: Et hoc si murus sit idoneus, & sufficiens ad praedicta arbitrio magistrorum: Alioquin praedicta facere non possit, nisi murum roboret, & fortificet suis sumptibus, & expensis,

Volumus tamen quod prędicta facere non possit in ea parte dicti muri cō munis in quo conuicinus aliquod dictorum ædificiorū fecisset,quia Volu mus q̄ in hac parte gratificetur ei qui primo dicta ædificia cōstruxisset,sed si ī eodē muro in alio loco a uicino nō pœccupato facere uoluerit,licitū sibi sit,& prohiberi nō possit, dūmodo sit sufficiēs ad onera pdicta substinēda: Volumus tamen q̄ uicinus non possit in muro cōmuni sterquilinium, seu aquarium suum tenere, uel imittere per conductū,seu canalia cōuicinia,si ne expssa licentia conuicini,sed unusquisq; suis canalibus uti possit.

De Muro cōmuni reaptando. Cap.CXXXIII.

SI murus fuerit cōmunis aliquorū,qui murus minetur ruinam,uel si ta lis murus fuerit inter domos,qui appareat nō aptus,uel nō conueniēter bonus ad substinendū onera utriusq; domus ad arbitriū magistrorū a par tibus electorum,uel a iudice ubi partes fuerint discordes in eligendo,possit quilibet sociorū,qui reędificare, uel reparare, seu fortificare uoluerit dictū murū,inquirere alterū,ut ueniat,& cōferat ad reędificationē,& fortificatio nem pdictam: Et si per triduū expectatus nō uenerit,& ad expēsas nō cō tulerit,posśit pdictus socius qui reficere,uel reparare uoluerit,dictum mu rum destruere,& nouum reædificare,seu reædificari facere,uel murum ue terem reaptare,ut iustum fuerit: Et expensas rehabere debeat a consocio pro parte,quam haberet in muro,seu in terreno muri īfra terminum, qui a iudice statueretur: Et de prædictis expensis ædificantis,seu fortificantis, seu fortificare,uel ædificare facientis,stari debeat iuramento, taxatione ta men iudicis præcedente,ne posśit īmoderate iurare, Et si murus esset cō munis īter aliquos, qui murus substineat onera utriusq; domus, uel unius domus tantum onera substineat, & alter dominus dicti muri cōmunis ex parte altera habeat casalinum, seu domum depresśiorem, & ille qui casali num habet,seu ille qui habet domum magis depresśam uoluerit super ca salinum ædificare,ædificii onera in tali muro cōmuni immittendo,seu do mum suam depresśam in altum producere uoluerit,quatenus murus com munis se extendit,si talis murus est sufficiens,tale ędificium facere posśit, Et si talis murus ad utriusq; domus onera substituenda non sufficeret,sed expediret dictum murum roborari murellis,uel aliis ædificiis,talis robo ratio,seu melioratio dicti muri fieri debeat expensis communibus,dūmo do ædificare uolens non se extollat ultra altitudinē domus uicinæ, & dū modo uoltam non ædificet: Sed si uoltam ædificare uellet,propter quam expediret murum roborari, talis fortificatio fieri debeat expēsis eius, qui uoltam ædificare uoluerit: Et si ædificans,domum suam altiorem extol lere uoluerit,q̄ sit domus conuicini,tunc de augmento præfato, & de om ni eo,quod occurreret occasione dicti augmenti substineat ædificans one ra expensarum quantū compræhendit altitudo supra domū uicini,seu id

quod

quod fieret ratione dictæ altitudinis supra domũ uicini: Et si dominus domus cõuicinæ uellet postea ad eandẽ altitudinẽ domũ suam extollere, tunc de expensis solutis per alium, pro altitudine supra domũ conuicinã, partem dimidiã expensarũ restituere teneatur, ut sit inter eos æqualitas in expensis, prout est æqualitas ĩ cõmodo habitãdi: Et si murus fuerit ĩter duas domos, quarũ una sit depssior, altera, nõ possit habẽs domũ depssiorem altius ædificare adherendo muro prædicto, nisi refectis expensis muri pro dimidia, quatenus de dicto muro per altitudinem cœperit, nisi probaret a primordio se, uel eos, a quibus causam habuerit, cõtulisse ad expensas pro dimidia totius dicti muri, uel nisi ex signis euidentibus existẽtibus in muro appareat murum esse cõmunem.

De Soluẽdo restaurũ ab eo, qui se adheserit muro cõi. Cap. CXXXIIII.

ET si quis uoluerit ædificare ĩ aliquo, uel super aliquo suo terreno, & uoluerit muro cõi adherere, & trabes, & tigna immittere, & alia facere, quæ fieri possunt ĩ muro cõmuni, ad cuius muri cõstitutionẽ nihil cõtulit, & offerat expensas pro dimidia dicti muri, si talis murus non esset sufficiens ad onera utriusq; domus arbitrio magistrorũ, nõ audiatur talis ædificare uolens, nec tali muro ualeat adherere, nisi ultra dimidiã expensarũ muri, quas reficere debet, roboret suis sumptibus proprijs murum prædictum murellis, seu alijs ædificiis, ita q reddatur sufficiẽs ad utriusq; domus onera sustinenda arbitrio magistrorũ, Si autem talis murus cui adherere uoluerit talis uolens ædificare fuerit sufficiens ad utriusq; domus onera substinenda, tunc talis uolens ædificare, refectis expensis pro dimidia dicti muri audiatur, & adherere ualeat muro præfato, Et ad prædicta dominus muri ad petitionem ædificare uolentis per iudicem compellatur, Declaramus tamen q si non toti muro conuicini, sed parti dicti muri se uellet adherere, nõ cogatur soluere restaurũ, nisi p parte, quã comphẽderet de dicto muro.

De Domo cõmuni Reaptanda. Cap. CXXXV.

ET si qui habuerint domũ cõmunem pro indiuiso, & quæ domus refectione indigeat, possit quilibet sociorũ reficere uolens, inquirere consocios q ueniant ad reficiendum, & ad conferendũ expensas, Quod si infra triduum expectati non uenerint, nec contulerint, possit quilibet socius reficere uolens, inuitis alijs reficere, & donec expensæ pro parte alios contingẽte eidem reficiantur, debeat gaudere tota domo prædicta, & pensionem, & utilitatem, & cõmodum habitandi inde percipere, etiam inuitis alijs, de quibus expensis stetur, & credatur iuramẽto reficientis, uel eius heredum taxatione iudicis præcedente: Si uero alij socij, qui non contulerint ad refectionem talis domus communis, essent in domo prædicta, uel habitationis

cõmodum habuerint,seu haberent in ea,compellãtur infra unum mensem per iudicem ad restituendum expensas pro rata eos cõtingente ad æstimationem talis,qui ipsas expẽsas refectionis fieri fecit,uel eius heredum cum iuramento,taxatione tamen iudicis precedente. Et si qui inter se haberent cõmune aliquod terrenum,seu casalinum,et unus eorum,seu plures ex sociis ædificauerint in eãdem domũ,si illi qui non ædificauerunt,seu ad expensas non contulerint,uellent pro eorum rata dicti ædificii utilitatem habere,seu cõmodum habitandi,non possint,nisi restitutis expensis ædificanti,seu ædificantibus pro rata casalini,et terreni eos contingente, de quibus expensis stari debeat iuramento ædificantium,uel heredum, taxatione tamen iudicis præcedente: Volumus etiã, et Iubemus q̃ si plures haberent fundum cõmunem,et quidam ex eis super eodem fundo, et terreno ædificare uoluerint, cæteris recusantibus conferre ad ædificium supradictum, Tunc ędificare recusantes compellantur per iudicem ad uendendum pro præcio cõdecenti partem suam dicti fundi, quam cõphenderet dictum ædificiũ,et non ultra,cæteris sociis ædificare uolentibus, Si qui autem domum pro indiuiso iter se haberent expensas tegminis copriture tecti, seu expensas circa alia,quæ prosunt cuilibet ex dominis,debeat quilibet ex dominis pro rata substinere,inspectis portionibus eorũdem.

De Noui operis nunciatione. Cap.CXXXVI.

SI quis ædificium,uel opus aliquod quodcunq; ædificaret,seu ædificare uellet,uel opus iam factum destrueret iuste,uel iniuste,uel aliter quomodocũq;,Teneatur quilibet Iudex Competens, prout ad suam iurisditionẽ spectabit,ad petitionem cuiuscunq;,qui diceret se dominũ,uel possessorem, uel alio quocũq; modo principaliter, uel in consequentiã sua interesse allegaret,seu ageret iure suo, siue iure publico quocũq; tempore feriato, & non feriato,etiam si essent feriæ in honorem Dei,per nuncium suæ curiæ nunciari facere personæ ædificanti,seu ædificare facienti nouum opus,& ei p̃cipi,& mandari facere,ne ædificet,uel destruat, uel aliquid attentet sub pœna librarũ quinquaginta,& demolitionis cuiuslibet ædificii quod post nũciationem fieri attentaretur,& refectionis noui operis destructi: Et per nũciationem noui operis non intelligatur nunciantem perdidisse aliquã possessionem ciuilem, uel naturalem, siquã haberet, & etiam ad requisitionem nunciationem fieri petentis Teneantur mittere unum ex notariis suæ curiæ ad scribendum,& designandum in quo statu,& modo sit ædificium tẽpore factæ nũciationis, qui notarius debeat scribere, & ponere ĩ actis curiæ formã operis,& in quo statu est opus, ita q̃ possit apparere quid nouitatis, uel noui operis,uel destructi,factum fuerit post talem descriptionem,uel interdictum: Et prædicta etiam procedant si nũcians diceret q̃ ex tali ædificatione,uel opere,uel iam facti operis destructiõe,sibi, uel suis iuribus,seu

suis

ſuis ædificiis,ſeu rebus,ſeu contra debitam ſeruitutem,damnum,ſeu præiu/
dicium quomodolibet pararetur: Et facta dicta nunciatione is cui facta fu
iſſet,& quilibet q ab eo ius,uel cauſam haberet,teneatur in ędificio,& labore
rio ſuperſedere ,& ſi contrafecerit puniatur ī libris quinquaginta,& demo/
liatur opus factum poſt denunciationem , & deſtructum reficiatur ,et redu
catur ad ſtatum quo erat tempore nunciationis,ſumptibus,et expenſis ædi
ficantis, ſiue demolientis , Et hoc niſi magnum,et euidens ruinę alicuius
muri,uel domus periculum immineret,ita ꝙ a dicta pœna poſſit rationabi
liter excuſari,de quo ſtetur arbitrio iudicantis. Et demum poſt ipſam nũ/
ciationem actor ad petitionem rei teneatur exprimere cauſam quare ad nũ
ciationem proceſſerit,& expreſſio cauſæ debeat eſſe talis,ꝙ concludat, & ꝙ
ex ea ſententia ſequi poſſit. Et demum ſi partes comparerent iura ſua alle
gaturæ,Iudex cauſam illam abſq; libello,& ſummarie,& de plano,ſine ſtre
pitu,& figura iudicii,& nulla iuris,& ſtatutorum ſolẽnitate ſeruata, & abſq;
ullo iuris,& ſtatutorum ordine,audire,cognoſcere,& per ſententiam termi/
nare teneatur infra quadraginta dies utiles a die expreſſiõis cauſæ per acto
rem allegatæ proxime inchoandos: Et ſi quis nunciauerit nouum opus,&
in ipſa nunciatione ſuccubuerit,condemnetur parti aduerſæ in expenſis fa/
ctis in cauſa,& occaſione cauſæ,& ad refectionem omnium damnorũ,quæ
pars alias ſubſtinuerit ex inde,de quibus damno,& intereſſe ſtetur iuramẽ/
to partis,q̃ obtinuiſſet in cauſa taxatione tñ Iudicis præcedente. Et nihilo
minus talis nũcians,qui iniuſte interdixerit, & qui ſuccubuerit ī interdicto,
puniatur in libris uigintiquinq; ad opus lucen.ciuitatis. Verum ſi facta nũ
ciatione aduerſarius comparuerit , & uoluerit dare fideiuſſorem de opere
demoliendo,uel reficiendo,ſi ſuccubuerit in cauſa , tunc citata illa perſona,
quæ nouum opus nunciaſſet,fideiuſſor recipiatur idoneus,quo præſtito in
terdictum,& nunciatio remittatur,& in opere procedi poſſit: Et demũ pro
cedatur in cauſa,et de iuribus partium cognoſcatur,modis,et formis ſupe
rius expreſſatis:Et hoc ita locum habeat,niſi talis nuncians dixerit ſe para
tum incontinenti oſtendere de ſuo iure,et probationes habere dicat in prõ/
ptu,quo caſu a die dictæ fideiuſſionis oblatæ duret interdictum,nec proce
datur in opere inde ad.x.dies utiles,et interim ſummarie , et de plano, ſine
ſtrepitu,et figura iudicii,et ſolennitatibus & ordine iuris,et ſtatutorũ nõ ſer
uatis,de iure partium cognoſcatur:Et ſi infra prædictos.x.dies utiles liqui
datio facta fuerit,Teneatur Iudex infra quinq; dies utiles ꝓxime,et imme/
diate ſequentes cauſam diffinire iuramento præciſo,et interim in opere ſu/
perſedeatur: Et ſi liquidatio facta non fuerit infra dictum tempus dicto/
rum.x.dierum utilium,uel per interdicentem appellatum fuerit ,tunc fide/
iuſſor debeat recipi,et nunciatio remitti,et in opere procedi poſſit,et lis ſuo
marte decurrat,Dummtamen infra tempus quadraginta dierũ utilium,prin
cipaliter cauſa terminetur,ut dictum eſt ſupra. Verum ſi talis nuncians nõ
uenerit ad recipiendum fideiuſſorem prædictum infra terminum ſibi aſſi/

gnatū, Iudex nihilominus recipiat fideiussorē idoneū, et eo pstito interdi⸗ ctū remittat, et licētiā ędificādi, uel demoliēdi cōcedat. Et qlibet Iudex Te neaē infra terminos suprascriptos causas ipsas p sententiā terminasse, Alio⸗ quin puniatur in libris centum, in quibus debeat sindicari.

De Reparandis ædificiis, quę minantur ruinā. Cap. CXXXVII.

ET si alicuius ędificium, seu murus minareē ruinam, si expedierit dirigi, seu aliter reaptari, possit p dictis explicādis, ille cuius esset tale ædificiū, in alterius terreno opponere, seu appodiare pōtellos dicti talis ædificii ad arbitriū magistrorū, et quos pōtellos talis ędificii, siue muri ī alterius terre no, seu domo, tenere possit infra terminū, infra quē talis murus, siue ædifi⸗ ciū cōmode potuerit bene, et cōueniēter dirigi, seu reaptari, sine timore rui⸗ næ. Et dicti pōtelli, seu trabes inde remoueri debeāt arbitrio magistrorum, dūtamen uolēs īmittere tales pōtellos dicti muri, seu ædificii ī alieno, tenea tur idonee cauere cū bonis fideiussoribus de omni dāno reficiēdo tali uici⸗ no, quod incurreret occasione pdictorum, qđ dānum æstimari debeat arbi trio magistrorū infra octo dies, a die querelæ expositę pxime cōputandos; et debeat refici, et emēdari infra tēpus arbitrio iudicis statuendū. Et dictus uicinus, in cuius territorio trabes, seu pōtelli mitterenē occasione prædicta, compellatur per iudicem ad pstandam patientiam, pœnas, et mulras indicē do, de quibus sibi uisum fuerit. Et similiter dominus dicti ædificii ad cau⸗ tionem pstandam, et ad pōtellos remouendum tpe debito, et ad refectionē dānorum per iudicem compellatur, prout superius dictum est. Præterea Statuimus, ꝙ is ad quem ptinet ædificium, quod minareē ruinam, modis omnibus compellatur ad reficiendum, et reparandum ædificium supradi⸗ ctum sufficienter, uel saltem ad dictum ædificium diruendum, et destruen⸗ dum, ita ꝙ nemini nocere possit. Verum si dominus ædificii ruinosi infra congruum tēpus a iudice statuēdum, cessaret dictū ædificiū ruinosum re⸗ parare, uel diruere, Tūc Disponimus ꝙ dñs rei cōuicinę dictū ædificiū rui nosum possit reparare, uel reficere, et eo sic refecto uti, et gaudere donec de expensis refectionis sibi sit plenarie satisfactum, de quibus expensis suo iu⸗ ramento credatur, taxatione iudicis præcedente. Verum si dominus ædi ficii ruinosi in reparando, uel diruendo dictum ædificium ruinosum con⸗ tumax esset, et dominus domus conuicinæ impotens esset ad dictum ædi ficium ruinosum reparandum, de quo stetur arbitrio iudicis, possit dictus iudex dicto conuicino licentiam concedere, ut ædificium ruinosum demo liatur, et ꝙ lateres ædificii ruinosi sibi retineat, quoad sibi fuerit de expen⸗ sis demolitionis satisfactum.

De Eo quod domus uicini possit grundare supra tectum, seu terrenum uicini inferioris. Cap. CXXXVIII.

Et si quis

ET si quis grundā domus suæ uellet porrigere, seu taliter habere, ꝙ grūdaret supra tectum, seu solum uicini inferioris, super quo solo, uel tecto uicini, nullum ius grundandi haberet, possit, & ei liceat authoritate præsentis statuti, dumtamen per canale grundare, seu deriuare non possit super tecto, seu terreno uicini, & ita tamen ꝙ quotienscunq; ædificium inferius, seu solum, quod grundam, seu subgrundam recipit, altius ædificaretur, seu ædificari intenderetur, q̄ sit domus, cuius grundam, seu subgrundam recipiebat, teneatur talem grundam, siue subgrundam, quatenus protenditur supra tectum, seu solum uicini, nulla cuiuscunq; temporis præscriptione obstante, remouere ille dominus, uel possessor domus, cuius grunda grundabat supra tectū, seu solum, quod modo ꝑtenditur, seu altius ædificatur: Et possit talis ædificator, inquātum supra domū uicinā ędificauerit, seu domū suā minorem altius ꝑduxerit, grundare, & grundā sui ædificii taliter habere, & tenere, ꝙ grunda sui ædificii grundet sup domum uicini, si uoluerit, a qua primo suum ædificiū, seu solum grundā, seu subgrundam recipiebat; remouēdam tamen ex inde modo ꝑdicto, & e conuerso si ille qui habet solum sub ædificio alicuius, in quo solo ædificare uellet usq; ad altitudinem uicinæ domus, uel si habet domum magis depressam, possit, & ei liceat authoritate ꝑsentis statuti in solo, seu loco dicti uicini habentis domum altiorem sub grunda eius grundare, & grundam habere, dūtamen quis non teneatur grundam, seu subgrundam alicuius recipere in suo superiori, uel inferiori terreno, si imminēs, seu euidēs damnum iudici ostenderet, propter quod non sit ęquum illam grundationem, seu subgrundationem recipere; ne ex alieno utilitatem quis recipiat cum nimia, seu enormi, domini, uel possessoris læsione, hoc semper intellecto, ꝙ nemo grundam suam, seu subgrūdam possit taliter disponere, uel tenere, ꝙ per canalia grundet super terreno, seu tecto uicini.

De Fluminibus, Riuis, & Aquæductibus, & Aquis in suo solito cursu cōseruandis, & de ipsorū aggeribus nō rūpendis, & de non mittendo calcem, & de pœna contrafacientium. Cap. CXXXIX.

STatuimus ꝙ nulla ꝑsona, cuiuscūq; gradus, uel cōditionis existat, audeat, uel ꝑsumat facere in flumine Serchii, Auzeris, Rogi, Guappali, Piscillæ, uel in alio quocūq; riuo fluente, uel in alia quacūq; aqua currēte, aliquā paratā, uel clausurā, ꝑ quam aquarum cursus, & fluxus a solito, & cōsueto loco, seu cursu remoueat, aut aliqualiter retardet: Et insup nemo aggeres alicuius fluentis aquæ rūpere, aut aperire quouis modo ꝑsumat: Et similiter nemo audeat aquæductus quorūcunq; molendinorū, uel alicuius frantorii, uel gaulcheriæ, uel fabricæ, uel alicuius alterius ædificii, impedire, uel remouere, uel aliquod impedimētum, seu obstaculū facere, quominus flu-

at,& deriuet. Ac etiam Statuimus, ꝙ nemo audeat ad sua molendina,uel frantoria,uel fabricas,uel alia ædificia trahere,uel cõducere aquam ex alieno aquæ du ctu fluente,& deriuãte,seu fluere,& deriuare solito ad aliquod molendinũ,uel frãtorium,uel aliud ędificium,ex loco superiori,ex loco uero inferiori,idest postq̃ aqua deriuauerit,& fluxerit ad ipsum molẽdinum uel frantoriũ,possit dictã aquã trahere,et cõducere ad sua ædificia p terrenũ cõducentis: Dũmodo nõ impediatͬ cursus aquæ,ita ꝙ impediretur ędificiũ superius. Et insup Decernimus ꝙ nemo audeat,uel p̃sumat sine licentia Magnific. D. Antianorũ lucen.ciuitatis noua molẽdina,uel frãtoria,seu gualcherias,uel alia noua ædificia cõstruere,et aquã de ipsa ædificia duce/re nouo,et nõ consueto cursu. Si quis autẽ contra p̃missa,uel aliquod p̃missorum p se,uel aliũ facere attẽtauerit,puniatur in libris.xxv.uel ultra usq; ĩ libris quinquaginta bonę monetæ,arbitrio iudicis p̃cedentis: Et nihilominus condẽnetur ad refectionẽ oĩum dãnorum,et expensarum,q̃ propterea sequerẽtur,et ad reponẽdum rem in pristino statu: Et consules,et officiales cõium,et cõtratarũ lucen.comitatus,et districtus,ĩ cuius territorio aliquid p̃dictorum fieret,uel cõmitteretur,teneantur,et debeant delinquẽtes denũciare. D. lucen. Potestati,uel Officiali curię Fundaci,infra decẽ dies a die cõmissi delicti p̃xime cõputãdos,sub pœna librarũ decẽ,quã pœnã officialis p̃cedens possit p suo arbitrio augere,usq; in libris.xxv.considerata qualitate facti,et habito respectu ad numerum hominũ cõis,in quo p̃dicta fierent: Et similiter in qualibet uicaria,in qua p̃dicta,uel aliquod eorũ cõmitterentur,quilibet officialis,seu sindicus cõis,ĩ cuius territorio p̃dicta,uel aliquod p̃dictorũ cõmitterentur, Teneatur infra dictũ terminum denũciare suo Vicario delinquẽtes sub dicta pœna: Et ne molendinorum p̃textu detur materia,ꝙ flumen Serchii damna inferat uersus ciuitatẽ,ideo Statuimus,ꝙ a ponte sancti Petri,usq; ad pontem Moriani nullum omnino molẽdinum, uel aliud ædificium fieri possit in citeriori ripa fluminis Serchii. In ulteriori autẽ ripa fieri possit,si de expresso consensu p̃dicto id p̃cedat,ita tamẽ,& cum hac declaratione,ꝙ inter pontẽ sancti Petri, & pontẽ sancti Quirici in ulteriori,uel citeriori ripa fluminis nullum omnino molẽdinum, uel aliud ædificium fieri possit. Et similiter in toto flumine Auzeris,uel tota aqua Piscillæ,nullum omnino molẽdinum,uel aliud ædificiũ fieri possit. Et in p̃rędictis intelligi Volumus,ꝙ quilibet possit impune, absq; alia licentia impetranda,uetera molẽdina,uel frantoria,quæ corruissent,& ad quæ aqua fluere cõsueuerit per antiquos aquæ ductus reficere,& reædificare,& aquæ ductus ad ipsa molendina refecta ducere,sine aliqua pœna. Præterea ad euitãdum materiã corrũpendi aquas,& ut lucen.regio abunde satis sit referta piscibus p habitantiũ quotidiano usu,nec sit necesse p iis ad finitimas accedere regiones, Statuimus ꝙ nulla p̃sona,cuiuscunq; status,& conditionis existat,audeat,uel præsumat aliquo modo per se, uel alium immittere in aliquo flumine,riuo,uel quauis aqua in toto comitatu,& districtu lucen.calcẽ

uel laxam,

uel laxam,nuces,aut frondes nucũ,uel aliquã aliam quamuis speciem corrumpentem aquam,uel pisces,non intelligendo pro macerando linum,canapam,sub pœna ducatorum uigintiquinq; auri pro quolibet contrafaciente,& qualibet uice,applicãda lucen.cameræ,siue fuerit ciuis,siue de comitatu,& districtu lucen.& seu forẽsis:Cũ hac nihilominus declaratiõe,ꝙ si fuerit de comitatu,& districtu lucen.& contrafecerit,ultra pœnã pecuniariam prędictam,debeat tribus uicibus torqueri,& tres ictus,seu lapsus funis pati. Si uero fuerit forensis,& ꝑdictam condẽnationem pecuniariã non soluerit infra mensem,a die condẽnationis,manus dextra ei amputetur,ita ꝙ a brachio separetur,et in quibus pœnis singula singulis cõgrue referendo,subesse intelligantur,incidant,& condẽnentur piscantes,& piscari nuẽtes in ipsis aquis,ubi species aliqua de cõrrũpentibus,ut supra fuerit immissa. Cæterũ uẽdentes,uel dãtes quomodolibet calcem,uel aliã speciem de suprascriptis, ꝓ corrũpendo aquas prædictas,& iuuantes portare calcem, pro simili corruptione fienda: Et ad magis obuiandum ne huiusmodi cõtra ꝑsentem legem cõmittantur,& ne cõmissa remaneant impunita; Decernimus ꝙ cõia locorum,ubi aqua fuerit modõ suprascripto corrupta,teneãtur de eorum ꝓprio ad pœnã suprascriptã ducatorum.xxv.auri,in quibus irremissibiliter cõdemnentur,& exigantur,cum potuerint hoc prohibere,nõ prohibuerint,nec sit uerisimile immissionem ipsius calcis,uel alterius speciei ignorasse,et adeo hæc præsumptio scientiæ sit iuris,& de iure,ꝙ contra eam probatio non admittatur: Volumus tamen ꝙ si ipsa communia posuerint in fortiam lucensis cõmunis ipsos delinquentes, a suprascripta pœna liberentur, et ipsa communia liberata intelligantur,& sint; et nihilominus semper quilibet Officialis illius communis,in quo aqua,ut supra erit corrupta,uel aliquo ex suprascriptis modis erit contrafactum, Teneantur, & debeant omnes delinquentes,ut supra denunciare infra dies octo, a die contrauentionis computandos curiæ maleficiorum Domini Lucen.Potestatis, sub pęna ducatorũ uigintiquinq; pro quolibet,& qualibet uice, et quilibet nihilominus admittatur ad accusandum,& nomẽ suum teneatur secretum,& lucretur tertiam partem pęnæ pecuniariæ,cum fuerit exacta. Verum ne prætextu licentiæ licet nulliter concessæ,et contra ius aliquomodo nullus ualeat se excusare,Declaramus ꝙ interdictum sit perpetuo tam Magnificis Dominis,q̃ cuicunq; Officiali Lucen.communis,quomodolibet concedere alicui licentiã,aliquam calcem,laxã,uel aliam speciem corrũpentem in aquis, ut supra immittere,nec piscari, aut piscari iuuare, uel aliquo modo prædictis,aut ipsorum alicui contrauenire; sub pęna ducatorum decem auri pro qualibet licentia concessa,et nihilominus talis licentia indebite concessa,non excuset delinquentes quoquomodo. Circa quæ omnia suprascripta,et infrascripta Dominus Lucensis Prætor,et eius Iudex maleficiorum, et Curia,solus intelligatur,et sit Iudex, etiam quando in uicariis, et potestariis fuerit contrauentum,Qui ualeat contra delinquentes huiusmodi etiam in

continenti ante lapſum menſis dari a ſtatuto,procedere ſummarie,& de plano,& ſine ſtrepitu,& figura iudicii ,& nulla iuris, ſeu ſtatutorum ſolennitate ſeruata,tam per uiam inquiſitionis, q̃ denunciæ, & accuſæ: Et lucretur ipſæ Dominus Poteſtas tertiam partem dictæ condemnationis pecuniariæ,per eum exactæ. Et nihilominus quilibet Officialis Lucenſis communis,qui ipſam condemnationem exegerit,lucretur tertiam partem,cum fuerit exacta: Et Ciues lucenſes, & alii, qui pro prædictis cauſis, aut alia ipſarum erunt condemnati,uel banniti, quouſq; fuerint in mora ſoluendi, integram condemnationem,non poſſint audiri ad ius agendo,uel exequẽdo in aliqua curia lucenſis communis,nec aliquod officium,ſeu beneficium conſequi,uel habere a dicto communi, Et cuſtos cameræ teneatur, & debeat ſtatim habita noticia banni,& ſententiæ in prædictis ſequutæ, mittere in Cancellaria nomina bannitorum, & condemnatorum, cum adiectione cauſæ, ſub compendio uerborum, ad pœnam ducatorum Decem auri, Quibus nominibus miſſis in Cancellaria, Cancellarii teneantur,& debeāt, ipſa nomina ponere in ſpeculo, in loco, in quo ab omnibus uideri poſſint ſtatim,ſub pęna ducatorum decem ipſis infligenda de facto.

De Eo q̃ nulla perſona laborare, ſeu cultiuare, uel laborari, ſeu cultiuari facere poſſit, prope dictum Flumen Serchii, Et de pœna contrafacientium.
Cap. CXXXX.

STatuimus,& Ordinamus,q̃ nulla perſona,cuiuſcunq; ſtatus,gradus,ordinis,aut conditionis exiſtat,poſſit modo aliquo laborare,aut cultiuare,ſeu laborari,aut cultiuari facere intra loca,terminos, & confines infraſcriptos, uidelicet, incipiendo a ponte ſancti Quirici, & recta linea eundo ad ponticellum Canouettæ, Et a dicto ponticello ſequendo arginem,& eundo uſq; ad primum ponticellum per quem eſt ingreſſus in plageis Philippi de Calandrinis,Et a dicto ponticello per quem eſt ingreſſus in dictis plageis,ſequendo recta linea uiam publicam,et eundo uſq; ad pōticellum Fragæ,intra quos confines,et terminos uerſus dictum flumen Serchii,prohibitum ſit cuicunq; perſonæ cultiuare, et laborare, ſeu cultiuari,et laborari facere modo aliquo terras,et plageas,et loca ibi exiſtentes, et exiſtentia,ſub pœna Florenorum Decem pro quolibet, et qualibet uice,et ammittendi beſtias cum quibus laborare,aut cultiuare inuenirentur in dictis locis ,ut ſupra dictum eſt, Diuidendorum,tam reſpectu ſupraſcriptorum Florenorum Decem,q̃ beſtiarum ammiſſarum, Et ipſarum præcii, pro una quarta parte Cameræ Magnifici Lucenſis communis, pro alia quarta parte accuſatori,et omnibus licitum ſit accuſare,et beſtias, ut ſupra capere, pro alia quarta parte executori, et pro alia quarta parte exactoribus dicti Lucenſis Communis. Qui Exactores ex nunc intelligantur,et ſint electi et deputati

putati Iudices,et Officiales competentes circa prædicta, et infrascripta, et eorum iudicio standum sit in prædictis, et prædictorum quolibet: Cum hac declaratione tamen, quod in locis, ut supra laborari prohibitis, licitum sit patronis, et possessoribus ipsorum locorum plantare, et plantare facere arbores, cuiuscunque generis sint, pro allectando ibi nemus, seu nemora. Declarantes ulterius, quod cuilibet licitum sit capere, et capi facere dictas bestias, quæ inuenirentur laborare in suprascriptis locis, ut supra designatis, pro dictis bestiis conducendis Lucæ Camerario pignorum, pro satisfactione pœnæ suprascriptæ. Notificantes etiam, quod ille, qui erit accusator in prædictis, aut quolibet ipsarum, teneatur qualibet uice, qua accusabit aliquem contrauenientem suprascriptis ordinibus in huiusmodi accusatione apponere nomen, ac cognomen duorum testium: Et quæ accusationes porrigi, et fieri debeant dictis exactoribus, aut uni ipsorum modo suprascripto, Et dicti exactores procedere debeant summarie, et ulterius concessa esse intelligatur, et sit licentia omnibus, et singulis, qui habent domos intra argines uersus Flumen, ubi prohibitum est laborare, et cultiuare, quod possit, et sibi liceat laborare usque ad dimidiam unius cultræ pro conficiendis ortis, solum pro usu domorum ipsorum, ac prope dictas domos, firmis in reliquis remanentibus aliis statutis, decretis, et ordinibus factis super dicto flumine, et ipsius conseruatione.

De Piscationibus prohibitis, Et de pęna contrauenientium Cap. CXXXXI.

STatuimus, quod nulla persona cuiusuis status, seu conditionis existat, audeat, seu presumat aliquo tempore anni piscari, aut piscari facere in aliquo lacu territorii, & ditionis Lucen. ad articinia, seu cum articiniis, Sed ipse modus piscandi intelligatur, & sit omnino prohibitus. Insuper nulla persona, ut supra audeat, uel præsumat aliquo modo, uel aliquo tempore capere in aliquo ex suprascriptis lacubus aliquē piscem, qui sit minoris pōderis mediæ libræ, et si capti fuerint ī aliquibus retibus pisces a media libra infra, statim, & immediate teneatur quilibet piscator eos dimittere, & reponere ī ipsis lacubus, nec extrahere ipsos paruos pisces, ut supra, possit, uel præsumat, nec ipsos aliqualiter uēdere, seu dare alicui, intelligendo solū de Luccis, & Tinchis, & nō aliis piscibus, & quicūque ī aliquo suprascriptorū cōtrafecerit, uel deliquerit, incidat, & incidisse intelligatur ipso facto in pœnam ducatorum trium auri, in qua puniri debeat per officialem Fundaci de facto, & sine processu, pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice: Et propterea teneatur ipse officialis Fundaci mittere exploratores ad uisitandū, & puidendum ne cōtra pdicta, & aliquod pdictorum cōmittatur, uel fiat, et qlibet possit, & ei liceat cōtrafaciētes accusare, uel denūciare, & habeat tertiā partē cōdēnationis præfatę, & aliam tertiā partē lucretur officialis pdictus, & reliqua tertia

pars sit Lucensis communis: Hoc addito ꝙ Officialis, ut supra teneatur exegisse condemnationem suprascriptam intra quindecim dies a die scientiæ ipsius Officialis, uel condemnationem denũciasse exactori, ad pęnã ducatorum duorum ipsi Officiali infligẽdam: Quo casu nõ exactæ cõdemnationis per ipsum Officialem infra quindecim dies, sed denũciatæ, nihil Officialis consequatur de cõdemnatione, et credatur denũciatori, uel accusatori una cum uno teste, cum eorum iuramẽto.

De Prohibitione capiẽdi aquam ex Foueis antemuralibus Lucẽsis ciuitatis. Cap. CXXXXII.

STatuimus, ꝙ ad hoc ne de cętero impediatur foueorum antemuralium ciuitatis lucen. euacuatio, et aggeres ibi existẽtes nullum patiãtur, seu pati possint præiudicium, intelligatur, et sit prohibitum, tam coriariis lucẽsis ciuitatis, q̃ cæteris omnibus habitãtibus ĩ ea, et eius comitatu, et districtu, cuiuscũq; gradus, uel conditionis existat, capere aquas ex foueis ante muralibus dictæ ciuitatis, uel aggeres, aut aliquod aliud laborerium factum rũpere pro ipsis aquis capiendis, uel alio quocunq; modo occupare, uel impedire, sine licentia officii super euacuatione dictorum foueorum, sub pęna ducatorum quinquaginta auri in auro latorum, pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice, applicanda pro tertia parte lucensi communi, pro alia tertia parte officiali exigenti, & pro alia tertia parte accusatori, & eius nomen teneatur secretum: Et in prædictis, & quolibet prædictorum intelligantur, & sint Iudices competentes Dominus Lucensis Prætor, & dictum officium super euacuatione, & in eis locum habeat præuentio, contrarietate aliqua super prædictis non obstante.

De Moneta, secundum quam fieri debet solutio per quoscunq; debitores. Cap. CXXXXIII.

QVia non decet aliquem locupletari cum aliena iactura, idcirco Decernimus, ꝙ si in futurum contigerit augeri, uel diminui, uel mutari ualorem monetæ, non mutatis substantia, & qualitate, uel pondere dictæ monetæ debeat fieri solutio de illa moneta, quæ currebat tempore obligationis, seu cõtractus celebrati, uel saltem ad æstimationem ipsius monetæ, secundum ꝙ ualet tempore solutionis fiendæ, nisi aliud inter partes conuentum fuisset, non obstante ꝙ in ualore, & æstimatione, dicta moneta fuerit deteriorata, mutata, uel aliter diminuta, & similiter si contingeret in futurum substantiam, qualitatem, siue pondus monetæ mutari, augeri, uel diminui, debeat fieri solutio de ea moneta, quæ currebat tempore obligationis, uel contractus celebrati, si repiatur dicto modo nõ mutata, nõ aucta, uel non diminuta, uel fiat solutio secundum æstimationem ipsius monetæ,

quæ

quę tēpore obligationis, uel contractus celebrati currebat,ideſt ſecundū ꝙ ualeret tēpore ſolutionis fiēdæ dicta moneta,q̄ tēpore cōtractus celebrati, uel obligationis cōtractæ currebat,nō obſtāte ꝙ moneta fuerit deteriorata, mutata,uel aliter diminuta,niſi aliud inter partes fuiſſet conuentum.

De Repræſaliis. Cap. CXXXXIIII.

CVpientes Ciues,& Comitatiuos,& Diſtrictuales,& Incolas, et ſubditos ciuitatis Lucenſis ab iniuriis quantum cum iuſtitia poſſumus defendere,et tueri, Statuimus ꝙ ſi aliquis Ciuis,uel de comitatu, ſeu diſtrictu,uel incola ciuitatis lucēſis adiret Dominum lucenſem Poteſtatem,uel eius Vicarium cum querela,uel petitione,in qua in effectu exponeret,ꝙ ſibi in aliqua terra,uel ciuitate,caſtro, uel uilla, uel in territorio cuiuſcunq; ciuitatis, caſtri,terræ,uel uillæ,cum qua,ſeu quo,lucenſis ciuitas guerram non haberet,fuerit illata aliqua iniuria,uel uiolentia in perſona,uel in rebus,uel ꝙ in aliqua terra,caſtro,uilla,uel ciuitate,non poſſet contra ſuos debitores exigere, uel conſequi quod ſibi deberetur, & quod ſibi de huiuſmodi iniuriis,& uiolentiis, & ſeu de rebus,& quantitatibus ſibi ex quacunq; cauſa debitis,contra uiolentiarum,& iniuriarum illatores, & ſeu contra ſuos debitores in huiuſmodi Ciuitate,uel Terra,Caſtra,uel Villa,in qua,ſeu in cuius territorio dictæ uiolentiæ,& iniuriæ dicerentur illatæ,uel debitores exiſterent, iuſtitia fuiſſet ſibi denegata, uel neglecta, uel non adminiſtrata per Iudicem,uel per Gubernatores dictæ Ciuitatis,uel Terræ, Caſtri,uel Villæ, Et propterea peteret ſibi repræſalias concedi cōtra Ciuitatem, Caſtrū, uel Villam,uel Terram,& contra ſubditos eiuſdem Ciuitatis,Caſtri,Terræ,uel Villæ in qua,uel in cuius territorio eſſet modis prædictis,uel altero ipſorum modorum iniuriatus, uel uiolentia ſibi fuiſſet illata, & iuſtitia ſibi denegata, uel neglecta, uel non adminiſtrata contra dictos iniuriantes, uel debitores ſuos,ſeu ſi per ſimilia,uel in effectu æquipollentia uerba dicta petitio,ſeu querela coram Domino Poteſtate Lucenſe, uel eius Iudice pro duceretur: Et etiam in caſu in quo iniuriatus,uel uiolentiam paſſus in rebus,uel in perſona in ſua petitione, & querela exponeret, ꝙ in Ciuitate,uel Caſtro, uel Terra in qua, uel in cuius territorio iniuriam,uel uiolentiam recepiſſet,perhorreſceret litigare,propter timorem Iudicis,ſeu magiſtratus, uel Domini,ſeu Gubernatoris ipſius Ciuitatis, Caſtri,uel Terræ,uel propter potentiam aduerſarii: et propterea peteret repræſalias ſibi concedi cōtra ſubditos ipſius Ciuitatis,uel Caſtri,uel Terræ in qua iniuriam,uel uiolentiam recepiſſet,tunc in quolibet dictorum caſuum Dominus Lucen. Poteſtas,uel eius Vicarius,& Aſſeſſor recepta, & audita huiuſmodi petitione, uel querela,obtenta ſup hoc licentia a cōmuni lucen. uel a Magnificis Antianis, Teneatur per ſuas literas requirere Iudicem, uel Magiſtratum, uel Dominū,uel Gubernatores dictę terrę,uidelicet in primo caſu, ſi ī petitiōe

pponeret,ꝙ de illata iniuria,seu uiolentia,uel cōtra suos debitores iustitia fuisset denegata,uel neglecta,qđ infra mēsem debeāt,uel debeat eidem ciui, uel districtuali,uel subdito ciuitatis lucen.fecisse restitui res ablatas,& dāna, q̄ ex dictis iniuriis,& uiolētiis substinuisset: Et seu ꝙ faciat sibi cū effectu sol ui a suis debitoribus.Alioqn repsalias cōcedet.In secūdo uero casu uidelicet,si psona iniuriata,uel q̄ uiolētiā passa fuisset, pposuisset,ꝙ potētiam iudicis,uel dñi,uel gubnatorū,uel aduersarii,phorresceret,p dcās literas reqrat iudicē,uel magistratū,uel dñm,uel gubernatores dicę ciuitatis,uel terrę,castri,uel uillæ,ꝙ infra mēsem debeat eidē ciui,uel districtuali,uel subdito ciuitatis lucen.uel eius pcuratori restitui fecisse res ablatas , & dāna, q̄ ex dictis iniuriis,& uiolētiis substinuisset,uel ꝙ saltim infra terminū unius mensis eligat iudicē,uel arbitros nō suspectos i aliqua ciuitate nō suspecta, i qua psona iniuriata possit litigare secure,& ibi illi q iniuriā , uel uiolentiā intulisse dicerētur,cū fideiussoribus idoneis caueāt de iudicio sisti,& iudicato soluēdo,certificādo in eisdē literis,ꝙ si pdicta,uel aliquod pdictorum i suo casu nō fecerint,pcedet ad repsalias cōcedendas: Et semper in quolibet dictorum casuum referendo singula singulis trāsmittat in eisdem literis copiā, & tenorem petitionis , & querelæ coram domino Potestate lucen.uel eius Vicario productæ,de quarum literarum præsentatione stetur,& credatur relationi nuncii,per quem dictus Dominus Potestas literas transmisisset. Et si post dictarum literarum psentationem non fuerit infra mensem cum effectu factum,& securum,prout in dictis literis cōtinetur,tunc in quolibet dictorum casuum Dominus lucen.Potestas,habita,& præmissa super hoc licentia a cōmuni lucen.uel Dominis Antianis lucen.ciuitatis,Teneatur,& debeat elapso dicto mense repræsalias concedere contra prædictam ciuitatem,uel Castrum,seu Terram,& contra Ciues,& Terrigenas,& Incolas, & Subditos ipsius Ciuitatis,uel Terræ,Castri,uel Villæ, & ipsorum Res,& Bona: Nec concessio dictarum repræsaliarum modo aliquo per præfatum Dominum lucen.Potestatem denegetur, eo quia diceretur petentem repræsalias non appellasse a grauaminibus in iudicio sibi illatis in terris,cōtra quas repræsaliæ peterentur. Volumus enim,ꝙ etiam nulla interposita appellatione concessio repræsaliarum peti possit : Et dicta repræsaliarum concessio,in qua fuerint prędicta seruata,ualeat cum effectu,ad quam concessionem repræsaliarum procedatur,iis, contra quos conceduntur , aliter non citatis , quia in quolibet dictorum casuum sufficere Volumus literas Domini Lucensis Potestatis,de quibus supra dictum est: quæ authoritate psentis statuti uim habeāt,& uigorē citationis ad oēs,& singulos actus,qui fierent,usq; ad concessionē ipsarum repsaliarum inclusiue,et possit illa psona,cui dictæ repsaliæ concessæ fuerint,intra ciuitatem lucensem, et eius territorium authoritate ppria,uel iudiciali,et prout uoluerit, capere quascūq; personas ciues,uel incolas,uel comitatiuos,et subditos illius ciuitatis.castri, uel terrę contra quam,uel cōtra quod,repsaliæ fuerint concessæ ,et eorum

bona,

bona,& res quas inuenerit in ciuitate lucensi,uel eius territorio, usq; ad integrum ualorem rerum ablatarum,& seu quantitatum rerum debitarum, & damnorum,& expensarum,& interesse,quæ propterea substinuisset. Et Dominus lucensis Potestas,& omnes,& singuli alii Officiales,& Vicarii uicariarum teneantur pro ipsis personis,& rebus capiēdis eidem personę,cui repræsaliæ fuerint concessæ,dare,& præstare auxilium,& fauorem: Et ille cui dictæ repræsaliæ fuerint concessæ teneatur personas,& res quas ceperit præsentare domino lucensi Potestati,qui personas sibi præsentatas faciat in carceribus lucen.ciuitatis custodiri,& res captas faciat detineri,& subastari, et uendi,usq; ad integram solutionem omnium prædictorum. Et in prædictis omnibus,et singulis,Dominus lucēsis Potestas procedat sine ordine iudiciorum,et sine figura iudicii,et nulla iuris,et statutorum solennitate seruata, Et de uiolentia,uel de iniuria illata,et de iustitia denegata,uel neglecta,et seu de causa propter quā iniuriatus dicat se perhorrescere potentiam aduersarii,uel iudicis,uel domini terræ,uel ciuitatis,castri, uel uillæ,in qua,uel in cuius territorio allegaretur iniuriam esse illatam,possit suam cōscientiam informare,et prout suæ conscientiæ uidebitur,procedere ad oīa, et singula supradicta: Et in prædictis Adiicimus, ꝙ pro modico damno repræsalię non concedantur,sed pro magno,uel enormi, et quando dicatur magnū,uel enorme,Relinquimus,ꝙ stari debeat declarationi dicti Domini Potestatis,uel eius Iudicis, qui possit hoc casu secundum suam conscientiam arbitrari.

De Eo quod ille cuius intuitu concessę sunt repręsalię, conseruet indemne commune lucense, seu particulares personas ab eis. Cap. CXXXXV.

STatuimus,ꝙ quælibet persona,cuiuscunq; qualitatis,gradus, seu conditionis existat,quę in præteritum contraxisset,seu in futurum contraheret aliquod debitum,seu æs alienum,ex causa mercantiarum,seu ex qualibet alia causa,cum aliquo forense non subdito lucensi communi,et ex eius causa,et propter tale debitum in futurum concederentur repræsaliæ,seu arrestationes contra ciuitatem lucensem subditos,et subiectos,huiusmodi ꝑsona teneatur,et obligata sit dictum lucense commune,et particulares,qui aliquid substinerēt indēne,et indēnes,et pęnitus sine damno conseruare,ab oībus,et singulis expensis,dānis,et interesse,et de omni alia re,quæ propterea paterētur: et ex nūc oīa,et singula bona sua intelligātur,et sint specialiter hipothecata,tam dicto lucēsi communi,ꝙ̄ particularibus,& omnis ipsorum bonorū alienatio,obligatio,ī pignus datio,& quælibet hipotheca a die dicti cōtracti debiti,seu cōtractæ obligationis cū forense,ipso facto intelligantur,& sint ex nunc,prout ex tunc,& e conuerso,nulla,et nullius roboris, et efficaciæ: Et dicta bona intelligantur,et sint affecta,et subiecta huiusmo-

di oneri: Et ad quascunq; manus peruenerint, peruenisse intelligantur cum dicto onere, et conditione, et huiusmodi persona cõtemplatione, cuius dictæ represaliæ concessę fuerint, Teneatur, et Debeat, suis sumptibus, et ex pẽsis, intra dies quindecim a die notificationis dictarum represaliarum ire, et accedere personaliter, uel saltem mittere procuratorem cũ sufficienti mãdato, ad dictas repræsalias defendendas, et disbrigandas, et pstarum cõmune, seu particulares personas ab eis indemne, seu indẽnes conseruare, Quas Magnifici Domini Antiani per tempora existẽtes ei, intra tres dies, a die notificationis intimare debeant, sub pœna ducatorum uigintiquinq; pro quo libet Antiano. Quos Magnificos Dominos Antianos sic condemnatos, in casu contrauentionis, ut supra, teneantur, et obligati sint, Cancellarii sub pœna ducatorum quinquaginta mittere in curia maiorum exactorum: Et casu quo ita facere recusaret, et cum effectu non faceret, præfati Magnifici Domini Antiani sub pœna de qua supra, Teneantur, et obligati sint talem debitorem incarcerari facere in ciuitate lucensi, et ad instantiam creditoris ipsum detineri facere, Et casu quo se absentaret a ciuitate lucensi intra tempus de quo supra, et ad defendendas dictas repræsalias non accederet, intelligatur ex nunc, prout ex tunc incursus in pęnam uitæ, et confiscationis bonorum, et contra eum militent statuta bannitorum in amputationem capitis, ita respectu præmii, sicut respectu impunitatis propter offensiõem eorũdem bãnitorum. Et dicti Cancellarii teneantur sub dicta pęna ducatorũ quinquaginta infra decem dies elapso termino quindecim dierũ, ut supra, transmittere eum cameræ archiuii publici: Et custos dicti archiuii teneatur sub dicta pœna ipsum describere in libro bannitorum, & cõdemnatorum: Et casu quo creditor peteret, & instaret huiusmodi causam cognosci in loco non suspecto, teneatur talis debitor ad talem locum accedere, & litem suscipere, sub pęna de qua supra, tam reali, q̃ personali, omni pęnitus contrarietate cessante.

Statutorum Lucensium Liber Secundus Explicit.

Index Capitum Tertii Libri Statutorum Lucensis Ciuitatis.

Lucensis

LVCENSIS CIVITATIS STATVTORVM LIBER TERTIVS.

De Distributione onerum inter singulares personas communium Lucensis districtus. Cap.I.



VPIENTES ꝙ in imponendis oneribus, quantum fieri potest, æqualitas obseruetur, Statuimus, ꝙ omnia, & singula onera, & munera prouenientia a Lucen. Ciuitate diuidantur, & supportētur inter singulares personas cōmunium Lucen. districtus secundum formam suorum statutorum si qua habent, uel habebunt in antea tempore indicti muneris, uel oneris. Et propterea Damus, & Concedimus potestatem unicuiq; cōmuni Lucen. districtus condendi statuta licita, & honesta, quæ eis utilia uidebuntur circa onerum distributionem, & statuta per eos condita plenum sorciantur effectum, ita tamen si talia statuta, prout dictum est, sint licita, & honesta, & auctoritate Lucen. communis approbata, & cōfirmata. Si uero nihil de hac materia foret per ipsa cōmunia prouisum, tunc talis forma infrascripta seruetur. Et ut plenius, & lucidius talis materia liqueat, pñs cap. Distinguimus in tres partes, In prima parte tractabimus de oneribus a ciuitate Lucen. prodeuntibus, In secūda uero de oneribus undecūq; aliter q̄ a Lucen. ciuitate prouenientibus, In tertia uero de oneribus supportādis per homines uicariarū. Reassumendo igitur primā partem. Statuimus ꝙ si tale munus, uel onus a lucen. ciuitate proueniens expediatur per pecuniam, uel pecunia mediante, fiat distributio, & diuisio per libram æstimi, prout unicuiq; secundū suum æstimum incūbit. Si autem expediatur per personas, seu mediante exercitio personæ, fiat impositio, & distributio inter singulares personas pro duabus partibus per librā, & pro tertia parte, per testam. Vbi uero onus esset pro parte sub eundum per personas, & pro parte, per pecuniā fiat distributio partis, quæ per pecuniā est substinenda per librā æstimi, pro parte uero, quæ substineri deberet per personas, fiat distributio pro duabus partib. per librā æstimi, & pro alia parte per testam. Si autem tale onus expediatur per personas cum bestiis, seu curribus, fiat similiter distributio pro duabus partibus per librā æstimi, et pro alia tertia parte per testam, dūtamen ad condēnationes, quæ fierent contra cōmunia sex milliariorū, et suburbanorū ex quibuscūq; causis, & onera refectionis uiarum, et cauaturæ fossorum, et expensæ, quæ propterea fierent, Diuidantur, et Distribuātur pro una dimidia per libram, et pro alia dimidia per testam, hoc semper in pmissis addito ꝙ uiduæ, et minores .xvi. annis, et maiores annis .lxx. et grauiter infirmi, et qui tempore oneris prouenientis aliunde q̄ ex condēnatione essent inhabiles, nō teneātur

ad illam partem,quę imponitur per testã,Similiter uiduæ,& minores .xvi. annis,uel qui tempore delicti,seu negligẽtiæ fuissent grauiter īfirmi,& maiores annis.lxx. nõ teneãtur in aliquo per librã,& testam pro cõdẽnationibus,quæ fierẽt cõtra ipsa cõmunia pro malefactoribus nõ captis,pro maleficiis nõ denũciatis, uel pro cãpanis ad sturmum nõ pulsatis, uel ex eo,q᷒d ad sonũ,uel ad sturmũ nõ traxerint, uel propter obmissas refectiones uiarum,& pontiũ,et cauaturas fossorũ,uel pro similibus causis,uel pro expensis,quæ propterea fierent. Cæterum onus restaurorum distribuatur pro una dimidia per libram,et pro alia dimidia per testã:onus autem Salis,distribuatur pro dimidia per libram æstimi,et pro alia dimidia per buccas, intelligendo buccã,quãlibet personã,quæ sit ãnorũ.v.uel ab inde supra, et ab onere salis nemo ualeat excusari: Pro secunda uero parte, idest ubi onera undecũq; aliter q̃ a Lucen.ciuitate pueniant: Statuimus ꝙ fiat distributio huiusmodi onerum sub hac forma,quia si expediatur per pecuniam,uel pecunia mediante,fiat distributio per librã æstimi,si autem per personas,tunc fiat distributio pro una dimidia per librãm, pro reliqua dimidia per testã, et intelligatur a lucen.ciuitate nõ procedere quodcũq; onus, quod emanaret extra formã statuti Lucen.ciuitatis, uel si nõ emanaret de mandato cõmunis lucen. Illud etiam Statuimus,ꝙ uiduæ,infirmi,inhabiles,et minores.xvi.annis,et maiores annis septuaginta, minime teneantur pro illa parte,quæ imponitur per testam: Et hæc omnia intelligi Volumus, si onera aliunde q̃ a ciuitate lucen. prouenientia respiciant cõmodum,uel utilitatem cõmunis,in quo tale onus indiceretur: Si uero non resultarent in utilitatẽ, uel cõmodum talis communis: Iubemus ꝙ talia onera nullatenus indici possint quouis modo. Et prędicta,quæ in duabus principalibus pcedentibus partibus disponuntur, uendicent sibi locum in districtu sex milliariorum,et in cõmunibus suburbanis. De oneribus autem incũbentibus hominibus de uicariis,hoc ultimo loco tractãtes,Declaramus ꝙ omnia,et singula onera cuiuscũq; qualitatis existant,et quomodocũq; puenientia Diuidantur inter singulares personas cõmunium uicariarum per libram æstimi bonorum, pro duabus partibus, et pro reliqua tertia parte per testam, dũtamen uiduæ,et minores.xvi.annis,et maiores septuaginta annis,uel inhabiles,non teneantur ad illam partem,quæ imponitur per testam. Onus uero salis in uicariis debeat supportari pro una dimidia per libram æstimi, et pro alia dimidia per buccas,intelligendo buccam,quãlibet personã,quæ sit ætatis annorum quinq;, uel ab inde supra. Et a dicto onere salis nemo ualeat excusari: Saluis tamen eorum statutis,et cõsuetudinibus super onerum distributione disponentibus auctoritate cõmunis Lucen. approbatis. Et prædictis Adiicimus ꝙ maiores annis septuaginta, et grauiter infirmi eorum infirmitate durante,et inhabiles,et uiduæ,et minores sexdecim annis, non teneantur ad aliqua onera mere personalia,quæ supportantur mediante labore,et exercitio personæ,et quæ non imponuntur personis contẽplatione

templatione rerum. Et similiter Disponimus, ꝙ maiores annis septuaginta, uel qui tẽpore delicti, seu negligentiæ fuissent grauiter infirmi, & uiduæ, & minores sexdecim annis, non teneantur in aliquo per libram, seu per testam pro condẽnationibus, quæ fierent contra ipsa cõmunia, pro malefactoribus non captis, uel pro maleficiis non denunciatis, uel pro campanis ad sturmum non pulsatis, uel ex eo ꝙ ad sturmum non traxerint, uel propter omissas refectiones uiarum, & pontium, uel pro cauaturis fossorum, uel pro similibus causis, uel pro expensis, quæ propterea fierent. Et insuper Prohibemus, ꝙ in aliqua uicaria, indici, uel imponi non possint aliqua onera prouenientia aliunde q̃ a lucen. ciuitate, uel de mãdato Magnificorũ Dominorum Antianorum ciuitatis lucen. uel per formam alicuius statuti: Et similiter in aliqua uicaria imponi non possint aliqua onera aliũde, q̃ a lucen. ciuitate proueniẽtia, quæ non respicerent utilitatem, uel cõmodum ipsius uicariæ: Et ad omnem fraudem excludẽdam, Statuimus, ꝙ omnes & singulæ expensæ, quæ in aliqua uicaria pro oneribus ordinariis, uel extraordinariis imponerentur, non aliter exigantur, nisi primo fuerint auctoritate Magnificorum Dominorum Antianorum Lucen. Ciuitatis reuisæ, & approbatæ, secundum consuetudinem hactenus obseruatam, & approbatam: Declarando ꝙ dictæ uicariæ teneantur mittere in dictis expensis descriptos omnes introitus, & exitus cõmunium dictæ uicariæ, & debeant omni anno eorum sindicatus reuideri per eos, quibus Magnifici Domini Antiani commiserint.

De Cõmunibus uniendis. Cap. II.

CVm aliquando contingat, quædam cõmunia lucen. districtus propter pestilentes mortalitates, aut propter guerras, siue aliis causis diminui, & quædam ex toto annihilari. Quo fit ꝙ cõmunia sic diminuta, seu derelicta non sufficiant ad incumbentia onera supportanda: Et propterea Volentes de remedio, prout possũmus, prouidere, Statuimus, ꝙ quãdo talis casus cõtingeret, Magnifici Domini Antiani, & Vexillifer iustitiæ populi, & cõmunis lucen. uel alii ciues, quibus hoc duxerint cõmittẽdum, possint dicta cõmunia diminuta, & etiam derelicta unire, & applicare cum aliquo de cõmunibus circũstantibus, cum modis tamen, & tenoribus ĩfrascriptis: Et primo ꝙ pars æstimi hominum deficientium illorum cõmunium, quæ uniri quæruntur, diminuatur de quolibet cõmuni uniendo, nẽ cõmune cui unitur tali onere deficientium oneretur. Et intelligantur deficiẽtes illi, qui forẽt mortui, uel absentes, uel aliter ab æstimo liberati, ꝑ quibus nõ sit, qui possit cogi ad onera subeunda: Onus autem prædictum quod respiciebat dictam partem æstimi diminutam, debeat cõmuniter supportari per reliqua omnia cõmunia sex milliariorum æstimata, prout cuilibet pro rata cõtingit, inspectis æstimationibus eorũdem, si respectu æstimi ueniant onera

imponenda, et etiam consideratis testis hominũ cõmunium pdictorum,si per testas,seu per capita,ueniant onera imponẽda: Et perinde sit,ac si cuilibet cõmuni sex milliariorũ æstimũ fuisset pro rata augmẽtatum: Simili quoq; modo seruari Disponimus in Vicariis,ubi cõia uicariarũ unirentur, ita q onus qđ respiciebat partẽ æstimi diminutã debeat supportari per totam uicariã de qua esset cõmune taliter unitũ: Volumus etiã q talis unio ad debita dictã unionem pcedẽtia minime referatur,sed quodlibet cõmune de per se,nõ obstãte unione pdicta,suũ debitũ agnoscere teneatur: Similiter etiã si cõe uniẽdum esset ante unionem obligatũ ad aliquã redditam in futurũ faciẽdam,cõmune cui fit unio,ad huiusmodi redditam nullatenus obligetur,& pari modo nec ecõtra: Verũ si in territorio alicuius cõis, uniti cum altero cõi, aliquod maleficiũ cõtingeret perpetrari,& Cõsul,seu Officialis,nõ habitaret ĩ cõi in cuius territorio esset maleficiũ perpetratum, seu si Cõsule,& Officiali careret,teneãtur homines illius cõis,in cuius territorio tale maleficiũ esset cõmissum,si aliqui ibidem habitarẽt,dicta maleficia denunciare Consuli,& Officiali cõis cui unio facta esset: Alioquin si qua cõdẽnatio dicta occasione fieret, debeat supportari per cõe dũtaxat,in cuius territorio foret maleficiũ perpetratũ,nõ obstante unione pdicta: Sed si in dicto cõi unito, nemo habitaret,tũc Cõsul, seu Officialis cõis cui unio facta esset,teneatur ad dicta maleficia denũcianda,prout requirit forma statuti loquentis de maleficiis denunciandis: Decernentes q communia sic unita,intelligantur, & sint unum cõmune, & unum corpus, & pro uno cõmuni tantum quo ad omnia debeant reputari,prædictis nihilominus semper saluis. Et prædicta locum habere Volumus tam in cõmunibus in futurum uniendis,q̃ etiam in præteritum iam unitis.

De Reficiendis æstimis cõmunium sex milliariorum, & uicariarum. Cap.III.

VT in distributione onerũ ęqualitas ualeat obseruari,& unusquisq; secundum suam potẽtiã exigatur,Statuimus q quãdocũq; cõtingat æstimũ refici,& renouari,totus districtus sex milliariorũ,& suburbanorũ,tãq̃ unũ corpus æstimari debeat libris ducentis uigintinouem,& soldis quindecim, uel alia quantitate de qua uidebitur cõi lucen. uel illis ciuibus quibus hoc idẽ cõe lucen.duxerit cõmittendũ,q̃ quãtitas primo distribuat̃ inter pleberia,& cõia suburbana,deinde inter cõia plebeiorũ,& demum inter singulares personas cõmuniũ,habẽdo respectum ad personas,& ad uires,& facultates cuiusq; personæ: Verum cum ex uarietate tẽporum inducatur mutatio facultatũ,& bonorũ,sub fortunæ dispositione labentiũ, unde qđ semel fuisset ęquale,posset ex tẽporis cursu, & facultatũ mutatione effici ĩequale, Ideo ad inęqualitatem huiusmodi euitandã. Statuimus q singulis quinq; annis dicta quãtitas,uel alia,quam cõmune lucen.ordinauerit,distribuatur

inter pleberia, et cõmunia suburbana, et deinde inter cõmunia pleberiorũ, et demum inter singulares personas cõmunium, et sic æstima reficiãtur, et renouentur, et propterea eligi debeant æstimatores, et officiales ad prædicta facienda, Qui æstimatores, et officiales, habeant plenam bailiam, et auctoritatem prædicta æstima: et omnẽ prouisionem, quæ eis dicta occasione uidebitur faciẽdi, et cõsules, et officiales, & singulares personas cõmunium cõpellẽdi pœnis, & multis, de qbus eis uidebitur, ad parẽdũ, et dicendũ ueritatẽ ĩ pdictis, & circa pdicta: Et ipsi cõsules, et singulares personæ dictis æstimatoribus parere, & obedire, & ueritatẽ dicere teneantur, sub pœnis dictorum æstimatorũ arbitrio imponendis: Et Dominus Lucen. Potestas, et Quilibet alius officialis lucen. ciuitatis teneatur, et debeat, dictis ęstimatoribus in pdictis, et circa pdicta dare familiã, et omne aliud auxiliũ, et fauorem, ad requisitionem dictorum æstimatorũ, & secundum dictam æstimationẽ supportentur, & distribuantur omnia, & singula onera incumbentia, seruando semper cap. supradictũ positum sub Rubrica de distributione onerũ inter singulares personas cõmuniũ lucen. districtus. Verum si quis de ęstimatis per mortem, uel propter absentiam, uel alia causa deficeret, & nemo sibi heres esset, seu si nullus p eo cogi posset ad onera subeũda, Tũc pars æstimi talis deficientis debeat per reliquos eiusdẽ cõmunis pro rata ęstimi cuiuslibet ipsorũ agnosci, & supportari, & bona eius, qui sic deficeret remaneant eidem cõmuni pro collectis, & oneribus præteritis, & futuris, efficaciter obligata: Et quæ dicta sunt supra uendicent sibi locum in districtu sex millia riorum, & ĩ cõmunibus suburbanis. In Vicariis uero Disponimus, ꝙ singulis quinq; annis debeant refici ęstima cuiuslibet uicariæ, æstimãdo bona mobilia, & immobilia cuiuscũq; personæ. Et ad prædicta eligi debeant, & deputari æstimatores, & mensuratores, et officiales, obseruando formã, quę in reficiendis æstimis uicariarũ obseruari hactenus consueuit, ita uidelicet ꝙ in qualibet uicaria seruetur modus, qui in ipsa uicaria in refectione æstimi est solitus obseruari.

De eo ꝙ omnia, & singula bona cõmitatiuorum, et districtualium, intelligantur, et sint pro oneribus æstimi obligata. Cap. IIII.

Statuimus ꝙ oẽs, et singulæ possessiones, et quæcũq; bona cõmitatiuorum, et districtualiũ ciuitatis lucen. auctoritate pñtis statuti intelligantur esse, et sint, pro æstimo, et pro oneribus æstimi obligata illi cõitati, ĩ qua debet onus æstimi supportari, pro quibus onerib. æstimi, dicta bona cõmitatiuorũ, et districtualiũ intelligãtur, et sint tributaria, cẽsuaria, et oneribus æstimi affecta, et obligata, pro oĩbus, et singulis oneribus, q̃ p cõe lucen, uel p habẽtes auctoritatẽ ab eo, seu per ipsas cõitates in quarũ territorio dicta bona forent, in casibus permissis imponerẽtur, ita ꝙ ad quecunq; cuiuscũq; cõditionis, gradus, aut status existant, dictę possessiones, & bona transirẽt,

ſemper tranſeant cum onere,obligatione,& nexu prædictis,non obſtãtibus quibuſcũq; donationibus,legatis, relictis, et aliis quibuſcũq; alienatiõibus, in præiudicium dicti æſtimi redundantibus : Et prædicta non referantur ad bona,quę quomodocũq;et qualitercũq; peruenirẽt ad ciues lucen. Sed ſi dicta bona cõmitatiuorũ,et diſtrictualiũ,in alios quoſcũq;, ſiue ſubditos iuriſditioni lucen.cõis,ſiue nõ ſubditos quocũq; titulo, uel modo trãſirẽt, ſemper tranſeant, et tranſiſſe intelligantur cum oneribus,et nexu pdictis.

De Aeſtimatis in nno cõmuni,et in alio poſſidentibus bona immobilia. Cap.V.

STatuimus,et Ordinamus,ꝙ quilibet cõmitatiuus, ſeu diſtrictualis, nel forenſis,undecũq; ſit,qui in aliquo cõmuni lucen.diſtrictus in quo tempore quo nouum æſtimũ fieret,reperiretur habitare,poſſit,et debeat in dicto cõmuni generaliter æſtimari,tam reſpectu perſonæ,ꝙ̃ reſpectu bonorũ ibidem poſitorũ, et ĩ dicto cõmuni quãdiu habitauerit,teneatur ad omnia onera reſpondere,tam realia,ꝙ̃ perſonalia,ſiue miſta,quæ per pecuniam,ſiue mediante pecunia, aut exercitio perſonali expediuntur, ſiue per libram æſtimi,ſiue per teſtam imponantur, Si uero inde diſcederet,ſeruentur,quæ ſtatuta ſunt poſita infra ſub Rubrica de ęſtimatis in uno cõmuni,& in alio cõmuni reſidentibus: Pro bonis autem immobilibus,quæ in alio cõmuni,uel in aliquo cõmuni uicariarum poſſideret,poſſit,& debeat in dicto cõmuni,ubi bona ſita ſunt ſpecialiter reſpectu dictorum bonorum tantũmodo æſtimari,& in dicto cõmuni poſſit,& debeat grauari pro æſtimo dictorum bonorum,uidelicet pro ea tantũ parte,quæ imponitur per librã æſtimi,non pro ea parte,quę per teſtam imponitur,& hoc in habitãtibus in ſex milliaribus,ſiue uero haberent bona in aliquo cõmuni ſex milliariorũ, uel ſuburbanorũ æſtimari debeant in cõmuni in quo habitant,& ſic uerſa uice illi de uicaria æſtimentur in cõmuni in quo habitant pro omnibus bonis, quæ habent in uicaria,ſi uero haberent bona in ſex milliaribus,æſtimentur in ſex milliaribus pro bonis,quæ ibi habent.

De æſtimatis in uno cõmuni,& in alio cõmuni reſidentibus. Cap.VI.

CVm contingat interdũ ꝙ æſtimati in uno cõi,in quo tẽpore renouationis æſtimi habitabãt,uadũt ad habitãdum in alio cõi,in quo ultra unũ annũ faciunt reſidentiã perſonalẽ, Ideo Declaramus,& Iubemns,ꝙ quãdo talis caſus emergeret,is qui ſic foret ęſtimatus,teneať in cõi in quo æſtimatus,ſeu allibratus exiſtit,a quo diſceſſit ſubſtinere,& ſoluere oĩa,& ſingula onera realia,perſonalia,& mixta, ꝙ̃ expediuntur per pecuniã,ſeu pecunia mediãte,ſeu exercitio perſonali,ſiue ĩponanť per librã,ſiue per teſtã, & hoc infra annũ a die ſui diſceſſus,poſt annũ uero teneatur in cõi ĩ quo habitat,

& reſidet

et residet soluere,et supportare omnia,et singula onera,quæ expediuntur absq; pecunia mediāte exercitio personali:Alia uero onera teneatur substinere,et soluere in dicto cōmuni ī quo æstimatus foret,a quo discessit: Et prædicta tādiu locū obtineant,donec æstimum reficeretur,et tunc debeat æstimari in eo cōmuni in quo facit residentiam personalem: Discedentes uero de aliquo cōmuni in quo æstimati essent,et uenientes ad habitādum Lucæ,quādiu Lucæ habitauerint,non teneantur ad onera personalia,quæ mediante exercitio personæ expediuntur: Ad onera uero realia uel personalia,quæ per pecuniam,uel mediante pecunia expediuntur,siue per testam,siue per libram æstimi imponatur,omnino teneātur,donec ciues lucen.efficiantur,uel lucæ habitauerint per annos quinq; continuos, prout disponitur infra sub Rubrica De districtualib, compellendis ad onera supportanda,et de ipsorum districtualium immunitate,Et prædictis adiicimus q; si aliquis æstimatus in aliqua terra mutata,quæ consueuerit custodiri,de ipsa Terra discesserit,et in alio cōmuni,uel etiam in ciuitate lucensi habitauerit, Volumus quod ad onera custodiæ dictæ terræ a qua discessit teneatur,et compellatur,non obstante quod onus custodiæ personale sit,uel per personā debeat sustineri,& hoc intelligatur donec æstimum reficiatur:Dummodo non excedat quinquennium,Si uero ueniret ad habitandum Lucæ cum tota familia animo continuam residentiam Lucæ faciendi,ad dictas custodias non teneatur.

De æstimandis iis,qui non forent aliquo modo ęstimati. Cap. VII.

ET quęcunq; persona undecūq; sit,nō fuerit ęstimata ī alio communi, nec lucę subeat onera,sicut ciuis,tunc possit ęstimari ī eo cōmuni ubi residentiā facit,habita cōsideratione ad æstimū dicti cōmunis,& facultates suorum bonorum ibidem positorium,& ad qualitatem personę,quæ æstimari deberet,quā æstimationem faciat,& facere possit cōmune predictum ī quo residet. Verum si talis persona de tali æstimatione senserit se grauatā,possit, & debeat habere recursum ad Dominū Sindicū lucen. ciuitatis,qui possit dictā æstimationem uidere,& examinare,& habita diligenti informatione,extra ordinem,et nulla solēnitate seruata,et quomodo uoluerit,possit talem æstimationē approbare,& reprobare, corrigere, & emēdare,prout sibi iustum,& æquum uidebitur. Et hæc dictus Dominus Syndicus teneatur executioni mandare infra decem dies,postq; inde extiterit requisitus, Et omnia,et singula cōmunia in quibus aliquis æstimaretur,de nouo teneatur pro imposita salis pro buccis talium æstimatorum respondere officialibus communis lucensis super hoc deputatis, et in tantum imposita dictorum communium augeatur.

De Aestimo Vicariarum. Cap. VIII.

CVm onera Vicariarum,& Potestariarum lucensis districtus imponi consueuerint pro una tertia parte per testam, & pro reliquis duabus partibus per libram æstimi bonorum,unde expedit q æstimum ordinate fiat,& q congruis temporibus renouetur, & q testę numerentur,intelligendo testam masculum habilem de persona maiorem annis decem & octo,et minorem annis septuaginta: Statuimus igitur q omnia,& singula bona immobilia,et se mouentia cuiuscunq qualitatis existẽt,posita, et situata in territoriis,et pertinentiis cuiuslibet Vicariæ,et Potestariæ Lucensis districtus debeãt fideliter,et diligenter æstimari: Et propterea quælibet Vicaria,et quælibet Potestaria,quæ nõ subesset alicui uicario,et Vniuersitates dictarum Vicariarum,et Potestariarum possint quãdo,et quotiens eis uidebitur, eligere æstimatores, qui prædicta bona mobilia, & immobilia,& se mouentia æstiment,& inde librum æstimi describant. Et omnes,et singulæ terræ:et possessiones sic æstimatæ auctoritate præsentis statuti sint,et intelligantur tributariæ, censuariæ, et oneribus æstimi affectæ,et subditæ,ita q nullo iure, uel modo, nullaq causa possint sine onere æstimi transire ad quemcunq transeant possessorem, siue subditum,siue non subditum iurisditioni Lucensis communis,priuilegiatum, uel non priuilegiatum,ita q prætextu cuiuscunq priuilegii nullus se ualeat excusare ab onerum supportatione, nisi tales possessiones transirent ĩ ciuem Lucensem. Et omnes,et singuli alii possessores huiusmodi terrarum teneantur,et cogi possint ad onera huiusmodi soluenda,et supportanda,Coloni etiam,et conductores cogi possint usq in quantitatem redditæ pro terris æstimatis, quas conducerent, et tantum diminuatur de reddita quam locatoribus soluere teuerentur, quantum soluerent pro æstimo huiusmodi terrarum, saluo semper eo quod supra de ciuibus dictum est: Et semper debeat pro huiusmodi possessionibus æstimatis onus subiri,et supportari in eo communi ubi possessio sita est, uidelicet pro ea parte,quæ imponitur per libram æstimi,sed pro ea parte,quæ imponitur per testam soluere non teneatur: Sed si esset æstimatus generaliter in alio communi,tunc soluere teneatur, prout dictum fuit supra sub Rubrica de æstimatis in uno communi,et in alio possidentibus bona immobilia: Et possit quælibet uicaria, et quælibet potestaria,quæ non subesset alicui uicario quandocunq,et quotienscunq hominibus dictæ uicariæ,uel potestariæ uidebitur eligere æstimatores,qui æstimum describant,ordinent,et componant,habendo respectum ad ualorem,et quãtitatem bonorum: Concedimus tamen cuilibet uicariæ,et potestariæ,et cuilibet communi uicariarum,et potestariarum plenariam potestatem cõdendi statuta respiciẽtia modum distributionis quorumcunq onerũ, prout ipsi pro suis utilitatibus prospexerint expedire, dumtamen talia statuta sint auctoritate cõmunis Luccen.confirmata,et talia statuta sic cõdita,

et confirmata

& confirmata inuiolabiliter obseruentur, ubi uero nihil fuerit statutum, uel reformatũ obseruentur, quæ supra sunt disposita, & ordinata.

De districtualibus compellendis ad onera supportanda, & de ipsorum districtualium immunitate. Cap. IX.

ET quodlibet cõmune Lucen. districtus, tam in uicariis, & potestariis, q̃ in sex milliaribus, & suburbanis, & eorũdem cõmuniũ officiales, & consules, & sindici omnes, & quilibet eorum insolidum habeant potestatem, et plenam iurisditionem cogendi eorum singulares, et tenutos ad soluẽdum eorum impositas, et collectas, et omnia, et singula onera realia, et personalia, seu mixta eis incũbentia pœnis, et multis de quibus eis uidebitur: Et si tales singulares personæ sic non soluerint, possit procedi contra eos absq; aliqua licentia alicuius Iudicis, uel Rectoris ad prædam, et ad uẽditionem bonorum mobiliũ cuiuscũq; tenuti, seu æstimati, si bona mobilia existant. Item possint procedere ad uenditionem rerum immobilium cuiuscũq; cessantis soluere, et quæ uenditio bonorum immobilium fiat, coadunato communi, et detur plus offerenti, et teneat, et ualeat dicta talis uenditio, et alienatio perinde, ac si per dominum facta foret, liceat autem domino, seu debitori præfato cuius res immobiles uenditæ forent, infra annum a tempore uẽditionis prædictæ redimere, et habere res sic uenditas, soluendo præcium pro quo res uenditæ forent, et Gabellas, et expensas huiusmodi uenditionum factarum: Et ad prædicta omnia, et singula dicti officiales, consules, seu sindici cõmunium, et etiam ipsa communia lucen. districtus procedere possint, etiam de facto, et cessante omni strepitu, et figura iudicii, et ab eorũ executionibus, et exactionibus, et præceptis, et grauaminibus dicta occasione illatis, appellari non possit, seu ad aliquem iudicem, uel officialem recursus haberi, nec aliquis officialis talem appellationem, quærelam, seu recursum admittere possit: Et si secus fieret non ualeat ipso iure, nisi ipsa cõmunia, uel eorum officiales modum excederent in exequendo, uel grauando, idest si cui plus oneris imponerent, q̃ sibi incũberet, uel siquem granarent, qui per formã statutorũ grauandus nõ foret, uel si modũ debitũ in distribuendo onera nõ seruarẽt, quibus casibus possit haberi recursus ad dominũ Sindicũ lucen. ciuitatis: Et in Vicariis possit haberi recursus ad Vicarios, qui possint huiusmodi quærelas audire, & quæstiones propterea uertentes cognoscere, & terminare de facto, absq; aliqua solennitate, & sine ordine iudicii, prout suę discretioni uidebitur. Sed ad capturam, & ad personalem detẽtionem dictorum æstimatorũ Dictæ cõmunitates, uel eorum Officiales, et Sindici procedere nõ possint quouis modo: Reseruantes facultatem Officialibus dumtaxat cõmunis Lucensis procedendi pro oneribus æstimi ad capturam, et detentionem æstimatorum prout, et quatenus ab ipso communi Lucensi, eis mandatum, seu commissum foret.

Cæterum filii forestanorum,& cõmitatiuorum,qui ĩ futurum nascentur in ciuitate lucensi,seu in ea nati sint, seu fuerint a die decimo nono Iunii anni M.D.XXXVII.proxime pteriti,et citra, habitando, et postq̃ habitauerint in dicta ciuitate per tempus annorum quinque cõtinuorum a die natiuitatis eorum,& cuius liber eorum respectiue, sint et esse intelligantur exempti, et liberi a solutionibus æstimi,et antea non,modo aliquo,Declarantes nihi lominus ꝙ elapsis etiam dictis annis quinq;et discederent, et starent in cõmitatu per menses sex,non gaudeant dicta ĩmunitate,et exemptione, sed illam pœnitus amittant, et casu quo iterum uenirent ad habitandum in dicta ciuitate,in ea stando, et habitando per spacium trium annorum continuorum,Gaudeant,et Gaudere possint dicta exemptione,& non aliter, seu alio modo. Insuper elapsis dictis tribus annis discedendo,& stando extra ciuitatem per menses sex, nõ intelligantur amplius exempti a dicta æstimi solutione, sed illam pœnitus, & in totum amittant, & amisisse intelligantur ipso facto,absq; aliqua alia declaratione,sed ueniendo iterum ad habitandum,et habitando continuo in dicta ciuitate per alios annos tres continuos ut supra,iterũ gaudeant,& gaudere possint dicto beneficio,& exemptione,& sic idem intelligatur de tempore in tempus successiue,et respectiue circa reiterationem præfatam,Præterea Statuimus ꝙ omnes illi comitatiui,qui uenient in futurum cum tota familia ad habitandum in ciuitate lucensi,aut qui uenerint ad habitandum,ut supra a dicto die decimonono Iunii, & citra, habitando, & continue stando in ea cum tota eius familia,ut supra per spacium annorum quinq; proxime futurorum a die quo sic uenerint, ut supra incohãdorum,& postq̃ in ea habitauerint per annos quinque continuos,incipiendos,ut supra,& non antea modo aliquo,intelligantur,& sint exempti,& immunes a solutionibus æstimi,Cum hac etiam declaratione ꝙ elapsis annis quinque suprascriptis discedendo, & eundo, ad habitandum,& habitando in comitatu prædicto per menses sex , amittant ipso facto,& ipso iure,absq; aliqua declaratione,dictam exemptionem,& ĩmunitatem,sed iterum,& de nouo ueniẽdo cum tota eius familia, ut dictũ est ad habitandũ,& postq̃ habitauerint in ciuitate prædicta per annos tres continuos cum tota familia : Iterum & de nouo gaudeant,& gaudere debeant,& possint dicta exemptione,& sic idem intelligatur de tẽpore in tempus circa reiterationem pfatam respectiue, derogando circa prædicta omnibus,& singulis statutis,consuetudinibus, siue abusionibus in contrarium introductis quomodocũq;,& qualitercunq;.

De Immunitate Ciuium Lucensium ab oneribus, quæ imponuntur. Cap.X.

STatuimus, ꝙ Nullus Ciuis Lucensis possit extra ciuitatẽ lucen. in territorio,& districtu ciuitatis prædictæ pro possessiõibus quas tenet,& possidet in

ſidet in territorio lucẽſi,modo aliquo æſtimari,grauari,uel collectizari pro aliquibus oneribus realibus,perſonalibus,ſeu miſtis,ſed ab omnibus prædictis oneribus in toto lucen.diſtrictu,reddatur immunis. Et quælibet communitas lucenſis diſtrictus,ſeu officialis talis cõitatis,quæ,uel qui,cõtra præmiſſa facere attentauerit,de quo ſtetur iuramento ciuis aſſerentis ſe grauatum,ſi fuerit bonę cõditionis,et famæ,de quo ſtetur arbitrio iudicantis,uel probationi de publica uoce,et fama,puniatur qualibet uice ĩ libris quinquaginta per Dominum Poteſtatem,uel eius Vicarium,et teneatur pfatus Dominus lucen.Poteſtas,et eius Vicarius dictam cõitatem,et eius officiales,et rectores compellere ad reſtitutionem eorum,quæ contra ciuem dicta occaſione fuerint ablata: Et ſi grauamen non fuerit eidem ciui illatum, teneatur ipſe Dominus Poteſtas,et ſeu eius Vicarius præcipere,et mandare tali cõitati,uel eius ſindicis,ſeu officialibus,uel alteri eorũ,ꝙ dictũ ciuẽ non grauet,ſub dicta pœna quinquaginta librarum,cuius præcepti,ſi extiterint cõtemptores,Dominus Poteſtas,uel eius Vicarius procedere teneatur ad exactionem integram dictæ pœnæ,procedendo in pdictis ſummarie,ſine ſtrepitu,et figura iudicii,et nullo iuris,et ſtatutorum ordine ſeruato,nec ſit neceſſe ꝙ ad hoc ut dicta pœna cõmittatur,et exigi poſſit,ꝙ monitio,uel mãdatum Domini lucẽſis Poteſtatis,uel eius Vicarii præceſſerit,ſed omnia cõmunia lucenſis diſtrictus,et eorum officiales,et cõſules auctoritate præſentis ſtatuti intelligãtur,et ſint moniti de prædictis,et idem fiat,et obſeruetur in famulis ciuium lucen.qui in diſtrictu,uel comitatu,in terris,et poſſeſſionibus ciuium morarentur: ut eodem priuilegio immunitatis, et præſentis ſtatuti Gaudeant,quo ipſi ciues Gaudere debent per diſpoſitionẽ huius ſtatuti: Et non intelligatur famulus aliquis,qui in dicto cõmuni haberet,ſeu poſſideret terras,uel poſſeſſiones proprias,uel quas teneret pro ſuis,& tanꝙ ſuas,& ſimiliter non intelligatur famulus,qui eſſet æſtimatus in aliquo cõmuni Lucen.diſtrictus: Et omnia,& ſingula,quæ dicta ſunt ſupra,obſeruentur,& locum habeant in tota prouincia Garfagnianæ,& in toto lucenſi territorio,& diſtrictu,non obſtãtibus quibuſcunqꝫ conſtitutionibus,pactis,uel capitulis in contrarium facientibus,quibus auctoritate præſentis ſtatuti intelligatur,& ſit pœnitus derogatum.

De Eo ꝙ Comitatiui,& Diſtrictuales ciuitatis Lucenſis,habitãtes Lucæ,& ſubeuntes onera,& exercẽtes artẽ,ſeptem annis efficiantur Lucenſes Ciues. Cap. XI.

STatuimus,& Ordinamus,ꝙ quicunqꝫ de comitatu,& diſtrictu lucẽſi,uenerit ad habitandum in ciuitate lucenſi, & ſicut alii ciues habitauerit, & onera ciuitatis ſuſtinuerit ĩ ipſa ciuitate, cum ſua familia,ſi quam habuerit, annis ſeptem continuis,& toto dicto tempore ſeptem annorum in dicta ciuitate exercuerit aliquam artem in ſuo capite tanquã magiſter ipſius artis,

CC

auctoritate præsentis statuti efficiatur,& intelligatur,& sit lucensis ciuis, Et sic dominus lucensis Potestas,uel eius Vicarius,talem ciuem esse pronũci/ et,et declaret. Cæterum Declaramus ꝙ quilibet ex supradictis, qui in ciui tate uenirer ad habitandũ,et in ea habitauerit,præsumatur supportasse ĩ ci/ uitate lucẽsi onera gabellarum,et salis,et alia,quæ ciues lucen.in ciuitate ha bitãtes substinere tenentur,et consueuerũt. Et inquantũ aliquis dicto mo/ do ciuis lucensis effectus rediret ad uillam,habitãdo ibi ultra sex mẽses cõ tinuos de.xii.mensibus anni,priuetur,et auctoritate præsentis statuti priua tus sit dicto beneficio ciuilitatis adeptæ,et tanq̃ comitatiuus,seu districtua lis tractetur,nec redeũdo ad ciuitatẽ lucen.reintegretur, nisi de nouo annis tribus continuis steterit,et habitauerit,et artem dicto modo exercuerit,et ĩ suo cõmuni onera substinuerit,ut supra dictũ est.Et oĩa,et singula supradi cta uẽdicent sibi locum in,et de hominibus terrarum temporalis iurisditio nis domini lucen.Episcopi,et Capituli lucen.maioris ecclesiæ, uenientibus ad ciuitatem lucen.et in ea habitantibus,et artem exercentibus, ut supra de comitatiuis,et districtualibus lucen.ciuitatis est dispositũ. Et oẽs,et singu li,qui ciuilitatem fuerint secundum dictam formam adepti,gaudeant bene ficio citadinatus,sicut ciues originarii,put dispositum est infra ĩ libro quar to de Maleficiis,sub Rub.De ciuium qualitate,et differentia.

De Immunitate Aduocatorũ,Medicorũ,et Notariorũ. Cap. XII

STatuimus,ꝙ omnes,et singuli Aduocati descripti,& recepti in collegio Aduocatorum,sint exempti ab omnibus,& singulis oneribus persona/ libus,quæ expediuntur,& supportari debent, mediante exercitio persona/ li. Similiter etiam Magistri docentes grammaticam,& magistri,seu peda/ gogi publice tenentes scholas ad docendum pueros, sint exempti ab omni bus oneribus , quæ per personam , & mediante exercitio personæ suppor/ tantur,sed ipsi Aduocati , & Magistri , & Pedagogi ad alia omnia , & sin/ gula onera teneantur . Medici uero descripti in matricula medicorum, sint etiam immunes,& exempti ab omnibus,& singulis oneribus persona/ libus,quæ debent per personam , seu mediante exercitio personæ suppor/ tari,ita tamen ꝙ collegium medicorum Lucensis ciuitatis,mittere, & tene/ re debeat eorum propriis expensis in quolibet exercitu, qui fieret per com/ mune Lucense unum medicum Cerusicum durante exercitu.Et si per do minum Potestatem requisiti,dictum medicum non transmiserint,& tenue/ rint,ut dictũ est,prædicta nõ gaudeant immunitate.Declaramus tamen,ꝙ ille medicus,qui sic fuerit ĩ exercitu missus,possit ab iis,quos in dicto exerci tu curauerit,exigere,& petere mercedem cõgruam pro tali medicatura.No tarii quoq; sint exempti modo simili ab omnibus,& singulis oneribus,quæ expediuntur,& supportãtur mediante persona ,dũmodo notarii habẽtes a cõi lucen.aliquod officiũ ĩ ciuitate lucen.teneãtur absq; aliquo salario, uel

mercede

mercede seruire in cancellaria lucensis cõmunis,et ad portas ciuitatis, tempore quo fieret aliqua disgõberatio,et ibi ad portas stare,et scribere res,quę disgomberarẽtur. Et pro pdictis,oẽs,et singuli notarii habẽtes officium a cõmuni lucensi teneãtur obedire cãcellariis cõis Lucensis,ad pœnam libra rum decem pro quolibet,et qualibet uice: Et nihilominus notarii habẽtes officia,qui ad pdicta fuerint requisiti,si pdicta nõ seruauerint,nõ gaudeant dicta immunitate. Volumus tamen ꝙ pdictis non obstãtibus,notarii se excusare nõ possint praetextu dictae immunitatis ab onere custodiae ciuitatis, quotiens, et quando opportuno tempore fuerint requisiti, tempore quo gentes armigerae essent in lucensi districtu.

De Terris mensurãdis,& de electione Agrimẽsorum Cap. XIII

PRo cõi hominum utilitate,Decernimus,ꝙ omnes,& singulae terrae situatae in districtu sex milliariorum,& suburbanorum, & suburgorum debeant mensurari,& declarari ad quem pertinẽt,& per quos cultiuẽtur,sic enim dubia remouentur,& quaestiões euitãtur,quae ex tẽporis cursu,& ex cõfinium mutatione,& ex dominii,& possessionis trãslatione oriri cõsueuerunt,& maxime pdest in refectione nouorũ aestimorũ: Et propterea Statuimus,ꝙ auctoritate cõis Lucensis,singulis.xxv.annis eligi debeant sex gitę mensuratorum,seu agrimensorũ,uidelicet eligẽdo unum notarium,& unũ agrimensorẽ,& unum ratiocinatorẽ,p qualibet gita,& cuilibet gitae dictorum electorum,attribuantur infrascripta pleberia,& cõia,prout infra distinguitur,& declaratur,uidelicet primae gitae,attribuantur quinq; pleberia,uidelicet,Computi,Vurni,Massae pisanę,Vicopelagi,& sancti Pauli: Et similiter secundae gitae,attribuantur alia quinq; pleberia,uidelicet,Flexi, Arliani, Massaciuccoli,sancti Macharii,& sancti Stephani: Et tertiae gitae,attribuantur duo pleberia,uidelicet,Turris, & Mostesegradi, & cõia Vallisoctaui, & cõia magnifico cõmuni Lucensi subdita de pleberio sexti moriani. Quartae uero gitae,attribuantur alia tria pleberia,uidelicet,Brancali,sancti Pracatii,& Marliae. Quintae autem gitae,attribuantur quattuor alia pleberia, uidelicet,Lammari,Subgrominei,Lunatae,& sancti Ianuarii. Sextae uero, & ultimae gitae,attribuãtur cõia suburbana: Et quaelibet dictorum electorum gita,teneaẽ mensurare,& scribere terras pleberiorum,& cõium ipsi gitę attributorũ,& habeant,& habere debeãt pro eorum salario,& labore,solidos tres pro qualibet cultra,et ad rationem cultrae,de terris campiis,uinearis,et oliuatis,et de terris,quę essent cultiuatae. De Pratis autẽ habeant ad rationem soldorum duorũ pro qualibet cultra. De Siluis autem,et Nemoribus, habeant denarios duodecim pro qualibet cultra,et ad rationẽ cultrae, Intelligẽdo semp ad paruã monetã,ad cõputum librarũ quinq;,et soldorũ octo pro quolibet floreno. Et post completam mẽsurationem terrarum,dicta salaria solui debeãt p possessores terrũ,quae sic mensurarenẽ,et ultra pdictum

salarium dicti mensuratores habere debeant expensas cibi,et potus,et lecti a singulis pleberiis,quãdo mensurabunt terras plebenorũ,et a cõibus subur banis,quãdo mẽsurabunt terras ipsorũ cõium,q̃ expẽsæ debeãt taxari arbitrio cõis lucen. et seu aliorũ ciuiũ,quibus cõe lucen.hoc duxerit cõmittendũ.Ad has autẽ expensas cibi,et potus,et lecti,non teneãtur contratæ, et brachia suburgorum. Et ultra ꝑdicta dicti mensuratores habere debeant a cõe lucen.libros,et chartas ad scribendum,quantum sufficit. Ne autem de quantitate mensuræ quæstio oriatur,Declaramus, ꝙ quælibet cultra sit,et ꝑficiatur ex perticis quadringẽtis sexaginta,et quælibet quarta terræ,idest quarta pars unius cultræ, sit, et perficiatur ex perticis centum quindecim. Et quælibet pertica debeat esse longitudinis brachiorum quinq;: Et secundum hanc mensuram omnes terræ debeant mensurari.

De officio Agrimensorum Cap. XIIII.

DEclaramus,ꝙ ad officiũ Mẽsuratorũ,seu Agrimensorũ ꝑtineat terras cũ ptica mensurare.Ad Ratiocinatorẽ uero pertineat rationem pticarum facere,et ad cultras,et quartas reducere,et quod superfuerit ad numerum pticarum declarare. Ad Notarium uero ꝑtineat scribere,et designare terras,et quantitatem mensuræ,et qualitatem terrarum,et uocabula,et loca,et confines ab oriente,meridie,occidente,et septentrione,et diligenter describat noĩa dominorum,et possessorum,et colonorũ, seu laboratorum,et quantitatem affictuum,redditarũ,seu ꝑstationum ,et non obstante ꝙ dicta officia sint distincta, nihilominus alter alterius uicẽ suppleat, quãtum fieri potest,et ut facilius ad mensurationem procedant secum habeãt,et deferãt libros antiquarũ mensurationũ,ꝑ ueritate ꝑmissorum inuenienda, & possint,& debeant examinare tenitores,colonos,& redditores huiusmodi terrarum,& consules,& officiales,& singulares ꝑsonas cõium,& contratarum, et alios,per quos possit ueritas inueniri. Et ꝑdicti tenitores, coloni,cõsules, et alii,qui examĩnarentũ,teneãtur,et debeant ipsis mensuratoribus obedire, et ueritatẽ dicere. Et si quis ex ꝑdictis examinatis dolose mendacium dixerit,seu ueritatẽ occultauerit,puniatur in libris.xxv.per.D.Potestatem ciuitatis Lucensis,uel ultra usq; in libras centum , arbitrio ipsius.D.Potestatis, qui possit etiã dictam pęnam alterare,et cõmutare in amputatione linguæ, considerata conditione personæ,et qualitate delicti: Et quilibet possit dolum,seu fraudẽ in ꝑdictis cõmittentes accusare,et denunciare,et habeat tertiam partẽ dictæ condemnationis pecuniariæ, et nomẽ accusatoris sit secretum. Verũ cũ nõnulla cõia lucen.districtus sint habitatoribus derelicta,unde nõ est in eis qui possit examinari,ideo Volumus,ꝙ eo casu dicti mensuratores possint conuocare , et examinare homines cõium circunstantium, et alios per quos melius putauerint inuenire ueritatem. Et si contingeret, ꝙ non reperiantur domini,seu possessores quarundã terrarum ,ita ꝙ inueniri

niri non possit ad quem pertineant, Decernimus in dicto casu, quod huiusmo-di terræ ad commune lucense debeat pertinere, easque fisco Applicamus, sal-uo tamen iure cuiuslibet, qui per ueras probationes, uel saltim per coniectu ras doceret, huiusmodi terras ad se pertinere, qui semper possit prosequi iu-ra sua, non obstante temporis præscriptione quacunque, & eo casu nemo possit cogi inuitus ad conducendum terras prædictas, quæ taliter communi lucen. applicatentur, Statutis, & Ordinibus non obstantibus quibuscunque. Praete rea Disponimus, quod ad tollenda scandala, quæ possent inter communitates oriri, præfati mensuratores possint, & debeant antiquos confines, & lapides finales existentes, inter territoria pleberiorum, & communium, inuestigare, & perquirere, & declarare. Et ubi ueteres termini, seu lapides, non reperirentur, possint nouos lapides magnos apponere, et terminos statuere, prout eo-rum discretioni uidebitur.

De Beneficio concesso confitentibus ueritatem coram mensu ratoribus terrarum Cap. XV.

AD hoc ut facilius terræ Ciuium, Ecclesiarum, et Monasteriorum, et Ho spitalium, et aliorum, debeant reperiri, & detur materia confitendi ueri tatem, Decernimus, & Iubemus, quod siqua persona occupauerit, seu usufructa uerit res, seu terras alienas pertinentes ad ciues lucenses, uel ad ecclesias, mo nasteria, hospitalia, seu quælibet loca pia, uel ad aliam quamcunque personam, & talis occupans ad requisitionem dictorum mensuratorum, uel alterius eo rum confessus fuerit ad quem huiusmodi terræ pertinerent, sibi sit auctori-tate præsentis statuti remissum omne ius fructuum, ante dictam confessio-nem perceptorum, & liberetur ipso iure ab omnibus, & singulis penis, in quas ratione talis occupationis incurrisset, & ab omnibus damnis, expensis, & in teresse, quæ ab ipso quomodolibet peti potuissent, ita quod dictis occasionibus nequeat molestari. Et nulla persona, uel uniuersitas, quæ talem occupato-rem, qui ueritatem confessus fuerit, inquietaret, audiatur in prædictis: Et prædicta intelligantur de terris, quas aliquis indebite, & clam possedisset, occupasset, uel usurpasset, decem annis inter præsentes, & uiginti inter ab-sentes: Et si pro parte temporis fuissent præsentes, & pro parte absentes, fi-at computatio temporis præsentiæ, & absentiæ: Et quo ad hunc casum pia loca, & minores decem & octo annis, habeantur pro absentibus, uidelicet ut cursus uiginti annorum requiratur: Et prædicta omnia in hoc Cap. com-præhensa locum habeant, quando persona, uel ecclesia, in cuius fauorem di cta confessio facta esset, aliter non probaret suam intentionem, nisi solum per dictam confessionem.

De Arbitrio concesso Domino maiori Sindico Lucensis ciuita tis, circa mensuras terrarum. Cap. XVI.

ET quia facilius mẽsurationes terrarũ pficientur, si executorẽ iurisdictionẽ habentẽ ad hæc deputemus, ideo Statuimus, ꝙ. D. maior Sindicus ciuitatis Lucen. sit executor oĩum, & singulorũ statutorũ loquẽtium de mẽsuris terrarum, ipsaq; statuta faciat inuiolabiliter obseruari: Et ꝑpterea possit mẽsuratoribus ꝑcepta facere, & eos cõpellat ad mensurationis officium exercẽdum, pœnis, et multis de quibus eidem. D. Sindico uidebitur, ubi alias a statuto certa pœna nõ esset ordinata. Item ꝑdictus. D. Sindicus oẽs, et singulas quæstiones, et lites, quæ orirentur occasione dictarum mẽsurationum, et occasione cõfessionum factarum a tenitoribus, et colonis terrarum audiat, et decidat, et errores corrigi faciat, et ad uiam ueritatis reducat oĩa, quæ a prædictis quomodolibet depẽderent: Et insup potestatem habeat retractãdi, et cassandi oẽs, et singulas alienationes, quæ factæ forẽt in fraudẽ huiusmodi mẽsurationum: Et intelligantur factę in fraudem oẽs, et singulæ illæ alienationes, quas dictus. D. Sindicus, una cum cõsilio sex ciuium a generali cõsilio cõis lucen. eligendorum, uel maioris partis ipsorum, secũdum suã cõscientiam declarauerit, in fraudem factas esse, etiã si de tali fraude aliter nõ constaret: Et ꝑdictos, qui talem fraudem cõmisissent, dictus. D. Sindicus possit punire, et cõdemnare, prout suæ discretioni uidebit̃, cõsideratis cõditionibus ꝑsonarum, et qualitate rerum in fraudem alienatarum: Et in ꝑdictis omnibus, et singulis, dictus Dominus Sindicus ꝓcedere possit simpliciter, et de plano, sine strepitu, et figura iudicii, et nulla iuris, et statutorum solennitate seruata.

De Terris iurisditionis Domini Lucensis Episcopi, et Capituli Lucensis mensurandis. Cap. XVII.

CVm Terræ situatę in territorio tẽpalis iurisditionis. D. Epi lucen. & ĩ terris Cap. lucen. maioris ecclesiæ, ꝑ maiori parte ptineant ad ciues Lucen. Ideo commune Lucense, uel Domini Antiani, et Vexillifer iustitiæ populi, et communis lucẽsis, seu alii, quibus idem commune lucẽse duxerit committendum, prouideant cum Domino Lucensi Episcopo, et cum Capitulo Canonicorum lucensis maioris Ecclesiæ, ꝙ omnia, et singula statuta loquentia de materia dictarum mensurationum extendantur, et porrigãtur ad terras iurisditionis Domini Lucensis Episcopi, & Capituli, & ꝙ eorum subditi dictis statutis ligentur: Et similiter ꝙ omnes, & singuli Clerici, & personæ Ecclesiasticæ teneantur soluere salaria incumbentia eis, pro huiusmodi mensurationibus, Cum congruum sit, ꝙ ex quo sentiunt cõmodum, mensurarum, sentire debeant onus expensarum: Et si dictus. D. Episcopus & Capitulũ lucen. maioris ecclesiæ ꝑdicta cũ effectu nõ fecerint, ipsi, uel alij clerici nõ gaudeãt beneficiis statutorũ loquentiũ de materia mẽsurationũ ꝑdictarum: Et dictæ mẽsurationes, & cõfessiones eisdẽ. D. Episcopo, & Capitulo, uel aliis clericis, & ꝑsonis ecclesiasticis nullatenus opitulentur.

De Libris mẽsurationum terrarum ponẽdis in archiuo, seu ca mera librorum lucen.ciuitatis.. Cap. XVIII

VT Terrarum mẽsuræ possint omnibus,quorum interest, in perpetuum prodesse,et ut copia inde fieri ualeat,Ideo Disponimus,et Ordinamus, ꝗ omnes,et singuli Notarii electi ad terras mensurandas,teneãtur eorum li bros mensurationum ordinate describere, faciendo pro singulis pleberiis singulos libros,et pro communibus suburbanis unum librum,et ꝓ subur/ gis ,unum librum,procedendo de communi ad commune per ordinem,et ipsos libros scriptos,et publicatos dare, et præsentare in præsentia Cõsilii generalis communis lucensis,seu Dominorum Antianorum,et Vexillife/ ris iustitiæ lucensis ciuitatis,qua præsentatione facta,dicti libri debeant re/ uideri per Dominum maiorem Sindicum lucẽsis ciuitatis,et per sex ciues, uidelicet duos de quolibet Tersenio,per Magnificum commune lucense eli gẽdos,cum quibus sic electis,uel cum maiori parte ipsorum,Dominus Sin dicus reuideat,et examinet,et errores,si qui forent,corrigat,et cuncta ad ui/ am ueritatis reducat: Et similiter dictus Dominus Sindicus cum dictis sex Ciuibus,uel cum maiori parte ipsorum,audiat,et decidat querelas qua rumcunq; personarum: Et postquam prædicti libri fuerint correcti,et per Dominum Sindicum,et sex Ciues approbati,Debeant poni in archiuo li/ brorum cameræ lucensis ciuitatis. Et possint Notarii custodes archiui, et cameræ librorum, ex dictis libris in publicam formam scribere confessio/ nes,et mẽsurationes prædictas,easq; tradere iis,quorum interest, et talibus scripturis sic sumptis,et exẽplatis,detur plena fides in iudicio,et extra,non obstante ꝗ sint exempla,et non obstante ꝗ non sint descripta manu nota/ rũ de tali scriptura rogati. Volumus etiam,ꝗ confessiones factę per colo/ nos,et redditores huiusmodi terrarum,sint obligatorię contra huiusmodi confitentes,et eorum heredes,et habentes causam ab eis,et contra omnes,et singulos de eodem communi,in cuius territorio terrę sic mensuratę,sitę fo rent,et eisdem confessionibus fides adhibeatur, licet testes,uel locus in tali confessione appositi non fuerint. Et quamuis persona pro qua facta fue/ rit confessio,præsens non extiterit,non derogando propterea iuribus alia/ rum personarum, quæ ius haberent in ipsis Terris,uel ad ipsas Terras mẽ suratas.

De Denunciandis in Camera, seu Archiuo Lucensis ciuitatis libris Notariorum defunctorum. Cap. XIX.

STatuimus,ꝗ oẽs,& singuli Notarii,& quælibet alia psona, quæ haberẽt, uel habebũt aliquos libros,rogita,uel memorialia rogitorũ alicuius,uel aliquorũ notariorũ defunctorũ, uel absentiũ,teneãtur, & debeãt,de dictis libris,scripturis,& rogitis,ĩ pͥsentia iudicis,uel officialis habẽtis iurisdictionẽ

concedendi licentiam sumendi instrumẽta, ex rogitationibus suprascriptis facere inuentarium bona fide, & sine fraude, & chartarum numerum ipsorum librorum exprimere, & iuramentum præstare, ꝙ non plura Rogita, Charras, uel Scripturas inuenerit, q̃ in Inuentario sit expressum, et dictum Inuentarium in publica forma debeat tradi Notario archiui librorum Lucensis Ciuitatis. Si quis autem in aliquo contrafecerit, puniatur in libris Viginti quinq;, Et nulli Notario concedatur licentia sumendi ex ipsis Libris, & Rogitationibus publica Instrumenta, nisi Inuentario facto, ut supra dictum est: Et nihilominus propter omissionem Inuentarii, concessio licentiæ non uicietur, sed puniatur Officialis in libris Quindecim: Et Notarius, qui instrumenta sumpserit Inuentario non facto, puniatur in libris Decem pro qualibet uice, Sed nihilominus instrumento sumpto, & in publicam formam redacto, fides plena detur in iudicio, & extra: Et dicta pœna non conficientibus Inuentarium imposita, uendicet sibi locum, si infra Sexaginta Dies, a die qua Libri Notariorum ad manus alicuius peruenerit, proxime numerandos, non fuerit Inuentarium factum, ut dictum est: Et quilibet, contrafacientes possit accusare, & denunciare, & Denunciator habeat quartam partem pœnæ, Et Notarius Custos Librorum Cameræ Lucensis Ciuitatis, teneatur, & debeat prædictas denunciationes omnes ĩ quolibet dictorum casuum scribere, & registrare in uno Libro, quem propterea habere, & facere teneatur, quem tenere debeat in Camera prædicta: Et de qualibet denunciatione, & inuentario possit percipere solidos Quindecim, & ultra usq; in solidos Triginta, ad eius discretionem, laboris qualitate pensata: Et si ex Notario defuncto superuixerit aliquis Filius, uel Frater Notarius idoneus ad prædicta, sibi licentia prædicta concedatur, seruata forma inuentarii supradicti: Sed si ex Notario defuncto nullus Filius, uel Frater, uel alius sibi Coniunctus superesset Notarius, tunc licentia prædicta concedatur alteri Notario, quem Iudex putauerit idoneum, consensu tamen heredis Notarii defuncti interueniente, Et instrumentis sumptis ex libris notariorum defunctorum, uel absentium publicatis per eum, cui licentia dictorum librorum esset concessa, plena fides detur, prout dispositum est supra Libro Primo, sub Rubrica De fide adhibenda Scripturis transumptis ex publicis instrumentis, uel de rogationibus Notariorum defunctorum. Declarantes insuper, ꝙ si de cætero contingat aliquem Notarium in Ciuitate, uel in Comitatu, uel districtu Lucensi, mori, maior Sindicus Lucensis communis uiribus sui officii teneatur infra decem dies proximos, & immediate sequentes, post mortem euentam, cum effectu omnes libros Contractuum, & Rogitorum, & Cedularum, talis notarii defuncti deferri facere ad Cameram, & Archiuum Lucensis communis, & in dicto Archiuo in quadam Capsa, expensis Lucensis Communis fienda, reponantur, & custodiantur, Facto prius de ipsis Inuentario diligenti. Quæ Capsa prædicta duabus Clauibus claudatur, Quarum

unã teneat custos archiui, aliam autem teneat heres dicti Notarii defuncti, uel legatarius, cui legati fuissent dicti libri, siue alia singularis psona, qui dictos libros emisset ab herede, et quotienscunq; contingeret, q Notarius qui haberet authoritatem sumẽdi ex dictis libris aliquem cõtractum, sumere, & extrahere uellet, dictus custos ei facultatẽ faciat in dicto archiuo, Quo transumpto illico librum unde sumpserit, reponat in dicta capsa: Et si contingeret, q necessarium esset librum aliquem produci, & de eodem fidem fieri, tunc per custodem archiui, et per habentem authoritatem sumendi, liber portetur, et facta fide illico reducatur, et in capsa prædicta recludatur: Et sic si cedula aliqua reperta in libris Notarii defuncti extendi peteretur, portetur in curia per dictum Custodem, et Notarium habentem licentiam sumendi, et ea approbata, uel reprobata reponatur in dicta Capsa, et collocetur in dicto libro, uel filsa, ubi reperta fuerit: Et donec dicti libri fuerint ita reconducti in dicta Capsa, et ibi positi, post mortem prædictam, et de mandato dicti maioris Sindici, et quamdiu differatur, de quo stetur fidei Notarii deputati super archiuo, non possit concedi licentia per aliquẽ Officialem Lucensis Communis sumendi ex dictis libris, et si concessa fuerit, non ualeat ipso iure: Et si dicti libri in aliqua curia producerentur, nullam faciant fidem, nisi producerentur per dictum Notarium custodem librorum, una cum notario, qui licentiam haberet sumendi ut supra, Qui custos affirmaret dictos libros conductos, et positos esse in archiuo publico in capsa ordinata. Emolumenta autem, quæ ex dictis libris perciperentur, de exemplis, quæ ex dictis libris sumerentur, et de instrumentis, et de faciendo fidem in curiis de dictis libris, spectet ad heredes defuncti, et legatarium, uel emptorem, Custodi uero satisfiat de suo labore, si aliquis in iudicio, ut supra assotiatus produxerit ad alicuius instantiam de quolibet cõtractu, id quod Iudici uidebitur conuenire: Et inquantum dicta librorum, et scripturarũ præsentatio in archiuo prædicto non fieret, et facta nõ fuerit, ut supra dicitur, teneatur heres defuncti Notarii, uel ille ad quem dicti libri spectarent, ad omne damnum, & interesse, periculorum personarum, quæ reciperent ex præsentatione huiusmodi non facta.

De electione Consulum in comitatu, & districtu. Cap. XX.

STatuimus, & Ordinamus, q unumquodq; commune lucen. comitatus, & districtus, teneatur, & debeat singulis sex mensibus eligere unum, aut duos, seu plures Consulem, uel Consules, quorum quilibet sit maior Annis decem & octo, minor tamen Septuaginta, sub pœna librarum quinq;, uel ultra, usq; in quinquaginta, arbitrio iudicis, considerato numero hominum cõmunis. Possint tamen dicta cõia huiusmodi electiones facere p maiori, aut p minori tẽpore sex mensiũ, put eis uidebit: Et similiter possint eligere plures, aut pauciores Consules, put unũquodq; cõe eligere consueuit,

Et consules sic electi,teneãtur denunciare maleficia, et damna, quæ in suo cõi cõmitterentur,et oẽs qui uxorem duxerint,et oẽs qui decesserint,et natiuitatem omnium infantiũ masculorum,et fœminarum, qui, et quæ in suo cõmuni nascerentur,et oẽs,et singulos homines habiles,& inhabiles sui cõmunis,et oĩa,et singula bona immobilia,et ad cameram cõis lucensis ptinẽtia,posita ĩ territorio sui cõis ,et oẽs,et singulas buccas,et bestias,et currus, et fornaces,et fornellos,et alia denunciãda , obseruando propterea statuta de huiusmodi materiis loquentia,singula singulis referendo. Et similiter teneantur dicti cõsules,cõmune congregare quotiẽs opus esset,et possint pręcipere de faciendo omnia ,et singula,quæ ipsi communi incumbunt , onera distribuendo ęqualiter, Et omnes de communi teneantur ipsis consulibus obedire,de iis,quæ spectant ad officium consulatus,sub pœna soldorum uiginti pro quolibet,et qualibet uice . Et quilibet ipsorum consulum habeat auctoritate pręsentis statuti pro suo cõmuni in omnibus,et singulis causis, litibus,et q̃stionibus ciuilibus,et criminalibus,plenũ,liberũ, et generale mãdatum,et etiã speciale ĩ casibus,in qbus speciale mandatũ exigiť, et plenã,et generalẽ,et liberã administrationẽ,nec teneãtur ad illã satisdationẽ,ad quã de iure cõi tenẽtur alieno noĩe cõparentes,et quicqd in iudicio ciuili,uel criminali agendo,uel defendendo,per eosdem consules , uel per unum ex eis factum fuerit,ualeat,ac si per totum commune solẽniter factum foret . Et non possit,uel debeat annullari,seu cassari,uel nulla dici aliqua sentẽtia,pronunciatio,processus,seu bannum,& alia quæcũq; acta iudiciaria,qui,& quæ fierent contra quodcunq; commune,uel uniuersitatem lucen. districtus,ubi consul comparuerit,nõ obstãte q̃ non probaretur talem cõparentem esse, uel fuisse consulem dicti cõmunis, sed semper intelligatur consul,qui cõparuerit ut consul. Verũ ubi ex dolo cõsulis cõe lederetur,teneatur ipse consul suo cõi ad refectionem dãni,quod cõe ex dolo cõsulis pateretur.

De Electione Consulum contratarum,& brachiorum ciuitatis lucen. et eorum Officio,& Salario. Cap. XXI.

STatuimus,& Ordinamus,q̃ unaquęq; cõtrata,& quodlibet brachium, idest Vicini,& Hoĩes cuiuslibet cõtratæ,brachii,ciuitatis lucensis,teneantur,& debeant ,singulis annis per totum mensem Ianuarii eligere unum consulẽ maiorem annis decem & octo , et minorem annis septuaginta,pro uno anno sequẽti,cum salario de quo,et prout ipsis uicinis uidebitur,quod salarium per ipsos uicinos soluatur , facta primo imposita per impositores,seu distributores,quos ipsi Vicini elegerĩt,et quos eligere teneantur tẽpore electionis consulis supradicti,et donec Consul sic electus , acceptauerit, Consul præcessor teneatur officium facere, et habeat salarium pro rata temporis . Si autem prædicti Vicini prædicta non seruauerint , seu in aliquo prædictorũ contrafecerint,puniatur Vniuersitas ipsorum uicinorum

in libris

in libris quinq,uel ultra,usq; i libras decem arbitrio.D.Potestatis,considerata qualitate facti,et habito respectu ad numerum hominum cõtratæ,seu brachii,et nihilominus quilibet ex ipsis uicinis singulariter puniatur in soldis uiginti de facto,et sine aliquo pcessu. Et Consul sic electus teneatur denunciare maleficia,quæ in sua cõtrata,uel brachio cõmitterentur, secũdum formam statutorũ de hoc loquẽtium.Item teneatur denũciare omnes,qui uxorem duxerint,et omnes qui decesserint,et natiuitatem omnium infantium masculorum,et fœminarum,qui,et quæ nascerentur,obseruãdo propterea formam statuti super hoc ædití. Ac etiam teneatur denunciare omnia,et singula bona immobilia ad cameram lucensis communis pertinẽtia, posita in sua cõtrata,seu brachio,obseruando semper in prædictis denũciationibus statuta de hoc loquentia: Et similiter quilibet Cõsul teneatur quotiens opus esset,uicinos suæ contratæ,uel brachii,cõgregare,et maxime pro facienda electione noui consulis. Et omnes,et singuli uicini teneantur, et debeant ipsi consuli obedire in iis,quæ pertinent ad officium cõsulatus,sub pęna soldorum uiginti pro quolibet,et qualibet uice: Et omnes, et singuli dicti consules teneantur obedire omnibus, et singulis Officialibus Lucensis Ciuitatis,et dicti consules sint exempti ab omnibus,et singulis oneribus personalibus,quæ sustinerentur per personam, seu persona mediante: Et teneatur Dominus Lucensis Potestas,et maior Sindicus Lucensis Ciuitatis,et Officiales Custodiæ eisdem consulibus,pro eorum officio exercendo,et pro suo salario exigendo,præstare auxilium, et fauorem, et ipsis consulibus dare familiam quotiens opus esset. Et quicunq; fuerit consul nullam uacationem habeat ab officio consulatus, Sed possit eligi,et confirmari,prout uicini uoluerint: Et possit etiam unus consul fieri plurium cõtratarum eodem tempore, Dummodo trium contratarum numerum non excedat, intelligendo brachium pro una contrata. Consul autem, qui aliquem consulatum ultra dictum numerum acceptauerit,puniatur in libris decem. Insuper teneatur præfatus Dominus Lucensis Prætor ante Octauam diem mẽsis Ianuarii cuiuslibet Anni mittere præconium per loca publica,& consueta Lucẽsis ciuitatis,q; Homines cuiuslibet cõtratę,et brachii lucen.ciuitatis teneanť, & debeãt, elegisse consulẽ cuiusq; cõtratę,& brachii,secundum dispositionẽ præsentis statuti, et dictũ cõsulem sic electũ debeãt i scriptis psentasse dicto.D.lucen.Potestati.et eius curię,infra dictũ tẽpus ad pęnã suprascriptã.Quẽ consulẽ sic psentatum describere faciat in quodã libro ppterea ordinato,quẽ ppetuo tenere debeat ipse.D.Prætor, & Quilibet Potestas lucen. ut sic perpetuo sit liber, ipse pęnes Dominum lucensem Potestatem,teneatur illũ assignare eius in officio successori, Quo præconio misso, & tali consule non electo intra dictum tempus, quælibet contrata,& brachium,& eius homines incidant in pœnam huius statuti: Et nihilominus dictus Dominus Potestas teneatur compellere uiribus sui officii homines cuiuslibet contratæ ad sic eligendum, secundum dispositio-

nem huius statuti, ita q omnino dicti consules inueniantur, et sint realiter, et cum effectu electi, et in dicto libro scripti per totum medium mensem februarii cuiuscunq; anni, quod si factum non fuerit cum effectu, ipse Dominus lucensis Potestas incidisse intelligatur ipso facto in pœnam librarum uigintiquinq; pro qualibet contrata, et brachio, cuius consul sic electus descriptus non reperiatur infra dictum tempus, sibi de suo salario retinẽdum et dictus Potestas teneatur, et debeat de pertinentibus ad officium dictorũ consulum contratarum, et brachiorum inquirere, et inuestigare modis omnibus, ita ut obseruent ea ad quæ tenentur, secũdum formam statutorum, et inuentos culpabiles punire possit de facto, sine scriptis, in pœna statuti de materia loquentis, et habere debeat dictus Potestas quartam partem dictarum condemnationum, et pœnarum.

De officio Consulum, circa bona ad fiscum ptinentia. Cap. XXII

STatuimus, et Ordinamus q omnes, et singuli consules contratarum, et brachiorum ciuitatis lucensis, et suburgorum, et subnrbanorũ, et districtus sex milliariorum, et communium uicariarum teneãtur, et debeant diligenter perquirere, et inuestigare bona mobilia, et immobilia ad Cameram lucensis communis pertinentia, posita in sua contrata, seu brachio, uel ĩ territorio sui communis, et propterea possint singulares personas suæ contratæ, seu communis ad iuramentum, & ad alia opportuna remedia compellere pro ipsis bonis inueniendis, & ostendendis, & inobediẽtes, & fraudem in prædictis quomodolibet committentes, teneantur denunciare exactori ciuitatis lucen. Et etiam teneatur quilibet Consul denũciare, & notificare exactori ciuitatis lucen. huiusmodi bona ad fiscum pertinentia, posita in confinibus, & pertinentiis suæ contratæ, brachii, uel communis, declarãdo, & exprimendo adminus duos cõfines, & loca, & uocabula rerum immobilium, & qualitates, & quantitates rerum mobilium, sub pœna librarum decẽ pro quolibet, & qualibet uice: Et quilibet possit dictos consules, qui sciẽter prædicta denunciare omiserint accusare, & denunciare, & habeat dimidiam dictæ pœnæ, & sit secretum nomen eius. Non tamen possint ipsi consules cogi ad denunciandum bona ad fiscum, seu ad cameram lucen. cõmunis pertinẽtia, plusq̃ semel, ita q id quod fuerit semel p aliquẽ consulẽ, uel p suũ in officio pcessorẽ denunciatũ exactori, nõ sit necesse p eundẽ cõsulẽ, uel p aliquem eius successorẽ amplius denunciari: Et etiã teneãtur cõsules lucẽsis districtus cõducere ab ipso exactore bona immobilia ad fiscũ, seu ad cameram lucen. cõis quomodolibet ptinẽtia, p illa qñtitate pẽsionis, redditus, uel affictus, de qua uidebit discretioni exactoris, et ciuiũ, qui deputati essẽt sup introitibus lucen. ciuitatis, cõsideratis qualitatibus rerũ, & fructus, qui possunt, et cõsueuerunt pcipi ex ipsis rebus: Cõsules autem cõtratarum, et brachiorum ciuitatis lucẽsis ad ipsa bona cõducenda nõ teneantur.

De Comparitionibus

De Comparitionibus Consulum Lucensis districtus coram officialibus Lucensis Ciuitatis in casibus ordinatis, et de superfluis cōparitionibus Consulū sublatis. Cap. XXIII.

EX tenore plurium statutorum Consules cōmunium Lucēsis districtus comparere tenentur coram pluribus, et diuersis officialibus Lucensis ciuitatis, ad denunciandū ea quæ ex pdictorum statutorum dispositione ueniunt denuncianda, et ex hoc, quod salubriter, et consulte introduxit antiquitas, nōnulli ad noxam Cōsulum non comparentium diuersas, et enormes solutiones pro ipsis cōparitionibus extorquebant, et pro indebitis solutionibus extorquendis ita cogebantur ad cōparendum Cōsules, in quorum cōmunibus nihil denunciādum erat, sicut illi in quorum cōmunibus aliquid erat secundū formam statutorum denūciandum. Nos igitur cupientes, ꝙ nemo superfluis oneribus grauari possit, Statuimus, ꝙ ubi in aliquo cōmuni Lucensis comitatus, et districtus, non occurrat aliquid, quod secundū formam statutorū denunciandū ueniat, in tali casu Consules, seu Sindici huiusmodi cōmunium non possint cogi, seu compelli ad comparēdum coram aliquo officiali lucen. ciuitatis, et si quis eos compellerit puniatur in libris. xxv. pro qualibet uice, et nihilominus compellatur ad emendationem damnorum, et expensarum, quas, seu quæ Cōsul, seu Sindicus, propterea passus esset, de quibus credatur iuramento huiusmodi Consulis, seu Sindici, qūi contra dictam formam ad comparendum compelleretur, Præterea Statuimus, ꝙ in curia Domini Lucen. Potestatis, et in curia. D. maioris Sindici, nullus prorsus Consul modo aliquo comparere teneatur, nisi dum casus emergeret, ꝙ aliquid occurreret, quod secundū formam statutorum denunciandū foret, et tunc ipsi notarii nihil pro ipsis comparitionibus, denunciationibus, etiam a sponte offerentibus recipere ualeant quouis modo, sed ipsas comparitiones, et denūciationes teneantur scribere, et admittere, sine aliquo præmio, uel salario, sub pœna librarū quinq; pro quolibet, et qualibet uice, et restitutionis eius quod acceperint in duplum faciēdæ ei a quo acceperint. Verum licet nil de nouo denunciandum ueniret, tamen ut noticia per officiales lucen. cōis habeatur, qui sint Cōsules cōmunium, Volumus, & Declaramus, ꝙ Consules contratarū, & brachiorum, et Cōsules, seu Officiales cōmunium sex milliariorū Teneantur omni anno bis, uidelicet de mense Ianuarii, & de mense Iulii comparere coram infrascriptis officialibus lucen. cōmunis, uidelicet in curia maleficiorum domini lucen. Potestatis, in curia Sindici, & Fundaci, in curia exactoris, in curiis prouentuū, & Gabellæ, & in curia Douanæ salis, & ibi in dictis curiis, & qualibet earum nomina dictorum Consulum, & Officialium describātur: et liceat dictis officialibus scribentibus dictas comparitiones pro comparitione cuiuslibet cōmunis, contratæ, & brachii, accipere pro mercede bononenum unum. Mandantes etiam ꝙ sindici cōmunium uicariarum, potesta-

tiarum semel in anno cōpareant de mēse Ianuarii in curia prouentuum, & Gabellæ,in curia Douanæ salis,in curia exactoris,et in curia Domini Sindici,et in quacunq; dictarum curiarum denuncient, quod denunciandum uenit,ex forma statutorum,et si de nouo nil denunciandum esset,quod denunciatum fuisset anno præcedenti,dicat,denuncio,ut anno proxime præterito,et nil aliud de nouo denunciādum est,et pro dicta comparitione soluere debeant officialibus bononenum unum pro quolibet cōmuni, et pro qualibet curia,et scribi debeat eorum comparitio, et denunciatio, et eorum sindicorum,et cōsulum,seu officialium nomina in libro propterea ordinato. Erat insuper aliud superfluum onus ipsis cōsulibus iniuste inductum, uidelicet,Quod semel denunciatum erat,nihilominus iterum, atq; iterum singulis sex mēsibus denunciare cogebantur. Nam in curia exactoris,compellebantur ad denuncianda singulis sex mensibus bona bānitorum. Similiter in curia prouētuum,compellebātur ad denunciādum singulis sex mensibus habentes fornaces, seu fornellos,& barcas, & alia huiusmodi, ex quibus prouentus exigi consueuit. Similiter in curia Fundaci,compellebātur ad denunciandum singulis sex mensibus artifices,lauādarias,& huiusmodi. Et similiter in curia Douanæ,compellebantur ad denunciandū singulis sex mensibus ciues siluestres in comitatu habitantes. Et similiter in aliis diuersis curiis ad superflua onera cogebātur. Super quibus de opportuno remedio prouidere Volētes, Statuimus,ꝙ quicquid semel denunciatum fuerit,nemo iterum denunciare cogatur: Ita ꝙ unica denūciatio quo ad pœnę euitationem sufficiat,nec sit necesse idem pluries denunciari. Sed ubi in processu temporis fieret aliqua mutatio, propter quam noua denunciatione opus esset,tunc talis denūciatio fieri debeat tempore,& forma,cōtentis in statutis,quorum uigore talis denunciatio introducta foret. Volumus tamen,ꝙ saltem semel omni anno de mense Ianuarii comparere teneantur coram prædictis officialibus,& siquid noui denūciandum esset,denuncient. Si uero denunciatū esset,cōfirment alias per eos denūciata. Et quotiens dictæ comparitiones, & denunciationes fierent, notarii curiarum teneantur ipsas recipere,admittere,& scribere sine aliquo salario, uel mercede. Et nihil propterea exigere possint etiam ab offerētibus sua sponte,nisi prout īfra permissum est in libro quinto statutorum cōmunis Lucen. sub. Rubrica. De mercedibus notariorum curiæ Fundaci,& Sindici, & Iudicis appellationum,sub pœna librarum quinq; pro qualibet uice,in quibus etiā durante officio debeant sindicari,& condemnari debeant ad restitutionem eius,quod receperint in duplum ei,a quo acceperunt. Et ut facilius,& cōmodius denunciari possint ea,quæ per formam statutorum denuncianda uenirent. Statuimus,ꝙ in districtu sex milliariorum sufficiat quo ad euitationem pœnæ,si unus Consul,seu sindicus, comparuerit pro toto pleberio,et pro omnibus,et singulis cōmunibus eiusdem pleberii,et denūciauerit ea, quæ Consuli cuiuslibet cōmunis denuncianda incumberent. Et si-

militer in

militer in districtu uicariarum, et potestatiarum sufficiat quo ad pœnę euitationem, si unus cõsul, seu sindicus pro tota uicaria, et pro omnibus, et singulis cõmunibus eiusdem uicariæ compareat, et denunciet, quod unicuiq; cõmuni eiusdem uicariæ incumberet denũciandum. Et prædicta non referãtur ad denunciationes maleficiorum, quæ secundum formam statutorum denuncianda uenirent, quia tunc Volumus, ꝙ præcise quilibet consul, seu sindicus cuiuscunq; cõmunitatis Lucensis districtus teneatur ad denunciandum maleficia, quæ in suo territorio cõmitterentur, illa uidelicet, quæ per formam statutorum denunciari debent illis officialibus, quibus denuncianda uenirent, sub pœnis, et multis, de quibus ĩ statutis supra hoc. editis continetur. Præterea Statuimus, ꝙ nullus nuncius audeat, uel præsummat aliquid exigere, uel extorquere ab aliquo Sindico, uel Cõsule alicuius cõmunis pro præceptis factis dictis Sindico, uel Consuli de mandato alicuius Officialis, uel Iudicis, nisi quando pręcepta fierenr contra sindicum, uel consulem de delictis per dictos cõsulem, uel sindicum commissis, uel de õmissis, & neglectis per eos sub pœna librarum quinquæ applicanda cameræ lucensis cõmunis, & restitutionis eius, quod accepissent in duplum ei, a quo acceperunt.

De eo ꝙ nullus Notarius alicuius curiæ possit aliquid exigere ab aliquo Consule, seu Sindico, de Præceptis, seu denunciationibus, Cap.XXIIII.

QVamuis in superiori capitulo plene prouisum sit, ꝙ consules cõmunium lucen. districtus compelli nõ possint ad aliquid soluendum pro comparitionibus quas facerent coram quibuscũq; officialibus lucen. ciuitatis, Volentes tamen plenius prouidere. Statuimus, ꝙ Nullus Consul, siue Sindicus alicuius cõmunis lucen. districtus, teneatur aliquid soluere alicui notario, uel officiali lucen. ciuitatis pro aliquibus præceptis, uel monitionibus, nec etiam de, uel pro aliquibus scripturis, uel denũciationibus, quas ipsi Consules facerent uerbo, uel in scriptis, & Officialis, qui cõtrafecerit puniatur qualibet uice, qua cõtrafecerit in libris quinq;, & ad restitutionem eius, quod receperit ĩ duplum ei, a quo acceperit: Et eadem, q̃ supra dicta sunt, seruẽtur in cõsulibus cõtratarũ, & brachiorũ Lucẽ. ciuitatis, & suburgorũ.

De Fornaceriis, & lateribus, et eorum prætio. Cap.XXV.

STatuimus ꝙ Fornacerii teneantur facere matones, quadruccios, taulellas, bechatellos, et tegulos, infrascriptis ponderibus, et mẽsuris, uidelicet, Lateres, seu matones sint lõgi brachio medio, et alti octaua parte unius brachii, et latitudinis quartæ partis unius brachii, quadrucci sint lõgi brachio

medio,et alri octaua parte unius brachii,et latitudinis quartæ partis unius brachii. Tegulas autem ad cooperiendum facere teneantur longitudinis quartorum trium unius brachii: Et pondus cuiuslibet lateris, siue matonis,atq; quadruccii sit librarum decem, quælibet tegula librarũ octo cum dimidia,& quælibet taulella ponderis sit librarum sex,& ad cognoscẽdum an prædicta laboreria iuxta prædicta pondera sint confecta, modus huiusmodi seruetur,quia debeant ponderari tot ex eis, uidelicet, lateribus,tegulis,& tabulellis,singula singulis referendo,quot ponũtur ad unam bestiam pro salma,& tunc si non fuerit inuentum pondus concordare,& capere debitam summam ponderis secundum eorum numerum multiplicãdo pondus statutum pro quolibet latere,uel pro qualibet tegula,uel taulella,singula singulis referendo in casu suo puniatur dictus fornacerius forma,et modo infrascriptis: Et si aliter ponderari contingat,et minoris ponderis reperiantur non possit contra eum procedi,cum iustum sit,ut maius pondus unius,cum minori pondere alterius compensetur. Insuper præfati fornaceri suprascriptas res uẽdere teneãtur sub prçciis de quibus ĩfra uidelicet, lateres,et quadruccios ad rationem librarum duodecim de bononenis decem pro qualibet libra pro quibuslibet mille,Taulellas,siue pianellas ad rationem librarum decem pro quibuslibet mille:Tegulas ad cooperiendum ad rationem florenorum sex pro quibuslibet mille de bononenis triginta sex pro quolibet floreno, calcinã albam ad rationem librarũ uiginti quattuor pro qualibet secta, quæ secta esse debeat ad pondus, et mensuram, de quibus infra in sequẽti statuto cõtinetur,Cum declaratione ꝙ prædicta laboreria uenditor suis expẽsis deferri facere teneatur ad locum ubi emptor disposuerit in ciuitate lucen. Declarantes,ꝙ Dominus lucensis Prætor, uel Officialis Fũdaci possint dicta precia augere, uel iminuere, prout temporis qualitas suadebit,dumtamen in dicta preciorum mutatione consiliariorum Fundaci consensus accedat, et in eis locum habeat prçuentio: Si uero prædicti fornaceri in aliquo suprascriptorum cõtrafecerint condẽnentur per præfatum Dominum Lucensem Potestatem, seu Officialem Fundaci suprascriptum in libris uigintiquinque pro qualibet uice,qua cõtrafecerint: Disponentes,ꝙ omnia prædicta laboreria sint,& esse debeant bene,& sufficienter cocta, & de bona terra, & tam dictus Dominus Prætor ꝗ Officialis suprascriptus possint,& teneantur de prędictis inquirere,& culpabiles repertos punire summarie,& de plano,& etiam nulla iuris solennitate seruata: Decernentes etiam,ꝙ si emptor uellet dictos matones, quadruccios,taulellas,seu tegulas, suis sumptibus portari,& deferri facere,detrahi debeat de dicto pcio,quantũ ascẽdunt expẽsę ipsius uecturę,seu delationis,nõ obstantibus in pdictis, & circa pdicta aliquibus cõstitutiõibus in cõtrariũ,seu cõsuetudinibus,quæ abolitæ pœnitus,& cãcellatæ sint, & pro abolitis,& cancellatis nullius roboris, & efficaciæ habeãtur,& reputẽtur.

De calcina

De Calcina,& eius ponderibus. Cap.XXVI.

ET teneantur Fornacerii facere bonam calcinam,& bene coctam: Et quælibet ferta calcinæ sit in pondere librarum decẽmillium de nitida,& ferta quælibet sit centum mensuræ,& teneatur quilibet fornacerius habere,& tenere apud fornacem suam unam bonam,& legalem stateram:& Romanum,sigillatos sigillo Lucen.Ciuitatis,& cum ea uendere calcinam,& non aliter,& etiam unam bigongiam cum qua debeat ipsam calcinam mensurare,et ponderare,& non cum cofino,seu alia re, et ipsa bigongia sit cerchiata ferro in quo sit scriptum,seu sculpitum quantum ponderat bigongia,ut ipsa non computetur in pondere calcinæ: Et non possint dicti fornacerii calcem,seu calcinam uendere maiori precio q̃ supra dispositum est in proximo præcedenti statuto pro qualibet ferta,quę ferta intelligatur,et debeat intelligi de libris decem millibus ad pondus nitida a bigongia. Et teneantur uenditores pro eo precio illa conducere,et portari facere ad locum ubi emptor disposuerit in Ciuitate Lucen.solũmodo. Et si emptor illam portare,seu portari facere uoluerit suis expensis,debeat detrahi de precio,prout supra de lateribus dictum est.

De eo ꝙ Magistri lapidum,lignaminis,et tectorum,teneantur trahere ad incendium. Cap.XXVII.

ET teneatur.D.Lucen.Potestas ĩ quolibet casu incẽdii ĩ Ciuitate Lucen. trahere,uel saltem mittere suos milites cum familia ad domum, uel locum,ubi ignis esset apprehensus,uel combustio fieret,q̃ citius poterit: Et si ad defensionem domorum circũstãtium uiderit necessarium esse aliquam domum destrui, illam destrui faciat, quæ domus destructa debeat emendari personæ cuius est,de pecunia Ciuitatis Lucen. ad iustam æstimationẽ fiendam per tres bonos uiros,unum pro quolibet terserio eligẽdos per Magnificos Dominos Antianos Lucen.cõmunis. Et ꝙ omnes,et singuli Magistri lapidum,lignaminis,et tectorum ciuitatis lucen.teneãtur,et debeant cum suis ferramentis, et argumentis trahere, et stare ad existinguendum ignem prædictum tam de die,q̃ de nocte,donec incendium,seu combustio sedata fuerit,sub pœna librarum trium pro quolibet dictorum Magistrorum,et qualibet uice,auferenda per Dominum Potestatem sumarie, et de facto nulla iuris, et statutorum solennitate seruata, nisi talem Magistrum causa iusta,et legitima excusaret: Et quilibet magister de prædictis teneatur, et debeat in spectantibus,et pertinentibus ad extinctionem ignis parere Capitaneis suis, seu maiori parti ipsorum, sub pœna librarũ quinq; pro quolibet,et qualibet uice auferenda ut dictum est. Et de inobedientia credatur Capitaneo cuiusq; artis de suis subiectis: Et ne dicti Magistri con

quæri possint, ꝙ de ipsorum labore transeant improuisi, et ut eis materia solicitudinis præbeatur. Statuimus, ꝙ quilibet eorum qui congruo tempore ad extinguẽdum talem ignem traxerit, & steterit, & operam dederit, habeat de pecunia cõmunis lucen. soldos. xxx. paruorum pro qualibet uice: Et quilibet Capitaneus habeat soldos. xl. pro qualibet uice, de quibus fiat ei prouiso, & mandatoria. Et famuli, & seruientes, & discipuli tinctorum, coriariorum, & pellariorum teneãtur bona fide cum situlis, & aliis uasis utilibus ire, & adiuuare ad extinguẽdum dictũ ignem, hauriendo aquã, & alia auxilia impendẽdo, prout melius potuerint, sub pœna librarum triũ pro quolibet, & qualibet uice. Et Dominus Lucen. Potestas teneatur prædictos tenutos ad trahendum ad ignem in principio sui officii iurari facere obseruantiam prædictorum: Et teneatur etiam Dominus Potestas immediate ex quo ad eius auditum peruenerit ignem fuisse apprehensum, ꝓconizari facere per ciuitatem lucen. ꝙ omnes ꝑdicti tenuti uadãt ad locum dicti ignis, cum eorum argumentis, ne possint prætendere ignorantiam.

De Hospitali, & Albergaria sancti Martini de Corsena. Cap. XXVIII.

QVoniam Hospitale, seu Albergaria sancti Martini de Corsena ad ciuitatẽ lucen. noscitur pertinere: Statuimus, ꝙ D. Lucen. Potestas, & Vicarius Vallis limæ teneantur, & debeant Rectorẽ, & Gubernatorẽ dicti hospitalis, seu albergariæ nunc, & per tempora existẽtem manutenere in dicta rectoria, & gubernatione, & eidem in consequendis, exigendis, & percipiendis iuribus, pensionibus, liuellis, redditibus, & affictibus, obuẽtionibus, & introitibus quibuscũꝙ dicti hospitalis, seu albergariæ, ꝓbere suũ, et sui officii auxilium, et fauorẽ, quotiens, et quãdo, ab eo fuerit requisitus, sub pœna librarũ centũ ꝓ qualibet uice qua cõtrafecerit in quibus debeat sindicari.

De Balneo calido de Corsena. Cap. XXIX.

COnsiderantes ꝙ Balneum de Corsena dudũ regi, et gubernari consueuit per Rectorem, et cõsiliarios hospitalis pauperum sancti Lucę de misericordia lucen. ciuitatis, et seu per illum quem dicti Rector, et consiliarii ibidem deputauerint, et pro honore lucen. ciuitatis, et pro utilitate introituum lucen. ciuitatis expedit, ꝙ dictum balneum, et eius ędificia conseruentur. Et propterea publice utile est statuta salubriter ordinare, per quæ dictum balneum conseruetur: Ideo maiorum nostrorum sequẽtes uestigia: Statuimus, ꝙ dictum balneum, uel eius domus, aut iurisditio, aut pertinentiæ, uel eorum pars, aut usuffructus, uel usus eorum, non possint ullo tempore directe, uel per obliquum uendi, uel alio quocunꝙ titulo alienari, uel obligari, nec ad liuellum, uel pensionem, uel affictum concedi, perpetuo, uel ad tẽpus,

ad tempus,& quo ad prædicta intelligatur,& sit prohibitum omne comer/tium,nisi,prout,& quatenus infra continetur. Et quælibet persona pos/sit mittere,& portare ad dictum balneum, & ab ipso balneo reduci facere si ne aliqua solutione Gabellæ libere, & quandocunque uictualia, & massaritias pro se,& familia,& seruitialibus suis.

Item quod occasione alicuius debiti,Nulla sequestratio fieri possit apud di/ctum balneum,uel ĩ alio loco de rebus,uel uictualibus,illuc delatis,pro per/sonis illic existentibus,uel euntibus,uel redeuntibus,pro usu dicti balnei,nec de bestiis super quibus dictæ res portarentur,uel delatæ forent.

Item quod ab aliqua persona,quæ extra domos hospitalium uendentium re/sideret,Gabella non possit exigi,uel imponi,de,aut pro uictualibus,quæ in grossum,uel ad minutum uenderet,aut causa uendẽdi haberet ibidem,nec emendi,uel uendendi alicui ibidem libertas,& facultas interdici possit,præ terquam de carnibus, quæ uenderentur ad macellum,& de uino,pane, & oleo, quæ ibidem uenderentur ad minutum.

Item quod in dicto balneo,uel eius pertinentiis,aut circũstantiis,ludi nõ pos/sit ad aliquem ludum taxillorum,ad pœnam librarum decem ad opus ca meræ lucen.cõmunis applicandam, & quæ pœna exigatur de facto per Vi carium dictæ uicariæ,qui dicta occasione iurisditionem habeat tam contra ciues lucen.quam contra alios quoscunque,quæ pœna nõ intelligatur imposita lu dentibus ad tabulas,etiam cum taxillis,uel ad scaccos.

Item quod omnia,& singula delicta,quæ cõmitterentur ibidem,id est,in per/tinentiis, & circũstantiis dicti balnei, & clusorum eius,puniatur in duplum pœnarum alias in suo casu ordinatarum.

Item quod non obstantibus suprascriptis,per hospites ad dictum balneum re/sidentes,seu per alios ad dictum balneũ euntes, possint domus, hospitia,et clusi dicti balnei cõduci,uidelicet hospites ad terminũ unius anni ad plus.

Alii uero siue sint ciues,siue forenses,qui ad dicta balnea irent,possint di/cta hospitia siue clusos cõducere pro eo dũtaxat tempore,quo ibidem mo raretur,et non ultra: Et si qui exeant,uel recedant de dictis domibus,seu clusis,absque solẽnitate debitæ pensionis,compellantur per Dominum Po/testatem lucen.uel per Vicarium dictæ uicariæ de facto, et absque solẽnitate quacunque,ad soluendum pensionem prædictam. Et in hoc casu Vicarius dictæ uicariæ iurisditionem habeat contra ciues lucen. qui ibidem residen tiam facerent.

Item quod Lucen.Ciues apud dictum balneum cõmorantes pro dicto bal/neo utendo possint,et debeant eligere unum Potestatem ciuem Lucen. cui Potestati omnes tam ciues,quam alii quicunque obedire teneãtur. Concedẽtes di cto Potestati auctoritate plenus statuti,omnẽ iurisditionẽ, potestatẽ, et ba/liã puniendi,et multandi quoscunque inobediẽtes sibi usque in libras.xxv. ad eius arbitriũ ad opus,et utilitatẽ balnei prędicti. Et ad prędicta possit procedere

de facto, sine aliqua scriptura, uel processu, et omni appellatione remota: Et dicto Potestate recedente, alius eadem forma eligatur: Et omnes, et singuli de dicta uicaria, teneantur eidem Potestati subesse, parere, et obedire, sicut obedire tenētur Vicario.

Item dictus Potestas teneatur diligenter aduertere ad iniurias, & turpitudines, & occupationes balnei repellendas, & contra prędicta cōmittentes de facto procedat, & puniat ad eius arbitrium uoluntatis, dūmodo prędictam summam librarum uigintiquinque non excedat.

Item quod nullus masculus a septem annis supra, intrare audeat balneū fœminarum, quando ibi aliqua mulier in dicto balneo esset. Et si quis contrafecerit, puniatur in libris uigintiquinque per Potestatē dicti balnei, uel per Vicarium uicariæ, quę pœna exigatur per Vicarium dictæ uicarię ad opus cameræ cōmunis lucen. Concedendo tam dicto Vicario, quam dicto Potestati iurisditionem, tam contra ciues lucen. quam contra alios quoscūque, quæ si Vicarius nō obseruauerit, sindicetur qualibet uice in libris centum.

Item ut seruetur decorum balneorum corsenæ, & uillę, & ad ea pateat tutus aditus forensibus, et cæteris uenientibus ad ea prohibitum, & interdictum sit, & esse intelligatur omnibus, & singulis tam ciuibus, & subditis, quam forensibus, & exteris, ferendi arma, tam offensibilia, quam defensibilia, in præfatis balneis, et pertinentiis ipsorum, quæ prohibentur a statutis lucen. cōmunis, sub pœna ducatorum duodecim aurei pro quolibet, et qualibet uice, et quolibet petio, soluenda pro tertia parte accusatori, cuius nomen teneatur secretum, et intelligatur Iudex competens dominus Potestas, Capitaneus, et Vicarius uallis limæ, et in eis locum habeat præuentio, Declarantes nihilominus, quod in auctoritate Magnificorū dominorum Antianorum sit, concedendi licentiā forensi, seu forensibus, deferendi ibi dicta arma, et illis causis, et rationibus, prout eis uidebitur, et placebit.

Item quod Vicarius dictæ uicariæ teneatur, et debeat dare dicto Potestati ad omnem eius requisitionem auxilium, et fauorem, et uires sui officii ad pœnam librarum uigintiquinque pro qualibet uice, qua contrafecerit, in qua per dominum Sindicum debeat condēnari.

Item quod omnes domus, et clusi dicti balnei debeant aptari, refici, conseruari, et reparari quotiens refectione, uel reparatione aliqua indigerent, per Rectorem Hospitalis Misericordiæ supradictum, uel per Gubernatorem ibidem deputandum a Rectore, et consiliariis Hospitalis prædicti, quia Volumus, et Disponimus, quod prædictus Rector cui competit facultas exigendi pensiones clusorum dicti balnei, prædictos clusos manuteneat, et cōseruet: Et teneātur dictus Rector, et eius consiliarii, quolibet anno saltim semel uidere, et uideri facere rationem, introitus, et exitus domorum, et clusorum ipsius balnei, et eligere debeant, et ibidem tenere continuo unum bonum, et idoneū dispensatorem, et Gubernatorem ipsius balnei, et clusorū ipsius.

Qui

Qui Gubernator sit laycus,& nulli regulę subiectus,& continuam residentiam ibidem facere debeat: Et si dicti Rector, & consiliarii dictum Gubernatorem ibidem non tenerent,seu dictam ratioñe saltem quolibet anno nõ uiderent,tunc, & in continenti per Magnificos Dominos Antianos lucen. cõmunis prouideatur de opportuno remedio:ita ꝙ dictum balneũ,et eius clusi,in bono statu conseruentur.

De Possessionibus lucen.ciuium, qui sint ciues alterius ciuitatis non alienandis. Cap. XXX.

STatuimus,ꝙ nulli Ciui lucen.ciuitatis,qui sit ciuis alterius ciuitatis, qui ibi,uel alibi,extra districtum lucen.habitet cum sua familia, liceat uendere,uel alienare,uel dare,uel obligare aliquid,quod habeat Lucę,uel in districtu de rebus immobilibus, nec alicui suo creditori liceat aliquid de dictis bonis per insolutum in iudicio,uel extra,uel alio quocunq; modo acquirere,si dictus ciuis alibi habitans bona habeat in loco in quo habitet,uel alibi extra districtum,ex quibus satisfieri possit dicto creditori: Si uero in prædictis,uel aliquo prædictorum cõtrafactum fuerit, uel aliquid attentatum, ipso iure non teneat,et possessio prædicto modo alienata, uel assignata, uel quomodolibet obligata,applicetur de facto camerę lucen.cõmunis.

De Luminaria Sanctæ Crucis. Cap.XXXI.

CVm in pluribus Capitulis statutorum mentionem fecerimus de districtu Ciuitatis Lucensis, et interdum de districtu sex millianorum, et de cõmunibus suburbanis, et de suburgis ciuitatis prædictæ,et interdum de Vicariis Ciuitati prædictæ subditis,unde utile esse prospeximus comitatum,et districtum, et cõmunia suburbana specifice declarare. Tractantes igitur de Luminaria sanctæ Crucis fienda,ad quã omnes,& singuli de Ciuitate,comitatu,et districtu Lucensi uenire teneantur,totum Lucense territorium Declarabimus. Quamobrem cupientes honorare festum Exaltationis almificæ Crucis,quod est in eadem Ciuitate,præ cæteris festiuitatibus præcipuum,et solenne. Statuimus,ꝙ domini Antiani Lucensis communis,et dominus Lucensis Potestas teneanẽ,et debeant quolibet anno in uigilia dicti festi Exaltatiõis Sanctę Crucis fieri facere luminariam ad maiorem Lucensem Ecclesiam secundum ordinem infrascriptum, uidelicet. Quod dominus Potestas teneatur facere denunciari per Præconium per Ciuitatem Lucensem,et mandare,ꝙ omnes, et singuli Masculi Lucensis ciuitatis ætatis annorum quattuordecim,et abinde supra usq; in septuaginta ire debeant ad prædictam Luminariam cũ candelis cereis accensis, et ꝙ dicta die uigiliæ sanctæ Crucis debeant uenire, et cõgregari ĩ platea sancti

Frediani, ad quam Domini Antiani, et Vexillifer iustitiæ populi, et cõmunis Lucensis, et præfatus Dominus Potestas, et alii officiales ciuitatis prædictę ire teneantur, excepto officiali custodię, et inde se moueant, et uadant ordinate bini, uel terni cum candelis accensis post dictos Dominos Antianos, & Vexilliferum Iustitiæ, & dictum Dominum Potestatem, & reliquos officiales. Et omnes, et singuli masculi lucensis Ciuitatis ætatis annorum quattuordecim, et abinde supra usq; septuaginta, ut supra cuiuscunq; gradus, aut conditionis existant, in suprascripta uigilia sanctæ Crucis, postq̃ campana palatii Magnificorum dominorũ Antianorum, quę pulsatur pro conuocandis ciuibus pro eundo ad dictam luminariam præmissis consuetis solẽnitatibus pulsata fuerit, finitis tractibus Campanæ ipsius. Teneãtur, et debeant immediate claudere eorum apothecas, et cessare ab eorum exercitiis, et ipsas non aperire, usq; ad reditum Magnificorũ Dominorũ Antianorum præfatorum factum in palatio, sub pœna bononenorum decem et octo, pro quolibet contrafaciente, et qualibet uice, subito exigenda, sine processu, cuius pœnę tertia pars sit Domini Capitanei, uel militis socii Domini Prætoris exigentis, et reliquæ duę partes sint Camerę lucẽsis cõmunis, ac etiam teneantur, et debeant ire, et se cõgregare, ut supra dictum est, in platea sancti Frediani, et ire ad luminariam prędictam cum candelis cereis accensis sub pœna, de qua supra, et applicanda, ut dictum est. Et prędicta nõ intelligantur, nec locum habeant, pro hospitibus, macellatoribus, neq; pro uendentibus panem, qui possint eorum apothecas apertas tenere, et uacare eorum exercitio. Cęterum omnes, et singuli lucensis ciuitatis, qui inuitati fuerint nomine dictorum Magnificorũ Dominorũ Antianorum in uigilia dictę festiuitatis, et die ipsius de mane, pro associãdo dictos Magnificos Dominos ad Ecclesiam sancti Martini, et sancti Frediani, et pro eundo ad luminariam prędictam, pulsata Campana, ut supra, et finitis tractibus cõsuetis teneantur, et debeant adesse in palatio præfatorum Dominorum Antianorum, pro eis associandis. Qui Magnifici Domini, & Vexillifer Iustitiæ dictæ ciuitatis, & præfatus Dominus Potestas, & alii Officiales Ciuitatis prædictæ, excepto officiali custodiæ, quemadmodum supra dictum est, ire teneantur ad dictam luminariam, & postq̃ fuerint in dicto palatio congregati, fieri debeat per cancellarios, siue coadiutores requisitio præsentium, tam in accessu, q̃ in reditu, & quos abesse inuenerit, punctare in bononenis sex pro quolibet, & qualibet uice, tam reditus, q̃ accessus, & ipsos notare in libro punctorum consiliorum, ut applicentur eodem modo, prout punctaturæ consiliorum applicantur. Cum declaratione, q; continue sine aliqua dimissione dicti inuitati associare debeant præfatos Magnificos Dominos, tam eundo ad luminariam, q̃ in discessu, & reditu ad palatium deuote, prout requiritur ad laudem Omnipotentis Dei, agendo gratias eius Maiestati beneficiorum acceptorum, & præsertim dulcis Libertatis nobis

concessę

cõcessæ sub pœna, et applicanda, ut supra. Et postq̃ peruenerint ad Ecclesiam Cathedralem sancti Martini, Teneãtur ibi offerre, et dimittere eorum cereos, siue candelos, tam ipsi inuitati, q̃ omnes alii sequentes dictam luminariam, & nullus possit suum cereum proiicere sub pœna librarum quinq; pro quolibet sic proiiciẽte, ultra pœnã statutam pro offensione, siquam personam offenderet, & nihilominus si quam personam læderet in uestimẽtis, teneatur ei reficere totum damnum, & quilibet consul teneatur requisitionem facere de omnibus, & singulis hominibus suæ contratæ, uel brachii, & quos abesse inuenerit denunciare debeat domino exactori puniẽdos, ut infra, & quicũq; ad dictam luminariã non iuerit, & candelum nõ portauerit, uel saltẽ aliũ loco sui cũ candelo, nõ trãsmiserit exceptis inuitatis, ut supra, qui personaliter ire debeant saluo iusto impedimẽto more consiliorum, ultra pœnas suprascriptas singula singulis referẽdo congrue, puniatur de facto, & sine aliquo processu in solidis. xx. ad utilitatem operæ maioris ecclesiæ Lucensis cõmunis, Pro qua luminaria uidelicet, pro cãdelis, siue cereis deferendis per præfatos Dominos Antianos, Vexilliferũ Iustitiæ, & Dominum Prætorem, & alios Officiales ad dictam luminariam ut supra, expendi possint de pecuniis Cameræ Lucen. cõmunis libræ trecentæ ceræ offerendæ operæ dictæ ecclesię pro dicta luminaria, de quibus fiat prouisio, & mãdatoria more cõsueto, ultra Castellum masnadæ, quod etiã ad dictã luminariã offeratur, pro quo fiat, & fieri debeat prouisio, & mandatoria, de quãtitate solita, & cõsueta. Declarantes ulterius q̃ in huiusmodi luminaria, & festiuitate Egregii doctores præcedere debeãt omnibus aliis officiis, quæ ex longa consuetudine, & secundum formam statutorum Lucensis Ciuitatis tenentur associare præfatos Magnificos Dominos Antianos, exceptis Spectabilibus conducteriis, quod idem statutum esse intelligatur, & sit, in die commemorationis Libertatis dictæ Ciuitatis Lucensis, in octaua Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi. Ordinantes præterea q̃ omnia, & singula pleberia, et cõmunia totius comitatus, et districtus Ciuitatis Lucẽsis, teneantur, et debeãt mittere ad dictam luminariam, et Ecclesiam ad honorem, et reuerentiam dicti festi, et ibi dimittere in die dictæ uigiliæ candelos, et castellos, in forma, et ponderibus infrascriptis. uidelicet,

Pleberium computi, unum cereum ponderis librarum uiginti octo, et unum Castellum floritum, pro quo castello soluere teneantur dictæ operæ florenos septem.

Pleberium Vurni, unum cereum ponderis librarum octo.

Pleberium Massæ pisanæ, unum cereum ponderis librarum decem.

Pleberium Vicopelagi, unum cereum ponderis librarum duarum.

Pleberium Fiexi, unum cereum ponderis librarum duodecim.

Pleberium Arliani, excepto cõmuni Nossani, unum cereum ponderis librarum decem & octo.

Cõmune Nossani, unum Castellum floritum.

Pleberium massa ciucchuli, unũ cereũ ponderis librarum decem & nouem.
Pleberium sancti Macarii, unum cereum ponderis librarum sex.
Pleberium sancti Stefani, unum cereum ponderis librarum quindecim.
Pleberium mostesagrati, unum cereum ponderis librarum quadraginta.
Cõmune uallis octaui, unum cereum ponderis librarum duodecim.
Pleberium turris, unum cereum ponderis librarum sexdecim.
Pleberium sexti moriani, exceptis cõmunibus iurisdictiõis Domini Lucen. episcopi, unum cereum librarum octo.
Pleberium brancali, unum cereum ponderis librarum decem & octo.
Pleberium sancti Pancratii, unũ cereum ponderis librarum uigintiduarũ.
Pleberium marlię, unum cereum ponderis librarum octo.
Pleberium lämaris, unum cereum ponderis librarum decem.
Pleberium subgronimei, unum cereum ponderis librarũ uiginti, & unũ castellũ floritũ, p quo castello soluere teneãtur dictæ operæ florenos. vii.
Pleberium sancti Ianuarii, unũ cereum ponderis librarum decem & octo.
Pleberium lunatæ, unum cereum ponderis librarum decem.
Pleberium sancti Pauli, unum cereum ponderis librarum decem.
Et ultra pdictas quãtitates, dicta pleberia compelli nõ possint ad soluendũ aliqd aliud sub ptextu cãdelorũ floritorũ, q uulgariter dicebãtur uillę.
Item etiam Declaramus, q appellatione sex milliariorũ, intelligãtur dicta pleberia, & cõmunia, & quotiens in statutis, uel in aliis quibuscũq; negotiis fieret sermo de sex milliariis, Volumus de dictis pleberiis, & cõmunibus, et eorum territoriis, et pertinentiis, intelligi.
Simili quoq; modo ad dictam luminariam mittere teneantur omnia cõmunia suburbanorũ infrascriptas quãtitates cerę uidelicet,
Cõmune sancti Petri aduicum, unum cerum ponderis librarum duarum.
Cõmune sancti Cassiani aduicum, unum cereum ponderis librarũ trium.
Cõmune sancti Viti ad piccioranum, unum cereũ ponderis librarũ triũ.
Cõmune sorbani episcopi, unum cereum ponderis librarum trium.
Cõmune sorbani iudicis, unum cereum ponderis librarũ duarum.
Cõmune sancti Cassiani de guamo, unũ cereum ponderis librarũ duarũ.
Cõmune sancti Petri de guamo, unum cereum ponderis librarũ duarũ.
Cõmune pontis tecti, unum cereum ponderis librarum duarum.
Cõmune salissimi, unum cereum ponderis librarum duarum.
Cõmune sancti Angeli in campo, unum cereum ponderis librarum sex.
Cõmune pontis sancti Petri, unum cereum ponderis librarum quattuor.
Cõmune sancti Alexii, unum cereum ponderis librarum duarum.
Cõmune sancti Quirici in monticello, & cõmune uallis buię, unum cereũ ponderis librarum duarum.
Cõmune aldi pescii, unum cereum ponderis librę unius.
Cõmune sancti Stefani de uerciano, unum cereum ponderis librũ duarũ.
Cõmune sancti Vincẽtii de uerciano, unum cereũ ponderis librarũ trium.

Et quotiens

Et quotiens in statutis, uel in aliis quibuscunque locis sermo haberetur de cōmunibus suburbanis, intelligi Volumus de cōmunibus supradictis, & eorum pertinentiis, & confinibus.

Item Ordinamus, quod omnes, & singuli homines contratarum, & brachiorū, quę inferius declarātur, teneātur ad ipsam luminariā die dictæ uigiliç uenire cū eorū cādelis accēsis, quæ siquidem contratæ, & brachia sunt hæc uidelicet.

Contrata sancti Bartholomęi in silice.
Contrata sancti Iacobi de tumba.
Contrata sancti Leonardi.
Brachium quod dicitur de Aqua calida.
Brachium de Pulia.
Contrata sancti Philippi.
Contrata sancti Columbani.
Contrata sancti Concordii.
Brachium Viæ mezanæ.
Contrata sancti Petri maioris extra portam.
Contrata sancti Donati extra portam.
Contrata sanctæ Annæ de plageis.
Brachium sancti Pontiani.
Contratata sanctæ Mariæ annunciatæ.

Et quotiens mentio de suburgis haberetur, Declaramus quod in omnibus casibus appellatione suburgorum, intelligantur dictæ contratæ, brachia, & eorum pertinentiæ, & confines.

Similiter etiam Statuimus, quod oēs, & singulæ cōitates iurisditionis temporalis, Domini Lucensis Episcopi inuitentur ad ueniendum, & offerēdum eidem luminariæ, prout infra per ordinem cōtinetur, uidelicet.

Commune Decimi, unū cereum floritum pōderis librarum uiginti.
Communia plebis Sexti moriani uidelicet.
Commune sancti Stephani.
Commune sancti Cassiani.
Commune sancti Laurentii de uillorbana.
Commune sancti Michaelis de uillorbana.
Commune sancti Quirici ad licianum.

Quæ cōia sunt de pleberio Sexti, dicta cōmunia simul unum cereū ponderis librarum uigintiquinque, Declarantes quod prædicta cōmunia sunt, & hactenus fuerunt de temporali iurisditione domini Lucensis Episcopi: Et ubicunque de iura, seu temporali iurisditione domini Lucensis Episcopi mentio fieret de dictis communibus intelligatur, eodem modo omnes, & singulæ communitates iurisditionis Capituli lucensis maioris Ecclesiæ inuitentur ad ueniendum, & offerēdum ad dictam luminariam, prout infra continetur, uidelicet.

Commune Maſſagrozæ,unum cereum floritum ponderis librarũ decem.
Commune Fibbiallæ,unum cereum ponderis librarum octo.
Commune Gualdi,unum cereum ponderis librarum trium.
Commune Riſcetri,unum cereum ponderis librarum duarum.
Declarantes,ꝙ appellatione terrarum lucenſis Capituli intelligantur dicta quattuor communia,cum eorum pertinentiis,& confinibus,& ſic intelligi debeat in qualibet parte,ubi de terris Capituli mentio haberetur.
Item Statuimus,& Diſponimus,ꝙ ad dictam luminariam teneantur ueni re,& mittere omnes,& ſingulæ Vicariæ Lucenſis ciuitatis,& offerre infra ſcriptas quantitates ceræ,prout infra continetur.

De Vicaria Maſſæ Lunenſis.

Commune Maſſæ lunenſis.
Commune ſancti Vitalis. in totum unũ cereũ põderis lib.xxv.
Commune Antoniæ.
Omniã dicta communia offeranr,& offerre debeant unum caſtellum flori tum,et dictum cereum ponderis librarum.xxv. Et dicta communia intel ligantur,et conſtituant uicariam Maſſæ lunenſis,Et ſic intelligatur in om nibus ubicunq; de dicta uicaria ſermo haberetur.

De Vicaria Petræſanctæ.

Commune Petræſanctæ,unum cereum ponderis librarum quinquaginta.
Commune Terrinchæ,unum cereum ponderis librarum quinq;.
Commune capellæ ſancti Martini,unum cereum ponderis librarũ decem.
Commune de Pruno,unum cereum ponderis libræ unius.
Commune de Galleno,unum cereum ponderis libræ unius.
Commune Volegni,unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune Pomezani,unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune Stazzemæ,unum cereum ponderis librarum ſex.
Commune Farnetæ,unum cereum ponderis libræ unius.
Caſtrum Motronis,unum caſtellum floritum , pro quo camera Lucenſis communis debet ſoluere dicto operario omni anno florenos decem.
Commune Farnocchiæ, unum cereum ponderis librarum trium.
Commune Retignani,unum cereum ponderis librarum quattuor.
Commune Montis rignoſi,unum cereum ponderis librarum tredecim
Commune Seraueſſæ,unum cereum ponderis librarum quinq;.
Commune de Strettoria,unum cereum ponderis librarum duarum
Commune de Monteggiori,unum cereum ponderis librarum trium.
Commune Vegghiatoriæ,unum cereum ponderis librarum duarum
Caſtrum Rotarii eſt de dicta uicaria Petræſanctæ,
Item tota dicta uicaria,unum caſtellum floritum, Et dicta communia,in telligantur uicaria Petræſanctæ, Et ſub appellatione uicariæ Petreſanctę omnia dicta cõmunia cõphendantur,cum eorũ ꝑtinentiis,et cõfinibus.

De Vicaria Camaioris.

Commune

Commune Burgi Camaioris,unũ cereum pŏderis librarum triginratriũ.
Commune Plebis Camaioris,unum cereum ponderis librarum nouem.
Commune Nochi,unum cereum ponderis librarum quinq;.
Commune Pontismassori,unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune Montis magni,unum cereum ponderis librarum duarũ.
Commune Puosi,unum cereum ponderis libræ unius.
Commune Gomitelli,unum cereum ponderis libræ unius.
Commune Torcigliani,unum cereum ponderis libræ unius.
Commune Milgiani,unum cereum ponderis libræ unius.
Commune Valprumarii,unum cereum ponderis libræ nnius.
Commune Pedonæ,unum cereum ponderis librarum quinq;.
Commune Mommii,unum cereum ponderis librarum quattuor.
Commune Corsanici,unum cereum ponderis librarum octo.
Commune Conchæ,unum cereum ponderis librarum quinq;.
Commune Bargecchiæ,unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune Schiauæ,unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune Plebis ylicis,unum cereum ponderis librarum octo.
Commune Montigiani,unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune Bozzani,unum cereum ponderis librarum trium.
Castrum Viereggii est de dicta uicaria Camaioris.
Item tota dicta uicaria,unum castellum floritum, & dicta communia cum eorum pertinentiis,& confinibus,compræhendantur sub appellatione uicariæ Camaioris,ubicunq; de dicta uicaria sermo haberetur.

De uicaria Vallis Limæ.

Commune Lulliani,unum cereum ponderis librarum quindecim.
Commune Corsenæ,unum cereum ponderis librarum quindecim.
Commune Menabbii,unum cereum ponderis librarum uiginti.
Commune Corbariæ,unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune Brandelli,unum cereum ponderis librarum quinq;.
Commune Carcianæ,unum cereum ponderis librarum sex.
Commune Casolis,unum cereum ponderis librarum octo.
Commune Cassabascianæ,unum cereum ponderis librarum uiginti.
Commune Cocilæ,unum cereum ponderis librarum trium.
Commune Paleggii,unũ cereum ponderis librarũ quattuor.
Commune Contronis,unũ cereum ponderis librarum quadraginta
Commune Montis fegatesis,unum cereũ ponderis librarũ decem.
Commune Limani,unũ cereum ponderis librarũ decem.
Commune Vicipancelori,unũ cereũ ponderis librarum decẽ.
Commune Lucchii,unũ cereum ponderis librarũ quinq;.
Commune Lignanelli,unũ cereum ponderis librarũ duarum.
Item tota dicta uicaria,unũ castellum floritum, & sub appellatione uicariæ Vallis Limæ dicta communia cum eorum pertinentiis,& confinibus cō-

præhendatur,ubicunq; de dicta uicaria sermo haberetur.
De Vicaria Coreliæ.
Commune Coreliæ ,unum cereũ ponderis librarũ triginta.
Commune Licignianæ,unum cereum ponderis librarũ sex.
Commune Ghiuizzani,unum cereum ponderis librarum quindecim.
Commune Vitianæ,unum cereum ponderis librarum trium.
Commune Furnori,unum cereum ponderis librarum quinq; .
Commune Granaiuolæ,unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune Bullicani,unum cereum ponderis librarum duarum .
Commune Lugnani,unum cereum ponderis librarũ trium.
Commune Villæ terrenzanæ,unum cereum ponderis librarum quattuor
Commune Chifentis,unum cereum ponderis librarum trium.
Commune Corfagnæ,unum cereum ponderis librarum decem.
Commune Serræ,unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune Puticciani,unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune Terelii,unum cereum ponderis librarum sex.
Commune Anchiani,unum cereum ponderis librarum decem.
Commune Burgi mozani,unum cereum ponderis librarum octo.
Commune Cerreti,unum cereum ponderis librarum sex.
Commune Onerę,unum cereum ponderis librarum sex.
Commune Rocchæ mozzani,unum cereũ ponderis librarum quattuor .
Commune Tersonæ,unum cereum ponderis librarum duarum .
Commune Iuuiani,unum cereum ponderis librarum sex .
Commune Spullissani,& sancti Romani,unũ cereũ ponderis librarũ triũ.
Commune Motronis,unum cereum ponderis librarum quattuor .
Commune Cuniæ,unum cereum ponderis librarum octo.
Commune Vitriani uallis roggii,unum cereum ponderis librarũ septem.
Commune Dezzæ,unum cereum ponderis libræ unius.
Commune Colognoræ,unum cereum ponderis librarum septem.
Commune Villæ roggii,unum cereum ponderis librarum trium.
Commune Ansanæ,unum cereum ponderis librarum trium.
Commune Gelli,unum cereum ponderis librarum decem.
Commune Piegai,unum cereum ponderis librarum duarum .
Commune Conuallis,unum cereum ponderis librarum quinq;.
Commune Piscaliæ,unum cereum ponderis librarum decem octo.
Commune Volmiani,unum cereũ ponderis libræ unius.
Commune de Cerretello,unum cereum ponderis libræ unius.
Commune de Colleberthingo,unum cereum ponderis libræ unius.
Commune Bori,unum cereum ponderis libræ unius.
Commune Calauorni,unum cereum ponderis libræ unius.
Itẽ tota dicta uicaria,unũ castellũ floritũ,& dicta oĩa cõia,cũ eorũ pertinẽtiis, & cõfinib.intelligantẽ esse de uicaria Corelię,ubicũq; de dicta uicaria mẽtio haberetur.
De Vicaria

De Vicaria Galicani.

Commune Galicani, unum cæreum ponderis librarum sexdecim.
Commune Cardosi, unum cæreum ponderis librarum sex.
Commune Valiui de subtus, unum cereum ponderis librarum octo.
Commune Valiui de supra, unum cereum ponderis librarum trium.
Commune Bolongianæ, unum cereum ponderis libræ unius.
Commune Verni, unum cereum ponderis librarum trium.
Commune Trassilicæ, unum cereum ponderis librarum decem.
Commune Vergemoli, unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune Colomini, unum cereum ponderis libræ unius
Commune Burciani, unum cereum ponderis libræ unius.
Commune Molazzani, unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune Montis altissimi, unum cereum ponderis libræ unius.
Commune Perpori, unum cereum ponderis librarum duarũ.
Commune Fiactonis, unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune Lupinariæ, unum cereum ponderis libræ unius.
Commune Treppiggnianæ, unum cereum ponderis libræ unius
Commune Cascii, unum cereum ponderis librarum duarum.
Item tota dicta uicaria, unum castellum floritum, & dicta cõia sint, & esse intelligãtur de uicaria Galicani, ubicunq; de dicta uicaria mẽtio haberetur.

Vicaria Castilionis.

Commune Castilionis, unum cereum ponderis librarum triginta.
Commune Castrinoui, unum cereum ponderis librarum.xix.
Commune Cicioranæ, unum cereum ponderis librarum decem.
Commune Pallerosi, unum cereum ponderis librarum quattuor.
Commune Caprariæ, unum cereum ponderis libræ unius.
Commune Bargechiæ, unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune Silicæ, unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune Rogii, unum cereum ponderis librarum nouem.
Commune de Gramolasso, unum cereum ponderis librarum trium.
Commune Verruchii, unum cereum ponderis libræ unius.
Commune Magniani, unum cereum ponderis libræ unius.
Commune Corsigliani, unum cereum ponderis librarum octo.
Commune Vallis de supra, unũ cereũ ponderis librarum quattuor.
Commune sancti Dõnini, unũ cereum ponderis librarũ qnq;.
Commune uillæ collemandinghæ, unũ cereum ponderis librarum nouẽ.
Commune Sassi rossi, & Massæ, unum cereum ponderis librarum octo.
Commune Guarsini, unũ cereum ponderis librarũ duodecim.
Commune Pontiscosi, unum cereũ ponderis libræ unius
Commune Saracagnanæ, unũ cereum ponderis libræ unius.
Commune Foscianæ, unum cereum ponderis libræ unius.
Commune Castagnioræ, unum cereum ponderis libræ unius.
Commune Cerreti, unum cereum ponderis libræ unius.

Commune Gragnanellæ,unum cereum ponderis libræ nnius
Commune Bacciani,unum cereum ponderis libræ unius.
Itē tota dicta uicaria unū castellū floritū,& oia,& singula dicta cōia,cū eorū ptinentiis,& cōfinibus intelligant̄ esse de dicta uicaria Castilionis.

De Vicaria Camporegianæ.

Commune Camporegianæ,unum cereum ponderis librarum sex.
Commune de Saxi,unum cereum ponderis librarum quattuor.
Commune de Eglio,unum cereum ponderis librarum trium.
Commune de Grancilla,unum cereum ponderis librarum rrium.
Commune de Caregine,unum cereum ponderis librarum.xiiii.
Commune de Colle,unum cereum ponderis libræ unius.
Commune Rontani,unum cereum ponderis librarum sex.
Commune Silicani,unum cereū ponderis librarum sex.
Commune Filicariæ,unum cereum ponderis libræ unius.
Commune Podii sancti Terentii,unum cereum ponderis librarum duarū
Commune Pugnanelli,unum cereum ponderis librarum trium.
Commune Naggii,unum cereum ponderis libræ unius.
Commune Verrucchæ,unū cereū ponderis librarū duarum.
Commune Bibbianæ,unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune de Sala,unum cereum ponderis libræ unius.
Commune sancti Romani,unum cereum ponderis librarum sex.
Commune uictorii,unum cereum ponderis librarū duarum.
Commune rochæ Alberti,unum cereum ponderis librarum trium.
Commune Casarici,unum cereum ponderis librarum quattuor.
Commune Cascianæ,unum cereum ponderis librarum trium.
Commune Cascianellæ,unum cereum ponderis libræ unius.
Commune sancti Michaelis,unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune Vallis de subtus,unum cereum ponderis librarum decēocto.
Commune Nicciani,unum cereum ponderis librarum quinq;.
Commune Aglani,unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune Cabilis,unum cereū ponderis libræ unius.
Commune Gragnianæ,unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune Guichugniani,unū cereum ponderis librarum duarum
Commune Maglani,unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune Ponteccii,unum cereum ponderis librarum triū.
Commune Colognoræ,unum cereum ponderis libræ unius.
Commune sancti Anastasii,unum cereum ponderis librarū duarum
Commune Conghiæ,unum cereum ponderis librarum trium.
Commune Dalli,unum cereum ponderis librarum quinq;.
Commune Silani,unum cereum ponderis librarum decem.
Commune Soraggi,unum cereū ponderis librarum tredecim.
Commune Burigliani,unū cereum ponderis librarū sex.
Commune Vallis,unum cereum ponderis libræ unius.

Commune

Commune Liuignanæ,unum cereum ponderis librarum duarũ.
Commune Caprignanæ,unũ cereum ponderis librarũ duarum.
Commune Orzaglæ,unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune Bogli,unum cereum ponderis libræ unius.
Commune Petrogniani,nnnm cereum ponderis libræ unius.
Itẽ tota dicta uicaria,unum castellum floritũ, & oía , & singula dicta cõia cũ eorũ ptinentiis,& cõfinibus,intelligãtur sub appellatione uicariæ Cã poreggianæ,ubicunq; sermo de dicta uicaria fieret.

De Vicaria uallis Arianæ,et Montis Caroli.

Commune Villæbasilicæ,cũ suis quartis,,unũ cereũ ponderis libr. xliiii.
Commune Parianæ,unum cereum ponderis librarum quindecim.
Commune Boegli,unum cereum ponderis librarum quindecim.
Commune Colognoræ,unum cereum ponderis librarum quattuor
Commune Arami,unum cereum ponderis librarum duarum
Commune Fibbiallæ,et Medicinæ,unũ cereũ ponderis librarũ duodecim.
Commune Pontiti,unum cereum ponderis librarum decem,
Commune Schiappæ,unum cereum ponderis librarum duarum
Commune sancti Quirici,unum cereum ponderis librarum septem
Item oía suprascripta cõia,unum castellum floritum.
Commune Montis Caroli,unum castellum floritum,
Commune de Collodio,unum cereum ponderis librarum duodecim.
Commune de Veneri,unũ cereũ ponderis librarum trium.
Commune sancti Petri in Campo,unũ cereum ponderis librarum duarũ.
Commune sancti Martini in Collibus,unum cereũ ponderis libræ unius.
Commune Castri, et Burgi Porcari,unum cereum ponderis libræ unius.
Et oía dicta cõia,cũ eorũ ptinentiis,et cõfinibus intelligãtur sub appellatione uicariæ Vallis arianæ,siue Montis caroli,quãdoq; nanq; consueuit appellari sub nomine Montis caroli, Quandoq; sub nomine Vallis arianæ.
Item oẽs,& singulæ infrascriptę cõitates,cum eorũ ptinentiis,& cõfinibus, quæ nullius sunt uicariæ,intelligãtur,& sint de potestaria de Casuli,ultra iugum,& sub ipsa potestaria cõphendantur,& teneãtur,& debeant uenire ad dictam luminariã,& offerre infrascriptas oblationes,uidelicet.
Commune Minucciani,unum castellum floritũ , ꝓ quo camera magnifici cõis lucen,debeat soluere florenos decem,& non ultra.
Commune de Casuli ultra iugũ,unũ cereũ ponderis librarum quattuor.
Commune Puglani,unum cereum ponderis librarum trium
Commune Metræ,unum cereũ ponderis libræ unius .
Commune Albiani ,unum cereum ponderis librarum trium.
Commune Plebis sancti Laurentii, unum cereum ponderis librarũ septẽ.
Commune Sermezanæ, unum cereum ponderis librarum duarum
Commune Nouelli,unũ cereum ponderis libræ unius.
Et oía,& singula dicta cõia,et oẽs,et singulas dictas uicarias , et pleberia,et alia supius declarata,Declaramus eẽ de comitatu,et districtu lucẽ.ciuitatis

Insup Declaramus,ꝙ infrascripta cõia de iure,et ex antiqua cõsuetudine,et ex forma imperialiũ priuilegiorũ ptinẽt ad ciuitatẽ lucen.et ciuitati lucẽ. subesse debẽt,quãuis de facto,et nõ de iure ab aliis occupẽtur. Cæterũ si quo tẽpore redirẽt sub iurisditiõe,et obediẽtia ciuitatis lucen. teneãtur uenire ad dictã luminariã,et offerre infrascriptas quãtitates ceræ,put infra (p oĩa cõtinet

Cõmune Bargæ,unũ cereũ põderis lib.quinquaginta.

Commune Castri ueteris,unum cereũ ponderis libræ unius.

Commune Albiani,unũ cereum ponderis libræ unius.

Commune Sõmęcolognoræ,unum cereum ponderis libræ unius.

Commune Tigli,unum cereum ponderis libræ unius.

Commune Lopiæ,unum cereum ponderis libræ unius.

Commune Seggii,unum cereum ponderis libræ unius.

Commune Pedonæ,unum cereum ponderis librę unius.

Et si quo tẽpore dicta cõia puenerint ad obedientiã Lucen.ciuitatis,sint de uicaria Galicani,cum eorum pertinentiis,et confinibus,et tunc dicta uicaria uocetur uicaria Bargæ,prout olim consueuerat appellari.

Commune Soranæ,unum cereũ ponderis librarũ sex.

Commune Lignanæ,unum cereum ponderis librarũ trium.

Commune castri ueteris,unum cereum ponderis librarum quattuor.

Quæ tria cõia pxime scripta,cũ eorũ ptinẽtiis,& cõfinibus, si quo tẽpore puenirẽt sub iurisditiõe lucen.ciuitatis,intelligant ut olim de uicaria uallis arianæ.

De uicaria Vallis Nebulæ.

Commune Montis Vectulini,unum castellum floritum.

Commune Montis Somani,unum castellum floritum,

Commune Montis catini,unum castellum floritum.

Commune Massæ,& Cossilis,unum castellum floritum.

Commune Buggiani,unum castellum floritum.

Commune Vsani,unum castellum floritum.

Commune Pisciæ,unum castellum floritum.

Commune Sorici,unum cereum ponderis librarum duarum

Commune Castellaris ubaldi,unum cereum ponderis librarum quinq̃.

Commune Petrabonæ,unum cereum ponderis librarum quinq̃.

Commune Auellanæ,unum cereum ponderis librarum decem.

Quæ cõia,cũ eorũ ptinentiis,& cõfinibus,si quo tẽpore redirẽt ad obediẽtiã ciuitatis lucen. sint,& intelligãtur de uicaria Vallis nebulæ.

De uicaria uallis Arni.

Commune Ficechii,unũ castellum floritum.

Commune sanctæ Crucis,unũ castellum floritum.

Commune Castri franchi,unũ castellum floritum.

Commune sanctæ Mariæ ad montem,unũ castellum floritum.

Commune Montis falconis,unum cereum ponderis librarũ decem,

Commune Staffolæ,unum cereum ponderis librarum duarum.

Commune Orentani,unum cereum ponderis librarum duarum.
Commune Montiscaluoli,unum castellum floritum,ut moris est.
Quæ cõia si quo tẽpore puenerint sub obedientia lucen.ciuitatis,intelligã tur cum eorum ptinentiis,& confinibus,uicariæ Vallis arni.

Communia ultra Arnum.

Commune Montis topoli,unũ castellum floritum.
Commune Tonni,unũ cereum ponderis librarũ septem.
Et si quo tempore peruenerint dicta cõia ad obediẽtiam lucen.ciuitatis,uocentur terræ potestariæ Mõtis topoli,cũ eorũ confinibus,& ptinentiis.
Et ad hoc ut habilius,& sine difficultate,dictę cõitates offerre ualeãt tẽpore dictæ luminariæ dictas quãtitates ceræ,Statuimus,ꝙ operarius lucen.maioris ecclesiæ fieri faciat dicta castella florita,debitis,& cõgruis tẽporibus, ita ꝙ sint ĩ die uigiliæ S.Crucis parata,& quodlibet cõe uicariarũ qd offerre debet castellũ floritũ,soluere teneaẽ opario dictę opę ꝑ ipso castello cõstruẽdo florenos.xv.auri, dũtamẽ ꝑ commune Minucciani soluat camera communis lucensis florenos decem auri.
Itẽ pro castro,siue cõi Motronis camera lucen. cõis teneatur soluere dicto opario omni anno florenos.x.saluo semp,ꝙ cõe Nossani nõ teneaẽ soluere nisi florenos sex,& pleberiũ cõputi,& pleberiũ Subgrominei,nõ teneantur soluere nisi solũmodo florenos.vii.ꝑ quolibet ipsorũ,put supra declarũ est,et camera cõis lucẽ.ꝑ castello mãsnadę soluere debeat flor.xl.auri.
Verũ si quod cõe tẽpore dictę luminarię,nõ offerret dictas quãtitates cerę supra taxatas singula singulis referẽdo,teneaẽ,& debeat postea soluere eidẽ opario,ualorẽ dictæ ceræ ad cõputũ sold.xv. paruorũ ꝑ qualibet lib. dictæ ceræ,& teneanẽ Dicta cõia,& Pleberia,ac Vicarię mittere ĩ die dictæ uigiliæ ad ciuitatẽ lucẽ.sufficientẽ numerũ hoĩum,q deferãt tẽpore dictę luminariæ ꝑdicta castella: Onus uero dictarũ oblationũ distribuaẽ,& distribui debeat inter singulares ꝑsonas dictorũ cõium eo modo, quo distribui debẽt alia onera a ciuitate lucen.puenientia,secundũ formã statuti loquẽtis De distributione onerũ,et ad ꝑdicta oĩa,& singula dictæ cõitates,pleberia,& uicariæ,& eorũ singulares hoĩes,& ꝑsonæ,de facto cõpellantur p.D.Potestatẽ,uel p exactorẽ lucẽ.ciuitatis,q inobediẽtes possint multare,& cõdẽnare arbitrio dicti.D.Potestatis,uel exactoris,etiã sine aliqua solẽnitate iuris,uel statutorũ,& sine aliquo ꝓcessu: Et a ꝓcessibus,ꝓceptis,et grauaminibus fiẽdis dicta occasiõe nõ possit appellari,supplicari,uel querela moueri.Et insup Teneanẽ.D.lucen.Potestas,et.D.maior Sindicus,et Exactor dictã operã,et eius bona,et iura defendere,uiribus sui officii,et eidẽ opario, causis,et litibus dictæ opæ ius summariũ ministrare,sine strepitu,et figura iudicii,nullo iuris,et statutorũ ordine seruato,et absq; solennitate quacũq;,ita ꝙ iura,et bona dictę opę fauorabiliter defendanẽ,et possit oparius ꝑdictus adire quẽ potius uoluerit ex dictis officialibus,quorum qlibet ĩ causis,et litibus dictę opę,Iudex cõpetens intelligatur,et sit.

De Processionibus, Luminariis, seu Ceræ oblationibus faciendis. Cap. XXXII.

STatuimus, q Dominus Lucẽsis Potestas teneatur, & debeat ad honorem, & reuerentiam omnipotentis Dei, fieri facere pro ciuitate Lucen. luminarias, seu elemosinas candelorum ceræ ad ecclesias infrascriptas in uigilus festiuitatis infrascriptorum sanctorũ, singula singulis referẽdo, pro quibus luminariis fiat, & fieri debeat prouisio, & mãdatoria de pecunia cameręcõis Lucensis, operariis infrascriptarum Operarum, uidelicet.

Operæ Lucensis maioris ecclesiæ ĩ solẽnitate Corporis Domini nostri Iesu Christi lib. octuaginta ceræ.

Operæ altaris sanctorum Iasonis, & Mauri, in ecclesia maiori Lucensi die sexta Aprilis, p cõmemoratione libertatis lib. duodecim ceræ in celebratione missæ, & p luminaria dicti festi debeat fieri prouisio, & mãdatoria illius quãntitatis ceræ, quæ ex dicta causa offerri consueuit.

Operæ eiusdem altaris, die sexta Iunii p cõmemoratione libertatis lib. duodecim ceræ in celebratione missæ.

Operæ ecclesiæ sancti Paulini lib. quadraginta cerę.

Operæ ecclesiæ sancti Saluatoris ĩ mustolio, lib. quadraginta ceræ.

Operæ maioris Lucensis ecclesiæ in festo sancti Martini lib. xxxx. ceræ.

Operæ sancti Io. Baptistæ ĩ festo natiuitatis sancti Ioãnis lib. xxxx. ceræ.

Operæ eiusdem ecclesiæ in die Sabbati sancti lib. quadraginta ceræ p uno cereo honorabili tunc benedicendo, & cereum prædictum ad commoditatem operæ prædictæ tantum cedat.

Operæ sanctæ Mariæ de cursu in festo Assumptionis eiusdem, lib. quadraginta ceræ, & oblatio, quæ fit ĩ dicto festo dictæ Assumptionis fiat de mane in die dicti festi, & non in uigilia.

Operæ ecclesiæ fratrũ seruorũ in uigilia Annũciationis eiusdẽ lib. xxxx. ceræ.

Operæ sancti Petri maioris, lib. quadraginta ceræ, & oblatio, quę fit in festo sancti Petri, fiat de mane in die dicti festi, & non in uigilia.

Operæ ecclesiæ sanctæ Mariæ de rosa ĩ uigilia natiuitatis eiusdẽ lib. xl. cerę.

Operæ ecclesię. S. Frediani lib. xxx. ceræ ĩ uigilia dicti festi sancti Frediani.

Item Operę eiusdem ecclesię in uigilia sanctæ Catherinę lib. triginta ceræ.

Item Operę eiusdem ecclesię in uigilia sanctæ Sitæ lib. triginta cerę.

Opere ecclesię sanctę Marię Magdalenę apud locum fratrum minorũ, lib. quadraginta cerę in uigilia dictę sanctæ Mariæ Magdalenę.

Operæ ecclesiæ fratrũ pdicatorum in uigilia. S. Dominici lib. xl. ceræ.

Operæ ecclesiæ fratrum heremitarum sancti Augustini lib. quadraginta ceræ in uigilia sancti Augustini.

Operæ ecclesiæ sancti Michaelis in foro de mense Maii, lib. triginta ceræ in uigilia dicti sancti Michaelis.

Operæ ecclesiæ. S. Nicolai nouelli lib. xxx. ceræ, ĩ uigilia dicti sancti Nicolai

Operæ

Operę ecclesię sancti Lucę libr. quadragita ceræ, in uigilia dicti sancti Lucæ
Operæ ecclesiæ sancti Marci in burgis lib. xxv. ceræ i uigilia sancti Marci.
Operæ ecclesiæ sanctæ Luciæ lib. triginta ceræ in uigilia sanctæ Luciæ.
Operæ ecclesiæ. s. Bartholomęi i silice lib. xxx. cerę i uigilia. s. Bartholomęi
Operæ ecclesiæ sancti Iacobi de tumba lib. xxx. ceræ in uigilia. s. Iacobi.
Operæ ecclesię. s. Donati in uigilia. s. Theodori lucen. epi lib. xxx. cerę.
Et dictę luminarię, & earum utilitates deueniant ad operas dictarũ ecclesiarum, ut exinde tecta, & alia ecclesiarum ędificia ualeant conseruari.

De oblatione carceratorum, ob Dei reuerentiã fiẽda. Cap. XXXIII

SEquentes antiquam cõsuetudinem a maioribus obseruatã, Statuimus, ꝗ magnifici domini Antiani, & Vexillifer iustitiæ, qui p tempora erũt, possint quolibet anno in festo Natiuitatis domini nostri Iesu Christi, & in Pascha Resurrectionis eiusdem, & in festo Exaltatiõis sanctę Crucis offerre, & offerri facere debeant omnipotenti Deo, illos pauperes, & miserabiles carceratos, qui pro maleficio essent, uel dictis temporibus esse reperirentur in carceribus lucẽsis ciuitatis, in pecunia dũtaxat bãniti, uel cõdemnati, dũmodo nemo offerri possit, qui alias fuerit simili modo oblatus: Et similiter nemo possit offerri, qui pacem nõ haberet de delicto per eum cõmisso, si tale sit delictum, propter quod psona aliqua lęsa fuisset, si cõmode persona lęsa ualeat inueniri, de quo stetur discretioni magnificorum dominorũ Antianorum, et Vexilliferi iustitię populi, et cõmunis lucensis, uel illorum, quibus per Generale consilium dicti cõmunis cõmissum esset, Et similiter nemo possit offerri, ꝗ blasphemauerit Deũ, uel Sãctos eius. Itẽ nemo possit offerri nisi stetisset i carceribus saltim p duos menses integros, ipsam oblationem proxime, et imediate pcedentes. Item similiter nemo possit offerri de cuius cõdemnatione, uel bãno, esset lucen. camerę per fideiussores idoneos, uel alio modo cautum. Item offerri nequeãt carcerati, qui detinerentur pro fraudibus salis, cõmissis per uẽdentes, aut ementes, uel portãtes sal i fraudẽ in comitatu, contra formam statutorum Douanæ salis, Intelligendo de illis, qui deinceps cõmittent huiusmodi fraudes, ꝗ offerri nullo modo ut supra possint: Et eodem modo uenditores uini ad minutum cõtra formam statutorum, et ordinum ciuitatis lucen. Et Notarii archiui librorum ciuitatis lucen. teneantur dictos captiuos oblatos, de eorum condẽnationibus, et bãnis libere, et gratis, sine aliqua solutione fiẽda, integre cãcellare, et tempore dictæ oblatiõis dicti carcerati offerãtur, et psentent Deo, In ecclesia maiori lucensi, ad altare sanctæ Crucis: Et qui sic fuerint oblati, sint, & intelligãtur ab eorum bannis, & condemnationibus, pro quibus detinebantur, liberi, & exempti, ita ꝙ nullo tempore ualeant molestari.

De honore Imaginis beati Martini. Cap. XXXIIII.

AD reuerentiam beati Martini patroni,& protectoris ciuitatis lucẽsis, et sub cuius uocabulo maior lucensis ecclesia decoratur, Statuimus,& Ordinamus,ꝙ singulo anno in festo sancti Martini fiant,& fieri debeant expẽsis cameræ lucensis communis,uestimenta coloris albi,& rubei,quibus uestiatur imago,& figura sancti Martini,quæ est in frõtispicio, seu facie dictæ maioris ecclesiæ,pro quorum uestimentorum precio , & expensis fiat,& fieri debeat mãdatoria de pecunia cameræ magnifici communis lucensis in quantitate,quæ sufficiat ad prædicta: Et uetus uestimentum dictæ imaginis omni anno detur amore Dei alicui pauperi,qui in uigilia, & in die dicti festi teneatur equitãdo ipsum uestimẽtum palam portare per ciuitatem lucensem,in memoriam miraculorum dicti almifici confessoris.

De Festiuitatibus celebrandis. Cap. XXXV.

CVm sanctorum festa recolimus,nullum ex hoc ipsis beneficium præstamus,sed nobis magnum spirituale lucrũ acquirimus, Ideoq; Iubemus, ꝙ omnes,& singuli dies infrascriptarum festiuitatum diligẽter , & cũ Dei reuerentia,& spiritualiter celebres habeantur,& nullus ciuis,uel suburgẽsis, artifex,uel mercator,uel alius,quicũq; audeat,uel præsumat tenere aliquam apothecam apertam ad negociationes exercendas,uel artes, seu mercantias operari,uel exercere infrascriptis diebus,sub pœna librarum quiq; pro quo liber,& qualibet uice, cuius pœnæ medietas sit accusatoris , & teneatur sibi credẽtia,& sufficiat in prædictis probatio unius testis cum iuramẽto accusatoris,uel denũciatoris,si fuerit homo bonæ cõditionis,& famæ. Qui dies celebrãdi,et diligenter custodiendi sunt hi ,uidelicet.

Omnes dies dominici	Dies sanctæ Catherinæ.
Omnes festiuitates Apostolorum	Dies sancti Antonii.
Omnes festiuitates Euãgelistarum.	Dies sanctæ Mariæ Magdalenæ.
Oẽs festiuitates beatę Marię uirginis.	Dies sancti Benedicti
Dies paschatis resurrectiõis dñi nostri,cũ duobus dieb.sequẽtibus	Dies sancti Dauini.
	Dies sancti Barnabæ.
Dies Pẽthecostes,cũ duo.dieb.sequẽ.	Dies natiuitatis sancti Io.Baptistæ.
Dies Ascẽsionis dñi nost.Iesu xp̃i	Dies sancti Dominici.
Dies solennitatis Corporis Christi.	Dies sancti Augustini,
Dies Natiuitatis dñi nost.Iesu xp̃i, cũ duobus diebus sequentibus	Dies sancti Reguli.
	Dies Inuẽtionis sanctæ Crucis.
Dies Circũcisiõis dñi nost.Iesu xp̃i.	Dies sancti Paulini.
Dies Epiphaniæ.	Dies.S.Frediani Lucen.ciuit.ep̃orũ.
Dies sancti Laurentii.	Dies sancti Theodori.
Dies Veneris sancti.	Dies Exaltationis sanctæ Crucis.
Dies sancti Georgii.	Dies Dedicationis sancti Michaelis.
Dies sancti Gregorii.	Dies sancti Hieronymi.

Dies

Dies omnium Sanctorum.
Dies cõmemorationis Domini nostri Saluatoris.
Dies sancti Martini.
Dies sancti Nicholai.
Dies sancti Ambrosii.
Dies sancti Siluestri.
Dies conuersionis sancti Pauli.

Et omnes alii dies, quos Dominus Lucen. Episcopus cum consensu Capituli præciperet celebrari: Et ultra pdicta seruari Volumus statuta Fundaci de materia loquentia, etiam in casibus in quibus præsenti statuto aliquid in cõtrariũ disponeretur. Volumus tamẽ, q ĩ festo sancti Martini, & in festo sancti Frediani, & in festo sancti Reguli, & in festo Exaltatiõis sanctæ Crucis fieri possint mercata, in plateis ecclesiarũ ubi dicta festa celebrãtur, etiã si in dictis plateis dictis tẽporibus apothecæ tenerẽtur apertæ.

De Paliis currendis. Cap. XXXVI.

STatuimus, q D. Lucen. Potestas quolibet anno in festo Exaltationis almificæ Crucis, die quartadecima Septembris teneatur, & debeat curri facere ad tria brauia, seu palia, Ad quorũ pulchrius curratur per equos curserios, ad Secũdum per pedites, ad Tertiũ per mulieres: Similiq modo ad memoriam retinendam de beneficio gratiæ libertatis concesso a diuæ memoriæ Carolo quarto, Romanorũ Imperatore, & semper Augusto: Statuimus, q D. Lucẽsis Potestas teneatur, & debeat quolibet anno die sexto Aprilis curri facere equos curserios ad unum honorabile brauium, seu palium: Pro quibus paliis, & ipsorum ornamentis fiat prouisio, & mandatoria de pecuniis cameræ lucensis cõmunis usq ad illam quãtitatẽ, quæ sufficiat a d pdicta, ita q dicta palia, seu brauia sint honorabilia, atq pulchra: Et quilibet curserius admittatur ad currendum etiam uacuus, & absq aliquo sessore, etiam a principio carcerũ, & cursus, et prout libuerit curserii domino, et Sancitum, et Decretum sit, q nõ ualeat curri ad aliquod brauium, de quo supra fit mentio, nec ad aliud brauium a lucensi cõmuni ordinatum, uel de cætero ordinandum, nisi saltem adsint ad currẽdum tres equi curserii, diuersorum dominorũ, et patronorũ ipsorum curseriorum: De quibus omnibus. D. lucensis Prætor sit, et esse intelligatur Iudex competens: Et quęcunq persona, eques, uel pedes, quæ dederit impedimẽtum, uel fauorem currẽtibus ad dicta brauia, puniatur, et condẽnetur in libris uiginti, et ultra ualeat condẽnari ad arbitrium. D. Potestatis usq in libras centum, et nihilominus teneatur ad emendationem damni, quod quis propter talem fauorem, uel impedimentũ passus foret: Si quis autem ab equis, uel peditibus recta uia currẽtibus ad dictum brauium fuerit læsus, nulla exinde pœna lędentibus inferatur, cũ culpa nõ careat, qui super cursu steterit temporibus supradictis: Vnde congruũ est, ut damnũ, quod quis sua culpa sentit, sibi debeat imputare, et ei qui primo cum equo ad brauiũ uenerit, sibi brauium tribuatur. Et idem intelligatur si equus uacuus primo ad brauium

uenerit, dūmodo prius declaretur per cancellarium lucensis cōmunis, uel per notarium conductæ, si motus cursoribus datus fuerit bonus, & rectus, & ad euitanda dubia, quæ ratione inepti motus, seu indebiti cursus, uel alio quouis modo insurgerent, Declaramus, ꝙ de dicto palio tradendo, uel nō tradendo cursoribus, stetur declarationi Domini Lucensis Potestatis, & ei cui præfatus. D. lucen. Potestas declarauerit, detur.

De modo, & forma acceptādi Electiones, & Officia, & de Fideiussori bus dandis ab electis, qui officia acceptarēt. Cap. XXXVII

STatuimus, ꝙ electi ad infrascripta officia teneātur, & debeant secundum formā suæ electionis se præsentare personaliter coram Magnificis Dominis Antianis, & Vexillifero iustitiæ populi, & cōmunis lucen. infra terminum saltim in termino in electione declarato: Qui officiales sunt u, ui delicet, Electus in maiorem Sindicum, & iudicem appellationum, Electus in officialem custodiæ, Electus in Bargellum, seu Capitaneum comitatus, Et electus in exactorem: Qui omnes in præsentia præfatorum Dominorum Antianorū, & Vexilliferi iustitiæ teneantur officia, ad quę electi sunt acceptare, & corporale iuramentum interponere, & præstare in forma debita, & consueta, quæ talis est: Ego enim iuro ad sancta Dei euangelia, & si Deus me adiuuet, bona fide, & sine fraude, toto posse meo, & prout natura mei officii exigit, & requirit, saluare, & custodire ciuitatem lucen, & eius castra, bona, honores, et iura, ad statum Magnifici cōmunis lucen. nec patiar, ꝙ prædicta in aliquo minuantur, hauere, pecunias, et introitus lucen. ciuitatis conseruabo, et conseruari faciam uiribus mei officii: Et quicquid de hauere cōmunis Lucensis ad me, uel ad aliquem de mea familia peruenerit, ad integrum restituam, et restitui faciam cum effectu: Et si ab alio detinetur indebite occupatum, recuperare studebo bona fide, uiduas, pupillos, miserabiles personas, et pia loca defendam ab omni opprǽssione, et omnibus, et singulis personis, et locis sine personarum acceptione, prout natura mei officii requirit, iustitiam ministrabo, nō attendendo ad munera, odiū, uel amorem, et fines meæ iurisdictionis nō excedam, et fideliter obseruabo, et obseruari faciam omnia, et singula statuta, et ordinamenta Lucen. ciuitatis, et cōmunis lucen, et contentus ero salario meo, et ultra per me, uel meā familiam non accipiam directe, uel per obliquum, etiam a sponte dare uolentibus, nisi quantum mihi liceat ex forma statutorum dictæ ciuitatis, et si sciuero aliquem de mea familia, qui aliquid acceperit quouis quæsito colore, eum confestim remouebo, nec ipsum unq̄ ad officium assumam, in ciuitate lucen. et alium loco eius substituam, et accepta in quadruplem restitui faciam, et omnia, et singula ad me, et meum officium spectantia fideliter tractabo, et administrabo, remotis odio, amore, prętio, precibus, et timore: Et dicto iuramēto præstito possint eorum officia exercere, Et prædicti officiales tēpore

les tempore acceptationis,& dicti iuramenti,fideiussoriam cautionem præstare non cogantur. Iuramētum domini lucen. Potestatis,& eius formam, plene Ordinauimus supra libro primo in principio.

Et omnes,& singuli alii a prædictis electi ad aliquod officium lucen. ciuitatis,qui illud acceptare uoluerint,teneantur,& debeant in ipsa acceptatione talem ordinem obseruare uidelicet: Quia quilibet electus ad aliquod officium tam ī ciuitate lucen. q̄ in eius territorio exercendū, teneatur illud acceptare,uel renunciare simpliciter,& indistincte,infra octo dies, a die sciētiæ dictæ factæ electionis,proxime numerandos,quam acceptationem,uel renunciationem facere debeat,coram maiore Sindico lucen. ciuitatis,& appareat in actis curiæ dicti Domini Sindici,& tempore acceptationis teneantur iurare in p̄sentia dicti Domini Sindici de exercēdo fideliter officium, ad quod esset electus,& de stando contentus salariis ordinariis,& de obseruando statuta,& ordinamenta lucen. ciuitatis,et de stando ad sindicatum finito officio secundū formam statutorū curiæ Domini Sindici,et de faciendo,& obseruando fideliter omnia,& singula,quæ ad tale officium pertinēt, et spectāt,et propterea teneantur p̄stare fideiussoriam cautionem,et tales fideiussores approbentur per approbatores,et intelligantur, et sint efficaciter obligati,et sine excussione cōtra principalem ualeant cōueniri,et omnibus priuilegiis,et beneficiis fideiussorum intelligantur renunciasse Et omnia, et singula sua bona mobilia,et īmobilia solēniter, et ualide obligasse, et ius omnibus quorum interest acquiratur,etiam si prædictæ renunciationes, et obligationes,in libro actorum per notarium non reperirentur scriptæ, seu si minus solēniter scriptę forēt, et ubi per formam aliquorum statutorum de certa quantitate debeat fideiussio præstari,intelligantur dicti fideiussores pro tali quantitate efficaciter obligati, etiam si talis quātitas tempore fideiussionis non exprimeretur: Et si de certa quantitate nō esset a statutis prouisum,teneantur ipsi fideiussores in solidum, et ubi plures fideiussores darentur,quilibet eorum insolidum teneatur,et officiales, qui dictam fideiussionem tempore acceptationis præstiterint,non teneantur tempore sindicatus alium fideiussorem præstare,si fideiussores dati tempore acceptationis officii reperirētur tempore sindicatus præsentes,et idonei: uel nisi ex iusta causa Domino Sindico uideretur tempore sindicatus nouos fideiussores unum, uel plures dari debere, quibus casibus officialis,qui sindicatus esset,de mandato Domini Sindici,fideiussores approbatos præstare teneatur,et eis præstitis,fideiussores primo dati tempore acceptationis intelligātur,et sint liberi,et absoluti: Et noui fideiussores dati tempore sindicatus intelligātur,et sint efficaciter obligati, ī omnibus, et per omnia,prout supra dictum est de fideiussoribus dandis tempore electionis: Et si noui fideiussores tempore sindicatus dati non fuerint, primi fideiussores dati tempore acceptationis,etiā si absentes essent,remaneant obligati pro dicto sindicatu. Inquantum uero infra dictum tempus octo dierum electus non accepta-

uerit,& iuramentum prædictum non interposuerit,& fideiussores non dederit,intelligatur illi electioni,& officio renunciasse: Et ad nouam electionem procedatur,donec fuerit officium reformatum: Et nemo electus nisi dictum iuramentum,& fideiussionem præstiterit,audeat officium exercere, sub pœna florenorum quinquaginta pro quolibet,& qualibet uice.

De eo q Officiales teneantur officia,quæ acceptauerint personaliter exercere. Cap.XXXVIII.

ET quilibet qui officium acceptauerit,teneatur illud personaliter exercere,& ad illud exercendum ire,& accedere prima die sui officii,uel saltem infra quinque dies proxime,& imediate sequētes,nec possit alium sibi substituere,cum sua tantum industria sit electa.Si quis autem contrafecerit puniatur qualibet uice in libris centum per Dominū maiorem Sindicum, nisi habeat aliquam iustam excusationem,uidelicet, quia esset infirmus, uel in aliis negociis lucensis ciuitatis de mandato Dominorū Antianorū,& Vexilliferi impeditus,uel si esset absens extra ciuitatē lucensem,mandato præfatorum Dominorū Antianorū,uel si esset in aliquo officio,a quo discedere non posset,uel si alia iusta causa subesset,quæ Magnificis Dominis Antianis rationabilis uideatur,quibus casibus possit alius loco taliter impediti subrogari pro tempore durantis impedimenti per Magnificos .D. Antianos,& Vexilliferū iusticiæ populi,& cōmunis lucensis: Et teneatur quilibet electus residentiā facere personalem,durante tempore sui officii in loco in quo debet officiū exerceri, & inde discedere non possit sine expressa licentia prædictorū Magnificorū Dominorū Antianorū, sub pœna librarum centum pro quolibet,& qualibet uice. Et ut liberius electi ad loca sui officii ualeant se transferre,Statuimus,q Vicariæ infrascriptæ,& cōmunia habentia potestates teneantur,& debeant,& compellantur portare,& portari facere de ciuitate lucensi ad eorum uicarias,& terras in quibus ipsorum Vicarii,& Potestates,& Notarii residentiam facient,et de ipsis terris ad ciuitatem Lucensem bis quolibet officio uidelicet,in principio,et in fine, cuiuslibet officii,infrascriptas salmas uidelicet,

Vicaria Petra sanctæ, et Vicaria Montis Caroli uidelicet, quælibet ipsarum pro suo Vicario salmas sex, et pro quolibet Notario curiarū dictarū uicariarū salmas duas: Et quælibet alia Vicaria pro suo Vicario salmas quinque,et pro quolibet Notario curię cuiuslibet uicariæ salmas duas.Terræ,uel iugum pro suo Potestate salmas tres.Cōmune collodi,cōmune noxani,et cōmune Villæbasilicæ pro suis Potestatibus salmas duas pro quolibet eorum: Et teneatur Dominus Sindicus per unum ex suis notariis requiri facere horis congruis singulos officiales Lucenses officia exercentes, ad loca in quibus debent officia exerceri,et quos abesse inuenerit,punire, et multare de facto,et sine scriptura ad ejus arbitriū usque in libras quinque,

et abinde

& abinde infra descensiue usque in soldos decem, nisi iustam haberet excusationem, nec a talibus condemnationibus ualeat appellari, uel ad aliquem contra eas recursus haberi, uel de nullitate agi, Sed dictae poenae irremissibiliter exigantur: Et ad tollendam omnem dubietatem, & absurdam intelligentiam super Rubrica De uacationibus ab officiis libro De Regimine, & ut inquantum fieri potest officiorum indemnitati succurratur, Statutum idcirco sit, & esse intelligatur, quod quicunque fuerit electus ad aliquod officium ordinarium Lucensis communis, siue per consilium generale, seu per consilium triginta sex, et dictum officium non acceptauerit, intelligatur, et sit ipsofacto, et ipso iure priuatus ipso officio, et omni alio officio, ad quod tunc temporis esset electus, et ipso eodem anno, et anno sequenti nō possit eligi ad aliquod officium ordinarium, uel extraordinarium Lucensis cōmunis contrarietate quacunque non obstante.

De Officio Notariorum Curiae Domini Lucensis Potestatis.
Cap. XXXIX.

NOtarii Curiae Domini Lucensis Potestatis, qui sunt numero sex, teneantur, et debeant fideliter scribere, et in libro ponere, et trāsferre seriatim, et successiue omnia, et singula acta, quae in dicta curia quomodolibet tractarentur, nihil de contingentibus obmittendo, sub poena librarum quinque pro quolibet, et qualibet uice, nec possint euitare scripturas, seu exercitium officii in his, seu circa quae uersatur officium supradictum. Et possint durante officio tam per Dominum Potestatem, et eius Iudicem, quam per Dominum Maiorem Sindicum compelli ad dictum officium fideliter, et debite exercendum: Et teneantur dicti Notarii infra tres dies in libro actorum posuisse omnia acta, de quibus rogati fuerint ad poenam librarum quinque pro quolibet, et qualibet uice, et dicti tres dies incipiant a die qua rogati fuerint de talibus scripturis, seu actis, dicta die qua rogati fuerint in dictorum trium dierum numero non computata.

Notarius uero electus super examinatione testium, qui in dicta curia introducerentur, possit, et debeat testes examinare, et eorum atestationes, citationes, et iuramenta, aliaque acta exinde dependentia fideliter scribere, et in publicam formam redigere: Et talis examinatio ualeat de iure: Verum si dictus Notarius esset alicui partium suspectus, uel si nullus esset electus, uel si electus esset absens, uel infirmus, possit Dominus Potestas, uel eius Iudex alium non suspectum eligere, secundum formam Statuti supra positi libro primo sub Rubrica De electione Notarii super testibus examinādis.

Notarii uero aesthimatores dictae curiae possint, et debeant aestimare bona, uel interesse, de quibus in dicta curia debet solui Datia in casibus, et modo, et forma de quibus prouisum est supra libro primo, sub rubrica De Datia

soluenda in causis principalibus, quæ ciuiliter tractantur, cuius statuti di/
spositio debeat obseruari.

Item possint dicti notarii æstimatores æstimare bona, quæ darentur in so
lutum, uel ex secundo Decreto, et res illas, quarum æstimatio in iudicio ue
niret probanda. Et generaliter omnia alia, & singula bona, quæ in dicta cu
ria, uel ex officio dictæ curiæ uenirent æstimanda, & Iudex eorum æsti/
mationem admittat. Saluo tamen iure probandi de iustiori æstimatione;
quæ probatio per iudicem possit, & debeat admitti: tamen interim non re/
tardetur executio primi, uel secundi Decreti. Verum si dolose, uel fraudu
lenter fuerint in æstimando uersati, condẽnentur, et puniantur per Domi/
num Maiorem Sindicum in librarum uigintiquinque ad opus Lucen. Ca
meræ, & ad interesse dãnum passo: Et quilibet ipsorum insolidum possit
æstimationem facere, et officium exercere, nec uicietur æstimatio facta per
æstimatores, ex eo ꝙ æstimatores non iurauerint fideliter æstimare quo/
tiens eis æstimatio cõmitteretur: Sufficit enim ꝙ in acceptatione officii iu
rauerint, uel promiserint, secundum quod requiritur ex forma statutorũ,
nec uitietur æstimatio, licet partes de quarum præiudicio agitur, non fue/
rint citatæ in æstimatione fienda per æstimatores, uel tempore cõmissio/
nis factæ ipsis æstimatoribus.

Notarius uero ciuis lucen. uel districtualis ad criminalia I curia Domini
Lucen. Potestatis deputatus, teneatur, & debeat scribere acta criminalium
causarum ubi pœnæ pecuniariæ uenirent imponendæ. Si uero pœnæ ue/
nirent imponendæ in corpus, tunc describantur acta per notarium foren/
sem per Dictum Dominum Potestatem deputatum ad officium melefi/
ciorum. Quis notarius ciuis, uel districtualis ad maleficia electus, tenea/
tur obedire tam Domino Potestati, q̃ Iudici maleficiorum in omnibus, q̃
spectant ad officium supradictum.

De Officio Notariorum Curiæ Domini Maioris Sindici, & Iudicis appellationum. Cap. XL.

IN Curia Domini Maioris Sindici, et Iudicis appellationum eligi debẽt;
& consueuerunt duo notarii, qui teneantur fideliter scribere omnia, & sin
gula acta, quæ ex officio Domini Sindici, uel Iudicis appellationum actita
rentur, Et possint ipsi Notarii, & etiam unus ex eis examinare testes, qui
in dicta curia introducerentur, & eorum examinatio ualeat. Possit tamen
Iudex per alium notarium partibus non suspectum super testium exami/
natione eligere, & deputare, prout sibi uidebitur: Et ultra hoc ipsi notarii
dictæ curiæ, & quilibet eorum insolidum, ita ꝙ occupantis conditio po/
tior non existat, sint et intelligantur minores Sindici Ciuitatis Lucensis in
omnibus, & singulis causis, & litibus ciuilibus, & criminalibus Ciuitatis Lu
censis,

censis,tam principalibus,q̃ appellationum,tam agendo, q̃ defendẽdo,cum omnimoda plenitudine,et concessione mãdati, etiam in casibus in quibus a iure requireretur speciale mandatum, et nullam omnino satisdationem præstare teneantur.

Contumacia uero huiusmodi sindicorum in nihilo noceat Ciuitati Lucensi,sed ipsi Sindici si contumaciam contraxerint, puniantur per exactorem pro qualibet uice in libris duabus, uel ultra usq; in libras quinque, arbitrio exactoris qualitate ipsius contumaciæ pensata,nisi haberent excusationem,quæ ipsi exactori rationabilis uideretur. Et possint etiam appellare ab omnibus sententiis,quæ latæ forent contra cõmunem Lucensem,seu in præiudicium Lucensis Ciuitatis,et ipsas appellationes prosequi,et Datiũ appellationis soluere non teneantur: Et insuper nõ teneantur de actis causarum ad Ciuitatem pertinentium aliquid soluere notariis Curiarum, sed teneantur ipsi notarii absq; aliquo salario,uel mercede,scribere omnia acta, et eorum copiam exhibere: Decet enim q̃ qui sentiunt cõmodum,et lucrum officii dari a Ciuitate,pro ipsa Ciuitate laborent absq; aliquo pmio.

De Officio Notariorum Curiæ Officialis Fundaci. Cap. XLI.

IN curia Officialis Fundaci eligi debent,et consueuerunt quatuor notarii,qui teneantur fideliter scribere,et in libro ponere,et trãsferre seriatim, et successiue omnia,et singula acta,quæ in dicta curia quomodolibet tractarentur,nihil de contingentibus omittẽdo sub pœna librarum quinque pro quolibet,et qualibet uice, nec possint euitare scripturas,seu exercitium officii in iis, seu circa,quæ uersatur officium supradictum. Et possint tam per officialem Fundaci,quam per Dominũ maiorem Sindicũ compelli ad dictum officium fideliter,et debite exercendum. Et teneãtur dicti notarii infra tres dies in libro actorum posuisse omnia acta,de quibus rogati fuerint ad pœnam librarũ quinque pro quolibet, et qualibet uice, et dicti tres dies incipiant a die,qua rogati fuerint de talib.scripturis,seu actis, dicta die qua rogati fuerint in numero dictorũ triũ dierum nõ computata. Et possint ipsi notarii,et etiam unus ex eis examinare testes,qui in dicta curia introducerentur,et eorũ examinatio ualeat. Possit tamen officialis alium notariũ partibus nõ suspectũ super testiũ examinatione eligere,et deputare,put sibi uidebitur. Ac etiã Statuimus,et Ordinamus,q̃ teneãtur fideliter scribere,et in actis redigere,et omnia,et singula exercere, q̃ ad eorũ officiũ spectãt,et pertinẽt. Et obedire teneãtur dicto officiali in oibus spectãtibus ad dictũ officiũ.Et si cõtrafecerint puniri possint, tã per Sindicũ, q̃ per ipsum officialẽ in libr.v. p qualibet uice,qua cõtrafecerint. Et quia cõsueuit notarios dictę curię deseruire curię maioris Sindici,et Iudicis appellationũ: Et uersa uice notarios electos in curia maioris Sindici,et Iudicis appellationũ

deseruire curiæ Officialis Fundaci. Ideo Statuimus, q dicti Notarii dicti Domini Sindici, & Iudicis appellationum teneantur ad omnia ea, ad quæ tenentur notarii curiæ Fundaci deputati: Et uersauice notarii curię Fundaci deputati teneãtur ad omnia ea, ad quæ tenẽtur notarii curiæ Domini Sindici, & Iudicis appellationum deputati: Et sciant dicti notarii tam curiæ Maioris Sindici, & Iudicis appellationum, q̃ curiæ Fundaci subesse dicto Domino Sindico, & Iudici appellationum, & officiali Fundaci, & eis, & cuilibet ipsorũ obedire, & parere teneãtur in pertinẽtibus, & spectãtibus ad eorum officia: Et dictis officiis promiscue deseruiant: Et puniri possint etiam durante officio per dictum maiorem Sindicum, & Iudicem appellationum in omissis, & neglectis per eos in dictis officiis, & per officialẽ Fundaci solum, & dumtaxat in omissis, & neglectis per eos in his, quæ spectant ad officium Fundaci durante dicto officio: Et quilibet dictorum Notariorum intelligatur, & sit sindicus minor Lucensis ciuitatis, & ea omnia facere teneatur, & possit, ut minor sindicus sicut dictum est supra de notariis dicti Sindici, & Iudicis appellationum.

De Officio Notariorum deputatorum ad custodiam Librorum Archiui, seu cameræ Lucensis ciuitatis. Cap. XLII.

ET teneantur notarii custodes Librorum Archiui, seu cameræ Lucensis ciuitatis diligenter custodire omnes, & singulos libros mensurationum terrarum, & actorum ciuilium, et criminalium, et condemnationum, et bannorum, et alios cuiuslibet maneriei libros existentes in camera, seu archiuo prædicto: Et omnibus, et singulis personis quarum interest copiam exhibeant in publicam formam, uel non publicam, prout petentibus ad quos spectat placuerit de his, quæ in dictis libris continentur: Et talis copia subscripta, et publicata manu alicuius ex dictis duob, custodibus ualeat, et fidem plenariam faciat in iudicio, et extra, ac si scripta foret manu notarii rogati de tali scriptura, uel actis: Et non possit copias dare his quorum non interest, nisi præciperetur eisdem per .D. Potestatem, uel per Dominum Maiorem Sindicum. Et teneantur notarii, et custodes librorum dictæ cameræ singulis quinque annis de nouo conficere inuentarium, de omnibus, et singulis libris dicti Archiui, ponẽdo numerum chartarum scriptarum, et non scriptarum cuiuslibet libri. Et ipsum inuentarium teneatur tradere, et consignare exactori Lucensis ciuitatis, Qui exactor teneatur dicta inuentaria describi facere in libro inuentariorum suæ curiæ. Et si quis liber, uel aliud per malam custodiam perderetur, teneantur ipsi notarii ad emendationem damni, et nihilominus puniantur in libris uigintiquinque.

Præterea Notarius, qui ad dictũ officiũ pro uno anno, et nõ ultra, uel ad nõ certũ tẽpus fuerit electus, teneatur in principio sui officii inuẽtariũ cõficere de

ficere de libris prędictis, et illud in publicam formam tradere in curia exactoris: Et dicti notarii, et custodes dictorum librorum teneantur consignare tempore depositionis eorum officii omnes libros, et scripturas, in dicto Archiuo existentes per inuentarium conficiendum exinde manu publici Notarii eorum successoris infra quindecim dies continuos a die dicti depositi officii, sub pœna librarum centum pro quolibet, et qualibet uice: Et insuper dicti Notarii nullas condemnationes, nullaq; banna possint, uel audeant cancellare, nisi secundum formam statuti positi in libro quarto loquentis de cassatione bannorum, & condẽnationum: Et ad tollẽdam materiam, ne libri de archiuo publico exportentur, uel lacerẽtur, aut aliter uicientur: Statuimus, & Declaramus, ꝙ custodi librorum nullo modo permissum esse intelligatur librum aliquem extra dictum archiuum exportare, uel exportari facere, uel permittere, absque licẽtia Magnificorum Dominorum Antianorum, uel maioris Sindici Lucensis cõmunis, sub pœna Florenorum decem pro quolibet libro, & qualibet uice, qua contrafecerit de facto ab eo exigẽda per dictum maiorem Sindicum, & de dicta licentia debeat apparere per scripturam autenticam ipsorum Dominorũ, uel Sindici, ut supra, & quãdo prædicta licentia concederetur, debeat illico facta fide ipsius reportare ad archium, neque librum ipsum absque se dimittere debeat, uel possit sub dicta pœna. Interdicimus insuper dicto custodi librorum ꝙ neminẽ permittat legere, uel aperire dictos libros, & scripturas archiui, uel eas, & eos quomodolibet pertractare, uel scrutari, nisi in præsentia ipsius custodis, & præsente eo, & assistente, alias si contrafecerit de facto condemnetur in Florenis decem auri per dictum maiorem Sindicum: Similiter sub dicta pœna Florenorum decem auri interdicimus dicto custodi, ꝙ nullum præsumat, seu audeat intromittere in secundo procinctu in quo libri, & acta, & scripturæ archiui repositæ sunt, quoniam in loco illo nullum Volumus posse intrare, q̃ ipse custos, officialis, uel coadiutor suus, qui sibi concederetur teneri, uel ad id deputaretur per habentes authoritatem: & suprascriptæ pœnæ per suprascriptum maiorem sindicum de facto exigantur sine processu, & possit dictus maior sindicus de prædictis se extraiudicialiter informare, & cõdemnare, etiam eo Officiale, seu custode in officio perseuerante, & in tali condemnatione, bannio, uel punitione non possit appellari, quærelari, de nullitate dici, uel aliquis recursus haberi ad aliquem officialem Lucensis cõmunis, nec ad ipsos Dominos Antianos.

De Officio Notarii curiæ Exactoris. Cap. XLIII.

STatuimus, ꝙ notarius exactoris, & curiæ exactionũ teneatur describere omnia, & singula acta causarũ, quæ in dicta curia tractarentur, & omnia, & singula bona bannitorũ, & ea describere in libro propterea ordinato, & omnia, & singula præcepta, quæ exactor faceret cuicũq; personæ. Ac etiam

in publicam formam redigat omnes uenditiones,& alienationes rerum ciuitatis Lucen. Et generaliter omnia ordinate describat, quæ pertinent ad officium exactoris Saluo, ꝙ non teneatur ad ea,quę pertinent ad officium restaurorum,cum ad ipsum officium restaurorum sit alius notarius specialiter deputatus. Item dictus notarius curiæ exactoris diligenter describat omnes,& singulas rationes,quas ratiocinator, & reuisor rationū concluserit: Et si dictus notarius aliquam pecuniam inuenerit,quæ non fuerit legitime soluta, eam ad exitum camerarii non admittat,& rationes factas,& firmatas teneatur tradere exactori,qui possit exigere reliqua, & residua ad ciuitatem lucen.pertinentia: Et propterea idē notarius ratiocinatori, & reuisori rationum ciuitatis lucen.seruire teneatur in his,quæ spectant ad officium supradictum: Et similiter describat introitum, & exitum Massarii lucen.ciuitatis,ita ꝙ eius ratio uideri possit: Et propterea teneatur confice re inuentarium omnium rerum lucen.cōmunis peruenientium ad manus dicti Massarii. Et ut deceptio fieri nō possit in cambiendo res,teneatur personaliter,& oculate uidere diligenter omnes res,ita ꝙ in alia cōfectione inuentarii ipse possit uidere,& cognoscere si sunt ęedem res,uel aliæ: Item teneatur singulo mane uidere oculate omnes Magistros, & Manouales, qui conducerentur per Massarium ad laborandum: Et diligēter ponat in credito operas Magistrorum,& Manoualium,& calcis,& renę,& lignaminis,& ferramētorū, & in quibus laboreriis operātur, & iuxta ipsa credita ponere solutionem,uel confessionem,& in ipsa confessione recipiat iuramentum a cōfitentibus pecuniam si eam uere a Massario receperint: Et similiter de denariis, quos Massarius expenderet,exitum scribere debeat, et uidere lignamen,et alia,quæ emerentur: Et diligenter aduertat, et scribat,ubi res huiusmodi operentur,ita ꝙ per ratiocinatorem,et reuisorem rationum cūcta per ordinem uideantur: Et teneatur dictus notarius subesse, et parere exactori in omnibus,quæ pertinent ad officium exactionum. Saluo eo quod pertinet ad officiū restaurorum,prout supra dictum est.

De Officio Notarii Restaurorum. Cap. XLIIII.

OFficium Notarii restaurorum Ordinatum, et Declaratum est in statutis curiæ exactoris,quod quidem statutum,et contenta in eo,præsentis statuti auctoritate Confirmamus,et per notarium ad dictum officiū electum diligenter obseruari Disponimus,tam circa exactionem,ꝗ circa alia dicto officio incumbentia.

De Officio Notarii introitus,& exitus Camerarii generalis. Cap. XLV.

STatuimus,ꝙ Notarius camerarii Generalis teneatur fideliter describere totum introitum, & exitum dicti Camerarii, ita ꝙ ratio dicti camerarii semper

rarii semper uideri, et fieri possit. Et non admittatur ad exitum dicti camerarii aliqua quantitas, nisi inueniatur, q per notarium prædictum sit ad exitum posita, & descripta.

De Officio notariorum Gabellę, & prouentuum in ciuitate, & in districtu deputatorum. Cap. XLVI.

GAbellarum Notarii diligenter describant introitum, & exitum camerarii Gabellarum, ita q semper eius ratio ualeat uideri. Et similiter describant omnia, & singula, quæ in dicta curia fuerint actitanda, & describenda, & omnes, & singulos processus, & condenationes, & bāna, quæ, & qui fierent ex officio officialis gabellę. Et omnibus, & singulis petentibus, teneantur sine aliquo salario tradere apodixas factarum solutionum, ita q de solutione probare ualeant quotiens opus erit. Similiter etiam notarii prouētuum teneantur scribere introitum, & exitum dicti camerarii quantum pertinet ad prouentum: & etiam teneantur scribere omnes, & singulas solutiones, quæ fierent, ita q semper appareant, & uideri possint. Et similiter teneātur scribere omnes processus, & alia omnia, & singula acta, quę ratione dicti officii uenirent actitanda, & omnibus, & singulis petentibus teneantur tradere apodixas factarum solutionum, ita q de solutione docere ualeant, & de qualibet apodixa accipere possint usq in solidos duos, et nō ultra, et teneātur dicti notarii gabellarum, et prouentuum, subesse, parere, et obedire officiali pdicto in omnibus, quę pertinent ad officium supradictum. Notarius uero ęstimator teneatur diligēter ęstimare omnes, & singulas res, q̄ fuerint ęstimandę, et eius ęstimatio admittatur. Et propterea possit expensis eius, qui gabellam soluere debet, ire ad uidendum res æstimandas. Volumus tamen, q sit saluum ius eius cuius intersit probare de ueriori, et iustiori æstimatione. Et talis probatio admittatur, et si dolose, uel fraudulēter aliquid plus, uel minus, iusta æstimatione æstimauerit, puniatur per officialem gabellę in libris uigintiquinq, et nihilominus teneatur ad æstimationē dāni. Simili quoq modo omnes, et singuli notarii camerariorum comitatus, et districtus lucen. teneātur scribere diligēter introitū, et exitū suorū camerariorū, et ipsum introitū, et exitum infra octo dies in introitu cuiusq mēsis, elapso primo mense eorū officii teneātur, et debeant dare, seu dari facere in scriptis exactori lucē. ciuitatis, sub pœna librarū. xii. pro qualibet uice.

De officio Notariorum, et aliorum, ad portas super Gabellarum exactione deputatorum. Cap. XLVII.

STatuimus, et Ordinamus, q Notarii, et alii superstites deputati ad portas super exactione Gabellarum teneantur, et debeant solui facere debitam Gabellam ad portas ubi deputati fuerint de omnibus, et singulis mer

cantiis,& rebus,quæ portarẽtur intra,uel extra ciuitatem,de quibus debeat solui Gabella,& pecuniæ exinde exigẽdæ poni debeant in capsis propterea ordinatis sub pœna librarum duodecim pro qualibet uice,& hoc si res fuerint tales,quæ debebant ad portas disgabellari,& expediri secundũ formã statutorũ Gabellę,alioquin mittere teneãtur ad curiã maioris lucen. Gabellę cum uno ex famulis deputatis ad custodiã Gabellę portarũ,& de talibus mercantiis,& rebus,quæ mitterentur ad dictam curiam, notam & scripturã facere debeant in libro propterea ordinato. Et non patiatur ꝙ aliqua persona extrahat de ciuitate lucen.aliquas mercantias,uel res de quibus deberet solui Gabella,nisi prius Gabella fuerit soluta ad ipsas portas, uel í maiori Gabella,de qua solutione facta in lucen.maiori Gabella,apparere debeat per apodixas manu unius ex notariis dictæ Gabellæ signatas Sigillo Gabellę. Teneantur insuper super apodixas solutionum cõcessas pro quibuscunq; rebus extra ciuitatem deferendis signare, & scribere diem delationis,seu extractionis, uel aliquãtulum lacerare, ita ꝙ cum ipsa apodixa alias res,uel similes nequeant extrahi,ita ꝙ nulla fraus cõmitti possit. Nullum uero pignus pro gabella soluẽda recipere possint sub pœna librarũ quinq;, nec patiantur aliquam personam ingredi ad bancum ubi gabella exigitur sub dicta pœna. Et non teneantur permittere,ꝙ aliqua bestia macellanda, uel aliqua farinę quãtitas mittatur in ciuitate lucen.nisi solum per portam sancti Petri. Et similiter non patiantur aliquam frumenti quãtitatem, uel blauę pro macinando extrahi de Ciuitate prædicta,nisi solum per dictam portam sancti Petri,sub pœna librarum quinq; pro qualibet uice. Et non possint ꝓdicti notarii, & alii superstites, & custodes ad portas deputati,res aliquas disgabellare ad portas,pro quibus gabella deberet solui,ultra quãtitatem solidorum uiginti. Et hæc non extendatur ad uinum,& oleum de lucen.districtu,quod mitteretur in ciuitatem lucen. quod possit, & debeat ad portas disgabellari. Cæterum si aliquis ad dictas portas inuentus fuerit fraudare gabellam, statim per ipsos notarios, & superstites transmittatur pœna debita puniendus ad officialem gabellarum, & prouẽtuum,cum rebus de quibus fraus cõmitteretur: Et intelligatur ad portas fraudasse gabellam,qui post interrogationem negauerit se habere res de quibus gabella deberetur,& etiã qui trãsiuerit pontem antiportę sine solutione gabellę ciuitatẽ exeũdo. Intrãdo uero si trãsiuerit locũ in quo gabella exigitur.

Notarii autem deputati ad scribendum bladum,teneantur ad portas residere,& fideliter scribere omnes quantitates cuiuslibet bladi, quod mitteretur in ciuitate lucen.describendo nomina mittentium, & quãtitatem bladi,quam quisq; intromittit. Et de dicta ímissione possint tradere petentibus apodixas adeo ꝙ semper ualeat uideri ratio,& computum,& quantitates missę in ciuitate lucen.& per quam portam immittatur.

De Officio Notariorum macelli,& farinę. Cap.XLVIII.

Et teneãtur

ET teneantur Notarii macelli,& farinæ describere in libro propterea ordinaro introitum,& exitũ camerarii ad ipsum officium deputati, ita ꝙ ratio uideri possit: Nullam autem quantitatem possint ponere ad introitũ, uel exitum, nisi uiderint quantitatem ipsam ad integrum solui,ita ꝙ non sufficiat confessio,nisi realis solutio intercedat: Et similiter teneantur scribere omnem quantitatem Grani,& cuiusq; alterius Bladi,quod extra ciuitatem defertur pro macinando,& illud granum faciant ponderari,& pondus scribant: Et similiter scribant quantitatem Farinæ, quæ mittitur in ciuitatem,faciendo illam ponderari,ita ꝙ per molẽdinarios fraus committi non possit,& propterea teneantur facere postam cuiuslibet molendinarii de blado,quod extrahit de ciuitate lucen.& de farina quam remittit in ciuitate,Et facere rationem teneantur cuiuslibet molendinarii singulis quindecim diebus: Et si inuenerint aliquem molendinarium extraxisse de ciuitate lucen.maiorem quantitatem grani,ꝗ fuerit quantitas farinæ per eum remissæ,teneantur compellere dictum molendinarium ad remittendũ in ciuitate lucen.farinam in quantitate debita infra quindecim dies,a die reuisæ rationis: Alioquin ipse molendinarius condẽnetur in soldis decem ꝑ quolibet stario farinę omissæ remitti,& nihilominus farinam ipsam remittere teneatur. Item dicti Notarii teneantur omnes,& singulas bestias,quę mittuntur in ciuitate lucen.macellandas, & ipsarum bestiarum numerum, atq; pondus describere,ita ꝙ clare uideri possit quantitas,quæ de ipsis solui debet Gabella,& generaliter exerceãt officium farinæ,& macelli,cũ omnibus,& singulis suis dependentibus,& connexis,et subesse debeant exactori,& officiali Gabellarum,& prouentuum,sibiq; parere,& obedire in omnibus pertinẽtibus ad officium supradictum: Et similiter Teneãtur ipsi Notarii recipere fideiussores idoneos a quolibet Beccario de soluendo Gabellam pro bestiis macellaris, & macellandis in quolibet semestri: Et quilibet beccarius,seu macellator teneatur fideiussores præstare idoneos quolibet semestri,in principio cuiuslibet semestris infra.xv.dies de soluendo Gabellam ꝑ bestiis macellaris,& macellandis in ipso semestri: Et obseruando statuta curię macelli,Et nullus beccarius,seu macellator possit pro alio beccario in dicta curia macelli fideiubere,sub pœna librarum decem pro quolibet,et qualibet uice,qua,et in quolibet dictorum casuum quotiens cõtrafactum fuerit per ipsos beccarios,uel aliquem eorum cõdemnetur: Et similiter dicti Notarii dictos beccarios in fideiussores recipere non debeant sub dicta pœna.

De Officio Notariorum cuiusq; Vicariæ Cap. XLIX.

OMnes, et singuli Notarii cuiuslibet Vicariæ, Teneãtur,et debeant fideliter scribere in libro ordinate infra dies quinq; oĩa,et singula acta ciuilium et criminalium causarum,et oĩa præcepta,et quoslibet ꝓcessus,et quælibet

bet alia,ex officio Vicarii celebranda nihil pœnitus omittendo, Et ipsos libros custodire debeant diligenter toto tẽpore sui officii. Et possint etiã in ciuilibus testes examinare, et eorum examinationes, et depositiões scribere, et eorum examinatio ualeat, ac si per Vicarium facta foret. Et teneãtur copiam omnium processuum criminalium pẽdentium nõ decisorum in publicam formã cõsignare suo successori, ita ꝙ per successorẽ ꝓcessus huiusmodi ualeant finiri, et per sententiã terminari. Item teneantur oẽs condẽnationes, et bãna infra.x.dies a die qua sententia in rem transiuerit iudicatam transmittere, seu transmitti facere notariis archiui librorum lucen.ciuitatis sub pœna librarum.xxv.pro qualibet uice.

Teneãtur ĩsuper dicti notarii scribere seriatim totũ introitũ, et exitũ cõdẽnationum, bãnorum, et cippi, et cõdẽnationum, et multarũ de facto factarũ, et datiarum, et denariorum prouentuum, ꝓdarum, et insolutorum, dictarũ uicariarum, sub pœna librarum.xxv. pro quolibet, et qualibet uice. Et insuper notarii cuiuslibet uicariæ teneantur singulo mense saltem bis coram se facere monstrã de omnibus, et singulis famulis Vicarii, seu uicarię, et oẽs defectus quos inuenerint, teneantur notificare, et denunciare notario conductæ infra octo dies ad pœnam librarũ.xxv.pro qualibet uice, Notarii uero cancellariæ Petræ sanctæ, et Camaioris, et alii qui forẽt pro cõmuni lucen. in districtu cancellarii alicuius cõmunitatis, teneantur, & debeant scribere omnes literas, reformationes, & ordinamenta ipsarum cõmunitatum. Et possint executioni mandare omnia, & singula ordinamenta, quæ suæ executioni per ipsas cõmunitates fuerint cõmissa. Item habeant iurisdictionẽ cõtra dãna inferentes, & cõmittentes in alienis terris, & contra facientes, & cõmittentes aduersus ordinamenta ipsarum cõmunitatum, & solicitudinẽ gerant de custodia ipsarum terrarum: Et propterea possint onus custodiæ diuidere, & distribuere æqualiter, prout eorum discretioni uidebitur, Et omnes, & singuli, teneantur ipsis notariis cãcellariæ obedire in his, quæ ad custodiam huiusmodi terrarum pertinere noscuntur.

De Officio Camerarii pignorum. Cap.L.

STatuimus quod camerarius pignorum tempore acceptationis sui officii, teneatur fideiussorem ꝓstare approbatum de florenis ducentis auri, Et officium exercere non possit, donec dictã fideiussionem præstiterit. Et insuper idem camerarius teneatur, & debeat omnia, & singula pignora sibi præsentata fideliter custodire, & saluare, illaq; reddere, & restituere ad mandata officialium, ex quorum officio fuerint prędata, & habeat, & habere debeat pro suo salario, & labore custodię denarios duodecim pro quolibet pignore, seu pro qualibet re pignorata, & sibi recõmendata: Et dicta quantitas soluatur ab eis contra quos dicta pignora fuerint prędata: Et si bestię pœnes eum recõmendarẽtur possit accipere soldos duos pro qualibet die

naturali

naturali de qualibet bestia grossa, ueluti de Boue, Vaccha, Mulo, Equo, et Asino, Equa, Mula, et Asina: Et de qualibet bestia minuta soldum unum pro qualibet die naturali: Et nihilominus is ad cuius petitionem bestię recõmendatæ fuerint, teneatur soluere expẽsas pabuli huiusmodi bestiarum, repetendas tamen ab eis, contra quos essent dictæ bestiæ in præda eleuatæ, intelligendo dictas solutiones ad paruam monetam. Et teneatur dictus camerarius tenere librum in quo describat diem, et mẽsem pignorum sibi præsentatorum, et per quos nuncios, et ex cuius curię officio, et cõtra quos prædarentur, ita q errores, et questiones pœnitus euitẽtur, ita q semper de omnibus huiusmodi pignoribus possit reddere rationem quandocunq fuerit requisitus. Et teneatur emendare omnia: & singula pignora, quæ pœnes eum fuerint recõmendata, si perderentur, uel deteriora efficerentur, de quorum pignorum extimatione credatur, & stetur iuramento personæ p̃datæ cum uno teste. Et ad hoc possint de facto, & sine, aliquo processu, uel scriptura compelli per officiales, ex quorum officio huiusmodi pignora prædata fuissent.

De Officio singulorum Potestatum in Lucen. districtu. Cap. LI.

QVilibet Potestas in terra, seu terris suæ potestariæ subiectis, habeat potestatem, & iurisditionem audiendi, cognoscendi, & terminãdi ciuiles causas, & lites, quarum quãtitas, uel interesse, uel ęstimatio librarũ quinque non excederet quantitatem. Item quilibet Potestas in terris suę potestariæ possit omnes, & singulos sibi non parentes punire, et condẽnare, et multare de facto, et sine aliqua scriptura usq in soldos quadraginta, et de prædictis ipsemet possit scribere acta, quæ propterea contingeret actitari, et teneatur, et debeat omnes, et singulas condẽnationes, et multas a se factas notificare, et in scriptis mittere exactori Lucensis Ciuitatis infra unum mensem a die huiusmodi condemnationis latæ, sub pœna librarũm decem pro qualibet uice, Item teneatur prouidere de custodia, et circa custodiam terrarum, et fortiliciorum suæ potestariæ, et propterea possit custodes ponere, et positos uisitare in locis de quibus sibi uidebitur: Possit insuper omnes, et singulos custodes uocatos non respondentes condemnare, et punctare usq ĩ soldos decem pro qualibet uice: Item quilibet Potestas habeat iurisditionem contra portantes arma, et contra ludẽtes ad ludum prohibitum, seruãdo propterea statuta de dictis materiis loquẽtia, Et oẽs, et singuli habitantes in terris huiusmodi potestariæ teneãtur, et debeant suo Potestati subesse, parere, et obedire: Potestas uero quilibet studeat suos subditos in pace regere, disponere, et gubernare, et ab ipsis discordias, et scandala remouere, et maiores casus Vicario suæ uicariæ referre, et secundum eius consilium procedere, et sequi, ac etiam sub suo Vicario se fore constitutum cognoscat, sibiq parere, et obedire teneatur, uinculo iuramenti. Et si dictus

Poteſtas non fuerit ſub aliquo Vicario,referat Dominis Antianis:& Vexillifero iuſtitiæ populi, & communis Lucen.

De Officio,& iuriſditione Poteſtatis terrarum ultra Iugum, & de officio Vicarii Camporeggianæ in dicta Poteſtaria. Cap.LII.

IN capitulo proxime ſuperiori generaliter Diſpoſuimus de Officio ſingulorum Poteſtatum in Lucen.diſtrictu deputatorũ: Nunc autem ſpecialiter de officio Poteſtatis terrarum ultra Iugum prouidentes: Statuimus,ꝙ Poteſtas dictarum terrarum ultra iugum,habeat plenariam iuriſditionem de omnibus,& ſingulis cauſis ciuilibus,quę uerterentur in dictis terra,& poteſtaria,de quibus cauſis idem Poteſtas cognoſcere, & terminare poſſit inter homines dictæ poteſtariæ.

Cauſæ uero criminales,in quibus pœna corporis,ſeu ſanguinis ueniret imponenda pertineãt,& ſpectẽt ad Dominum Poteſtatem Ciuitatis Lucen.& non ad alium quẽcunq;: Cauſæ uero criminales in quibus pœna pecuniaria ueniret imponenda,uſq; in ſummam librarũ uigintiquinque bonæ monetæ incluſiue,& ab inde infra,pertineant, & ſpectẽt ad dictum Poteſtatem in terris dictæ poteſtariæ in quibus,& ſuper quibus plenam habeat iuriſditionem ſecundum formam ſtatutorum Lucen. ciuitatis: Cognitio uero cauſarum criminalium de quibus eſſet imponenda pœna,ultra ſummam librarum uigintiquinque pertineat ad Vicarium uicariæ Camporeggianæ cum obſeruantia ſtatutorum Lucenſis Ciuitatis: Et in prædictis Declaramus,ꝙ dicta quantitas librarum,xxv.intelligatur de originali pœna imponenda ſecundum formam ſtatutorũ non factis detractionibus fiendis propter pacem,uel propter confeſſionem, & nõ factis duplicationibus fiendis ratione loci,uel temporis,ſed ipſa originalis pœna debeat in prædictis conſiderari. Et inſuper Declaramus,ꝙ de condẽnationibus,quæ fierẽt per dictum Poteſtatem,dimidia pertineat ad camerã Lucen.cõmunis, & reliqua dimidia ad dictam poteſtariam. Ac etiam Prouidemus,ꝙ de omnibus, & ſingulis condẽnationibus per dictum Poteſtatem fiendis, debeat ipſe Poteſtas tenere computum clarum,& librum propterea ordinatum,& ipſas cõdẽnationes deponere pœnes camerarium dictæ poteſtariæ. Et teneatur,& debeat ſingulis tribus mẽſibus denunciare exactori omnes,& ſingulas cõdẽnationes,& partem condẽnationum dictam cameram contingentẽ trãſmittere ad camerarium generalem, Et inſuper dictus Poteſtas teneatur, & debeat ſemper intereſſe omnibus cõſiliis,& deliberationibus, quæ fierẽt per cõmune,officiales,& conſiliarios terræ de Caſulis.

De Officio approbatorum fideiuſſores. Cap.LIII.

Fideiuſſorum

FIdeiussorum multiplex est distinctio, alii quidem intercedũt apud ciuitatem lucensem, seu officiales lucensis ciuitatis ad utilitatem lucensis cõmunis, seu ubi fauor publicus principaliter, uel secũdario uertitur, uel uerti speratur, fideiubẽdo pro singularibus personis, uel pro aliqua uniuersitate, et hi nullatenus recipiãtur nisi fuerint pro idoneis approbati, saltem per duos ex approbatoribus, et officialis qui eos non approbatos admiserit, puniatur qualibet uice in libris uiginti, et nihilominus ipse officialis intelligatur ipsos fideiussores approbasse, & perinde possit ut approbator conueniri, & prędicta intelligantur quando fideiussio quæ prestaretur, excederet libras quinquaginta, quando uero nõ excederet, Volumus, ꝙ arbitrio iudicis admitti possint fideiussores absq; approbatione. Item quando iudex non formato aliquo processu uellet sibi prestari fideiussores ex aliqua iusta causa, quę sibi uideretur ꝙ quis comparebit coram eo ad sua mandata, dicto casu recipi possit fideiussor arbitrio Iudicis, sine aliqua approbatiõe, & hoc tam in ciuilibus q̃ in criminalibus. Itẽ non sit necessaria aliqua approbatio, si de uoluntate creditoris fideiussio prestaretur nulla alia prestita, seu interueniente approbatione. Permittimus tamen ꝙ ab accusatoribus, absq; approbatione recipi possint fideiussores, prout iudici, uel officiali uidebitur, qui possit in hoc casu cũ approbatione, uel sine, fideissores accusatorum recipere, pro ut suę discretioni uidebitur, consideratis conditionibus personarum, & qualitate delicti, & quãtitate pœnarum. Sunt, & alii, qui in iudicio corã quibuscunq; officialibus intercedunt apud priuatas personas, & ii debent similiter approbari ad petitionem illorum in quorũ utilitatem intercedunt, alioquĩ non admittantur, possit tamen personam ad cuius utilitatem fideiussio prę staretur sine aliqua approbatione fideiussores admittere si uoluerit, Possit etiam iudex fideiussores tutorũ, & curatorũ cum approbatione, uel sine, admittere, prout suæ discritioni uidebitur, Sunt, & alii qui in cõtractibus extra iudicium fideiubent, de quibus nihil auctoritate presentis statuti pro uisum intelligatur cũ unusquisq; debeat caute negociari, & sibi imputet qui fideiussores nõ idoneos admisit, quæ autẽ de fideiussoribus approbãdis supra diximus, intelligi debeãt de fideiussoribus prestandis in ciuitate, nõ autem de prestandis in districtu cum ibi approbatores non possint comode reddere se presentes, & omnes, & singuli approbatores, qui fideiussorem aliquem approbauerint, teneãtur, & efficaciter obligentur ipsi, & quilibet eorum insolidum si fideiussores approbati fuerint reperti minus idonei, & eo casu cõtra ipsos fideiussores, & principales ipsis approbatoribus actio cedatur tempore solutionis, quam facerent approbatores prædicti, fideiussores autem ipsorum approbatorum cõueniri nõ possint, nisi pro quantitate florenorum quingẽtorum, et pro tanta summa quilibet approbator tempore acceptationis officii fideiussorem prestare teneatur. Preterea Statuimus, ꝙ

nullus approbator possit pro approbatione aliquid exigere, uel a sponte offerentibus recipere, uel in fraudem amplioris salarii aliquid attentare, per se, uel alium quouis quæsito colore, nisi prout infra cōtinetur sub Rubrica De mercede approbatorum.

De Officio Superstitis, & Custodis Carcerum. Cap. LIIII.

STatuimus, q ad Officium superstitis, seu Custodis carcerum Ciuitatis Lucensis, spectet, et pertineat caute, et fideliter, carceres, et eos qui detinentur in eis custodire, eosq; ordinet, dirigat, et componat, et ab eis remoueat omnem materiam scandalorū: Ita q dissentiones, et rixæ cessent penitus inter eos, et ad prædicta exequenda plenam habeat potestatem, et diligenter obseruet, ne sit ipsis captiuatis durus, rigidus, uel molestus, nullamq; eis iniuriam irroget, sed in eos pietatem exerceat, ita tamen q eos cum cautela custodiat, et quotiens carceres fortificationibus, seu quibusuis expensis quomodolibet indigerent, debeant sumptus huiusmodi necessarii pro carceribus Lucæ existentibus fieri a cōmuni lucensi. De carceribus autem uicariarum fiant expensis ipsarum uicariarum, idest quælibet uicaria suos carceres fortificet, corroboret, atq; firmet. Volumus insuper, ac Iubemus, q in dictis carceribus debeant esse, ac teneri tria distincta, ac separata loca, in quorum uno custodiantur capti, et detenti pro enormibus excessibus, pro quibus pœna corporalis deberet imponi, et capti pro enormibus maleficiis, et in alio capti, et detenti pro debitis, et leuibus excessibus, et i alio mulieres: Præterea pudicitiæ mulierum prouidere Volētes, Statuimus, q custodes carcerum, uel alius quicunq; præditus iurisditione, uel potestate, nō possit ex aliqua causa aliquam mulierem incarcerare in eo loco, in quo masculi detinentur, sed in loco pro fœminis deputato, et qui contrafecerit puniatur qualibet uice in libris uigintiquinque, nec possit ipse superstes aliquem detentum in carceribus pro debito, uel leui excessu, ponere in compedibus ferreis, nisi in casu quo ille detentus esset furiosus, uel rixosus, uel molestus aliis carceratis, nec etiam possit aliquid accipere, nel auferre de pecunia, pane, et uino, uictu, et aliis rebus ad uictum necessariis, quæ darētur, uel mitterentur carceratis, uel alicui ipsorum amore dei, uel alia causa: Nec prohibere quin prædicta dari, et portari possint, nec etiam possit ab aliquibus captiuatis directe, uel indirecte, quouis quæsito colore, aliquid recipere, exigere, uel habere, etiam si sponte offeratur, nisi solum quantitatem, quæ pro carcerum prouentu exigenda ueniret, de qua sub Rubrica De prouētu carcerum fit mentio specialis in statutis Gabellæ.

Insuper prohibitum sit, et esse intelligatur ipsi superstiti aliquam meretricem uoluntarie intrari permittere dictos carceres, nisi talis meretrix mitteretur

retur ad carceres ex officio alicuius officialis, et non permittat in dictis carceribus aliquem, seu aliquos ludere ad aliquem ludum prohibitum: Et teneatur, et debeat denunciare, et accusare Domino Potestati, et eius Iudici maleficiorum omnes, & singulos carceratos, blasphemātes Deum, uel sanctos, & sanctas, infra secundam diem postq̄ ad eius noticiam deuenerit, patiatur insuper, & permittat quoscūq; carceratos operari, & exercere suas artes honeste, ita tamen q alios non inquietent, uel perturbent ratione huiusmodi exercitii, seu artis. Si quis autem superstes, seu custos prædicta non seruauerit, aut in aliquo contrafecerit puniatur qualibet uice in Florenis decem auri per exactorem, uel per Dominum Potestatem, Superstires uero carcerum uicariarum puniri possint per Exactorem, uel per Vicarios in dictis pœnis. Præterea teneatur ipse custos consignare, et transmittere omnes, et singulos carceratos officialibus Lucensis cōmunis, ex quorum officio missi, uel recōmendati forent, in carceribus suprascriptis quandocunq; ipsi officiales uoluerint, et mādauerint. Verum si quis ex officio plurium officialium in carceribus detineretur, teneatur superstes huiusmodi carceratum ad requisitionem cuiuslibet ipsorum officialium trāsmittere ad quēlibet ipsorum officialium, qui primo talem carceratum exhiberi mandauerit, teneatur tamen dictus officialis huiusmodi carceratum, post eius examinationem, uel expeditionem remittere ad carceres custodiendum ex officio alterius officialis, qui ipsum detineri fecisset, & in carceribus recōmendari. Disponimus etiam ulterius, & Iubemus, q superstes, & custos ut supra teneatur de ipsis captiuis, seu captiuatis copiam facere, ita q Procuratores cōstituere possint pro defensione, et prosecutione suorum iurium, sub pœna Florenorum decem pro qualibet uice, non obstantibus quibuscunq; præceptis sibi factis a quibuscunq; officialibus Lucensis communis, et tales procurationes, et defensiones nequeant impugnari, eo q in compedibus, et carceribus factæ forent: Si quis autem carceratus pro debito carceres euaserit, teneatur ipse superstes ad interesse creditoribus: Si quis uero bannitus, uel condemnatus, seu condemnandus in pecunia, euaserit, teneatur superstes ut supra, ad soluendum omnem quantitatem, quæ tali carcerato soluenda incumbebat, ex causa propter quam in carceribus detinebatur: Si quis uero pœna sanguinis puniendus euaserit, tunc si ipse superstes dolum, uel latam culpam cōmiserit, pœna capitis puniatur. Si uero negligentiam cōmiserit puniatur in Florenis mille auri, et ipse in carceribus donec uixerit in perpetuum intrudatur.

Cæterum Disponimus, q Dominus Lucensis Potestas, aut eius Vicarius, uel Iudex, et Exactor in Ciuitate Lucensi, et Vicarii in Vicariis teneantur, et debeant saltem semel quolibet mense ipsos carceres personaliter uisitare, et diligenter examinare, et inquirere, si contra prædicta,

seu aliquod prædictorum fuerit quomodolibet attentatum, et etiam si aliquis sine causa, uel iniusta causa, in carceribus detineretur, et examinare, et perquirere, & super hoc de opportuno remedio prouidere, & etiam reuidere si carceres ipsę fortificationibus, uel reparationibus quomodolibet indigerent, & si officiales fuerint in uisitando negligentes, puniantur per maiorem Sindicum in florenis quinquaginta pro quolibet eorum, in quibus debeant sindicari, & si contingat prouentum carcerum uendi, teneatur ad obseruantiam omnium supra dispositorum, & subdantur omnibus, & singulis dictis pœnis, necnon capitulis, & ordinibus, de quibus mentio fit in statuto maioris Lucensis Gabellæ sub Rubrica de prouētu carcerum, & ultra prouisiones suprascriptas cōtra superstitem carcerum Saxi de non relaxādo aliquem captiuum incarceratum, nisi seruatis seruandis, etiam pœna imposita intelligatur, & sit ipsi superstiti carcerum Ducatorum centum pro quolibet captiuo per ipsum quomodocūq;, & qualitercūq; excarcerato nō seruatis seruādis ut supra. Et quicūq; deinceps fuerit electus superstes carceris Saxi, non possit, aut ualeat quoquomodo captiuos dictorum carcerū aut in dictis carceribus relegatos, uel reclusos tenere cum portis ipsorū carcerum apertis, uel aliter extra carceres, sed teneatur, & debeat ipsos captiuos clausos tenere in ipsis carceribus, modo, & forma, ut debent teneri captiui, sub pœna Ducatorum quinquaginta, & priuatiōis ab officio suprascripto, quotiens contrauenisse reperiretur, ad declarationem Magnificorum Dominorum Antianorum per tempora existentiū, cum declaratione, ꝙ omnes fideiussiones promissiones, & obligationes, quæ fierent contrariæ præsenti Deliberationi, & Decreto, intelligantur, & sint nullæ, & nullius roboris, et momenti, et sublatæ intelligantur omnes abusiones, et malæ consuetudines in contrarium introductæ. Decernentes, ꝙ superstes de cætero eligēdus non ualeat quicq̄ accipere a carceratis pro portello ipsius carceris, sub pœna bononenorum decem et octo, pro qualibet uice soluēdorum de suo credito accusatori, reperta accusatione uera, ad declarationem Magnificorum Dominorum Antianorum. Et qui superstes, seu custos carcerum teneatur, et debeat cauere, et fideiubere in Curia maioris Exactoris Lucensis cōmunis de summa, et quantitate Ducatorum quingentorum auri, qui fideiussores prius per præfatos Magnificos Dominos Antianos declarētur idonei modo consueto, et postea approbentur per approbatores iuxta formam statutorum, ipsorum approbatorum periculo, et admittantur fideiussores pro rata etiam ꝙ insolidum non obligentur, dumtamen in omni casu superstes ipse remaneat, et sit obligatus pœnis, et censuris, et obligationibus inductis ut supra, si condemnatus, seu condemnandus, aut debitor euaserit, cui dispositioni non intelligatur modo aliquo derogatum: Declarantes ulterius, ꝙ si aliquis pro debito excedente summam Ducato-

rum

rũ quingentorũ, uel pro rãta summa extiterit captus, in potestate esse credi torum custodire ĩ ipsismet carceribus Saxi huiusmodi suũ debitorẽ, custodiendo honeste, absq; exasperãdo, secundũ qđ cõuenit ipsi superstiti.

De eo ꝙ Aduocatus fisci, et Iudex Vicariarum intelligantur, et sint deputati protectores, ac defensores ipsorum carcerum, et carceratorum absq; aliqua mercede. Cap. LV.

STatuimus, ꝙ Aduocatus fisci, et cameræ Lucensis communis, et Iudex Vicariarum, et Aduocatus pauperum per tempore existentes, et quilibet ipsorum ĩtelligantur, et sint electi, et deputati protectores, et defensores carceratorum in carcere Saxi Lucensis Ciuitatis in cõmuni, & causarum, quæstionũ, & litium quas habent, seu habituri sunt omnes ipsi carcerati in communi, cum quacũq; persona, loco, cõmuni, collegio, & uniuersitate, & corã quocũq; Iudice, & sic ipsis onus iniunctum intelligatur, & quorum causas gratis, & sine ulla mercede ipsarum patrocinium, & defensionem suscipere debeant, & ipsos carceratos quolibet mẽse semel uisitare, successiue pro maiori expeditione causarum ipsorum carceratorum, Prætor Lucẽsis Ciuitatis, & eius Vicarius, & assessor, & quilibet eorum insolidum, habeant, & habere intelligantur auctoritatem, potestatem, & iurisditionem, cognoscendi, iudicandi, & decidendi omnes, & singulas quæstiones, causas, lites, & cõtrouersias ipsorum carceratorum in cõmuni, cum quacũq; persona, cõmuni, & uniuersitate, tam ex causa relictorum, & legatorum factorum ipsis carceratis in ultima uoluntate, & inter uiuos, q̃ in alia qualibet causa, et quæstione quam habent, seu habituri sunt ipsi carcerati in cõmuni quomodocũq;, et qualitercũq;, summarie, de plano, sine strepitu, et figura iudicii, et absq; aliqua sollẽnitate iuris, et statutorũ tam in procedẽdo, q̃ in decidendo, et sola facti ueritate inspecta, et ꝙ in petitionibus, quas facient nullam soluere Datiam teneantur, Et notarii, actuarii curiarum teneãtur gratis, et sine aliqua mercede de actitatis se rogare pro interesse dictorum carceratorum in cõmuni: et nuncii citationes, sequestra, inresimẽta, præcepta, et capturas, inquisitiones, protestationes, et executiones facere, et exequi gratis, et sine aliqua mercede teneantur, et obligati sint, nulla obstante contrarietate.

De Electione, et Salario Nunciorum in Ciuitate Lucensi. Cap. LVI.

STatuimus, ꝙ Deinceps Electio Nunciorum spectet, et pertineat ad Magnificos Dños Antianos, et eorũ collegio, et fiat ordinarie dicta electio omni semestri, uidelicet in principio Ianuarii, et ĩ principio Iulii cuiuslibet anni, et nihilominus cassari possint quãdocũq; per Magnificos Dños: Ille

uero nuncius,qui cassaretur ex causa inobedientiæ,aut negligẽtiæ, aut alte rius culpæ, seu defectus circa officium nuncii,quæ causæ exprimi debeant in cassatione,nequeat postea rescribi ad officium nunciorum, seu ad officia conductæ,uel ad aliud officium Lucensis cõmunis infra menses sex proxi me secuturos,uel infra annum unum ad arbitrium,et declarationem præ/dictorum Magnificorum Dominorum Antianorum,et ad quod officium possint indifferẽter admitti ciues,et districtuales, et forẽses undecunq; sint, dũmodo eis bãnum,uel aliud nõ obsistat,et a singularibus personis solua/tur eisdem nunciis pro ipsorum mercede secundum formam statuti loquẽ tis de mercede nunciorum: Declarantes,q; licitum sit,et esse intelligatur of/ficialibus Præsidentibus officiis,quibus seruiunt nuncii multare, et condẽ/nare de facto,et sine processu nuncios sibi seruientes in officio usq; in sum/mam,et quãtitatem librarum quinq; pro quolibet ipsorum nunciorum se/cuta inobedientia,siue negligentia,aut alia quacunq; culpa,circa ea,quæ per tinent ad officium dictorum nunciorum,secũdum ipsorum officialium ar bitrium,et discretionem,quæ multę debeant statim poni ad computum di ctorum nunciorum defalcando de ipsorum salario,et mandatoriis, Et ut magis refrenetur malicia nunciorum,et ut metu pœnæ retrahantur a ma/lo,data,et tributa sit plena potestas,et auctoritas tam Domino Lucensi Po testati,q̃ Domino Maiori Sindico,et utriq; ipsorum de per se,multandi,car cerandi,ponendi ad Berlinas,siue aliter puniendi omnes,et singulos nun/cios ordinarios,uel extraordinarios,qui delinquerent circa eorum officiũ, cõmittendo fraudes,negligẽtias,aut alios defectus, tam in causis publicis, q̃ ĩ causis priuatis,seu priuatarum,et particularium personarum,et fieri pos sint dictæ punitiones, et animaduersiones de facto, et sine aliquo processu, dũmodo de delicto constet conscientiæ Prætoris,seu Sindici procedentis, et nõ possit aliquis nuncius petere, uel accipere aliquod pignus pro aliquo ex infrascriptis officiis, nisi secum habuerit, atq; ostendiderit signum illius officii pro quo uolet pignus eleuare, ex quo signo appareat ipsum nunciũ ad id missum esse ab officialibus Lucẽsis cõmunis,et ut sciri,et discerni pos sit a quo officiali mittatur,fieri debeant baculi signati saltem pro infrascri/ptis officiis,uidelicet exactoris,Doanę,Gabellę,et Fundaci,et fiant ipsi bacu li differentes in colore,ut palam,et manifeste appareat ex in spectione ipso/rum baculorum cuius Curiæ, et officii sint ipsi baculi: Siquis autem nun/cius exigeret pignus pro parte alicuius ex suprascriptis officiis, nõ ostenso prius baculo eiusdem officii puniri debeat per officialem ipsius officii, siue per Dominum Potestatem, uel per Dominum Sindicum tanquam cõmit tens fraudem,et delictum in exercitio,et officio nunciorum. Cæterum pro seruitiis infrascriptorum officiorum eligi debeant ordinarii nuncii cum sa lario,ut infra uidelicet, Ad officium Doanæ salis eligãtur duo nuncii cum salario Floreni unius in mẽse pro quolibet, ad officiũ exactoris duo nũcii, cũ salario Floreni unius cũ dimidio in mense p quolibet,ad officiũ maio/

ris Gabellę

ris Gabellæ duo Nuncii cum salario Florenorum duorum cum dimidio in mense pro quolibet: Ad officium curiæ Sindici, Fundaci, & Defectuum, duo nuncii, cum salario Florenorũ duorum in mẽse pro quolibet, Ad officium maleficiorũ, & dãnorum datorũ, quattuor nuncii, cum salario Florenorum trium in mẽse pro quolibet, & ultra nuncios de quibus supra ordinarios, scribi & possint alii nũcii, & tot, quot uoluerint pfati Magnifici. Domini, sine aliquo salario de publico: Quilibet autẽ nuncius scriptus, & iuratus possit exercere officiũ nuncii, siue officialis defectuũ, & sibi credatur, ac si ordinarie electus esset ad ipsum officium defectuũ, et particeps de inuẽtis, seu de inuẽtionibus secundũ formã statutorũ, et oẽs, et singuli nuncii deinceps scribendi, teneãtur acceptasse in curia. D. Sindici, et fideiussionẽ approbatã pstitisse infra dies octo a die trãmissæ electionis ad dictam curiã, alias habeãtur pro nõ electis, et teneãtur oẽs, et singuli nuncii obedire oĩbus officialibus, et curiis lucen. ciuitatis secundũ formã statutorũ, et circa ipsorum mercedem, obseruetur, ut dictum est, forma statuti, et nõ possit aliquis nuncius portare de nocte aliqua arma, et portãdo sit subiectus oĩbus pœnis ordinaris per statuta, et Decreta lucen. cõis, ac si nõ esset nuncius, et itelligatur tẽpus nocturnũ sicut disponunt statuta, et ordinamẽta pdicta, Statuimus insuper, q pignora, q nuncii acciperent pro lucen. cõmuni sint talia ex quibus possint deuenire in cõmune ad minus bononeni .x. nitidi ab omni expensa. Et casu quo pignus acceptũ, seu eleuatum, nõ ualeret tantũ, nullum pmium nuncius cõsequatur, et hoc itelligatur casu quo cõdẽnatio, uel res esset de summa bononenorũ. x. uel abinde supra, et officialis, qui nuncium miserit, declaret de ualore ipsius pignoris, uiso ipso pignore, qd pignus nũcius ipse imediate psentare debeat ipsi officiali, et deinde cum apodixa officialis deferre illud ad camerariũ pignorum, et sine dicta apodixa nõ possit camerarius acceptare aliqd pignus eleuatum pro lucen. cõmuni. Declaramus ulterius, q oẽs, et singuli nuncii portare teneãtur i capite birrettum album, & rubeum, diuisatum per longum æqualiter, sub pœna ducati unius pro qualibet uice, possint tamen loco huiusmodi birretti deferre scutum album, & rubeum, quod deferatur in capite, siue in pectore aperte, atq euidẽter, & nõ sit minoris quãtitatis, q sit unus Carlinus Papalis, & contrafaciẽdo in aliquo, siue portãdo scutum occultum puniatur quilibet cõtrafaciẽs in ducato uno auri pro qualibet uice: Nuncii uero curiæ Mercatorum, & curiæ Dñi Episcopi, casu quo nõ sint plures, q duo pro qualibet dictarum curiarum possint exercere officium nunciorum Lucensis cõmunis, dũmodo sint scripti, & iurati in curia Domini Sindici, & fideiussionem præstiterint, & q portent birrettum, siue scutum ut supra, quotiens eant ad faciendum aliquam executionem pro aliis, q pro curiis prædictis, & contrafaciendo puniantur sicut cæteri nuncii in Ducato uno pro qualibet uice: Et teneantur omnes nuncii electi, & deputati ad seruiendum officiis expectare ipsorũ successorem usq in dies decẽ, & currat eis salarium pro tẽpore quo

expectauerint,& si quo casu deficerēt nuncii seruiētes officiis suprascriptis, possint pſati Magnifici.D.Antiani,ne dicta officia detrimētū patianē depu tare ad ipa officia aliquem ex numero nūciorū extraordinariorū,uidelicet ex illis,qui essent scripti sine salario,& quicūq; recusaret acceptare,& seruire illi officio, ad qd' per Magnificos Dños deputaretur, intelligatur priuatus officio nūcii,& nō possit ad ipsum officiū rescribi infra sex mēses proxime secururos,& nō possit scribi nuncius,qui sit famulus,uel moretur ad expē/sas cum aliquo forense,uel cū quocūq; alio officiali Lucen.cōmunis.

De Nunciorum electione,& salario in districtu. Cap.LVII.

STatuimus,q̄ in qualicet Vicaria Lucēsis districtus esse, & eligi debeant quattuor nūcii,excepta Vicaria Galicani,quæ solū habeat duos nūcios, & pdicti Vicariarū nuncii eligantur per Sindicos cuiuslibet Vicariæ,& de cōsensu,& pſentia Vicarii, & fiat electio quolibet anno de mēse Nouēbris, uel Decēbris:Qui sic electi portare teneātur birrettū,seu cappucciū diuisa/tum scilicet albū,& rubeum diuisatū per longū ęqualiter sub pœna ducati unius pro qualibet uice,possint tamen loco huiusmodi birretti deferre scu tum album,& rubeū,qd' deferatur in capite,seu in pectore aperte,& euiden/ter,& nō sit minoris quātitatis,q̄ sit unus Carlinus Papalis,& cōtrafacien/do in aliquo,siue portādo scutum occultū, puniatur quilibet cōtrafaciens in ducato uno ꝑ qualibet uice,& quilibet dictorū nunciorū habeat a came rario dictæ uicariæ pro suo salario Florenū unum pro quolibet mense, & ultra hoc habeāt unum birrettū,seu cappuccium diuisatū ut supra,expēsis dictæ uicariæ:Et sic electi teneātur corā eorū Vicariis acceptare,et iuramē tum pſtare,et fideiussores idoneos dare,ut supra in cap.ꝓxime pcedēti di ctū est,dūmodo nō teneātur facere approbari fideiussores quos dederint. Et possint etiā dicti nūcii pro eorū labore accipere a singularibus.personis secundū formā statuti de hoc loquētis,et teneātur dicti nūcii subesse,pare/re,et obedire suo Vicario ī oībus pertinētibus ad officium nunciorū,et qui nūcii deferre nō possint aliqua arma de nocte,sub pœna de qua ī proximo pcedenti statuto de nunciis ciuitatis dictū est,et pignora q̄ ipsi acciperēt, p Lucen.cōi,sint talia,ex quib,possint deuenire in cōe ad minus bononenu.x. nitidi ab omni expēsa,et casu quo pignus acceptū,seu eleuatū nō ualeret tā tum,nullū pmium nuncius cōsequatur,et hoc intelligatur casu quo cōdē/natio,uel res esset de summa bononenorū.x.uel ab,inde supra, et officialis, qui miserit nunciū declaret de ualore ipsius pignoris,uiso pignore,qd' pi/gnus ipe nuncius īmediate pſentare debeat ipsi officiali, et deinde cū apodi xa officialis deferre illud ad camerariū pignorū,et sine dicta apodixa,non possit camerarius acceptare aliqd' pignus eleuatū pro lucen.cōmuni.

Statutorum Lucensium Liber Tertius explicit.

Index

Index Capitum Quarti Libri Statutorum Lucensis Ciuitatis.

De sententiis

De poena

LVCENSIS CIVITATIS STATVTORVM LIBER QVARTVS,

In quo tractatur de Maleficiis puniẽdis.

De Procedendo contra Delinquentes. Cap.I.



VM Reipublicæ interſit, ne delicta tranſeant impunita, Statuimus,ꝙ unuſquiſq; cõpetens Iudex, prout ad ſuã iuriſditionẽ pertinuerit,teneatur,& debeat omnia, & ſingula maleficia,culpas,exceſſus,ſeu delicta,& negligẽtias inueſtigare,& perquirere,& pro huiuſmodi inueſtigatione delictorũ unicuiq; officiali,prout ſuæ iuriſditioni cõpetit,& quatenus ad eius officiũ pertinet,plenã concedimus facultatem ꝓcepta faciendi,capiendi,& detinendi malefactores,& eos,per quos credat ueritatem inuenire,& inobedientes multãdi,& alia omnia faciẽdi,per quæ ueritas elucefcat,dummamen contra formam ſtatutorum nihil ualeat attentare,& aliquam perſonam iniuſte grauare nõ poſſit: Et inſuper Cõcedimus cuique Iudici competenti,prout ad ſuam iuriſditionem,& officium pertineret,plenariam facultatem,& iuriſditionem ſuper quibuſcunq; exceſſibus, & delictis,qualitercunq; ad ipſius aures,& notitiam deductis procedẽdi, tam per accuſationem,ꝗ etiam per inquiſitionem,& ex officio, & cum denuncia Conſulum,& ſine ipſa denuncia,ſiue de ĩfamia inculpati appareat,ſiue nõ, ita ꝙ quamuis de infamia non appareat,inquiſitionis proceſſus nullatenus uicietur. Verum ſi pendente proceſſu per inquiſitionem incohato , ſuper uenerit accuſator,non propterea ſileat inquiſitio, ne per accuſatoris interuentum poſſit colluſio ordinari. Et ſimiliter poſſit accuſatione primo incohata pendente,per inquiſitionem procedere,prout uoluerit,ſi dictus Iudex de colluſione accuſatoris quomodolibet ſuſpicaretur , dummamen de eodem delicto ſemel tantum,& unica pœna imponatur : Cæterum quilibet Iudex,& Officialis curiæ maleficiorum ad querelam alicuius non poſſit inquiſitionem aliquam formare in delictis in quibus ueniret pœna corporis imponenda principaliter,uel in defectum,aut dicti inquiſiti eſſent retinendi , & non relaxandi cum fideiuſſoribus , niſi prius examinatis teſtibus in baſtardello pro informatione curiæ , qui delictum probent, uel ſaltem indicium de eo faciant,quo probato,uel ſaltem indiciato,dicti officiales omnino inquiſitionem formare teneantur infra quattuor dies ad pœnam Ducatorum decem,in quibus finito officio debeant ſindicari, & nullatenus querelæ in caſibus ſupraſcriptis per officiales dictæ curiæ recipiantur,ſiue deſcribantur,niſi modo,& forma ſupraſcriptis,& ſub ſupraſcripta pœna. In crimine autem adulterii,& ſtupri,& inceſtus,ſiue cõiunctim, ſiue ſeparatim perpetrato, procedi nõ poſſit, niſi tantũmodo per accuſationem,

et tūc accusante marito, uel patre, uel fratre mariti, uel mulieris, uel alterius marito, uel mulieri coniunctis in primo gradu secūdum computum Decretorum, & quicquid aliter fieret, sit irritum ipso iure, dūmodo cōtra mulierem de adulterio simplici, uel de adulterio cum incestu non possit procedi nisi accusante marito, sed prædictis nō obstantibus Volumus, q̄ contra sodomitas pcedi possit per inquisitionem, & etiam ex officio, & per accusationem, & de tali crimine sodomitarum quilibet intelligatur, & sit idoneus accusator. In crimine etiam falsi in futurum cōmittendo, siue in curiis, siue extra ubilibet, & quomodolibet cōmissi, quæcūq; pœna ueniat imponenda Dominus Lucen. Potestas procedere possit, & debeat etiā per inquisitionē præcedentibus indiciis. Cæterum si de eodem delicto esset pluribus officialibus cognoscendi concessa facultas, tunc ille officialis pferatur, qui processum incohauerit: & puenerit, & intelligatur pcessum incohasse, qui prius fecerit reum citari, quo casu cæteri officiales pcedere nequeāt ullo modo, cum de delicto eiusdem hominis non debeat sæpius queri. Declaramus tamen, q̄ si officialis, qui puenerit, ad plenum nō cognouerit de toto delicto, & de omnibus eius qualitatibus, possit iterū per eundē officialē, & per alios quibus iurisditio cōpetit, cognosci, & suppleri qđ in primo pcessu defuisset, ita q̄ delictum ad plenū puniatur. Declarantes, q̄ querelæ clericorū, & aliorū non subditorū non recipiantur per Dominū Prætorē, & eius curiā maleficiorū, nisi prius pstito fideiussore de reficiendis expensis in casu succūbentię, & ex hoc tamē nō impediatur Pretor, & eius curia, quin possit ex eius mero officio procedere per inquisitionem cōtra delinquentem.

De modo Porrigendi, & recipiendi querelas, denuncias, & accusationes in Curia maleficiorum Domini Lucensis Potestatis. Cap. II.

STatuimus, et Ordinamus, q̄ ad officium dānorum datorum ciuitatis Lucen. eligi debeant tres notarii ciues Lucen. absq; salario, et cū onere, q̄ unus ex eis teneatur, et debeat seruire ad maleficia, scribendo in uno diuerso libro, ab illo quē tenet, et ī quo scribit notarius maleficiorū forensis oēs, et singulas querelas, denuncias, accusationes, et inquisitiōes, atq; etiā omnia dicta, et examinationes testium ī quacūq; causa criminali examinatorum, nec possint dicta acta, et examinationes fieri, aut recipi per. D. Lucēsem Potestatem, aut per aliquem ex suis officialibus absq; præsentia, et subscriptione unius ex dictis tribus notariis dānorū datorū sub pęna librarū cētum, cuilibet contrafacienti in omni casu, et pro qualibet uice, et in eādem pœnā incurrat ipse notarius damnorum datorum, nisi interuenerit, et se subscripserit quādo opus fuerit, requisitus, et sub eadē pœna teneaē scribere seriatim dicta acta in suo libro, qui liber marchiari debeat, et poni in archiuo, sicut cæteri libri maleficiorū, et damnorū datorum, et quæ denunciæ, et querelæ

ab initio

ab initio quando porriguntur, et portantur i curia praefati Domini lucen. Potestatis per querelātam, seu denūciātam, nō possint recipi, neq; admitti, nec accipi per dictum Dominū Potestatem, seu eius Iudicem maleficiorū, neq; per eius curiam quādo portantur, et porriguntur sine, et absq; praesentia, et subscriptione unius ex notariis dānorum datorum pdictorum, ita q ipsa prima uice exigatur ipsius suprascripti notarii psentia, et sic obseruari debeat sub poenis, et censuris suprascriptis. Hoc tamen declarato, q ipsa q̄rela, et denūcia recepta, et admissa, Dominus lucen. Potestas, et eius Iudex maleficiorum teneantur, et debeant infra octo dies tunc proximos, et imediate sequentes processum incohasse, sub poenis, et censuris in quibus incurrissent, si absq; praesentia notarii dānorum datorum ipsam denunciā, et q̄relam dānorum datorum admisissent, in quibus finito officio debeant sindicari. Caeterum ut onus equaliter inter dictos tres notarios diuidatur, teneantur, et debeant inter se partiri, ita q unusquisq; seruiat dictae curiae maleficiorum duobus mēsibus, sed in casu infirmitatis, aut alterius iusti impedimenti supplere debeat unus pro alio, ita q semper unus ipsorum interueniat, et scribat acta, et examinationes ut supra disponitur: Concedendo dictis notariis, q de Secundis scripturis de quibus cōsequitur pmium notarius maleficiorum forensis, ipsi notarii dānorum datorum concurrāt pro dimidia cum dicto notario forense, et secū participent pro dimidia cum dicto notario forense: Et sic in labore copiandi similiter cōcurrant, sed propter hoc non excedātur pcia debita, et cōuenientia secundū formā statuti, neq; plus exigatur ab ipsis omnib. notariis, q̄ modo exigi possit a solo notario forense. Hoc expsse declarato, q quecūq; persona ad cuius q̄relam super aliquo maleficio, seu delicto procederetur i aliqua curia maleficiorū Lucen. ciuitatis, et districtus teneatur ad refectionem expensarū, dānorum, et īteresse, querelato, seu querelatis, et condēnari debeat eo modo, et forma, quo teneretur, et condemnaretur accusator, si ad eius accusam fuisset processum, et sic Iudex procedens condemnare debeat, et condemnet.

De eo q Officiales forenses habere debeant libros Maleficiorū bullatos, seu obsignatos, signo Lucen. communis, et de huiusmodi libris in fine eorum officii Notario archiui resignandis. Cap. III.

STatuimus, q omnes, et singuli officiales forēses, habere debeant libros, et uachettas, siue manuales, in quibus scribuntur querelę iudicia, et examinationes testium, et processus super accusationibus, querelis, et inquisitionibus in causis maleficiorū, et oēs actus, et sententiae, et aliae quaecunq; scripturae in criminalibus bullatos, et bullatas, ac obsignatos, et obsignatas, bullo, et signo Lucen. cōmunis, et signatos ac signatas numero chartarum, quomō, et qualiter bullā faciat dñs Exactor camerae lucen. cōis, et in dictis

Libris,& Vachettis, seu Giornalibus scribere teneantur notarii officialium prędictorũ ut supra,nõ in aliis libris,cedulis,uel aliter,seu alio modo,& dictos libros sic scriptos in fine officii sui singuli officiales forẽses teneãtur,& debeant dimittere,& consignare notario archiui librorum,custodiendos, & seruandos,eo modo,& forma, quibus custodiũtur,& seruantur alii libri dictæ cameræ Lucensis cõmunis,sub pœna cuilibet officiali contrafacienti in quolibet casu cõtrafactionis,& omissionis alicuius suprascriptorũ,ducatorum quinquaginta auri,in quibus debeat sindicari, & puniri in fine officii sui ad opus Lucensis cõmunis : Insuper Statuimus,ꝙ etiam omnes,& singuli notarii ciues,qui deinceps eligẽtur ad aliqua officia lucen.cõmunis, teneantur,& debeant sub pœna priuationis officiorũ Lucen. cõmunis tam utilitatis,ꝗ̃ honoris pro tẽpore duorũ annorũ,stampari facere eorũ libros manuales,uachettas,ac quinternos,in quibus scribere habeant acta,& gesta publica uigore dictorũ officiorũ,cum stampa deputanda per officiũ super introitibus lucen.cõis per tẽpora existẽs intra quindecim dies a principio eorum offici numerandos.Decernẽtes etiã ꝙ illi notarii,qui sunt,& per tẽpora erunt electi ad dicta officia lucen.cõis in ciuitate lucen.teneãtur postea dictos libros,manuales,uachettas,& quinternos cõsignare custodi cameræ librorũ lucen.cõis uidelicet,illi qui habent, uel habebũt officium in ciuitate intra quindecim dies:Illi uero de Vicariis, & Potestariis ĩtra mensem unũ a die depositionis eorum officii sub pœna suprascripta.

De modo procedendi contra Delinquẽtes,qui opponerent priuilegium clericale , & de inhibitoriis ob id factis, & in iudicio productis. Cap.IIII.

QVia Clerici,& nõ subditi,exẽpti,loca pia,propter eorum assertum interesse plerũq; faciunt inhibere officialibus maleficiorũ procedẽtibus contra aliquos per inquisitionem, seu querelam, uel alio modo de turbata possessione,de spoliatione possessiõis,uel damno dato,uel ex aliis causis,su per terris,bonis,seu iuribus assertis,esse,& pertinere,& aliquo modo spectare ad dictos clericos,& non subditos,& loca pia,ex qua causa delicta remanent impunita,& multæ fiunt supersedẽtiæ,Quapropter Statuimus,ꝙ prę fati officiales in casibus suprascriptis,quando eis inhibitum est,ꝙ nõ procedatur,teneantur infra tres dies inquisitum,& querelatum citare, & illi præcipere,ꝙ intra.xii. dies proximos debeat fecisse inhibitoriã reuocare in eius causa emanatam,uel saltem infra dictum tempus docere , seu ostendere de iuribus clerici,& illius,ad cuius instantiã inhibitio emanauit summarie saltem,coram præfatis officialibus: Quibus diebus elapsis,& non reuocata inhibitoria,uel non docto de iuribus prædictis,die sequenti præfati officiales teneantur circũdare,et circũdari fecisse huiusmodi querelam,seu inquisitionem,et dicta die,uel sequenti,teneãtur ꝑsentasse Magnificis Dñis Antianis

nomen

nomen querelati,seu inquisiti,cum relatione poenę in quam dictus inquisitus,seu querelatus ueniret puniendus præsuppositis ueris contentis, et narratis in querela, seu inquisitione, et prædicta omnia, & singula seruare teneantur sub poena librarum ducentarum pro qualibet uice: Qui Magnifici Domini Antiani teneantur ipsum inquisitum, seu querelatum ĩfra tres dies proxime, & ĩmediate sequentes præsentationem,transmittere pro cōdemnato ad archiuū publicum in poena relata, sub poena ipsis Magnificis Dominis Antianis ducatorum uigintiquinq; pro quolibet,& omnia supra dicta tempora de instantia detrahantur: Et quia quidam asserti clerici, & non subditi, seu exēpti, tam respectu personarum ipsorum q̃ familiæ,& domesticorum,cum sunt querelati,uel capti,uel proceditur contra eos,uel eorum familias,& domesticos per p̃fatos officiales Lucē.cōis cōsueuerūt facere inhibere q̃ nō p̃cedatur cōtra eos, Ideo tales ĩhibitoriæ nō admittãtur, nisi fuerit citatus Sindicus minor in ĩhibitoria cōcedēda sub pœna librarū quinquaginta ĩ quibus dicti officiales sindicari debeant, & teneaẽ Sindicus minor ĩmediate habita citatione illam p̃sentare p̃fatis Magnificis Dñis, ut prouideri possit, put eis uidebitur,& placebit:In cæteris firmis remanẽtib. aliis statutis,& decretis lucen.cōis,quibuscūq; in cōtrariū nō obstãtibus.

De Malefactoribus persequendis capiendis,& puniendis. Cap. V.

STatuimus,q̃ omnes,& singuli Officiales, & Illi maxime quibus cōpetit iurisditio puniendi delicta,teneãtur,& debeant oēs,& singulos delinquẽtes persequi per se,& suam familiam, & capere si poterint, uires sui officii quantum potuerint adhibendo,si poena sit talis,quæ ueniat imponenda in corpus: Et debeat ipsos malefactores captos retinere,& procedere,& punire,prout rei qualitas exegerit si ad ipsius officialis iurisditionē pertinuerit. Sed si de tali crimine iurisdītio sibi nō competeret, teneatur dictum malefactorem mittere domino Potestati poena debita puniendum: Verum si quis officialis aliquem malefactorem caperet,& poena imponenda esset pecuniaria,tunc persona delinquens præstita cautione fideiussoria de se præsentando ad mandata Iudicis debeat relaxari: Sed si officialis caperet aliquem malefactorem cui ueniret poena pecuniaria imponenda, & de cuius crimine iurisditionem non haberet,debeat talem captum relaxare præstita fideiussoria cautione de se præsentãdo coram Iudice cōpetente: Et dicta fideiussione præstita teneatur prædicta notificare exactori,uel Iudici cōpetenti infra octo dies a die dictæ præstitæ fideiussionis sub poena librarum uigintiquinque p̃ qualibet uice,& hoc ubi poena pecuniaria ueniret imponenda, sed si in corpus debeat eum ad dominū Potestatem remittere,ut superius dictum est: Et teneantur omnes,& singuli nostri subditi obedire,& auxilium,& fauorem præstare omnibus,& singulis officialibus persequentibus delinquentes: Et nulla persona audeat,uel præsummat eisdem offi-

cialibus impedimentum aliquod directe, uel indirecte præstare,quominus malefactores capiantur: Si quis autem in aliquo cõtrafecerit,puniatur secundum formam statuti De pœna facientis aliquem delinquentem, uel bannitum euadere , uel secũdum formã statuti De pœna impedientis publicam disciplinam.quorum statutorũ quodlibet debeat in suo casu seruari: Et si capiendo,uel capere uolendo aliquem delinquentem, qui cõtra officialem, uel uniuersitatem persequentem,uel capere uolentem,uel eius familiam,uel contra aliquem de aliqua cõmunitate,uel uniuersitate persequentem ut supra delinquens insurgeret,uel defensionem faceret,& cõtingeret,ꝙ talis officialis,uel eius familia,uel cõmunitas aliquem malefactorẽ , uel fautorem uulneraret,uel etiam interficeret,non possit idem officialis, uel eius familia, seu cõmunitas,uel aliquis de ipsa cõmunitate pro tali uulnere, uel occisione eius in perpetuum molestari,nec de tali uulnere, uel occisiõe procedi, & quicquid secus fieret,nõ ualeat ipso iure: Iubemus tamen,ꝙ aliqui officiales,uel quæuis cõmunitas,uel uniuersitas,uel alii quicũq;,nõ exeant Lucen. territorium pro persequendis,uel capiendis malefactoribus: Quisquis uero contrafecerit puniatur in libris cẽtum : Intra uero territorium,& districtum Lucense,dato ꝙ exiuerint iurisdictionem ipsius officialis,uel uniuersitatis,persequendo malefactores,nulla sit pœna, nec captura propterea uitietur ꝙ malefactor captus fuerit in territorio non subdito iurisdictioni capiẽtis:Cæterum ad maiorem deliquentium cohertionem,& ut ciuitas Lucen. eius, ac comitatus,& districtus,prauis,& facinorosis hominibus purgẽtur, ipsorũq; animaduersio in exẽplum transeat aliorum,uirtute præsentis statuti data sit,& esse intelligatur plena, libera,& omnimoda potestas, auctoritas,& balia cum mero,& misto imperio, & gladii potestate Magnificis Dominis Antianis,& Vexillifero iustitiæ ciuitatis lucen.per tempora existentibus,procedendi de facto,& sine aliquo processu,& puniendi quacũq; pœna, & animaduersione tam pecuniaria ꝗ personali, siue mista,omnes,& singulos malefactores nequam homines,& delinquentes, dũmodo nõ sint ciues lucenses originarii,uel per priuilegium,contra quos non se referat præsens auctoritas, cũ declaratione ꝙ nõ sint astricti præfati Magnifici Domini ad procedendum contra huiusmodi delinquentes,& malefactores secundum formam statutorũ,sed prout eis uidebitur expedire pro conseruanda norma bene uiuendi, & pro extirpandis malefactoribus, purgãdoq; territorio facinorosis,& malis hominibus:Quotiens autem cõmitteretur aliquod delictum,teneantur præfati Magnifici Domini Antiani , & Vexillifer iustitiæ ut supra sub uinculo iuramenti, & debeant cum effectu prouidere, ꝙ nullo modo trãseat impunitũ,& propterea procedant ipsi, & puniant secundum præsentem auctoritatem,siue procurent, ꝙ officiales,& Magistratus ordinarii procedant ipsi,ac puniant,secũdum formam staturorum, uel secundum imperium,& cõmissionem præfatorum Dominorum: Quorum cõmissiones, & præcepta circa prædicta executioni mandari debeant per quoscunq; officiales,

officiales,& stipendiarios Lucensis cōmunis,Declarantes ꝙ præfati Domini nequeant prorogare terminos,aut dilationes siue īstantias processuum, sed bene possint abreuiare,& pœnas etiā īminuere non possint,uel in leuius mutare,sed eas possint augere,& alterare,ad maiorem punitionem,& terrorem,firma etiam remanente alia auctoritate ipsis Dominis concessa contra exteros, & comitatiuos sub die prima Decēbris anni . M.CCCCLXXX. quæ confirmata sit,atq; etiam prorogata,auctoritate præsentis statuti,nulla iuris,seu statutorum obstante contrarietate.

De Processibus criminalibus Exactori denunciandis. Cap.VI.

STatuimus,& Ordinamus,ꝙ Dominus Lucensis Potestas, & Dominus maior Sindicus lucē.ciuitatis, & Oēs alii Officiales,qui īfra ciuitatem lucensem iurisditionem exercent,teneātur,& debeant copiam manu sui notarii publicā omniū,& singularū accusationū denūciationū,& īquisitionum criminaliū,de quibus pro aliquo maleficio,delicto,siue excessu procederēt ipsa eadem die incohati processus trāsmittere exactori,uel eius notario sub pœna librarum centum in quibus finito officio debeant sindicari. Volumus tamen,ꝙ processus non uicietur ratione dictæ denunciationis omissę. Et Declaramus,ꝙ officialis Douanę,& officialis Prouentuū,& Gabellarū, qui de aliquo delicto ad suam iurisditionem spectante procederent,non teneantur ad dictam denunciationem faciendam exactori: Et nō teneantur Consules contratarum,& cōmunium Lucen. districtus denuncias maleficiorum,uel eorum copias portare exactori,uel in eius Curia.

Vicarii uero Vicariarū, & Alii Officiales qui extra Lucen. Ciuitatem in territorio Lucen. iurisditionem exercentes teñantur infra quindecim dies a die incohati processus transmittere exactori ī publica forma copiam quorūcūq; processuum criminaliū per eos formatorū,siue per accusationem,siue per denūciationē,siue per inquisitionem processerint. Alioquin quilibet Vicarius puniatur in libris quinquaginta pro qualibet uice. Et ne fraus in prædictis cōmitti possit exactor,uel eius notarius,cui dictæ scripturæ fuerint præsentatæ teneantur incōtinenti diem scribere præsentatiōis in libro propterea ordinato. Et Dominus Sindicus teneatur sub pœna librarū centum in sindicatu cuiuslibet Potestatis,et Vicarii Vicariarum diligēter perquirere libros processuū præcedentiū,et finitorū prædictorum denunciare debentiū. Et si inuenerit exactori nō fuisse denunciatū secundū formā suprascriptā,debeat prædictos punire,et condēnare arbitrio suo.

De processibus ante citationem in libro registrandis. Cap.VII.

OMnis Officialis,qui de aliquo delicto procederet,teneatur,et debeat accusationem,seu denunciationē,ac etiā inquisitionem per suū notarium

q̃ citius fieri possit,omni negligentia postposita,describi facere in libro pro pterea ordinato,& copiam transmittere exactori, antequam faciat reum ci/ tari uerbali citatione, sub pœna librarum quinquaginta. Et simili pœna puniatur Notarius,qui omitteret in libro scribere,& registrare dictas accu/ sationes denuncias,& inquisitiones,anteq̃ reus uerbaliter citetur, Ad realẽ uero citationem,id est ad capturam,& detentionem malefactoris teneatur, seu possit officialis procedere,prout continetur supra in statuto De malefa ctoribus persequendis,capiendis,& puniendis.

De Maleficiis denunciandis,per Consules cõtratarum,& bra/ chiorum ciuitatis lucen.& suburgorum. Cap.VIII.

COnsules contratarum,& brachiorum ciuitatis lucen.& suburgorum,te neantur denunciare Domino lucen,Potestati, seu eius iudici maleficio/ rum,uel eius curiæ,infra quinq; dies,a die cõmissi maleficii omnia homici/ dia,& uulnera,unde sanguis exiret,& alia maleficia de quinq; casibus,exce/ pto crimine falsi,quæ cõmitterẽtur ĩ sua cõtrata,uel brachio,ad pœnam li/ brarũ quinquaginta ꝓ quolibet maleficio de quinq; casibus suprascriptis, & librarum.xxv.pro quolibet uulnere unde sanguis exiret,possit tamẽ.D. lucẽ. Potestas siue Iudex maleficiorum dictum terminum quinq; dierum prorogare usq; in alios quinq; dies,prout sibi uidebitur. Et prædicta non intelligantur de maleficiis,quæ cõmitterẽtur in platea lucen.ciuitatis,cum ibi sit p̃sentia officialiũ: Et in dictis denũciationibus teneãtur Cõsules ex primere nomina testiũ,per quos putẽt delictũ posse probari,uel legitima in dicia per p̃sumptiones,uel saltim per publicã famã. Et teneãtur etiã decla rare an delictũ cõmissum sit de die,uel de nocte,& locum cõmissi delicti,sal tim per duos cõfines, nisi forte locus eẽt sub unius nominis appellatiõe no torius,quo casu nõ sit necesse q̃ cõfines exprimãtur. Et nisi dicti Cõsules prædictã formã seruauerint,perinde puniãtur,ac si dicta maleficia nõ de/ nunciassent. Verũ si Cõsules post diligẽtem inuestigationẽ haberẽt iustã causam ignorãdi nomen,uel pronomen delinquẽtis, uel nomina testiũ,uel cõfinia,seu alia legitima indicia,tũc a dicta denũciatione, & pœna prædicta excusati existant,& utrum habuerint iustam causam ignorandi,uel non,ste tur declarationi,& arbitrio Domini Potestatis.

De Maleficiis denunciandis, per Consules cõmunium distri/ ctus sex milliariorum,& suburbanorum. Cap.IX.

ET teneantur Cõsules cuiuslibet cõmunitatis de districtu sex milliariorũ denunciare.D.Lucen.Potestati,uel eius Iudici omnia homicidia,& uul/ nera,unde sanguis exiret, & singula maleficia de quinque casibus, excepto crimine falsi,q̃ cõmitterẽtur in suo territorio, seu infra cõfines sui cõis ĩsta

octo dies

octo dies a die maleficii perpetrati ad pœnam librarum quinquaginta pro quolibet maleficio de quinque casibus suprascriptis,& librarum .xxv. pro quolibet uulnere nō denūciato. Possit tamen Dominus lucen. Potestas dictum terminū octo dierum prorogare usq; ad alios octo dies,prout sibi uidebitur: Et teneātur dicta cōia ad dictas pœnas,pro denūciatione omissa a suo Consule,ita q hoc casu delictum Consulis obliget cōmune,& uniuersitatem, Et ī dictis denūciationibus exprimi debeāt nomina testiū,per quos putēt delictum posse probari,uel alia legitima indicia,uel psumptiones,unde ueritas ualeat inueniri. Et similiter debeat inferi,an fuerit maleficiū cōmissum de die,uel de nocte,& locus in quo fuerit cōmissum delictū saltem per duos confines declaratus,nisi locus esset adeo notus, q sine confinibus possit agnosci. Et si dicta forma nō fuerit seruata perinde puniantur,ac si maleficium nullo modo denunciassent. Verum si Cōsules post diligentē inuestigationem habuerint iustā causam ignorandi nomen, uel pronomen delinquentis,uel nomina testium,uel cōfinia, seu alia legitima indicia, tunc a dicta denūciatiōe,& pœna pdicta excusati existāt,& utrū habuerint iustā causam ignorādi,uel nō,stetur declarationi,& arbitrio.D.Potestatis.

De Maleficiis denūciandis,per Cōsules cōmuniū Vicariarū. Cap.X.

ET teneātur Cōsules,uel Sīdici cuiuslibet cōmunitatis cuiuscūq; uicariæ denūciare Vicario cui talis cōmunitas subesset omnia,& singula uulnera,unde sanguis exiret,quæ cōmitteretur ī territorio sui cōmunis īfra octo dies a die maleficii perpetrati ad pœnā librarū.xxv.p quolibet uulnere denunciari omisso. Possit tñ quilibet Vicarius ī sua Vicaria dictum terminū octo dierū prorogare usq; ī alios octo dies,prout sibi uidebitur. Et teneātur etiā Cōsules,uel Sindici cuiuslibet cōitatis cuiuscūq; uicariæ denūciare tā.D.Lucen.Potestati,uel eius Iudici,q etiā Vicario cui subesset īfra terminum suprascriptū oīa homicidia,& singula maleficia de quinq; casibus,excepto crimine falsi,quæ cōmitterētur ī suo territorio ad pœnam librarum quinquagita pro qualibet uice,quæ pœna etiā uendicet sibi locum,si solūmodo Domino Potestati,& nō Vicario suæ Vicariæ,uel ecōtra si Vicario, & non.D.Potestati denunciauerint huiusmodi maleficia de quinq; casibus intelligendo etiā,q tam.D.Potestas,q Quilibet Vicarius ī sua Vicaria possint dictum terminū prorogare usq; in alios octo dies,put eis uidebitur. Et semper Dicti Sindici,seu Cōsules,uel Officialis in dictis denunciationibus teneātur exprimere nomina testium,per quos putent delictū posse probari,uel saltem legitima indicia,& præsumptiones,per quæ possit ueritas inueniri. Et teneātur etiam declarare an delictum fuerit cōmissum de die, uel de nocte,& locum cōmissi delicti saltem per duos cōfines declaratum, Nisi forte locus esset ita notorius, q sine expssione cōfiniū possit agnosci. Et nisi Dicti Consules,seu Sindici pdictam formā in denunciando serua-

uerint,perinde puniantur,ac si dicta maleficia non denunciassent. Verum si Consules,seu Sindici prædicti post diligentem inuestigationē habuerint iustam causam ignorandi nomen,uel pronomen delinquentis,uel nomina testium,uel cōfinia,seu alia legitima indicia,Tunc a dicta denunciatione,& pœna prædicta excusati existant,& utrum habuerint iustam causam ignorandi,uel nō,Stetur declarationi,& arbitrio Domini Potestatis,uel arbitrio Vicarii uicariæ in casibus in quibus utriq; fieri debet denunciatio. Vbi uero soli Vicario denunciatio facienda esset,Tunc arbitrio,& declarationi solius Vicarii stetur. Et dictas pœnas in præsenti cap.declaratas imponere debeat Dominus Lucen.Potestas,uel Quilibet Vicarius in sua uicaria, id est ille ex eis,cui dicta denunciatio fieri debuisset.

De Maleficiis cōmissis in Lucen. districtu contra Ciues Lucen.denunciandis. Cap.XI.

ET omnia,& singula cōmunia districtus sex milliariorum,& Suburbanorum,& Vicariarum,et Potestariarū,et Totius lucen.territorii,uel eorum Consules,uel Sindici teneātur,et debeant denunciare .D. Lucen.Potestati, et Vicario si essent de aliqua uicaria,uel potestaria lucen.districtus Omnia, et Singula Maleficia, Vulnera, et Quaslibet Percussiōes, Insultus,q̄,et qui quomodolibet cōmitterētur in dictis locis contra aliquem ciuem lucen. īn fra octo dies a die cōmissi maleficii proxime computandos denunciando nomina delinquentium,et locum delicti declaratum saltim per duos confines,nisi locus esset ita notorius,q; sine expressione confinium posset agnosci,et utrum fuerit cōmissum de die, uel de nocte, et nomina testium siqui forēt,et alias p̄sumptiones per quas possit ueritas uerisimiliter inueniri sub pœna librarum cētum pro quolibet delicto de quinq; casibus, et librarum quinquaginta pro quolibet uulnere, & librarū uigintiquinq; pro qualibet alia percussione,& librarū.xv.pro quolibet īsultu: Declaramus tamen,q; a dictis pœnis si iustam haberent causam ignorantiæ excusentur, prout in aliis superioribus cap.cōtinetur,de qua iusta causa ignorantiæ possint arbitrari tam Dominus Potestas ciuitatis lucen.q̄ Quilibet Vicarius in sua uicaria. Possit etiam tam Dominus Potestas Lucen.q̄ Quilibet Vicarius in sua uicaria dictum terminum progare usq; in alios octo dies,prout in superioribus capitulis continetur.

De Pœna recipiētium pecuniam,uel obligationem pro maleficiis non denunciandis. Cap.XII.

SI quis Officialis,uel Cōsul,aut Sindicus alicuius uniuersitatis,uel cōmunis Lucen.districtus,uel fortiæ, qui secundū formā statutorū teneretur maleficia denūciare receperit aliquam pecuniam, uel aliam quācunq; rem, uel aliquā

uel aliquam obligationem tacite,uel expresse pro nō denunciandis maleficiis,quæ denunciari deberent,& denunciare omiserit delictum,quod denūciari debuisset, puniatur ī ea pœna,in qua puniri debuisset malefactor,ultra pœnas appositas in statutis pro denūciatione omissa,& sufficiat in hoc probatio famæ,& etiam sufficiat,semiplena probatio. Et pro prædictis inueniendis possit procedi ad tormenta,indiciis tamen præcedētibus, Dicta uero promissio,et obligatio ipso iure sit irrita,et inanis.

De Effectu denunciationis delictorum. Cap.XIII.

Licet denunciatio delictorum,quæ fieret per Cōsules,seu Sindicos secūdum formam præcedentium capitulorū sit efficax,ut competens Iudex cui dicta denunciatio facta fuerit procedere ualeat, Volumus tamen,& Declaramus, ꝙ per solam denunciationem prædictam procedi non possit in aliquo casu ad tormenta,siue sit pœna imponenda in corpus,siue sit pecuniaria, nisi præcesserint legitima indicia, prout cotinetur in statuto posito sub Rubrica De tormentis prohibitis,uel permissis,nec plenā,uel semplenā probationem faciat de delicto,et Consul,uel Sindicus, qui denunciationem fecerit non teneatur eam prosequi, uel probare,et nulla pœna possit sibi irrogari ratione denunciationis non probatæ. Et similiter non teneatur fideiussores aliquos præstare,si tamen scienter,et dolose falsam denunciationem faceret, Tunc prædictis non obstantibus puniri possit,prout continetur in capitulo posito sub Rubrica De pœna facientis falsam accusatiōnem,uel denunciationem.

De non Compellendis cōmunibus ad denuncianda Maleficia ultra formam statutorum. Cap.XIIII.

Iubemus,ꝙ Nullus Officialis,seu Iudex audeat,uel præsumat cogere,uel compellere quouis modo aliquam cōmunitatem,uel Consules,uel Sindicos alicuius cōmunis contratæ,uel brachii ciuitatis Lucen.ad denuncianda maleficia, nisi prout, & quatenus in superioribus capitulis continetur. Si Quis autem Officialis in aliquo cōtrafecerit, puniatur in libris quinquaginta,ī quibus debeat sindicari: Et quicqd secus fieret sit irritū,et inane.

De Accusationibus,et Fideiussoribus dandis ab Accusatoribus. Cap.XV.

Statuimus, & Ordinamus, ꝙ Quilibet Accusator, qui alias de iure ueniat admittēdus teneatur satisdare cū fideiussoria cautione de prosequēda,& probāda accusatione,& ꝙ eā calumniose nō producat. Alioquin nullatenus admittatur. Et semper in accusationibus inseratur delictum, cum

ſuis qualitatibus,& ponatur locus per cõfines declaratus,uel alio modo notus,& declaretur mẽſis,& annus cõmiſſi maleficii, & an fuerit cõmiſſum de die,uel de nocte,ita ꝙ accuſatio cõcludat,& cõdẽnatio ſequi poſſit. Non tamen neceſſe ſit ĩ ipſa accuſatione nomina teſtium exprimere,uel ꝓſumptiões alias in accuſatione deducere,Dũmodo in termino ꝓbatorio teſtes,uel alias probationes legitimas producat.Sed ne per negligentiã accuſantium, delicta remaneant impunita,Statuimus,ꝙ Officialis procedens quãdocũꝙ ante ſententiã ĩfra tempus ĩſtantiæ totius cauſæ ex officio teſtes recipere,& examinare poſſit,& ueritatem inquirere,diligentiã in hoc adhibendo.

De Pœna non probantis accuſationem. Cap. XVI.

STatuimus,ꝙ quicunꝙ aliquem accuſauerit de aliquo exceſſu,de quinꝙ caſibus,& nõ probauerit puniatur ĩ libris ducentis pro qualibet uice. Et quicunꝙ aliquẽ accuſauerit de aliis maleficiis,ꝗ de quinꝙ caſibus,ſi de tali maleficio ueniret pœna imponenda in corpus,& accuſationem non probauerit puniatur in libris centum. Siquis autem accuſauerit aliquẽ de aliquo maleficio,de quo eſſet pœna pecuniaria imponẽda,& accuſationem nõ probauerit,ſi pœna talis delicti excederet libras centum puniatur talis accuſator,qui non probauerit in libris triginta. Si uero pœna delicti de quo fieret accuſatio non excedat libras centum, Tunc talis accuſans,& non probans puniatur in libris decem,& ultra dictas pœnas accuſator,qui non probauerit cõdemnetur in expenſis,quas dicta occaſione accuſatus feciſſet arbitrio iudicis ad petitionem accuſati taxandis. Et a ſupraſcriptis pœnis,& expenſarum refectione excuſetur,& abſoluatur accuſans,ſi conſtaret eum nõ per calumniam accuſaſſe,uel quia per unum teſtem idoneum delictum probaſſet,uel ſaltim alia legitima indicia ĩ iudicio produxiſſet,& ea probaſſet,de quibus Stetur arbitrio iudicantis. Si quis autem pro non probãdo, uel non proſequẽdo accuſationem quam feterit recipiat pecuniam,uel aliã rem,uel promiſſionẽ aliquam tacite, uel expreſſe,directe, uel per obliquũ a quacunꝙ perſona,ſeu per interpoſitam perſonam, puniatur qualibet uicẽ ĩ libris centũ ultra pœnã,ꝗ ĩponẽda ueniret ꝑ accuſatiõe facta,& nõ ꝓbata.

De Pœna facientis falſam accuſationem,uel denunciationem. Cap.XVII.

LOnge differt faciens ſcienter,& doloſe falſam denunciationẽ, uel falſam accuſationem,ab eo,qui accuſat,& accuſationem nõ probat. Et quia ille qui falſam accuſationem, uel falſam denunciationẽ ſciẽter producit maius delictum cõmittit,merito eſt maiori pœna puniẽdus. Ideo Statuimus,ꝙ ſiquis falſam accuſationem,uel denũciationem fecerit de aliquo delicto de quinꝙ caſib.ſibi manus dextra ãputetur,& a ciuitate Lucẽ.& eius diſtrictu

perpetuo

perpetuo relegetur. Si uero falsam accusationẽ,uel denũciationẽ fecerit de aliquo delicto,qđ nõ esset de quinq; casibus,sed nihilominus pęna ueniret ĩponẽda ĩ corpus,puniať talis accusator,uel denunciator in libris trecẽtis.

Si autẽ aliquem accusauerit,uel denũciauerit falso de alio delicto, de quo esset poena imponẽda pecuniaria,q̃ librarũ centum excederet quãtitatẽ,puniatur talis accusator,uel denunciator de falso crimine in libris sexaginta.

Si uero poena delicti de quo fieret falsa accusatio, uel denunciatio,non excederet libras centum,Tunc talis falsam accusationẽ,uel falsam denunciationem faciens puniatur in libris quadragintasex. Et p̄dicta nõ uendicẽt sibi locum ĩ officialibus faciẽtibus falsam denunciationẽ super dãnis datis, quia tunc uendicet sibi locũ poena ĩposita sub Rubrica De dãnis illatis denunciandis. Et sit ĩ arbitrio dicti officialis,qui super dicta accusatione, uel denunciatione p̄cederet declarare,an talis accusatio, uel denunciatio sit falsa,uel non,per similia indicia,uel alias coniecturas. Et quicũq; aliquã accusationem,uel denunciationẽ falsam fecerit,recepta pecunia,sibi manus dextra ãputetur. Et a ciuitate Lucen.& eius territorio perpetuo relegetur. Si quis autẽ pro extorquenda pecunia,uel alia re, fecerit aliquã falsam accusationem,uel denũciationem,sibi manus dextra amputetur. Et ubi quis punitur de falsa accusatione, uel denunciatione,non puniatur de accusatione non probata. Et in quolibet dictorum casuum condemnetur ille,qui falsam accusationem,uel falsam denunciationem fecerit dãnum passo ad restitutionem damnorum,& expensarum,quę,et quas substinuisset.

De Abolitionibus tollendis. Cap.XVIII.

STatuimus,q̄ Nulli Accusatori,uel Denunciatori,in quibuscunq; criminibus possit quouis modo abolitio ĩdulgeri, sed debeat ĩ causa procedi, et de crimine cognosci,et sententia promulgari,et exequi,prout iustitia sua debit,Non obstãte petitione abolitionis,uel indulgentiæ cõcessione, quam Decernimus non ualere.

De Modo,et Forma citandi in criminalibus. Cap.XIX.

STatuimus, q̄ facta per notariũ officialis ex cuius officio p̄ceditur descriptione accusationis,denunciæ,seu inquisitionis,cuius uigore procederetur in libro actorum,& transmissa copia Exactori Lucensis ciuitatis,Teneatur Iudex procedens q̃ primũ poterit citare, seu citari facere personã ĩculpatã, seu cõtra quã procederetur per nunciũ publicũ Lucen.ciuitatis in persona ĩculpati,si comode possit p̄sonaliter ĩueniri. Et si p̄sonaliter nõ inueniretur, fiat citatio ad domũ suæ habitationis,si eam habeat ĩ ciuitate Lucen.uel in eius territorio,& ad eam sit tutus accessus Statuendo terminũ ad comparẽdum, & se excusandũ usq; in sex dies ad arbitriũ officialis,ex cuius officio

procederetur,dũmodò minor terminus q̃ trium dierum dari non possit. Si autem persona cõtra quam procederetur habitationem nõ haberet in ciuitate lucen.uel eius comitatu,et districtu,seu haberet,et ad ipsam domum non sit tutus accessus. Tunc citari,et requiri debeat per edictum affigendũ ad banchum curiæ officialis ex cuius officio procederetur,et etiam citari debeat per publicũ præconem sono tubæ præmisso ĩ angulo Turris, quæ est ante portam sancti Michaelis ĩ foro,et in angulo clauariæ,et in angulo põtis fori,qui est iuxta beccһariam, et in angulo arcus statuendo personæ cõtra quam procederetur ad comparendũ,et se excusandũ terminũ ad arbitrium officialis ex cuius officio proceditur, Dũmodo nõ excedat terminũ octo dierum cõtinuorum, et Dũmodo minorem dilationem q̃ triũ dierũ dare nõ possit. Et si Vniuersitas fuerit citãda citetur Cõsul, uel Sindicus, siue Rector ipsius uniuersitatis,et publice apud ecclesiã ipsius cõis,uel uniuersitatis cũ cedula affigẽda ĩ portis ecclesiæ p̃fatæ cũ assignatione termini suprascripti, Et q̃ dicta sunt de citãdis reis supra,intelligãtur locũ habere si procedãt Officiales,seu Iudices in ciuitate lucen.iurisditionẽ exercẽtes.

Officiales autem in districtu residẽtes, Veluti Vicarii uicariarum Capitaneus comitatus, et alii quicũq; in comitatu lucen.iurisditionem exercentes citari faciant reum in personam inculpati si possit comode inueniri. Sed si non possit personaliter inueniri,fiat citatio ad domum suæ habitationis si ad eam sit tutus accessus. Si uero domum habitationis in Lucen. territorio non haberet,uel ad eam non sit tutus accessus,debeat reus citari per edictum supra banchum Curiæ officialis,qui procederet affigendum, et etiam citari debeat per nuncium,uel præconem ad banchum Curię officialis,qui procederet alta,et intelligibili uoce proclamantem, statuẽdo terminum ad comparẽdum, et se defendendum ad arbitrium officialis, qui procederet, dũtamen terminus octo dierum continuorum nõ excedatur, et dũtamen minorem dilationem trium dierum dare non possit. Et si Vniuersitas fuerit citanda, fiat citatio, prout supra dictum est de uniuersitate citanda per officiales Ciuitatis Lucensis. Et Citationes factæ secundum formam pręsentis capituli sint peremptoriæ,et arctent citatum,ac si factæ essent in personam ĩculpati, Et in quolibet dictorum casuum dies factæ citationis nõ computetur in termino dilationis ad comparendum datæ.

De modo Procedendi cõtra cõtumacem in criminalibus. Cap.XX.

SI persona citata nõ cõparuerit ad mãdata in termino in citatione appòsito cõtumax reputetur,nec sit necesse,q̃ eius cõtumacia accusetur,et nihilominus ad omnẽ malitiã superãda, Iubemus,q̃ iterũ talis persona citetur, et requiratur eodẽ modo de quo dictum est supra in cap.præcedenti,dum modo dictæ citationes per diuersos nuncios fiant, ubi per nunciũ fieri debeant: Et si nõ cõparuerit ĩfra terminũ secũdo datũ poni,et mitti debeat in primo

in primo bãno Ciuitatis Lucen.ad banchum Curię officialis,qui procederet in ea pœna,in qua esset cõdẽnandus, si cõstaret de delicto,et de qualitatibus de quibus procederetur,& dictum bannũ cridetur,& publicetur in ciuitate lucen.per præconem scilicet ad bãchum curiæ dicti officialis,qui procederet. Et post dictum primũ bãnum expectetur persona bãnita octo diebus continuis ad cõparendũ infra quos cõtumaciam purgare,& cõparere,& suas defensiões facere possit, dũmodo dies lati bãni nõ cõputet̃ in termino prædicto octo dierum. Et dictum primũ bãnum per dictam comparitionem,quæ fieret infra dictum terminũ octo dierum intelligatur cancellatum: Et si post dictum primum bannum non comparuerit infra terminum octo dierum. Tunc uerus contumax reputetur, & pro confesso habeatur,ac si delictũ,& qualitates,super quibus pcederetur,confessus fuisset, & sententia banni proferatur,prout in proximo sequenti cap.cõtinetur.

De modo Banniendi,et sententiam Banni proferendi contra contumacem. Cap.XXI.

STatuimus,ꝙ nulla persona possit banniri per aliquem officialem,nisi talis persona fuerit citata secundum formam capitulorũ proxime præcedentium.Elapsis autem terminis,et dilationibus de quibus in duobus superioribus cap. cõtinetur possit Officialis sententiã banni proferre ad banchum iuris suæ curiæ,dũtamen prius pulsari faciat cãpanam,et proclamationem transmittat,ita ꝙ omnes,et singuli ualeant ire ad audiendũ sententiam supradictam. Et debeant dictæ sententiæ bãnorum per præconem in ciuitate lucen.et per nuncium in lucen.districtu alta uoce proclamantem publice nũciari ad plenam intelligentiã omniũ,qui ibi uoluerint interesse. Et in dicta sententia bãni nominetur persona bãnita,et unde est,et nomen, et pronomen,et agnomen,uel aliud simile, uel equipollens demõstratio,ita ꝙ recognosci possit. Et etiam Declaretur causa propter quam banniatur,et pœna in qua bãniatur,siue pœna fuerit pecuniaria,siue ĩ corpus,siue alia quæcũq;. Et notarius curiæ teneatur ipsam sententiam bãni describere,et ĩ publicam formã redigere,et ipsa eadem die eãdem sententiã in publicam formã tradere notario archiui librorum condẽnationum , et bãnorũ, sub pœna librarum uigintiquinq;,et hoc si dicta sententia in ciuitate lucen. proferatur. Si autem in comitatu,uel districtu proferatur,Teneatur Notarius infra decem dies a die qua sententia banni in rem trãsiuerit iudicatam computãdos tradere,uel transmittere dicto notario archiui,Ita ꝙ infra dictum tempus ad manus dicti notarii super custodia librorũ archiui deputati perueniat sub pœna librarũ.xxv. Et post dictam sententiã bãni persona ĩbãnita expectetur sex diebus integris a die latæ sententiæ computãdis, infra quos cõparere possit ad mandata,infra quem terminum sex dierum possit comparere,et se defendere.Et si comparuerit procedatur in causa ut

iuris fuerit,& bãni ſententia cancelletur,et cancellari debeat cum effectu,ſolutis primo ſolidis decem bonæ monetæ camerario generali ſi in Ciuitate Lucen.procederetur,ſed ſi in uicaria dicti ſolidi.x.ſolui debeant camerario uicariæ,Et totum tempus quo poſt primũ, ſeu ſecũdum bãnum ſteterit in bãno,et poſtea comparuerit detrahatur uſq; ad diem cõparitionis de termino inſtantiæ. Et infra dictum terminum ſex dierum perſona bãnita nõ poſſit ab aliquo offendi. Sed ſi ĩfra dictũ terminũ ſex dierũ nõ cõparuerit ſentẽtia bãni firma remaneat,et in rem trãſeat iudicatã, et talis perſona habeatur,et ſit bãnita,et pro bãnita legitime,et ultra nullatenus audiatur.

De eo ꝙ ĩbannitus poſſit impune offendi. Cap.XXII.

ET quos diuinus timor,aut uirtutis amor a malo nõ retrahit, ſaltim corripiat metus pœnæ Decernimus, ꝙ quæcũq; perſona fuerit bãnita pro maleficio pure,uel ſub conditione ad mortem, uel in amputatione alicuius mẽbri,uel in fuſtigatione,ſeu alia perſonali pœna,ſeu eſſet bãnita pro maleficio in libris ducentis,uel ab inde ſupra poſſit impune a quacunq; perſona offendi in perſona,et in rebus,quas ſecum tempore offenſionis haberet. Et etiam poſſit occidi impune ſine aliqua pœna. Perſona uero ĩbãnita ꝑ maleficio in libris quinquaginta,uel ab inde ſupra uſq; in libris ducẽtis poſſit offendi in perſona,et in rebus quas ſecum haberet tẽpore offenſionis,et etiã poſſit impune uulnerari,et ĩ mẽbro,et in mẽbris debilitari, nõ tamẽ occidi. Imbãnita uero perſona pro maleficio ĩ minori ſumma librarum quinquaginta poſſit impune percuti ſemel,& pluries ſine ſanguinis effuſione,ſed nõ poſſit uulnerari,ſeu in aliquo mẽbro debilitari,uel occidi. Et ad hoc ut Bãniti poſſint impune offendi,ſufficiat ſi in archiuo, ſeu camera librorũ reperiatur bãnum in uigore,nõ cãcellatum tempore quo perſona bãnita offenderetur. Et ſi procederetur cõtra offendentem perſonam bãnitam poſtq̃ de bãno cõſtiterit,talis proceſſus ſit irritus,& inanis,Et ſimiliter nõ ualeat quicquid inde ſequeretur. Et poſſit unuſquiſq; etiam ſine mãdato,& etiã ſi ſua nõ interſit defendere perſonam,quæ bãnitum offendiſſet,& bannum producere,& defenſiones quaſcũq; facere. Et Quilibet officialis uiſo dicto bãno teneatur incontinenti talem offendentem libere relaxare,& relaxari facere cum effectu. Et ſi ad bãnum,uel ad cõdẽnationem proceſſum eſſet cõtra aliquam perſonam occaſione offenſionis factæ cõtra quemcũq; bãnitum nõ debeat haberi ꝑ cõdemnata, uel pro bãnita, ſed ipſa ſententia ſit ipſo iure nulla. Et notarius archiui librorum ſentẽtiam huiuſmodi cõdemnationis,& banni cãcellare teneatur. Et inſuper teneatur Lucen.Poteſtas,& eius curia præcipere,& mandare notariis archiui librorum,et bannorum ad petitionem talis offendẽtis,uel eius procuratoris,uel alterius cuiuſcunq; defenſoris,ꝙ exhibeant in publicam formã copiam banni,ad hoc ut inde in iudicio fieri fides poſſit. Et prædicta Quilibet Officialis obſeruare teneatur

re teneatur uinculo iuramenti. Siquis autem in aliquo contrafecerit puniatur in libris centũ ꝓ qualibet uice,in quibus finito officio debeat sindicari.

De non Præstando audientiam Imbannitis. Cap.XXIII.

IN odium bannitorum Iubemus,ꝙ nulli bãnito pro maleficio a quinquaginta libris supra audientia præbeatur, per aliquem officialem Lucen. ciuitatis,uel comitatus,uel districtus,& quilibet officialis teneatur ipsos bãnitos non audire,sed eis debeat audiẽtia denegari. Et prædicta locum habeãt si huiusmodi persona bãnita ageret, uel recõueniret ciuiliter, uel criminaliter. Vbi uero cõueniretur,seu recõueniretur,audiaꝛ,& audiri possit in suis defensionibus,quia nemini auferri debet defensio,quæ est de iure naturali. Intelligendo semper, ꝙ admittatur ad illam defensionem, quæ de iure cõi sibi cõpeteret, Defensiones uero, quæ per formã statuti nõ ĩtroductæ forẽt eis cõmode denegamus. Et similiter eis denegari ꝓcipimus oĩa, et singula beneficia,& priuilegia a statutis lucen.ciuitatis introducta.

De Casibus in quibus Banniti possint uenire ad ciuitatem, & districtum Lucensem. Cap.XXIIII.

AD honorem Dei Concedimus Bãnitis in libris centũ, & ab inde infra, ueniendi ad ciuitatem lucen.& eius territoriũ,& ibi standi,& exinde discedendi in festo Exaltationis sanctæ Crucis octo diebus præcedẽtibus, et aliis octo sequẽtibus ipsum festum, et etiã in die festi sancti Reguli, et octo diebus ꝓcedentibus,et octo diebus sequẽtibus dictum festũ.Et hoc ita si tales a libris centũ,uel ab inde pacẽ habuerint a persona offensa, si causa bãni talis esset,quæ pacem requireret. Alioquin si pacem nõ haberet ĩ casu quo pax requireretur,licentia ueniendi nullatenus cõcessa intelligatur. Et oẽs, et singuli bãniti,quibus auctoritate ꝓsentis statuti permittitur facultas ueniendi ad ciuitatem Lucen.et eius territoriũ,non possint tẽpore durantis licentiæ supradictæ offendi nõ obstãte Cap.posito sub Rubrica De eo, ꝙ bãnitus possit ĩpune offendi, nulli autẽ bãnito in persona, uel ĩ aliquo mẽbro, seu alia personali pœna,uel in aliqua pecuniaria pœna,q̃ centũ librarũ excederet quãtitatẽ licẽtia pateat uenıẽdi ad ciuitatẽ lucen.uel eius territoriũ.

De Executione,et Effectu sententiæ banni. Cap.XXV.

STatuimus, ꝙ si quo tẽpore persona bãnita ꝑuenerit ĩ fortiam cuiuscũq; officialis ciuitatis Lucẽ.uel eius districtus,si talis persona esset bãnita ad mortem,uel ĩ amputatione alicuius mẽbri,uel ĩfustigatione,uel ĩ alia quacũq; pœna in corpus imponẽda resignari,et tradi debeat cũ effectu illi officiali,ex cuius officio bãnita extiterit,uel eius ĩ officio successori,qui officia

lis teneatur,& debeat uinculo iuramenti cōtra talem bannitum executioni mādare sententiam bāni,& nulla prorsus admittatur defensio, sed habeatur talis persona bānita pro cōfessa, & cōuicta, & cōdēnata. Siquis autē talem bānitū cœperit,et officiali ex cuius officio bānitus fuisset,uel eius successori infra octo dies nō resignauerit puniatur in lib. quingētis. Officialis uero qui sententiam banni executioni nō mandauerit īfra.xv. dies postq̄ bānitus sibi præsentatus fuerit,puniatur in libris quingentis,ī quibus finito officio debeat sindicari. Si uero persona bānita, quæ in fortiam alicuius officialis peruenerit fuerit bānita in pecunia,Tunc & eo casu tradi,& assignari debeat exactori,qui exactor talem personā bannitam detineat,& detineri faciat in carceribus, donec soluat quantitatem in qua fuerit bannitus. Si qua uero persona, quæ aliquem in pecunia bannitum cœperit,& infra octo dies a die huiusmodi capturæ exactori non præsentauerit, cogatur ad soluendum tantam quantitatem,quanta fuerit pœna in qua talis persona existeret Bannita.

De Bannitis Persequendis,& Capiendis. Cap, XXVI.

STatuimus, ꝙ quelibet Cōmunitas, & Vniuersitas Lucen.districtus,teneatur ad capiendum, & persequēdum si potuerit Bannitos prout continetur infra sub Rubrica De pœna cōmunium nō capientium Bānitos. Ac etiā Disponimus, ꝙ Omnes,& Singuli Officiales Quibus competit iurisdictio punīedi delicta,teneātur, & debeant omnes bannitos persequi per se,& suam familiam,& capere si potuerint uires sui officii apponendo,& obseruando omnia,& singula, quæ continētur in Cap. proximo præcedenti. Et omnibus, & singulis persequētibus bānitos licitum sit interficere ipsos impune,si banna essent in personam,uel in aliquo membro,uel in fustigatione, uel alia pœna corporali,uel etiam in pœna pecuniaria in libris ducentis, uel ab inde supra. Possit etiam impune a persequentibus uulnerari,& in membro debilitari,& occidi, absque aliqua pœna. Sed si bannita persona, quæ persequeretur esset Bannita in libris quinquaginta, uel ab inde supra usque in libras ducētas possit a persequentibus percuti,& offendi,& uulnerari,& in membro, & membris debilitari non tamen occidi. Bannita uero persona pro maleficio in minori summa librarum quinquaginta possit impune percuti semel,et pluries sine sanguinis effusione, sed non possit uulnerari,seu in aliquo membro debilitari, uel occidi. Declaramus tamen, ꝙ si bannitus quem persequeretur aliquis ex suprascriptis insurgeret contra persequētes,uel defensionem aliquā faceret quo minus capiatur tūc siue sit bānitus ī libris quinquaginta,uel ab inde īfra,uel supra,uel ī alia quācunq; pœna pecuniaria,uel personali possit ab ipsis persequētibus percuti,uel ipune uulnerari,et occidi,et ī mēbro debilitari,et cōtra tales persequētes ꝑpter hoc ꝓcedi nō possit ullo modo,et si ꝓcederetur ꝓcessus nō ualeat ipso iure.

Iubemus

Inbemus tamen,ꝙ Aliqui Officiales,uel quæ uis Cōmunitas,uel Vniuersitas,uel Alii quicūq; non exeant Lucen.territorium pro persequēdis,uel capiendis bānitis,Quisquis uero cōtrafecerit puniatur in libris centū. Infra territoriū uero,& districtū lucē.dato ꝙ exiuerint iurisdictionē ipsius officialis,uel uniuersitatis,ꝑ sequēdo bānitos,nulla sit pœna, nec captura ꝓpterea uicieē ꝙ bānitus captus fuerit ī territorio nō subdito iurisdictioni capiēns.

De Præmio concesso capientibus,uel occidentibus aliquem ad pœnam mortis Bannitum. Cap.XXVII.

VT omnes saltem sub spe præmū facilius aliciantur ad persequendū bānitos in pœna mortis.Statuimus,ꝙ si aliquis quomodocūq;,& ex quacunq; causa bānitus,nō rebellis interfecerit aliquem Rebellem, seu Bānitū in pœnam mortis intra territorium lucense,uel extra lucen.territoriū,īfra decem milliaria a fine lucen.territorii computāda,talis bānitus nō rebellis ad gratiam admittatur,& admissus intelligatur,& sit,& a banno exemptus intelligatur,& eius bānum debeat libere cancellari cum effectu,Et similiter quicunq; bānitus nō rebellis ꝑsentauerit in fortiā Lucen. regiminis aliquē bānitum in pœnam mortis captum in territorio lucensi,siue in terris temporalis iurisdictionis Domini Lucen.Episcopi,seu lucen.Capituli intelligatur,& sit reductus ad gratiā,& rebāniatur,& eius bānum debeat libere cancellari in camera librorum,& bānorum ciuitatis lucen. Si quis autem non bānitus interfecerit intra territorium lucense aliquem bānitum in pœnam mortis, talis interficiens possit ad gratiam reducere,& de bāno eximere,& eximi facere Vnum Bānitum nō rebellem quem eligere uoluerit,cuius bānum debeat libere cancellari,dūmodo talis quem eximere de banno uelit, nō fuerit bānitus pro maiori delicto ꝙ̄ bānitus occisus. Si uero nō bānitus præsentauerit ī fortiam lucen.regiminis aliquem rebellem, uel ad mortem bannitum captum intra territorium lucense,uel in terris temporalis iurisditionis Domini lucen.Episcopi,uel in terris lucensis Capituli,possit eximere de bāno alium bannitum nō rebellem,cuius bānum debeat libere cācellari,dūmodo talis quem eximere uellet, nō fuerit bannitus pro maiori delicto,ꝙ̄ bannitus quem præsentauerit.Et suprascriptū præmium concessum per præsens statutum occidentibus,uel præsentantibus bannitos ī fortiam lucen.cōmunis,uendicet sibi locum in occidentibus rebelles lucensis cōmunis,uel illos præsentantibus in fortiam lucen.cōmunis,quocunq; loco occisi,uel capti fuerint dicti rebelles. Declarantes nihilominus in omnibus casibus suprascriptis,ꝙ nullus possit,aut ualeat pro uno bannito ad pęnam mortis occiso,uel capto,& præsentato,remittere, seu remitti facere,ac de banno ut supra eximere, nisi unum bannitum dūtaxat habilem ut supra,etiam si bannitus occisus,uel captus,& præsentatus banna plura haberet capitalia,& ad mortem. Hoc expresse declarato, ꝙ quęcunq; persona,

quæ de cætero,& in futurum commiserit homicidium in Lucensi Ciuitate,aut interficeret aliquem Lucensem ciuem,etiam in qualibet mundi parte,aut facta fuerit exul,seu bannita ex quacunque causa a Magnifico Consilio Generali Ciuitatis Lucēsis,non ualeat,aut possit aliqua ratione,modo, uel causa qui,& quæ dici,uel excogitari possit a suo bāno eximi,& liberari, nisi solum,& dūtaxat ab ipso Magnifico Consilio,& si secus factum fuerit non ualeat ipso iure. Verum siquis caperet, uel interficeret aliquam mulierem bannitam, Nullum ex hoc premium consequatur, cum in muliere nō cadat suspicio,ꝙ inuadere debeat lucense territorium. Hoc tamen declarato,ꝙ si quis cœperit aliquam fœminam declaratam discolam,& consignauerit in fortiam Lucensis cōmunis,aut Domino Prætori Lucen.ciuitatis, & suæ curiæ,facta tali consignatione lucretur de pecuniis Lucensis cōmunis Ducatos quinque auri.

De Præmio concesso Capientibus, seu occidentibus Rebelles, seu bannitos ex causa status Lucensis Ciuitatis.
Cap. XXVIII.

STatuimus, ꝙ quicunqꝫ occiderit in quocunqꝫ loco, & parte mundi aliquem bānitum,eo ꝙ tractauerit contra pacificum statum Lucensis ciuitatis,de quo tractatur in præsenti libro,habeat,& habere debeat de ære Lucensis cōmunis Florenos ducentos ad triginta sex, ultra alia præmia dicti statuti,de quibus debeat,& possit tali interfectori fieri prouisio, & mandatoria imediate postq̄ de tali occisione constiterit: Si uero talem bannitum ut supra ex dicta causa uiuum uenire fecerit cum effectu in fortiam lucen. cōmunis,aut officialium ipsius,uidelicet Domini lucensis Prætoris,aut Capitanei comitatus, & custodiæ lucensis ciuitatis,habere debeat de ære lucēsis cōmunis ut supra Florenos quattuorcentos ad triginta sex, Quæ omnia,& singula supra disposita locum habeant,& procedant in occidētibus, aut capientibus principalem malefactorem non autem in occidentibus,seu capientibus filios, uel uxorem,aut similes,qui per consequentiam ex legis, uel statuti dispositione propter enormitatem delicti,uenirent condemnandi,Sed Capiēs, uel Occidens ipsos cōdemnatos,uel bānitos per cōsequentiam in territorio lucensi,habeat pro præmio Ducatos decem auri. Declarantes nihilominus,ꝙ præmium,quod datur interficientibus,uel capientibus rebelles lucensis cōmunis non detur pro captura,uel morte rebellium, aliter q̄ tractando cōtra pacificum statum ciuitatis lucensis,cū multi fiant, & declarentur rebelles ex capitibus aliorum statutorum lucēsis cōmunis, ut puta,quia non paruerunt exilio dato a Consilio Generali,Quo casu rebelles contra patriam proprie dici non possunt, Sed capientes,& interficientes ipsos habeant alia præmia in statutis in suo casu inducta.

De premio

De Præmio cõcesso Accusantibus, Capientibus, seu Occidentibus Bánitos, ex eo ꝙ non seruauerint banna, relegationes, seu confinia lata a Magnifico Cõsilio Generali Ciuitatis Lucensis, & de pœna non seruantium ea. Cap. XXIX.

STatuimus, ꝙ quicũꝗ Accusauerit, uel Denũciauerit Domino Prætori Lucensi illum, uel illos, qui confinia, & Bána lata a Magnifico Consilio Generali nõ obseruabit, lucretur, accusa reperta uera saltem per duos testes examinatos, & hoc probantes Florenos decem ad triginta sex de pecuniis lucensis cõmunis, & eius nomen teneatur secretum, & præmium suprascriptum sibi soluatur eo ipso, ꝙ constabit Dominis Antianis accusam fuisse factam, & probatam per duos testes hoc probãtes, fuisse examinatos, et Prætor per tempora existens teneatur, & debeat statim secuta accusatione formare processum contra ipsum non seruantem, & condemnare, & declarare condemnatum ĩ pœnis Statutorum, & Decretorum Lucensis communis, & si Prætor processerit ex officio absꝗ accusa, denuncia, aut querela alicuius, & condemnauerit, & banniuerit, & declarauerit huiusmodi non seruantes confinia, banna, & relegationes, lucretur de pecuniis suprascriptis Ducatos uigintiquinque auri pro quolibet cõdemnato, & bannito, quem ita condemnatum, bannitum, & declaratum in Camera, & archiuo publico lucẽsis cõmunis miserit, Et receptans huiusmodi ita declaratum, & bannitum ut supra cadat in pœnam, et pœnas positas in statuto contra receptãtes rebelles ex causa status, et criminis lesæ Maiestatis, uidelicet tractãtis cõtra pacificum statum, et idem sit contra associantes, et eis dantes, et præstantes fauorem, potum, uel cibum, aut aliud refugium, uel auxilium, Item ad inuitandum, et instigandum homines, et executores ad eos ita declaratos capiendum, et occidendum, intelligatur, et sit constituta merces, et præmiũ cuicunꝗ, et quibuscunꝗ tam officialibus, et executoribus, ac stipẽdiariis lucensis cõmunis, ꝙ quibuscunꝗ, et cuicunꝗ priuato capienti, et ipsum præsentãti in carcere Saxi lucensis ciuitatis, uel interficienti, et occidenti, Ducatorum centum auri pro quolibet ita capto, et præsentato, uel occiso ut supra de bonis dictorum bannitorum, et condemnatorum si hoc eligere uoluerint, sin autem Ducatorum quinquaginta de pecuniis lucẽsis cõmunis pro quolibet dictorum bannitorum, seu condemnatorum ut supra non ligando tamen manus officialibus Lucensis cõmunis, quin contra illos, qui hucusꝗ non paruerint ad procedendum, condemnandum, et declarãdum secundum formam Decreti, imo ad hoc intelligantur, et sint inuitati, et instigati, Et prędicta intelligantur quo ad bannitos condemnatos factos, et fiendos exules proprie per Magnificũ, et in Magnifico Consilio Generali, cõtra alios autem seruetur forma aliorum statutorum, et Decretorum lu

censis cōmunis: Et Prætor teneatur ut supra procedere contra accusatos, uel denunciatos sub pœna Ducatorum uigintiquinque pro quolibet accusato,& denunciato,& similiter ipsum sic declaratum bannire infra tres dies continuos postq̄ miserit in archiuo publico,per loca publica,& consueta lucensis ciuitatis sub suprascripta pœna,& Declaratus,uel condemnatus captus ut supra,non possit habere,nec obtinere gratiam, nisi conseruato indēne lucense cōmuni,de eo quod solutum fuerit: Declarantes insuper,ꝙ qui cunq; bannitus,seu relegatus,uel exul factus publico Decreto Consilii Generalis,& quicunq; deinceps bannietur per ipsum Consilium Generale, nō audeat,uel p̄summat quouis modo, causa, uel uia, se opponere quo minus deliberatio præfati Consilii suum ad plenum consequatur effectum, Sed ipsa exilia,relegationes,& banna obseruari debeant per illos contra quos lata essent,omni exceptione pœnitus remota pro temporibus,& cum modis, ac conditionibus sicuti in ipsis bannis, exiliis, uel relegationibus continetur,uel continebitur sub pœna cuilibet contrafacienti etiam rebellionis ultra alias pœnas constitutas, in quam rebellionis pœnam ipsofacto, & ipso iure incurrisse, & incursos esse intelligatur quilibet contrafaciens absq; alia declaratione facienda,et sit,& reputetur, ac si pro rebelle Lucensis cōmunis descriptus esset in archiuo,& Camera librorum Lucensis ciuitatis: Decernentes,ꝙ idem præmium Florenorum decem constitutum sit,& esse intelligatur accusantibus,seu accusanti, non seruantem banna, seu exilia ut supra lata etiam a Domino Prætore lucensis ciuitatis.

De Præmio concesso Capientibus, seu occidentibus foretanos,
qui aliquo modo occiderint , seu uulnerauerint
Ciues Lucenses. Cap.XXX.

STatuimus,& Ordinamus,ꝙ quicūq; cœperit, & cum effectu posuerit in manibus, seu uiribus lucēsis cōmunis foretanum,seu forēsem aliquem, qui ad instantiam cuiusq; etiam ciuis Lucensis accepta pecunia,uel sibi promissa,uel sub aliqua alia spe,seu præmio,uel etiam sponte sua,& non ad instantiam alicuius,offenderet aliquem ciuem Lucensem uulnerando, uel occidendo in ciuitate Lucensi, uel in eius territorio , huiusmodi sic capiens, & in manibus,seu uiribus ut supra effectualiter ponēs habeat,& habere debeat de pecuniis dicti lucensis cōmunis,& a dicto lucensi cōmuni Ducatos centum quinquaginta,de quibus, & pro quibus officium super introitibus teneatur cum effectu solutionem facere omni exceptione remota . Si uero talem delinquentem foretanum,seu forensem necauerit, uel interfecerit, & morti dederit in quacunq; mundi parte, consequatur præmium de pecuniis dicti cōmunis ducatorum quinquaginta, uel ꝙ possit remittere unum bannitum ad mortem quem uoluerit,excepto banno rebellionis. Hoc ex

presse

presse declarato, quod supra dictum est, procedere, si mors ipsius malefactoris foretani, uel forensis legitime fuerit probata: Declarantes in prædictis, & circa prædicta, illum, seu illos fuisse, & esse aggressores, homicidas, seu uulnerantes ciuem lucensem, qui per sententiam, uel bannum Iudicis ordinarii cõmunis lucensis erit bannitus, uel condemnatus, etiam per contumaciam ex aggressu, uulneribus, & homicidio ut supra: Cæterum statutum intelligatur, & sit, ꝙ quilibet, qui interficeret aliquem foretanum, seu forensem, qui ĩterfecisset aliquẽ ciuem ut supra aliter, ꝗ̃ sibi aliquo dato, seu promisso, si esset bannitus de persona lucensis cõmunis, uel alio quouis banno remissus intelligatur, & sit, ac plenissime liberatus, & ultra prædicta habeat a Camera lucensis cõmunis Florenos quinquaginta monetæ. Et si dederit uiuum in fortiam lucensis cõmunis, uel modum dederit ut duceretur cum effectu, ultra remissionem a banno suo uno, uel pluribus, habeat a Camera lucensis cõmunis Florenos centum monetæ. Vbi autem talis interficiens, uel præsentans, uel qui præsentãti modum dederit, bannitus non esset, alium bãnitum lucensis cõmunis de persona, ut remittatur petere possit, et sic remittatur, et habeat præmium suprascriptum, iuxta casus occurrentiam, et pro solutionibus faciendis, teneatur præfatum officium super introitibus soluere præmia prædicta in suo casu infra decem dies, post fidem factam de prædictis, sub pœna Florenorum decem pro quolibet de dicto officio, et per officiales ad quos spectat, ab ipsis bãnis cassentur, et cassati, et cãcellati intelligãtur, et sint ipso iure, ab eorum bannis immediate facta fide de morte talis homicidæ, uel immediate facta præsentatione ipsius homicidæ uiui in fortiam lucensis cõmunis.

De Præmio concesso Domino Lucensi Prætori, et Capitaneo comitatus, et eorum familiis, delinquẽtes ut supra capientibus, et de pœna nõ capientium, ac de inuentario ab eis conficiendo pro bonis ipsorum delinquentium.

Cap. XXXI.

QVia iam diu experiẽtia docuit propter officialium, et custodũ negligẽtiã plures delinquẽtes euasisse, et ĩ dies magis euadere, Idcirco ꝓdictis obuiare uolẽtes, Statuimus, et Ordinamus, ꝙ. D. lucen. Prætor, et Capitaneus comitatus quotiẽscũꝙ, et quãdocũꝙ ad eorũ noticiã etiã secũdum rumorem, uel famã deuenerit, aliquẽ ciuẽ Lucen. in Ciuitate, uel ĩ comitatu fuisse occisum, uulneratũ, uel insultatũ ab aliquo foretano, uel forẽse, teneãtur, et debeãt, et quilibet ipsorũ teneatur, et debeat incõtinẽti mittere eorũ familiam ad perquirendũ ipsam ueritatẽ, et ad persequẽdum totis uiribus eorum, et cuiusꝙ eorum officii, et capiendum ipsos malefactores, et delin-

quentes, Quos si cœperint habeant de bonis talis sic delinquentis capti ducatos decem auri latos illi, et seu familia ipsius officialis, qui ipsum cœperit, et in forriam lucensis cõmunis præsentauerit, et Dominus Potestas teneatur mittere eius notarium maleficiorum cum aliquibus ex nunciis ad incõtinenti describendum, et inuentarium faciendum omnium, et singulorum bonorum mobilium, et immobilium dicti delinquentis, uel delinquẽtium, cõtra lucen.ciuẽ aliquo ex suprascriptis modis, et ipsa bona debeat recõmẽdare Officiali, uel Sindico, uel Vicino, uel quibus, aut cui uoluerit ex dicto cõmuni, et q̃ primum reuersus fuerit consignare Domino Exactori ipsum inuentarium teneatur, et cui recõmiserit: Et ipse exactor de huiusmodi bonis curam, et diligẽtiam suscipiat, et notarius maleficiorum inter se, et familiam habeat pro quolibet inuentario Ducatum unum, et si secum fuerit miles socius, habeat ipse miles dimidium alterius Ducati, quam solutionem habeant in, et de bonis ipsius delinquentis, uel delinquentium: Et ille, uel illi cui facta fuerit dicta recõmissio bonorum teneatur ad custodiam, et ad prę sentandum ipsa bona exactori ut supra: Et de ipsis disponere, prout dicto exactori, et per ipsum exactorem eis fuerit iniũctum, Et cui, uel quibus ipse exactor casu quo requisitus fuerit, dare teneatur omne subsidium, et auxilium adeo ut ipsa bona custodiri, et præsentari tute, et libere possint pro uiribus sui officii, et nisi præfatus Dominus Prætor, et Capitaneus ut supra prædicta obseruauerit in suis casibus prædictis, incidant in pœnam librarũ centũ pro quolibet, et qualibet uice, i quibus finito officio sindicari debeãt.

De Præmio Custodum portarum Capientum foretanum, seu foretanos, uel forenses, qui occiderint, seu uulnerauerint Lucen.ciues. Cap.XXXII.

STatuimus, q̃ omnes, et singuli Conestabiles portarum Lucensis ciuitatis quomodocunq̃, et qualitercunq̃ audirent rumorem, seu uoces, et uociferare post aliquem ex ipsa ciuitate exire uolẽtem, qui esset foretanus, uel forensis, etiam si haberet bullectam notarii, seu Cõmissarii allodii lucensis ciuitatis, erigant, et erigere se cum armis teneantur cõtra talem, et non pati, ut aliquomodo ex ipsa Ciuitate exeat, etiam si Rastellum claudere necesse esset, sed ipsum ibi retinere debeant, et teneantur donec certificati fuerint de causa talis rumoris, uel uociferationis, et clamoris, et ipsa audita, et intellecta ueritate, si inuenerint, uel dicatur, q̃ sit ex eo q̃ aliquam offensiõem, uel maleficiũ fecerit cõtra aliquem Lucen.Ciuem, aut eius bona, sub pœna Ducatorũ .x. pro quolibet Conestabile, et Ducati unius pro quolibet prouisionato cõtrafaciẽtibus, et suspẽsionis ab officiis per biẽnium, nõ sinãt ullo modo ipsum foretanum, seu forensem, foretanos, seu forenses delinquentes, uel qui dicerentur delinquentes exire de ciuitate: Sed si ex alia causa, possit

possint impune ipsum, seu ipsos dimittere exire, si eis uidebitur, & habeant bullectam ut supra, & lucrentur præfati Conestabiles, & Socii, si retinuerint, & consignauerint in Potestate Lucensis communis ipsos ut supra delinquentes, qui occiderint, uel uulnerauerint Lucensem Ciuem Ducatos qinquaginta Auri pro quolibet capto, & retento, Quod præmium diuidatur inter omnes Custodes, tunc ibidem ad portas existentes, & in tali negocio se ingerentes: Hoc expresse declarato, ꝙ ipsi Custodes Portæ illius inter omnes ultra præmium dictorum Ducatorum quinquaginta possint remittere gratis unum Bannitum Lucensis Communis ad pœnam Mortis Naturalis, Dummodo non rebellem Lucensis Communis: Declarantes insuper, quod dicti Conestabiles teneantur, & obligati sint, & ipsi Custodes portarum bene, & diligenter aduertere, ne extra Ciuitatem Lucensem exeant aliqui Forenses, qui non sint de Comitatu Lucensi Oriundi, uel habitatores, Nisi tempore, quo exibunt eis dem exhibeant, & cum effectu consignent Bullectam, seu apodixam, uel sigillum Notariorum, uel Commissariorum allodii, & si contrafecerint, incidant in pœnam Ducatorum decem pro quolibet Conestabile Dictæ Portæ, ex qua, & de qua exiuerit: Et Ducati unius pro quolibet Prouisionato, & Socio ad ipsam Portam existente, & ultra ipsas pœnas, non possint contrafacientes prædicti, uel omittentes per biennium postea aliquod Officium a Lucensi Communi consequi, Excusentur nihilominus si de mandato Magnificorum Dominorum Antianorum tales forenses fuerint sine apodixa exire permissi, uel si esset aliquis nobilis forensis, aut mercator, qui cum comitiua unius, uel plurium equorum de ipsa Ciuitate exiret, ad quos præsens prohibitio non se extendat.

De Premio Officialiũ Lucẽ. Cõis, seu alterius pſonę, capiẽtiũ, seu occidẽtium Bannitos ad mortem, ex eo ꝙ furati fuerint res, uel mercantias in magazenis, & in plagea Viaregii, uel in aliquo ipsorum locorum. Caput XXXIII.

STatuimus, & Ordinamus, ꝙ ad hoc ut saluæ, & securæ sint Res, et Mercantiæ, quæ deferri in dies magis consueuere, & reponi in plagea, & magazenis Viareggii, seu Motronis per mercatores, & Ciues Lucenses, & per alias exteras personas, ex quibus Mercantiis, et rebus Ciuitas Lucensis magnum solita est percipere commodum, et utilitatem, Statutum idcirco sit, & esse intelligatur, quod quicunque uiuum præsentauerit ĩ fortiam Lucensis Communis, aut interfecerit aliquem Bannitum, ex eo ꝙ furatus fuerit aliqua bona, seu mercantias in dicta plagea, & magazenis Viaregii, seu Motronis, uel in aliquo ipsorum locorum, ultra alia præmia concessa per Statuta & Decreta Lucensis communis, lucretur Ducatos Viginti quinque, Cum declaratione quod si aliquis ex dictis Bannitis alium similem bannitũ in-

terfecerit,uel ut supra presentauerit,sit ipso iure liber a dicto suo Banno, et consequatur etiam dictum præmium ducatorum uigintiquinque de publicis pecuniis Lucensis Communis. Et honorandus Prætor Lucensis Ciuitatis, qui per tempora erit, Teneatur, et Debeat, sub pœna ducatorum centum, intra tres dies proxime futuros, a die cõmissionis Magnificorum Dominorum Antianorum, citari fecisse per publicum Præconium per loca cõsueta Ciuitatis Lucensis omnes,& singulos delinquẽtes, ut supra non comparentes, ad pœnam Furcarum, ita ꝙ moriantur;& cum Talea suprascripta Ducatorum Vigintiquinque. Et casu quo aliquis præfatorum citandorũ compareret i termino suprascripto, detineri debeat personaliter, ut bene intelligatur,& intelligi possit an deliquerit nec ne, nulla obstante cõtrarietate.

De Præmio Interficientiũ, seu Occidentiũ Ciues Lucenses, et Comitatinos, seu Districtuales, q extra Lucen. Ciuitatẽ, et eius Districtũ irẽt ad exercendũ Artẽ Sirici, seu aliã artẽ prohibitam. Cap. XXXIIII.

STatuimus, ꝙ quælibet persona, quæ interfecerit, seu occiderit in quacunque mundi parte aliquẽ Ciuem Lucensem, Comitatiuum, seu districtualem, qui extra Lucensem Ciuitatem,& eius districtum, iret ad exercẽdum artem Sirici,& seu aliam artem de contentis, seu expressis infra in Statuto sub Rubrica De pœna recedentis extra Ciuitatem Lucensem, uel eius Districtum pro exercendo artem Sirici lucretur, ac consequatur prẽmium de quo infra, scilicet ꝙ possit remittere unum Bannitum Lucẽsis Communis cuiuscunque qualitatis sit, gratis,& absque aliqua contradictione. Insuper quia possibilis,& honesta esse debet lex,& hominum interdum respicere necessitates. Idcirco præsentis Statuti dispositio non militet, seu locum habeat contra eos, qui a Ciuitate Lucensi,& eius Territorio sunt, uel erunt absentes, respectu alicuius condemnationis, aut banni, in personam, uel in corpus contra eos quoquo modo lati ex alia causa, quam suprascripta, Et quicunque cuiusuis sexus, seu conditionis existat, qui de cætero contrauenerit ut supra, eundo ad loca suprascripta prohibita, ultra pẽnas, de quibus in dicto Statuto mentio fit, habeat quoque,& habere intelligatur Taleam in hunc modum uidelicet, ꝙ ille, qui aliquem ipsorum occiderit extra Ciuitatem Lucensem in quacunque mundi parte, lucretur de pecuniis publicis Lucen. Communis Ducatos quinquaginta pro quolibet ipsorum, interfecto, et occiso: Et quæ Talea locum non habeat contra eos, qui Bãniti, uel cõdemnati fuissent in personam, uel in corpus, a Ciuitate Lucensi, uel districtu, ex alia causa, q̃ supra deducta,& propter quam condemnationem tanquã absentes non uoluntarii dictam artem exercerent.

De præmio capientium Condemnatos, ex eo quia acceperint pecunias, seu pagas pro militia,& aufugerint cum eis. Cap. XXXV.

Statuimus

STatuimus, ꝙ quicunq; cœperit, & in Carceribus Lucē. Cōmunis præsentauerit aliquē cōdemnatū, ex eo quia acceperit pecunias, seu pagas pro militia, & aufugerit cum eis, lucretur ducatos quinque auri a Lucen. Camera pro quolibet capto, & capti non possint liberari, neq; ad gratiam admitti neq; relaxari, nisi restitutis, & solutis lucensi Cōmuni ipsis Ducatis qinque prius, & Magnifici. D. Antiani non possint petitionem, aut supplicationē rescribere, uel propositā aliquam facere pro ipsorum liberatione, nisi post restitutionem Ducatorum quinq; solutorū per lucen. cōmune, sub pœna Ducatorum. xxv. auri pro quolibet Antiano: Et quia multæ fiunt nariis temporibus querimoniæ cōtra nostrates, qui acceptis pecuniis fugiunt, & non obseruant tempus promissum, & cōuentum, quod quidem resultat in maximū dedecus lucen. ciuitatis, & genus hoc criminis infamiā plurimā irrogat. Statutum igitur, & Decretum sit, & esse ītelligatur, ꝙ quicūq; nostras, uidelicet de Ciuitate lucensi, aut de eius comitatu, fortia, & districtu, aut habitator fuerit ad alienum stipēdium, & fuerit sibi oppositum, & obiectum, ꝙ fecerit truffam, & fuerit profugus, quia aufugerit cū pecuniis, eo ipso ꝙ īfra quindecim dies proximos a die accusationis, seu querelæ factæ, aut porrectę coram Prætore lucen. ciuitatis nō portauerit, & præsentauerit ipsi Prætori literas bene seruitii, uel fidem, aut licētiam a Dominis, uel Dño conductore, aut Contestabili, aut Capitaneo, a qno pecunias accepit, intelligatur, & sit cōdemnatus in pœnā standi per annum unum in carcere Saxi, & relegationis unius anni a ciuitate, & territorio Lucensi, in quas pœnas declaretur cōdemnatus per Dominū Prætorem elapso tempore quindecim dierum præfatorū decursorum a die accusationis, uel querelæ factæ ultra restitutionem pecuniarum habitarum.

De Præmio Officialium Lucensis cōmunis Bānitos capientiū, seu interficientum, necnō capientium cōdemnatos in pecunia pro maleficio, & deferentes arma, & euntes de nocte sine lumine. Cap. XXXVI.

STatuimus, ꝙ Dominus Lucen. Prætor, & Capitaneus comitatus, & quilibet alius Officialis Lucen. cōmunis, qui aliquem Bānitum ad pœnam mortis cæperit, & ī carceres lucen. cōmunis ꝑsentauerit, habeat, & habere debeat de ære, & pecuniis dicti cōmunis Ducatos quinquaginta auri. Et si ipse bānitus se defendendo fuerit occisus, habeat ipse officialis, qui illum persequebatur Ducatos. xxv. auri, & si aliquem bānitum ad pœnam alicuius membri cœperit, & pręsentauerit in carceres, ut dictum est, habeat, & habere debeat de pecuniis dicti lucen. cōmunis Ducatos. xv. & hoc nō intelligatur si officialis prædictus cœperit aliquem bānitum a se ipso ex officio suo, sed intelligatur de Bānitis a suis præcessoribus, uel ab aliis officialibus lucensis cōmunis, quia de bānitis a se captis ipsi officiali capienti nulla merces, aut ꝑ

miũ debeatur.Insuper quicunq; officialis,ut supra cœperit aliquẽ bãnitũ,uel cõdẽnatũ ĩ pecunia,ex qua cõdẽnatione debeatur pmiũ,huiusmodi capiẽs, uel exigẽs,nõ possit petere,uel cõsequi a lucẽ.cõmuni ultra ducatos.xv.& a carcerato,& bãnito si hoc elegerit ultra ducatos .xx. quãtacunq; fuerit,aut futura sit quãtitas cõdẽnationis, & bãni,seu pluriũ bãnorũ cõtra eũdẽ,sed a dictis summis ĩfra petere possit, prout meruerit ad rationẽ tot p libra in suo casu,neq; possint separari,aut diuidi summę ad effectũ plus cõsequẽdi, Et psens prouisio tãquã Generalis ad oĩa statuta Lucẽ.cõmunis extẽdatur p quę datur prẽmiũ p captura,aut carceratione cõdẽnati,uel bãniti ĩ pecunia,cũ nõ sit iuri cõsonũ,q maius pmiũ cõsequaĩ Officialis, seu Executor p bãnito ĩ pecunia,q̃ p bãnito ad pœnã mẽbri,p quo prẽmio nõ dãtur nisi Ducati.xv.ut supra dictum est. Sed si prẽmium dictis officialibus soluendum esset a suprascriptis summis infra, & bannitus, uel condemnatus esset ex ĩfrascriptis causis,uel aliqua ipsarum Scilicet ex aliquib.ĩsultib.qui fierẽt cũ armis,intelligẽdo pro armis etiã baculos,fustes,lapides,& omnes res offendibiles,præter manum uacuã,uel pro aliquibus persecutionibus,uel uulneribus cõmissis in personam,uel ex causa uitii Sodomitici, uel furti commissi,uel incendii,in casu quo pœnæ pecuniariæ uenirent imponendæ ex causis prædictis exegerit,et quantitatẽ banni,uel condemnationis effectualiter in cõmuni Lucẽsi deueniri fecerit,habeat,et habere debeat Soldos duos pro qualibet libra illius monetę sic exactæ:Et si ipsum bannitum,uel cõdemnatum cœperit,et ĩ carceres Lucen.cõmunis consignauerit,habere debeat de summa eius bãni,uel condemnationis similiter soldos duos p qualibet libra ab ipso carcerato,uel a lucensi communi ad eius electionem in fine sui offici.Quam summam ĩ dicto casu solutam per commune Lucense debeat bannitus,uel condemnatus detentus soluere, et reficere dicto communi lucensi,antea q̃ e carceribus relaxetur,et alias nullatenus relaxari possit:Quæ summa computetur in eius cõdemnatione,ita q tanto minus restet condemnatus:intelligendo præmia suprascripta esse Decreta suprascriptis Officialibus,& cuilibet eorũ pro Exactionibus,& Capturis bannitorũ, uel condemnatorum non a se ipsis in eorum officio,quia pro exactione,& executione bãnitorum,et condemnatorum a se ipso nullũ præmiũ ipsi officiali deberi Volumus:sed ab eorũ præcessoribus,& aliis officialibus lucen. cõis,ut supra factis.Et oẽs,& singuli Officiales lucen.cõis teneãtur,& debeãt oẽs bãnitos,et cõdemnatos in pecunia,qui p parte lucen.cõis eis traderẽtur in notis exigendi,exigere cũ effectu p uiribus sui officii,sub pęna soldorũ quattuor p qualibet libra dictarũ cõdẽnationũ,uel bãnorũ sic nõ exactorũ,in qbus finito officio debeãt sindicari.Decernẽtes insup generaliter, q ubicunq; p formam statutorũ lucen.cõmunis,per ipsum commune aliquod præmium soluitur,ut supra,talis bannitus,seu condemnatus nõ possit a Carceribus relaxari,nisi satisfacto præfato communi in totum de eo, quod soluit occasione pdicta.Declarãtes q ubicunq; p formã statutorũ ut

supra

ſupra non eſſet prouiſum de certo præmio ſoluendo officialibus, uel executoribus propter incarcerationem, uel exactionem Bannitorum, uel condemnatorum in pecunia, Tunc, & eo caſu, in caſibus commiſſis habeat bononenos duos pro qualibet libra bonę monetę a lucen. Cõmuni. Et ſi bannũ, & cõdemnatio erit ſimul perſonalis, & pecuniaria, habeat Officialis, uel Executor unicum tantum præmium, quod elegerit. Cum declaratione, ꝙ ubicunque pro captura, & ĩcarceratione debetur præmium officiali, uel executori, Teneatur huiuſmodi capiens talem condemnatum, uel bannitum duxiſſe in Ciuitate Lucenſi, & in carceribus Saxi, uel in carcere Exactorum, ſi ita Exactores elegerint pręſentaſſe. Et Teneantur dicti Officiales, et Executores intra horas quattuor, computandas ab ea hora, qua Lucã conduxerint, comitatiuos, et foren ſes captos, in Lucenſi territorio habitantes ad Carceres, notificare in ſcriptis in curia maiorum Exactorum lucenſis communis cauſam, propter quam dictos comitatiuos, et forenſes cęperint, alias non poſſint, aut ualeant conſequi aliquod præmium, niſi pro ea cauſa, pro qua notificauerint in dicta curia maiorum Eactorum, Et hoc tam in ciuilibus cauſis, quam criminalibus, ſeu mixtis. Hoc etiam expreſſe declarato, ꝙ in Notificationibus per dictos Officiales fiendis Exactoribus de cauſis pro pter quas cœperint banniros, et condemnatos in pecunia tantum, Si condemnationes notificatæ fuerint ab una ſupra, quantæcunque fuerint ſummæ non poſſint ipſi Officiales conſequi præmium integrum, ſecundũ formam ſtatutorum, niſi de una tantum ipſarũ, ad eorum electionem, de cæteris uero, quartam partem tantum ipſius præmii. De præmio autem, quod datur pro captura Condemnatorum, pro monitione ſpreta, et pro pignore uetito ſecundum formam decreti nouiſſime æditi in odium nõ parentium Officialibus, et Executorib. ipſi conſequantur officiales, et executores præmia, et mercedes pro captura ipſorũ non parentium eo modo, et forma, prout diſponitur infra in Sexto Statutorum Libro, ſub Rubrica De Nouo Decreto. ad quod ſtatutum circa huiuſmodi præmia, & mercedes pro monitione ſpreta, et pignore uetito, ut dictum eſt, Relationem haberi Volumus. Ipſis ac Officialibus, et Executoribus, ultra præmia ſupraſcripta, debeatur quodcunque præmiũ, quod ſpecialiter Decerneretur per Magnificos Dominos Antianos, ſecundum auctoritatem eis attributam, uel a Magnifico Conſilio Generali. Quod præmium ita decretũ Camerarius generalis incontinenti ſoluere teneatur, facta fide de executione ipſis Officialibus commiſſa ſine Apodixa alicuius officii: Et ſufficiat apodixa unius ex Exactoribus, uel amborum, Dummodo ĩ litera, ſeu apodixa Exactoris, ſeu Exactorum cõſtet, rem perfectam eſſe, et executam, ſecundum commiſſionem eis, uel ipſorum alicui impoſitam. Cæterũ ipſis officialibus, et executoribus debeatur quoq; præmiũ ꝑ delatione armorum, tam defenſibiliũ, quã offenſibilium, tam de die, ꝗ de nocte, et tam in Ciuitate Lucen. ꝗ in eius comitatu,

& districtu, & quod præmium ipsis officialibus, et executoribus hoc casu debitum sit dimidia pars pœnæ pecuniariæ proter huiusmodi delationem armorum in suo casu incursæ per deferentes ea. Et similiter ipsis officialibus, & Executoribus attributa sit, & esse intelligatur dimidia pars pœnæ personarum inuentarũ sine lumine per Ciuitatem Lucẽsem de nocte post secundam horam noctis, ut moris est in dicta Ciuitate Lucensi.

De Modo, & Forma cancellandi Banna. Cap. XXXVII.

Statuimus, ꝙ si post sententiam Banni latam, persona bannita infra sex dies cõtinuos a die sentẽtiæ banni lati cõputandos, comparuerit ad mã data, & ad se defendendum, debeat sententia banni cancellari, prout cõtinetur in Cap. posito sub Rubrica De modo banniendi, & sententiam banni proferendi contra contumacem. Item si quis ex forma alicuius statuti, & maxime Cap. supra positi sub Rubrica De præmio concesso capientibus, uel occidentibus aliquem ad pœnam mortis imbãnitum permitteretur cancellari de banno, debeat talis sententia banni per custodem librorum, & bannorum cameræ cancellari cum effectu. Item si quis in festo Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, aut in Paschate Resurrectionis eiusdem, uel in festo Exaltationis sanctæ Crucis fuerit oblatus, & ad Dei reuerentiã de Carceribus liberatus, possit, & debeat de Banno libere cancellari. Item si quis soluerit quantitatem in qua esset pecuniariter bannitus, debeat rigore talis solutionis de Banno effectualiter cancellari. Item si quis de uno, eodemq; delicto esset a pluribus diuersis Officialibus in pecunia bannitus, debeat de omnibus ipsis bannis cancellari per unicã duntaxat integralẽ solutionem, dummodo soluat maiorem summam banni, uel condemnationis. Et Notarius custos Archiui librorum, & bannorum in suprascriptis casibus, et in aliis a statuto permissis, teneatur banna, & sententias bannorum cancellare, et ad hoc cogi, & compelli ualeat per dominum Potestatem, seu dominum Maiorem Sindicũ Lucensis Ciuitatis, quibus teneatur parere in premissis.

In aliis autem casibus, Notarius, seu Custos librorum, et bannorum nullo modo, nulloque iure bannum aliquod cancellare præsumat, etiam si sibi a quocunque officiale, uel Iudice præciperetur expresse, & si secus fecerit, tanquam falsarius puniatur. Declarantes ulterius, ꝙ in sententiis criminalibus latis, casu quo fuerit ab eis appellatum, et propterea factum præceptum Custodi Archiui de cancellando bãnum propter huiusmodi inhibitionem, dictus Custos teneatur, & obligatus sit huiusmodi bannum, et condemnationem intra tres menses retinuisse, & nisi intra dictum tempus fuerit præsentata fides absolutionis, teneatur, et debeat huiusmodi bannũ cancellatum, seu condemnationem reaccendere, sub pœna Ducatorum decem auri pro quolibet, & qualibet uice, qua contrafactum fuerit.

De modo

De Modo,& Ordine procedendi contra Absolutos per Sententiam,ex defectu probationis. Cap.XXXVIII.

STatuimus,& Ordinamus,q Dominus Prætor Lucẽsis Ciuitatis Teneatur,& Obligatus sit,oẽs,& singulos denũciatos,& inquisitos in eius Curia,occasione uulnerum,& homicidiorũ,qui ueniunt absoluẽdi ex defectu probationis delictorum cõmissorum in Ciuitate Lucen.infra tempus,& terminum quattuor dierũ a die absolutionis referre Magnificis .D. Antianis per tempora existentibus delictum denunciatum,et inquisitum,& quod delictum defectu probationis remansit impunitum: Et pœnam in quam incurrisset Delinquens,si extitisset probatum delictum,sub pæna ducatorum uigintiquinq;,in qua finito officio debeat sindicari, & sub eadem pęna referre teneatur omnia,et singula delicta sibi denunciata a Consulibus contratarum: Et præfati Magnifici .D. Antiani sub pœna periurii,teneantur,et debeant in primo Generali Cõsilio postea congregãdo huiusmodi delictum, & casum proponere,quo facto debeant dari apodixæ consuetæ more discolorum,et ille,seu illi,qui reperirentur nominati per decem apodixas uidendas,ut moris est in consilio discolorum,debeant poni ad partitum pro delinquentibus,condemnãdi in pœnam statutorum secundum contenta in dicta denuncia,seu inquisitione propterea formata coram dicto domino Prætore, & ab eo relata,& quod partitum poni possit totiens,quotiens præfatis Magnificis Dñis Antianis uidebitur,non obstante q bis fuerit deperditum partitum,& super tali casu consuli possit per Consiliarios in dicto Consilio existentes,& nomen inquisiti,seu denunciati coram dicto Domino Prætore propalari,& nominari debeat simul cum relatione .D. Prætoris in præfato Magnifico Generali Consilio.Et quod partitũ Vinci debeat a tribus partibus de quattuor partibus existentiũ ĩ dicto cõsilio,& affines sic nominati, seu nominatorũ usq; in secundũ gradũ inclusiue,exire debeãt de dicto cõsilio,& ire ad obseruantiam consuetam. Cum Declaratione,q illi qui remãserint in dicto consilio, etiam q non essent in legitimo numero perficientium dictum consilium, hoc casu perficere itelligantur plenum consilium, & quicquid a tribus partibus de quattuor partibus sic existẽtium factum fuerit,ualeat,& teneat,nulla resistente contrarietate, Et sub eadem pœna ducatorum uigintiquinq; teneantur, & obligati sint omnes,& singuli Vexilliferi contratarum dicto Domino Prætori denũciare omnia,& singula uulnera, & homicidia perpetrata, & cõmissa tempore eorum officii ĩ cõtratis eorum Vexilliferatus,& infra tempus,& terminũ.x.dierũ a die cõmissi delicti reperiisse delinquẽtem,& denũciasse dicto.D.Prætori,& quatenus delinquens, seu delinquẽtes nõ essent reperti,facta debita inquisitione,teneãtur, & obligati sint dicti Vexilliferi ĩfra dictũ tẽpus referre dicto. D. Prætori dictum delictũ,& pfatus .D. Prætor teneatur infra quattuor dies ut supra,tale delictum referre cum pœna in qua delinquens ueniret condemnandus dictis

Magnificis Dominis Antianis,qui.D.Antiani Teneātur sub pœna periurii proponere,& alia facere ut supra: Verum dicti Vexilliferi sint, & esse intelligantur immunes a dicta pęna,si denunciauerint ut dictum est,casu quo iuramentum apponāt delictum huiusmodi,seu delicta ad eorū modo aliquo notitiam non peruenisse,seu peruenire potuisse,& nihilominus ipsum delictum,seu delicta denunciare teneantur.

De Modo,& Ordine Procedendi in Criminalibus contra Reum comparentem. Cap.XXXIX.

IN superiorib.Capitulis ꝓxime ꝓcedētib.plene dispositū est de modo ꝓcedēdi ī causis Criminalib.cōtra cōtumaces, & de modo ꝓcedēdi cōtra absolutos ꝑ sentētiā ex defectu ꝓbatiōis,nūc uidēdū est de modo ꝓcedēdi cōtra cōparētes,& se defendētes,Si igiť incohato ꝓcessu ꝑsona cōtra quā ꝓcedereť citata cōparuerit,Tunc officialis examinet eā,& processum legi faciat ad eius plenā intelligētiā,& iuramentū recipiat de ueritate dicēda,& responsionem recipiat affirmatiuā,uel negatiuam,qualem reus uoluerit, & nisi responsio sit affirmatiua,uel negatiua ad factum de quo in processu cōtinetur, non debeat admitti. Possit tamen reus pro parte confiteri,& pro parte negare ea,quæ in processu cōtinerentur. Item possit cōfiteri factum,& negare circūstantias,et qualitates,factum de quo proceditur cōcernētes,ex quibus circūstantiis,& qualitatibus pœna ueniret augēda,uel minuēda,non tamen admittatur respōsio in qua,quis cōfitereť factū,sed negaretur substantiæ,& qualitates,quibus detractis delictū efficeretur omnino īpunibile, uel ita ꝙ nō esset delictū. Et ita respōsio per officiales in ciuitate lucen.ꝓcedentes recipiať in ꝓsentia duorū bonorū uirorū ciuiū Lucē.q nō sint officiales curię,ex cuius officio proceditur. Et nisi ciues lucenses fuerint in testes adhibiti,respōsio rei nō ualeat ipso iure. Verū si Vicarii Vicariarum,uel alii officiales extra ciuitatē Lucē.iurisdictionē habētes procederēt, nō arctētur ad recipiēdum testes ciues Lucen. tempore dictę respōsionis fiēdæ per reū, Sed alios testes idoneos adhibeant. Et ante dictā responsionem nulla prorsus exceptio,declinatoria, dilatoria,anomala, seu peremptoria,uel alia quæcunqꝫ possit opponi,uel admitti,excepta exceptione clericatus. Sed oēs, & singulæ exceptiones si quæ competūt,intelligātur,& sint post ipsam responsionem reseruatæ,nec per ipsam responsionem præcludatur uia illas opponendi & probādi. Qua respōsione facta, si ex maleficio de quo procederetur pœna ueniret imponēda in corpus,debeat reus personaliter detineri, & mitti ad publicos carceres custodiēdus,& in Palatio per officialem retineri nō possit ultra unam diem a die factæ responsionis. Alioquī Officialis,qui contrafecerit, puniatur in libris quinquaginta,uel ultra usqꝫ in libras ducentas arbitrio Domini Maioris Sindici,cōsiderata qualitate facti. Si uero ex maleficio de quo procederetur,esset pœna pecuniaria imponenda,Tunc facta respōsione

cta responsione prædicta, Officialis qui procedit fideiussores approbatos unum,uel plures recipiat de comparêdo coram dicto officiali quotiens placuerit eidem,& de soluendo condemnationem,si condemnari cõtigerit,quibus fideiussoribus datis,non possit persona inculpata inuita in Palatio, uel alibi detineri. Et si fideiussores non dederit unum,uel plures approbatos, mittatur ad carceres publicos,a quibus non aliter eximatur,nisi fideiussores dederit,ut dictum est,uel nisi solueret condemnationé,quæ fieret. Vbi uero per sententiam fuerit absolutus,possit,et debeat de carceribus liberari. Et si ĩculpata persona fuerit aliquid confessa,unde ueniat pecuniaLiter condemnanda,detur eidem terminus ad omnê suam defensionem faciendam octo dierum continuorum,infra quos possit suas defensiones facere,prout, & quatenus de iure,& ex forma statutorum sibi licebit. Possit etiam officialis ad petitionem rei, dictum terminũ prorogare usq; in octo dies continuos,& non ultra. Saluo q; in casibus in quibus pœna ueniret imponenda in corpus,teneatur,& debeat Officialis,qui procederet,assignare reo cõfitenti ad omnê suam defensionem faciendam terminum quattuor dierum cõtinuorum,uel ultra,usq; ĩ octo dies ad arbitrium officialis, siue Iudicis procedentis,quem terminum possit idem Officialis,si sibi uidebitur,prorogare usq; in duos dies, & nõ ultra. Si autem inculpata persona negauerit,Túc si per accusationem proceditur Detur accusatori terminus octo dierũ continuorum ad probãdum,infra quem terminum probationes recipiat,quas accusator,seu accusatus producere uoluerint. Et possit idem officialis dictum terminum probatorium assignatum si suæ discretiõi uidebitur,prorogare usq; in quattuor dies continuos,& non ultra.

Sed ne per accusantiũ negligentiã,seu maliciã delicta remaneant impunita. Statuimus,q; Officialis procedens possit ex officio quandocunq; ante sententiam ultra probationes accusatoris testes producere,& examinare,& alias probationes inducere,& ueritatem inquirere,sicut supra statutum est, sub Rubrica De accusationibus,& fideiussoribus dandis ab accusatoribus.

Si uero per inquisitionem,seu ad denunciationem Cõsulis ex officio procederetur ubi reus negauerit,Officialis,seu Iudex infra terminum octo dierum continuorum testes,& probationes recipiat, per quas,seu quos credat deducta in ĩquisitione posse probari. Et similiter infra eũdem terminum probationes , seu testes inquisiti recipiat, & ultra dictum terminum dictas probationes,seu testes infra alios quattuor dies recipere possit,si sibi uidebitur. Et in quolibet casu,& processu,siue per denunciam,siue per inquisitionem,siue per accusationem procedatur, semper publicato processu Iudex Det accusato,siue inquisito terminũ octo dierum cõtinuorum ad omnem eius defensionem faciendam,quæ defensio fieri possit etiam per testes,licet tenderet ad probationem, dũmodo publicatis attestationibus testes super his,super quibus idem, uel alii examinati fuerant ante publicationem atte-

ſtationum, uel ſuper directo cõtrariis non recipiant. Et dictum terminum Officialis prorogare poſſit uſq; in quattuor dies, Et in omnibus ſupradictis caſibus poſſit Iudex elapſis terminis ſupraſcriptis quãdocũq; in toto proceſſu,& uſq; ad ſententiam excluſiue ueritatem inquirere,& teſtes, & probationes recipere,prout ſuæ diſcretioni uidebitur,pro ueritate inueniẽda, Quibus Dilationibus decurſis Iudex,ſeu Officialis ĩfra tempus inſtantiæ teneatur cõdemnare,uel abſoluere,uel aliter proceſſum terminare,prout iuris fuerit,nec poſſit peti,uel dari conſilium ſapientis. Et ſi dicti termini ad probandum,uel ad defenſiones faciendas dati non fuerint,proceſſum Decernimus nõ ualere, & nihilominus Officialis prædictus puniatur in libris quinquaginta,uel ultra uſq; ĩ libras ducẽtas arbitrio Maioris Sindici,ĩ quibus finito officio debeat ſindicari. Et prædicta ,ſicut ſupra dictum eſt, ſeruentur poſt proceſſum incohatum,& in libro actorum regiſtratum,Sed ſi ante q̃ proceſſus formaretur contingat aliquam perſonam, quæ de aliquo delicto ĩculpata prętenderetur pro ueritate inueſtiganda perſonaliter capi, uel detineri, Tunc Volumus,ꝙ ſi perſona detenta ſit ciuis Lucen.nõ poſſit in palatio,uel in carceribus detineri ultra octo dies continuos. Et ſi fuerit de comitatu,uel diſtrictu lucen.nõ poſſit in palatio,uel in carceribus detineri ultra duodecim dies cõtinuos. Et ſi fuerit forenſis de extra Lucen.territoriũ Tunc nõ poſſit in palatio,ſeu in carceribus detineri ultra ſexdecim dies continuos,niſi a Magnificis Dominis Antianis, & Vexillifero iuſtitiæ populi,& cõmunis lucen. emanauerit licentia talem perſonam ulteriori,ſeu maiori tempore retinẽdi. Quibus Dilatiõibus uidelicet qualibet earum in ſuo caſu decurſis, teneatur officialis ĩfra unum diem proxime,& immediate ſequentem talem perſonam nõ repertam culpabilem libere relaxare, uel ſaltem infra dictam diem proxime ſequentem proceſſum incohare,& formare,& ſucceſſiue ꝓcedere, put ſuperius cõtinetur. Officialis autẽ,qui in aliquo cõtrafecerit puniatur in libris quinquaginta, uel abinde ſupra uſq; in ducẽtis,cõſiderata qualitate facti, ĩ quibus finito officio debeat ſindicari.

De faciendo Copiam Captiuati. Cap.XLI.

STatuimus,ꝙ omnes, & ſinguli Officiales Lucenſis ciuitatis,ſeu eius Comitatus, & Diſtrictus Teneãtur, & Debeant ad petitionem cuiuſcunq; perſonę,etiam ſi ſua non intereſſit,poſt incohatum proceſſum exhibere, & facere copiam captiuati, ita ꝙ poſſit ſuas defenſiones facere, & procuratores, & Defenſores conſtituere ad ſuas defenſiones faciẽdas. Siquis autem officialis in aliquo contrafecerit puniatur in libris ducentis, in quibus debeat ſindicari. Et teneatur Superſtes,& cuſtos Carcerum ſub pęna librarũ quinquaginta permittere ꝙ quilibet captiuatus poſt proceſſum incohatum poſſit Procuratores conſtituere,& inſtruere,& informare, put, & quotiens uoluerit

luerit non obstantibus quibuscunque preceptis per aliquem officialem in cōtrarium factis,quæ præcepta Decernimus non ualere.

De Procuratoribus,& Defensoribus in criminalibus causis admittendis, uel non. Cap. XLI.

STatuimus,quod in criminalibus causis,in quibus pœna ueniret imponenda in corpus principaliter,uel in defectū pecuniarie,si persona inculpata cōparuerit,possit post responsionem affirmatiuam,uel negatiuam ,quam fecerit,procuratores , & defensores constituere ad suas defensiones faciendas, & talis procurator debeat recipi , & admitti , & ipse reus in carceribus debeat detineri,sed ante dictam responsionem procurator nullatenus admittatur. In causis autem criminalibus in quibus pœna pecuniaria ueniret imponenda, possit reus post responsionem affirmatiuam, uel negatiuam quam fecerit, procuratores constituere, & se per procuratorem defendere, siue ipse reus personaliter detineretur,siue præstita fideiussione fuerit relaxatus. Sed ante responsionem affirmatiuam, uel negatiuam procurator nullatenus admittatur,etiam ubi pœna esset pecuniaria imponenda, nisi in casu,in quo procurator habens ad hoc speciale mandatum compareret, & præstita fideiussione approbata confiteretur delictum de quo in inquisitione,uel accusatione,uel denunciatione contineretur,quo casu talis procurator admittatur ad confitendum,prout admitteretur principalis,& post cōfessionem admittatur ad defensiones faciendas. Si autem persona contra quam procederetur de aliquo crimine de quo esset imponenda pœna pecuniaria esset adeo infirma, quod personaliter comparere non posset, uel esset absens a ciuitate Lucen.uel eius territorio, uel etiam in aliqua Roccha,uel Fortilicio,uel officio in districtu Lucen. ciuitatis. Permittimus,quod in dictis casibus possit comparere per procuratorē habentem speciale mandatum, & per coniunctos usque in quartum gradum secundum computum Decretorum , & possit pro ea responderi,& defendi possit sine mandato, Nisi post delictum perpetratum dicta persona delinquens discesserit a Ciuitate Lucen. & eius Districtu īfra duos menses a die cōmissi delicti proxime cōputandos , quo casu procurator, siue coniuncta persona de qua supra dictum est,pro tali absente nullatenus admittatur. Concedimus etiam,quod si persona de quocunque crimine inculpata,citata non comparuerit, sed contumax fuerit,quod quilibet etiam si sua non intersit, possit ante sententiam Banni latam , & non postea pro tali absente sine aliquo mandato comparere, & probare talem reum tēpore cōmissi maleficii , & ante per octo dies fuisse absentem a ciuitate Lucen.& eius territorio in partibus ita remotis,quod clare constet eum non deliquisse,quo casu debeat absolui,nisi probationes de absentia essent legitime reprobatæ. Et insuper Disponimus quod Vicarii,& Camerarii Vicariarum , & Potestates, & Notarii, qui in districtu officia exer-

cuissent, possint procuratorem constituere ad respondendum Generalibus inquisitionibus, quæ contra eos fierent tempore sindicatus. Sed si de aliquo speciali crimine in officio commisso processus fieret cōtra eos, teneantur per se personaliter comparere, et respōdere, nisi ī casibus supra exceptuatis. Post respōsionem uero affirmatiuā, uel negatiuam possint procuratorem cōstituere, prout supra in præsenti Cap. est ordinatum.

De Confessione facta post primam responsionem. Cap. XLII.

OMnis cōfessio, quæ fieret ī causis criminalibus post primā responsionē negatiuā in prima examinatione factā, intelligat, et psumat ex torta ui, et metu tormētorū, nec ex tali cōfessione cōdēnatio sequi possit, nisi cōstet de legitimis indiciis, quibus pcedēnb. quis torqueri potuerit, quo casu eius cōfessioni stetur si perseueret ī ea. Et si post primā responsionē negatiuā cōstaret legitime de sufficiētib. īdiciis, possit reus ad tormēta moderate poni, et etiā possit citari ad subeundū tormēta. Et si cōparuerit, possit tormētis moderate subiici, et si nō cōparuerit habeatur pro cōfesso, et procedi possit ad condēnationē, ac si a principio fuisset spōte confessus. Et ī supradictis casibus si per dictā torturā reus indicia purgauerit, absoluatur.

De Tormentis prohibitis, uel permissis. Cap. XLIII.

DEcernimus, & Iubemus, ꝙ nullus Officialis audeat, uel præsumat aliquem ponere ad tormēta, uel aliquid attentare in fraudem tormentorum, nisi primo legitime cōstiterit de indiciis, quibus apparētibus si nō legitime purgarētur, possit ad tormēta cōsueta procedi cum omni moderamine. Illud tamen Declaramus, ꝙ nullus ciuis Lucen. etiā ubi de indiciis appareret, possit pro aliquo crimine ad tormenta poni, nisi pœna criminis, de quo procederetur librarū quinquaginta excederet quātitatem. Forētanus uero, uel forensis etiam ad tormēta poni nō possit nisi pœna delicti de quo procederetur librarū .xxv. excederet quātitatem. Et nullus officialis possit aliquā personā torquere aliquo genere tormentorū nō cōsueto, Grauiori genere tormērorum solito, & cōsueto. Itē nulla mulier pgnas aliquo casu torqueri possit quouis quęsito colore, sed post partū elapsis .xx. diebus post partū decursis, torqueri ualeat, & non aliter, & interim debeat sub fida custodia detineri: Et semper quotiēscunq; aliquis torqueretur debeat interesse unus ex notariis Curiæ ex cuius officio procederetur, qui describat fideliter omnia, quæ aguntur, & si notarius non interuenerit confessioni, quam post torturam fecerit, inculpatus nullo modo stari debeat etiam si perseuerer in ea, Et prædicta omnia, & singula quilibet officialis obseruare teneatur uinculo iuramenti. Si quis autem in aliquo contrafecerit puniatur in libris centum, uel abinde supra, usque in libris ducentis arbitrio

Domini

Domini Sindici considerata conditione personæ, & qualitate facti, in quibus finito officio debeat sindicari: Cęterum quia plerūq; appellari consueuit a pronuncia, ꝙ inditia sint sufficiētia ad torturam, & ab aliis interlocutoriis ī criminalibus, & Iudex appellationū inhibet, Vt causæ igitur non sint ī suspenso, Successor Prætoris inhibiti Teneatur prosequi ī causa nō obstāte inhibitoria facta, nisi de nouo inhibeatur a iudicibus appellationū. Quam inhibitoriā si Iudices appellationū de nouo concesserint nō citato Sindico minore, uel causa corā eis amplius nō pendēte, uel instātia perempta sit, cōdēnetur, seu cōdēnentur ī libris centū, & qua ihibitoria a iudicib. appellationum ut supra concessa, & elapsis tribus mēsibus a die inhibitionis præsentatæ Dominus Prætor lucensis, seu alius officialis a quo, Teneatur, & Debeat procedere, nisi per partem fuerit sibi facta fides de pendētia appellationis, & ꝙ non sit lapsa instantia sub pœna librarum uigintiquinq; bonæ monetæ in qua finito officio debeat sindicari.

De Repetitione tormentorū, Et de mortuis in tormētis. Cap. XLIIII.

STatuimus, ꝙ nulla persona, quæ torqueri potuerit, possit ad tormēta secūdo repeti, & reponi, nisi Noua superuenerint Inditia, De quibus dari debeat copia īculpato si petierit cum assignatione termini duorum dierum ad purgandum inditia, & ad ostendēdum causam, quare repeti nō debeat ad tormenta, quo termino decurso nisi sufficiens causa doceatur propter quam repeti non debeat ad tormenta, possit Officialis, qui procederet cum omni moderamine reum ad tormenta reponere. Et si officialis modum debitum, & consuetum excesserit, ex quo persona torta decesserit ipse Officialis pœna capitis debeat puniri tanquam reus homicidii.

De Modo examinādi Testes in criminalibus, & de prohibitis Supersedentiis propter absentiā ipsorū testium, Cap. XLV.

OMnis Officialis in criminalibus, & Iudex per Dominū Potestatem ad officiū maleficiorū deputatus Teneātur, & Debeāt omnes, & singulos testes, qui producerentur per se ipsos examinare, & non possit articulus examinationis testium in alium cōmitti, uel quomodolibet delegari, ad hoc ut Iudex qui iudicare debet inspicere possit quāta fides sit testibus adhibēda, & hoc ita si testis possit, & debeat cōmode cōparere corā officiali ad perhibēdum testimoniū ueritatis: Et querelātes teneātur dare nomen, & cognomē testis, seu testiū, & cōis, & loci ubi habitat, uel ita Signis demōstrare, ut īueniri possint: Si uero testes nominati per q̄relātem, ī q̄rela, seu ī termino ꝓbatorio nō īuenirētur, seu absentes esse reperirētur, puniat̄ ꝓ quolibet teste querelās ī lib. x. & nō sit necessaria alia notificatio q̄relāti, ꝙ testes nō repeniuntur, uel ꝙ sint absentes, sed satis sit notificatio publicationis processus,

possit tamen querelans probare per unum testem summarie testes se absentasse, post querelam, & datum nomen testium in quo casu non condénetur, & in casu quo nuncius referat testem non reperiri, seu absentem esse, & per querelantem per unicum testem bonæ conditionis, & famæ fuerit probatũ cõtrarium, condemnetur nuncius in libris quinquaginta, & ad damna expensas, & interesse dicti querelãtis ultra pœnas a statutis datas, seu ĩpositas: Et prædicta locum habeant in querelis, quarum pœna est a libris dugentis infra, in quibus casibus procedatur ad expeditionem, etiam ꝙ testes nominati, & dati nõ reperiantur, seu sint absentes: Declarantes, ꝙ post elapsum terminum probatorium, si testes recipiantur ex officio etiam, ꝙ sint a parte nominati non possit fieri supersedentia propter ipsos testes, & in aliis casibus, quãdo ex officio recipiũtur, etiam ꝙ sint absentes, seu nõ reperiantur: Insuper propter infirmitatem testium in ciuitate Lucen. habitantium, & in contratis non possint fieri supersedẽtiæ, sed possit, & teneatur notarius maleficiorum una cum notario damnorũ datorum examinare dictos testes ĩfirmos, & etiam in sex milliaribus ad expensas querelantis in sex milliaribus: Declarantes Vlterius, ꝙ propter testes non subditos, qui nolunt examinari, uel ex aliqua causa non testificẽtur, processus non retardetur, & eodem modo si testes dati, & nominati non ueniunt ad se examinãdum, non fiat propter hoc supersedentia: Cæterum si testes, qui nominarentur ueniri cogi non possent, seu comparere coram officiali, qui procederet, ratione Dignitatis, uel Officii, uel essent Mulieres egregię, quas indecẽs est corã officialibus comparere, Tunc Officialis possit ĩ dictis casibus examinationem cõmittere, & delegare alicui uiro discreto, qui uerisimiliter sciat, & possit testes recipere, & examinare, & semper adhibeatur notarius maleficiorũ, qui testium dicta fideliter scribat, ut iura uolũt. Alioquin testium examinatio, & receptio, quæ contra dictam formam fieret, non ualeat ipso iure, Et quia intentionis nostræ est, Supersedẽtiis inquãtum possumus obuiare, Statuimus, ꝙ de omni supersedentia de qua supra, & infra, per Dominũ Prætorẽ suprascriptũ, & eius curiam cõdemnetur Prætor ĩ libris .xxv. pro qualibet supersedẽtia, in quibus debeat sindicari, Ipsi, ac Prætori prohibẽres pro Videndo locum, supersedẽtiam facere posse sub pœna suprascripta, Et Generaliter Maior Sindicus ciuitatis Lucensis de omni supersedẽtia facta a Prætore ut supra, & eius Curia causa prorogandi instantiam, uel ex alia causa, ipsa supersedẽtia uisa, & processu, possit absq; aliqua probatione condẽnare ipsum Pretorem in dictis libris .xxv. prout eius discretioni uidebitur, & placebit: Illud etiã Disponimus, ꝙ nullus testis in causa criminali productus possit inuitus, ultra tres dies non computata die comparitionis cõtinuos, uel interpellatos in Palatio, uel alibi retineri. Item Disponimus, ꝙ nullus testis possit poni ad torturã, nisi prout, & quatenus de iure cõi promittitur. Siquis autem officialis prædicta, uel aliquod eorũ non seruauerit, aut in aliquo cõtrafecerit, puniatur pro qualibet supersedẽtia ĩ libris uigintiquinq;

in aliis uero in libris quinquaginta usq; in ducentis cōsiderata cōditione personæ,et qualitate facti,in quibus finito officio debeat sindicari.

De Testibus prohibitis perhibere Testimoniū in delictis. Cap.XLVI.

PRohibemus in criminalibus causis in testes admitti eos,qui alias de iure cōmuni a testimonio ī criminalibus repelluntur. Item Volumus, q nullus forētanus admittatur in testimonium in causa alicuius maleficii cōmissi in ciuitate Lucen.et eius testimonium nō ualeat ipso iure,nisi probatū fuerit saltem per unum testē bonę famæ ciuitatis Lucen.ipsum foretanum fuisse in ciuitate lucen.si in ciuitate Lucen. maleficium foret cōmissum die maleficii perpetrati si de die maleficiū dicatur fuisse cōmissum , uel nocte illa si maleficiū diceretur esse cōmissum de nocte. Item præcipimus,q nullus forēsis admittatur ad testimoniū contra aliquē ciuem,uel comitatiuū, seu districtualē lucen.ciuitatis, Et si admissus fuerit,eius testimoniū nō ualeat ipso iure,nisi ipse forēsis tempore attestationis,et maleficii,quod perpetrarū diceretur,esset habitator ciuitatis lucen. uel comitatus, uel districtus, et nisi fuerit homo bonæ cōditionis,et famæ. Et nisi probaretur saltē per unum testem bonæ famæ ciuitatis lucensis ipsum forēsem fuisse in ciuitate lucen.si in ciuitate lucen.maleficiū fuerit cōmissum. Et si in comitatu, uel districtu fuerit cōmissum maleficium,nisi probetur saltim per unum comitatiuū,uel districtualem bonæ famæ ipsum forēsem fuisse in comitatu, uel districtu,in quo factum fuerit maleficium die cōmissi maleficii,si de die diceretur maleficium fuisse cōmissum,uel de nocte cōmissi maleficii,si de nocte fuerit cōmissum. Et etiam nemo ad testimoniū admittatur,qui dānatus esset de crimine falsi, uel de alio quocūq; crimine,unde de iure infamia notaretē. Itē Disponimus,q nulli testi credatur ī maleficiis, uel quasi, qui torqueri,uel puniri nō posset per Iudicē sæcularē de falsa attestatione.

De Termino instantiæ,Causæ Criminalis. Cap.XLVII.

VTilitas publica Suggerit,q criminales causæ celeriter terminētur,et propterea Prouidemus,q Quilibet Officialis Teneatur,et Debeat expedire, et terminare oēs, et singulos processus criminales īfra duos mēses a die incohati processus proxime numerādos ad pœnam librarū.xxv. uel ultra usq; ī quinquaginta,cōsiderata qualitate facti,et processus non expediti,in quibus finito officio debeat sindicari. Cæterū si pendēte termino supradicto Officialis successorem haberet,et de termino instātiæ mēsis integer nō superesset,Statuimus,q auctoritate præsentis statuti Terminus illius tēporis quod deficiebat ad mēsem integrum itelligatur successori cōcessus, Supplētes tātum quātum de mēse deesset. Et quāuis post dictū terminū sententia pferatur, nihilominus ipsa sentētia firma sit, sed Officialis ratione

suæ negligẽtiæ puniatur per Maiorem Sindicum pro quolibet processu nõ expedito in dicta poena. Volumus etiam, ꝙ de tempore instantiæ subducatur tempus, quo reus in bãno steterit, prout declaratũ est supra sub Rubrica, De modo bãniendi, & sententiã banni proferẽdi. Et ut ueritas appareat Statuimus, ꝙ Exactor sub poena librarum .xxv. teneatur singulis duobus mẽsibus reuidere omnes, & singulas accusationes, denũciationes, processus, & inquisitiones, & oẽs, & singulas sentẽtias, & bãna lata, & lata, quæ poni debent in camera Lucensis ciuitatis, ut in seqnenti Cap. patet, & quod repererit nõ esse expeditũ infra tempus pdictum teneatur dictum processum nõ expeditum Maiori Sindico nũciare, ita ꝙ appareat publica scriptura, ita ꝙ sinuo officio dicti officialis eum debeat sindicare in poena pdicta. Cæterum cõsiderantes ꝙ in Vicariis instãtia causarũ criminalium labitur præcipue ob culpam notariorũ curas publicas ꝑtermittẽtiũ, Idcirco Statutũ sit, ꝙ instãtia de qua in pñti statuto, & poena suprascripta currat cõtra notarios in dictis causis deputatos, & nõ contra Vicarios, Nisi in processu appareat per Vicarios stetisse, quin causa infra tempus expedita fuerit, quo casu instantia currat illi, per quem sterit, & casu quo instãtia ex negligentia utriusq; uidelicet tam Domini Vicarii, q̃ notariorũ labatur, Tunc ĩstantia, & poena currat contra negligentem pro modo negligentiæ, De quo stetur declarationi Domini Sindici Lucen. ciuitatis, Qui debeat ĩter ipsos poenã suprascriptam distribuere, Insuper Notarius in Vicariis, qui ad causas criminales Deputatus est, Teneatur describere in actis curiæ diẽ in quo transmittit librum Exactori cõsulendum per Iudicem Vicariarum, & diem in quo sibi liber, siue processus cum consilio restituitur ad poenam librarum decem pro qualibet uice, & quolibet cõtrafaciẽte, & Domini Exactores Teneãtur similiter scribere diem librorum, seu processuũ criminaliũ ipsis trãsmissorum, & infra biduũ teneatur illos transmittere Domino Consultori; siue ad domũ ipsius ad cõsulendum, & diem transmissionis, & remissionis; scribere in libro propterea ordinato, sub poena librarũ decem pro qualibet uice, in qua cõtrafecerint, & tempus a die transmissionis librorum, siue processuũ de instãtia detrahatur, si dies missionis processuũ præfatorũ, & restitutionis per notariũ ipsarum causarũ in actis causæ describatur. Alias dictum tempus instantiæ nõ detrahatur, & Iudex Vicariarum teneatur infra tempus assignatũ ad cõsulendum per statutum positum libro primo sub Rubrica De cõsilio sapientis habendo, dictos processus expeditos sibi traditos consuluisse, & Exactoribus restituisse sub eadem poena instãtiæ, scilicet librarũ .xxv. pro qualibet uice, ĩ quibus debeat cõdemnari tam per. D. Prætorem Lucen. q̃ per. D. Maiorem Sindicũ, & Iudicẽ appellationis ipsius ciuitatis Lucen. Firmis nihilominus, & ĩ suo robore remanẽtib. Statutis positis libro .iii. sub Rub. De officio Vicariorũ cuiuscũq; Vicariæ, Dum Disponit de cõsignãdis copiis processuũ criminaliũ pendentiũ successorib. & Statuto libro .v. sub Rub. De cõpellẽdis notariis ad resignãdũ libros &c.

Dum disponit

Dum disponit De consignandis libris in Archiuo publico quod procedere uoluerunt in libris causarum criminaliũ, Derogando omni stilo siue consuetudini in cõtrarium facientibus.

De Sententiis in criminalibus latis mittendis in archiuo librorum ciuitatis Lucen.. Cap. XLVIII.

STatuimus, q̃ oẽs, & singulæ Diffinitiuæ Sentẽtiæ condẽnationũ, absolutionum, & Bãnorũ, quę proferũtur in criminalibus causis per officiales intra ciuitatem iurisdictionem exercentes, eodem die quo fuerint promulgatæ debeant per officialem, ex cuius officio processerunt dari, tradi, & ĩ publicam formã mitti notario archiui librorũ lucen. ciuitatis. Quisquis autẽ secus fecerit puniatur pro qualibet Sentẽtia tradi omissa in libris. xxv. uel ultra usq; in quinquaginta considerata qualitate facti, in quibus finito officio debeat sindicari. Notarius autem, qui dictas Sententias in publicã formã redegerit puniatur in lib. quindecim, Si eadem die latæ sentẽtiæ eas nõ cõsignauerit notario dicti archiui. Vicarii autẽ, & Potestates extra ciuitatem lucen. in territorio lucen. iurisditionẽ exercentes Teneantur, & Debeãt notificare, uel notificari facere exactori oẽs, & Singulas Sentẽtias cõdẽnationũ, & absolutionũ, & Bãnorũ, quas in causis criminalibus protulerint ĩfra decem dies a die qua singulæ sentẽtiæ trãsiuerint in rem iudicatam, ad pœnam librarũ. xxv. pro qualibet sentẽtia tradi omissa, in quibus finito officio debeat sindicari. Notarius uero, qui huiusmodi Sententias non notificauerit cum effectu exactori lucen. ciuitatis, puniatur ĩ libris decem pro qualibet uice. Barigellus autẽ, siue Capitaneus comitatus teneatur dictas sententias transmittere in archiuo librorũ lucen. ciuitatis ut supra dictũ est infra decem dies a die latæ sententiæ sub pœna librarum uiginti pro qualibet Sententia tradi omissa.

De eo, q̃ in causis criminalibus quolibet loco, et tempore procedi possit. Cap. XLIX.

STatuimus, q̃ in causis criminalibus possit procedi, cognosci, & terminari quolibet tempore feriato, & non feriato, siue feriæ sint inductæ ĩ honorem Dei, siue sint solẽnes, siue ob necessitatem hominũ, siue repẽtinæ ob quãcũq; causam ĩdictæ, & etiam procedi possit tam in die lucis, q̃ in nocte, & qualibet hora, ita q̃ in delictis quælibet dies, & hora intelligatẽ esse iuridica, & quicquid factum fuerit ualeat, & teneat, & executioni mandetur. Et similiter oẽs, & singuli officiales usq; ad diffinitiuã sententiã exclusiue possint in causis criminalibus procedere Sedẽdo, & Stando in quocunq; loco de quo eis uidebitur, & placebit, & quilibet locus intelligatur esse idoneus, Dũmodo primæ responsiones, quæ fierẽt ad processum accipiãtur ad ban

chum curiæ maleficiorum cõsuetum. In Diffinitiuis uero Sententiis pro ferendis,& in Sentẽtiis tã primi,q̃ secũdi Banni Volumus, ꝙ quilibet Officialis sedeat in loco, in quo sui maiores, id est sui in dicto officio pceſſores sedere cõsueuerunt, quem locum nullus officialis mutare ualeat. Et dictæ sententiæ Diffinitiuę,& sententiæ primi, siue secundi Bãni proferri debeant de die, et nõ de nocte. Et anteq̃ aliqua Diffinitiua Sententia, uel Sententia secundi Bãni in criminalibus proferatur, Officialis qui sententiam pro ferre debet, pulsari faciat campanã, et pclamationẽ trãsmittat, ita ꝙ oẽs qui uoluerint ĩteresse, ualeãt ire ad sententiã audiẽdã. In qua pclamatione dicti officiales debeãt specifice, et expresse monere, et citari facere oẽs, et singulos cõtra quos intendit sententiã diffinitiuã, aut sententiã secundi Banni proferre, et talis citatio artet citatos, ac si ĩ personam citati fuissent, nec possint ullo unq̃ tẽpore ignorantiã dictæ citationis allegare. Ad quam campanæ pulsationem, et proclamationem faciendam nõ teneantur officiales Salis, Gabellarum, Fundaci, Exactoris, et Abundantiæ in condẽnationibus per eos, uel alium ex eis faciendis, siue Bannis pro eis promulgandis.

De eo, ꝙ in causis criminalibus, exceptio fideiussoria opponi non possit. Cap. L.

QVilibet, qui pro singulari persona, uel uniuersitate fideiussor extiterit in causa criminali Teneatur ad omnia, ad quæ principalis tenetur etiã absq; excussione fienda cõtra principalem, et ĩtelligatur legitime, et solẽniter fideiussisse, et cum effectu obligatus existat, licet solẽnitates opportunæ deficerẽt in fideiussione prædicta, et nullam omnino exceptionem, quæ de iure fideiussoribus cõpetit, opponere possit. Quibus Exceptionibus, et Defensionibus intelligatur renunciasse, et similiter intelligatur renunciasse beneficiis sibi cõpetentibus per Autenticã præsente, et per l. Sancimus .C. de fideiussoribus, uel alias quascunq; leges, aut iura. Quibus non obstantibus possit exigi, et ad solutionem compelli sine aliqua citatione præcedente. Declarantes qđ dicti fideiussores intelligantur etiam in causa appellationis more a sententia data in causis criminalibus fideiussisse, et suprascriptis omnibus solẽnitatibus legitime renunciasse.

De prohibita Renunciatione Defensionum. Cap. LI.

SAncimus, ꝙ siquis personaliter detentus in causa criminali renũciauerit iuribus, et defensionibus sibi cõpetentibus, seu dilationibus, quæ sibi dari debent secundũ formã statuti ad suas defensiones faciendas, seu diceret, et seu assereret se defensiones nõ habere. Talis renunciatio, seu assertio non ualeat ipso iure, et sit iuris præsumptio, et de iure ꝙ sit ui, uel metu extorta, cõtra quã præsumptionem nullo modo probatio in cõtrariũ admittatur,

Et officialis

Et officialis qui talē renūciationē admiserit, seu eius uigore ad aliquē actū, seu ad aliquam Sententiam processerit puniatur in libris ducētis in quibus debeat sindicari: Saluo tamen,& excepto ꝙ præsens Cap. non uendicet sibi locum in crimine proditionis, seu conspirationis, quæ attentaretur contra ciuitatem Lucen. uel eius regimen, uel nisi per aliquod Cap. statum esset in aliquo speciali casu singulariter prouisum,

De eo, ꝙ Comparens, uel Detentus occasione Maleficii, nō possit pro alia causa impediri. Cap. LII.

AD hoc ut in criminalibus omnibus,& singulis pateat libera facultas cōparendi,& suas defensiones procurandi. Statuimus, ꝙ citatus occasione alicuius maleficii, uel excessus, de qua citatione appareat ī actis curiæ, ex cuius officio procederetur. Durāte termino sibi ī citatione ad cōparēdum assignato, nō possit ad petitionem alicuius priuatæ personæ detineri, uel capi prætextu alicuius debiti pecuniarii. Et hoc ita demū intelligatur ꝙ capi nō possit, quando est in actu eundi,& comparendi ad ipsam curiam. Et post comparitionem possit habere securum accessum ad domum suæ habitationis,& capi nō possit, ipso post comparitionem ad domum redeunte,& existente in actu reuersionis. Et etiam detentus pro maleficio nō possit quomodolibet in carceribus intesiri, arrestari, uel recōmendari ad petitionem alicuius priuatæ personæ prætextu alicuius debiti, ad quod esset quomodolibet obligatus. Et quicquid secus ageretur nō ualeat ipso iure.

De Sequestrandis Bonis malefactoris. Cap. LIII.

STatuimus, ꝙ quotiensćūꝗ proceditur cōtra aliquem pro maleficio, unde pœna in corpus ueniret imponēda, Officialis ex cuius officio proceditur, Teneatur incōtinenti incohato processu omnia,& singula bona rei sequestrare,& sequestrari facere ad petitionem curiæ,& recōmendare,& recōmendari facere pęnes Consulē cōtratæ, Brachii, seu Cōmunis, in qua, seu quo sunt bona talis malefactoris, ita,& taliter ne barattentur, seu perdātur. Siquis autem officialis in aliquo cōtrafecerit, aut prędicta nō seruauerit, puniatur qualibet uice in libris uigintiquinꝗ, uel ultra usꝗ in centum, cōsiderata qualitate facti,& conditione personæ. Et si ex delicto pœna pecuniaria ueniret imponenda, quæ librarū centum excederet quantitatem, Officialis ex cuius officio proceditur, possit dicta bona dicti rei sequestrari facere modo prædicto, considerata qualitate delinquentis,& eius substantia. Et dictum sequestrum intelligatur,& sit cassum ipso iure, si reus fideiussorem præstiterit approbatum. Verum si ante sequestrum factum fideiussio approbata præstaretur, Tunc ad sequestrum nullatenus procedatur, Et sub dicta pœna teneatur copiam dicti sequestri, quod fieret, in publicā formam

transmittere exactori super exigẽdis condẽnationibus deputato, ad quam copiam trãsmittendã exactori nõ teneantur Vicarii uicariarũ, quia per eos debet fieri exactio,& executio sententiarũ. Sed ad bona sequestrãda teneantur,prout superius est expressum dicta forma seruata. Adiicientes tamen ꝙ siquis pro aliquo maleficio bina uice in aliqua uicaria citatus non cõparuerit,& propter cõtumaciã fuerit positus in primo banno,Teneatur Vicarius eiusdem uicariæ infra quinq; dies a die dicti primi Bãni lati describi facere omnia, & singula bona taliter Bãniti siqua reperiantur in eadẽ uicaria,siue quãntas Bãni sit a centũ libris supra, siue infra. Et nisi dictam descriptionem fecerit, ipse Vicarius puniatur,prout cõtinetur in primo libro statutorum sub Rubrica de officio Vicariorum,& Potestatum circa executionem sententiarum,& condemnationum criminalium.

De Tempore infra quod possit de Criminalibus procedi,& cognosci. Cap.LIIII.

SVnt aliqua delicta,quę de.v.casibus appellãtur,Super quib.si de eis facta fuerit pax,in casibus ĩ quibus pax ab offensa persona potuerit haberi,ueluti pro homicidio,robaria,seu inuasione stratę,ꝑ falsitate,& ꝑ incẽdio domorũ,uel capãnarũ,ꝓcedi nequeat ullo modo post quinquẽniũ a die maleficii perpetrati. Si uero pax facta nõ fuerit,procedi nõ possit post septẽ ãnos a die maleficii cõmissi ꝓxime numerãdos. Verũ si elapso quinquennio pax fieret ante cõpletum tẽpus septem annorũ. Tũc facta pace ꝑdicta, ꝑcipimus nõ ꝓcedi,uel cognosci. Si uero pax nõ exigeret̃,ueluti pro ꝓditione,seu cõspiratione cõtra pacificũ statũ cõmissa, ubi respublica principaliter,& nõ singularis ꝑsona ledit̃,Tunc de tali delicto ꝓcedi neq̃at post.vii. annos cõtinuos a die cõmissi maleficii cõputãdos. Sunt & alia crimina q̃ atrocia appellamus,& tũc si de eis facta fuerit pax ab offenso,ĩ casibus ĩ quibus pax potuerit haberi ab offensa ꝑsona si aliqua ꝑsona singularis principaliter lęsa foret una,uel plures. Volumus,ꝙ post annos tres a die cõmissi maleficii numerãdos de tali delicto cognosci, seu ꝓcedi neq̃at ullo modo. Si uero pax facta nõ fuerit,Tunc post annos quinq; a die cõmissi maleficii cõputandos de delicto ꝓcedi,uel cognosci nõ possit. Verũ si elapso triennio pax fieret ante quinquẽnium,Tunc etiã facta pace ꝑdicta,ꝑcipimus nõ procedi. Si uero esset tale delictũ in quo pax nõ requireret̃,quia nulla ꝑsona singularis esset læsa, Veluti in crimine hereticæ prauitatis, scismatis,sacrilegii,percussionis alicuius imaginis Dei,uel sanctorũ,uel blasfemiæ Dei uel sanctorũ, uel sanctarũ, & huiusmodi,Tunc de tali delicto procedi non possit post ãnos quinq; a die maleficii perpetrati ꝓxime cõputãdos. Sunt & alia minora delicta prædictis,& Tũc si de eis pax fuerit facta procedi nõ possit,uel cognosci post biennium a die cõmissi maleficii proxime computandum in casibus ĩ quibus pax exigeretur,eo ꝙ aliqua singularis persona

principaliter

principaliter foret offensa. Si uero pax non fuerit facta, Tunc de tali delicto cognosci non possit post triennium a die commissi maleficii computandum. Et si elapso Biennio pax facta esset, Vlterius de tali delicto cognosci non possit, & in casibus in quibus pax requireretur, post trienniū procedi nequeat nllo modo, Et omnes, & singuli processus, qui post dicta tempora fierent, singula singulis referendo, nō ualeant ipso iure, & ex eis nulla Sententia ferri possit. Volumus tamen, q dicta delicta, de quibus ratione cursus dicti temporis procedi nō possit, aggrauent alia delicta, quæ postea cōmitterētur, de quibus procederetur. Et quæ dicta sunt de non procedendo in delictis lapsis suprascriptis temporibus, uendicēt sibi locum etiam contra ignorantes, idest siue Officiales iurisdictionem habentes cognoscendi de dictis delictis, siue personæ offensæ scruerint, siue ignorauerint personas delinquentium, siue ipsa delicta fuisse commissa, excepto crimine homicidii dolose commissi, & crimine Incendii Domorum, Capannarum dolose commissi, in quibus prædictæ præscriptiones contra ignorantes non decurrant.

De sententiis in Criminalibus latis non retractandis prætextu alicuius Solennitatis ommissæ. Cap. LV.

CAlumniam, siue Iniquitates expellere Cupientes, ne Cauilationum prætextu remaneant delicta impunita, Statuimus, q sententiæ secundorum Bannorum in criminalibus latæ contra Contumacem post sex dies a die prolationis earum transeant in rem iudicatam, & amplius de iniquitate, uel nullitate dictorum Bannorum cognosci nequeat ullo modo. Et Nullus Iudex possit querelas, seu recursus, seu nullitatis causas audire, uel super eis procedere quouis modo, sed tales bannorum Sententiæ contra contumaces latę firmæ remaneant, & exequi possint, & debeāt, & omnes solennitates præsumātur adhibitæ, quamuis non constaret de processu, cuius uigore huiusmodi sententiæ latæ forent, dummodo tales sententiæ recipiantur in archiuo Librorum Lucensis ciuitatis. Et præ dicta locū habere Disponimus in omnibus, & singulis Bannis, & sententiis bannorum latis contra contumaces. Sententiæ uero condemnationum corporalium latæ contra comparentes firmæ remaneant, & executioni mandētur, & ab eis nequeat appellari, supplicari, uel querela moueri, uel contra eas recursus haberi, uel de nullitate dici, & prætextu alicuius solennitatis ommissę tam in sententia, q̄ in processu nequeant retractari, & de earum iniquitate, seu nullitate cognosci non possit nllo modo, Dūmodo constet de maleficiis super quibus tales sententię forent latę, & dummodo pœnæ sint impositæ secundum formam statuti, & dummodo sint dati termini ad suas defensiones faciendas secundum formam statuti. De iniquitate uero, & nullitate Sententiarum pecuniariarū in cri

minalibus latarum, ita cognosci possit prout permittit Statutum positũ sub Rubrica De appellationibus, et Querelis nullitatum admittendis, uel refutandis.

De Declaratione Quinque Casuum,& atrociorum. Cap. LVI.

NOn tantum in Capitulo praecedenti, sed saepe in uolumine Statutorũ de Maleficiis, de Quinq; casibus, & de aliis atrocibus criminibus fit mentio, Et propterea ad omnem obscuritatem tollendam, Declaramus, ꝙ Maleficia de quinque casibus sunt ista uidelicet.

Proditio contra Ciuitatem Lucensem, & contra Statum pacificum, & Popularem ciuitatis, & communis Lucensis.

Homicidium dolose commissum.

Falsitas.

Incendium domorum, uel Capannarum

Robaria, seu inuasio Stratae.

Similiter etiam Declaramus, ꝙ alia Maleficia, quae ultra praedicta atrocia appellamus. Sunt ista uidelicet.

Crimen Furti a famoso fure commissi.

Crimen Sacrilegii, de quo imponitur poena mortis, ut infra tractatur in Statuto sub Rubrica De poena committentis Sacrilegium

Crimen hereticae prauitatis, & Scismatis.

Crimen Adulterii, Incestus, & Stupri coniunctim, uel diuisim commissi.

Crimen Lenocinii.

Crimen contra naturam, seu Sodomitarum.

Percussio alicuius imaginis Dei, uel Beatae Virginis Mariae, uel alicuius Sancti.

Crimen Maleficorum.

Et quodlibet aliud crimen, de quo de iure communi, uel per formam Statutorum poena mortis ueniret imponenda.

De Poenis imponendis secundum formam Statuti. Cap. LVII.

STatuimus, ꝙ Quilibet Officialis in omnibus, & singulis Sententiis, & Bannis in criminalibus proferẽdis Teneatur, & debeat imponere poenas in Statutis appositas, et cõtentas in suis casibus. Vbi uero poena per formã Statutorũ declarata nõ esset, debeat imponere poenas de similibus ad similia ĩ statutis contentas. Vbi uero similia deficiant, imponatur poena arbitrio officialis, qui de crimine cognosceret. Et si maior poena imponatur, q̃ in statuto contineatur, Talis Sentẽtia ipso iure non teneat in eo ꝙ excedit poenam in statuto declaratam. Et in dicto excessu nulla executio fieri possit, Sed in eo in quo poena secundum formam statuti imposita

sita est, Sententia firma sit. Et quamuis Sententia non teneat in eo quod excedit poenam a statuto declaratam, tamen Officialis, qui eam tulit, condemnetur ad interesse partis, arbitrio Domini Syndici moderandum, ac si talis iniqua sententia tenuisset in dicto excessu. Si quis uero Officialis, uel Iudex minorem poenam imposuerit, Teneatur de suo proprio supplere super eo uidelicet, an poena imposita sit maior, uel minor, q per formam statuti deberet imponi, Stetur declarationi maioris Syndici lucen. Ciuitatis, qui sine aliquo processu, uel scriptura possit quandocunq; declarare an poena sit maior, uel minor, & sua declaratio plenum sortiatur effectum. Nec aliquam excusationem praestet alicui officiali Lucensis cōmunis clausula per aliquos in sententiis apponi consueta, seu Bannis criminalibus, scilicet saluo, & reseruato &c. uel equipollens clausula, siue ante uerbum, Condemno, siue postea clausula huiusmodi apponatur, non obstante forma aliqua iuris, & statutorum, et quocunq; stilo, et consuetudine in contrarium disponente, et extante, quibus auctoritate praesentis Statuti expresse intelligatur, et sit derogatum.

De Maleficiis commissis per Mulieres, uel per Minores sexdecim annis. Cap. LVIII.

QVamuis secundū formam Statutorū poenae ueniant imponendae, Sexus tamen, et aetas saepe deposcūt, q minor poena imponatur. Statuimus ergo, q si qua Mulier cōmiserit aliquod crimen, unde poena ueniret imponēda i corpus. Nulla prorsus fiat poenae mutatio, sed imponi debeant poenae a statutis ordinatae. Si uero poenae imponendae forent pecuniariae, Tūc Mulieres maiores. XVI. annis, et Minores. XVI. annis, siue Masculi, siue Feminae existant, qui deliquerint, puniri debeant in quarta parte dumtaxat poenae pecuniariae, quae alias secūdum formā statutorū, uel iuris cōmunis imponēda ueniret. Possit tamen Officialis cognoscēs dictā quartā partem poenae diminuire ad eius arbitrium, cōsiderata qualitate delicti, et cōditione personae. Si uero Delinquentes masculi, uel feminae essent minores ānis decē et octo, et poena dilicti ueniret i corpus imponēda, Tūc Dominus Lucē. Potestas possit poenas mitigare, et alterare, et ad pecuniā reducere, prout suae discretioni uidebitur, cōsiderata cōditione, et aetate personae, et qualitate facti, q mitigatio, et alteratio nō possit fieri in crimine homicidii dolose cōmissi, et in crimine lesae Maiestatis, uel cōtra Statum pacificum Libertatis Ciuitatis Lucensis. Infantes autē, et pximi infantiae de aliquo delicto nullatenus teneantur, et puniri nō possint, et cōtra eos pcedi nequeat ullo modo. Et an fuerint infantes, uel proximi infantiae stetur arbitrio, et declarationi iudicantis, qui possit ex aspectu, & ex sola conscientia iudicare, uel se extraiudicialiter informare, prout uoluerit. Illud etiam Declaramus, q nulla Mulier poenas debitas

euadat,eo ꝙ a statutis uerba in masculino genere sint concepta,quia Volumus ꝙ in statutis loquentibus de Maleficiis puniendis,masculinum genus comprehendat etiam fœmininum, Dumtamen pœnæ pecuniariæ debeant mulieribus minores imponi,prout in præsenti Cap.continetur.

De Declaratione Monetæ pœnarũ Pecuniariarum, Cap. LIX.

ET omnes pœnæ pecuniariæ,quæ per formam alicuius statuti uenirẽt imponendæ,intelligantur, & sint ad bonam monetam ad rationem soldorum.lviii.pro quolibet Floreno.Et ad ipsam rationem debeant exigi,etiam si in condemnationibus,& sententiis hoc non esset specifice declaratum. Et præsentis statuti auctoritate Declaratũ sit,ꝙ omnes pœnæ ad dictam monetam intelligantur impositæ.

De Termino in Condemnationibus assignando. Cap. LX.

QVilibet Officialis,qui Condemnationes faceret pecuniarias,Teneatur adiicere,seu assignare terminum decem dierum continuorum ad soluendum quantitatem in sententia declaratam,& nihilominus præsentis statuti uigore in omnibus,& singulis condemnationibus pecuniariis intelligatur appositũ dictum tempus ad soluendum, & dies latæ sententiæ non computetur in n umero dictorum decem dierum,quod tempus minui non possit,nec etiam prorogari.Quilibet autem Condemnatus,seu Bannitus infra dictũ tempus soluere teneatur, Alioquin ipso facto,& ipso iure,& absq; alia declaratione intelligatur incidisse in pœnam quarti pluris,quæ ab eo modis omnibus exigatur.In cõdemnationibus uero personalibus nullo modo terminus apponatur,sed statim sine aliquo temporis interuallo ĩ rem transeat iudicatã,& executioni mãdetur.

De pœna Tractantis contra Pacificum statum Ciuitatis, & Communis Lucensis. Cap. LXI.

MOdus procedendi,& criminales sententias proferendi satis aperte supra introductus est, Nunc pœnas in sententiis apponendas Declaramus, Incipientes igitur primo a Maleficiis de quinque casibus, Statuimus ꝙ si qua persona cuiuscunq; conditionis,uel status existat, Tractauerit,uel Ordinauerit,seu tractare,uel ordinare attentauerit contra bonum,& pacificum,& popularem statum ciuitatis Lucensis,seu eius comitatus,& districtus,seu tractauerit,uel ordinauerit de mutando Statum ciuitatis predictę,etiam si non fuerit secutus effectus,capite puniatur,ita ꝙ moriatur,& omnia eius bona publicentur cameræ cõmunis lucẽsis, Nec filii,uel filiæ taliter delinquentis admittantur ad aliquam successionem,

& a parte

& a parte debita iure naturæ pœnitus excludantur. Et siqua persona causam, uel excessum cõmitteret, uel perpetraret unde Rumor suscitaretẽ in ciuitate Lucen. uel campana turris pulsaretur ad Sturmum, eadem pœna scilicet capitis puniatur ita ꝙ moriatur. Et in quolibet dictorũ casuũ bona talium delinquentiũ publicẽtur, & filii, uel filiæ nõ admittãtur ad debitam portionem iure naturæ, & nihilominus, Filii masculi, & Descẽdẽtes per lineã masculinã, & Vxores omniũ suprascriptorũ delinquẽtium sint, & esse intelligantur in exilio perpetuo Lucen. ciuitatis, ita ꝙ in ciuitate Lucen. uel eius territorio, seu comitatu stare, uel habitare non possint, Sed ĩfra quinq; dies teneantur exire ciuitatem, & territoriũ lucen. a die latæ sentẽtiæ, seu Bãni proxime numerãdos. Et si quo tẽpore habitauerint, uel steterit, uel habitare, & stare reperti fuerint, puniãtur de facto in libris quingẽtis pro quolibet, & qualibet uice, Et nihilominus stare debeãt in exilio sub eadẽ pœna. Et quælibet persona conscia talis delicti, seu tractatus, quæ per se, uel alium non denũciauerit Magnificis Dominis Antianis & Vexillifero iustitiæ populi, & cõmunis Lucen. uel Domino lucen. Potestati ĩtra primã diem a die scientiæ si esset in ciuitate lucen. Et si fuerit in comitatu, & districtu infra duos dies a die scientiæ. Et si fuerit extra territorium infra cõgruum tẽpus dinumerandũ a die sciẽnæ. xxv. milliaria per singulos dies a fine lucẽ. territorii computando, capite puniatur ita ꝙ moriatur. Et omnia sua bona debeant confiscari, et Denũciatores, qui denũciauerint, uel denũciari fecerint prædicta maleficia, & excessus anteq̃ aliunde ad notitiam Dominorum Antianorum & Vexilliferi iustitiæ, & Domini lucen. Potestatis peruenerint, Si fuerint Banniti lucen. ciuitatis cancellari debeant de Bãno, & habeant a cõmune lucen. florenos centum auri, & si non fuerint bãniti habeãt & habere debeant a camera cõmunis lucen. florenos ducentos auri, & eorũ nomina teneantur secreta, ita ꝙ nota sint solummodo Dominis Antianis & Vexillifero iustitiæ, uel Domino Potestati. Et si participes delicti tale scelus, & delictum denũciauerint antequam ad notitiam præfatorum Dominorum Antianorum, uel Domini Potestatis aliũde peruenerit, ĩtelligatur, & sit auctoritate præsentis statuti eis omnis pœna remissa. Et Dominus Potestas Lucen. Ciuitatis, & quilibet alius officialis in casu præsentis statuti teneatur, & debeat formasse inquisitionem, & habuisse responsionem ab inculpata persona infra quartam diem immediate sequentem, postq̃ persona inculpata de delicto, ut supra in manibus habuit, & postq̃ de delicto constiterit teneatur, & debeat dictus Potestas, & quilibet alius officialis assignare prædicto cõf[illegible] terminũ dierum duorũ cõtinuorum, ad omnem eius defensionẽ faciendã: Quibus elapsis, & nullis legitimis defensiõibus factis, teneaẽ, & debeat dictus. D. Potestas, & quilibet alius officialis ipsum delinquẽtem cõdẽnasse, & cõdẽnationẽ executioni mãdasse ĩfra alios duos dies proximos, & ĩmediate sequẽtes, qđ si nõ fecerit, intelligatur, & sit ipso iure priuatus officio, & puniatur ipse Potestas, uel alius officialis in pœna capitis,

& eius bona publicentur: Si uero persona inculpata negauerit, tunc procedatur secundum formam statutorum, curãdo habere ueritatem, omnibus uiis, & modis, Hoc tamen exp̃sse declarato, ꝙ etiam in casu quo ĩculpata p̃sona negauerit postq̃ de delicto sibi officiali constiterit, Teneatur assignare duos dies ad defensiones faciendas, ut supra, & infra alios duos dies ipsum delinquentem condemnasse, et condemnationem executioni mandasse: Declarantes ꝙ si ultima dies dictorum duorum dierum, infra quos debet fieri condemnatio, et executio ut supra, inciderit ĩ diem feriatam in honorem Dei, tunc, et eo casu Teneatur, et Debeat talis officialis p̃dicta differre usq; in aliam proximam diem immediate sequentem nõ feriatam in honorem Dei, ita ꝙ ipsa die proxime sequenti non feriata in honorem Dei, teneatur, et debeat prædicta executioni mandasse, prout superius est expressum, Et ne contra dispositionem statutorum ita de facili deueniatur, Statutum esse intelligatur, et sit, ꝙ nulla supplicatio scripta, uel sine scriptis alicuius inculpatæ personæ de delicto suprascripto, possit, et debeat p̃poni per Magnificos Dominos Antianos et Vexilliferum iustitiæ populi, et cõmunis lucen. in Consilio Generali, Nisi prius obtentum fuerit in Consilio triginta sex, per tres partes de quattuor adstantium in dicto consilio, ꝙ possit proponi in Consilio Generali: Ac etiam postq̃ obtentum fuerit in dicto Consilio triginta sex: Non possit talis supplicatio immediate proponi in Consilio Generali, nisi prius in eodem Consilio Generali fuerit specialiter præobtentum, Quod super tali supplicatione proposita, pro ea die tantum, possit Consuli prouidere, et per cancellarios scribi, Quibus omnibus præobtentis, tunc possit super tali supplicatione proposita, Consuli prouideri, et scribi, et nõ aliter, aut alio modo: Ita quod quicquid aliter fieret sit pœnitus ipso iure irritum, et inane: Item ꝙ postquã de dicto delicto cõstiterit per confessionem ĩculpatæ personæ, seu per alium legitimum modum, Nemo possit, aut debeat, uel præsumat supplicare, aut aliquo modo rogare directe, uel per indirectum pro tali inculpata persona de cuius delicto modo de quo supra cõstaret, siue apud Magnificos Dominos Antianos, seu apud Potestatem lucensem, et seu quẽlibet alium officialem, qui talem ĩculpatam personam ut supra confessam, siue conuictam in manibus habuerit ad pœnam Ducatorum centum auri pro quolibet, et qualibet uice cõtrafieret, et hæc prohibitio nõ extendatur ad coniunctos talis inculpatæ personæ quibus usq; ĩ numerum duorum tãtum, et nõ ultra liceat supplicare, et rogare ut supra, et deficiẽtibus cõiunctis, uel nõ solicitantibus possint duo alii quicunque sint, supplicare, et rogare, ut dictum est, Dummodo non excedant numerum duorum sub eadem pœna pro quolibet, et qualibet uice qua cõtrafierет. Decernentes ulterius ꝙ pro id decidendo, de quo propter uarias doctorum opiniones, et cauillosorum procuratorum exceptiones posset in dubium refricari, pro ipsisq; opinionibus declarandis Statutum sit, et esse intelligatur, ꝙ deinceps pœnæ, priuationes, prohibitiones, & censuræ inductæ

inductę per.l.quisquis.C.ad.l.iul.maiesta.contra impedientes,et tractātes cō tra personā,& statū Romani Imperatoris supremi principis in orbe, & con tra filios,& filias,& uxores taliter moliētium, et prout in ipsa lege continen tur,Militent,locumq; habeant erga tractantes contra pacificum, & popularē statum lucen.ciuitatis ita q; perpetrans crimen deductum per præsens statutum scilicet tractantis contra pacificum, et popularem statum lucensis ciuitatis,et filii,et filiæ,et uxores ipsius singula singulis congrue referēdo,puniatur, ac si personā, et statū Romani Imperatoris aliquid moliendo offendisset ultra alias pœnas a statuto,et a iure municipali lucē.ciuitatis īductas, et tale crimen, et delictum tam ad infligendum pœnas,censuras, prohibitiones ut supra contra huiusmodi tractantem contra pacificum statum lucensis ciuitatis intelligatur,et sit crimen lesæ maiestatis, q̄ quoque contra filios, filias,et uxores ipsius, unicuique pœnas debitas imponendo,singula singulis cōgrue referendo,nō obstante cuiusq; iuris cōmunis, uel municipalis,Decreti,Constitutionis,ordinis,priuilegii,uel rescripti dispositione in contrarium existente.

De pœna inducentis Seditionem contra statum pacificum ciuitatis,et cōmunis Lucen. Cap.LXII.

STatuimus,q; nulla persona cuiuscūq; gradus,status,uel ordinis existat, audeat,uel presumat Seditionem,uel Diuisionē,seu sectam,uel diffidiū, seu scisma in ciuitate lucen.facere,uel inducere,seu persuadere uerbo,uel facto. Et q; nulla persona cuiusuis gradus, uel conditionis existat, audeat, uel præsumat coniurationes,cōspirationes publicas,uel occultas facere,uel attentare,quæ uerterentur,seu essent, seu uerti possent in præiudicium, seu cōtra popularem statum ciuitatis prædictæ. Et q; nemo audeat,uel præsumat publice,uel occulte congregare in ciuitate lucen.uel extra,Gētes armorum,uel Gentes armatas contra p̄sentē Rēpublicam, uel ī præiudicium popularis status ciuitatis lucen. uel ad Palatium residentiæ Dominorū Antianorum,et Vexilliferi iustitiæ populi,et cōmunis Lucen. uel ad Plateam lucen.ciuitatis cum armatis gentibus ire,uel trahere cōtra pacificum popularem statum ciuitatis prædictæ. Et q; nemo audeat,uel præsumat predicta,uel aliquod eorum attentantes scienter receptare,Siquis autem in præmissis, uel aliquo præmissorū cōtrafecerit,capite puniatur,ita q; moriatur, et omnia,et singula eius bona Cameræ lucen.cōmunis debeant cōfiscari. Et filii,et filiæ eius omni successione,et legitima sint priuati. Siquis uero p̄dicta delicta,uel aliquod eorum sciuerit,et intra primam diem a die scientiæ nō reuelauerit per se,uel alium Magnificis Dominis Antianis, et Vexillifero iustitiæ populi,et cōmunis lucen.uel Domino lucē.Potestati,si fuerit in ciuitate lucen. Et si fuerit ī comitatu,et districtu lucen. intra duos dies a die scientiæ. Et si fuerit extra territoriū intra congruum tempus dinume

randum a die scientiæ.xxv. milliaria per singulos dies computãdo capite puniatur ita ꝙ moriatur,& eius bona publicentur. Et Denunciator, qui denunciauerit, uel denũciari fecerit prædicta maleficia Dominis Antianis, & Vexillifero iustitię,uel.D.Potestati anteꝗ aliunde ad noticiã præfatorũ Dominorũ Antianorũ, uel Vexilliferi,& Domini Lucen.Potestatis perue nerint,si fuerit Bãnitus debeat de Bãno cancellari,& nihilominus habeat a ciuitate lucen.Florenos centũ auri. Et si nõ fuerit bãnitus habere debeat a camera lucen.ciuitatis Florenos ducẽtos auri,& nomen eius teneatur secretum. Et si particeps delicti tale scelus denũciauerit,anteꝗ ad noticiã Dominorũ Antianorũ,& Vexilliferi iustitiæ,uel Domini lucen.Potestatis peruenerit,intelligatur,& sit ei auctoritate pñtis statuti omnis pœna remissa. Et in prædictis,& circa prædicta Dominus lucen.Potestas possit procedere nulla iuris, & statutorũ solẽnitate seruata, prout uoluerit, Dũmodo de delicto cõstet,quo ad pdicta statutis cæteris derogando.

De pœna Tractantium de Auferendo Castra,Rochas,uel Terras Lucensis ciuitatis. Cap.LXIII.

STatuimus,ꝙ nulla persona cuiuscunq; gradus,status,ordinis,uel conditionis existat,audeat,uel pręsumat tractare, uel disponere, ordinare, uel quomodolibet attentare per se, uel per alium, ꝙ ciuitas lucen.seu Domini Antiani,& Vexillifer iustitiæ populi,& cõmunis lucen.perdat aliquod Castrũ,uel Rocham,uel Fortilicium,uel aliquam Terrã,seu Villam dictæ ciuitati,& cõi lucen.subiectam. Et ꝙ aliqua persona non audeat,uel præsumat inuadere,occupare,uel furari Aliquod Castrum,uel Aliquam Rochã, Terrã,seu Fortilicium,seu Villam lucen.ciuitati, seu lucen.cõi subiectã, uel auferenti,uel occupãti, seu inuadenti auxiliũ,cõsilium,uel fauorem pstare. Et ꝙ aliqua persona nõ audeat esse in aliqua proditione,seu cõsilio, uel cõsensu,ꝙ ciuitas prædicta,seu pfati .D. Antiani perdant Terrã, uel Terras, Villas,seu Castra,uel Fortilicia. Et ꝙ aliqua persona nõ audeat,uel præsumat ipsos auferentes,uel occupantes,seu occupare attentantes, seu tractãtes receptare. Siquis autem cõtra præmissa,uel aliquod eorum fecerit,seu facere attẽtauerit capite puniatur,ita ꝙ moriatur,& oĩa eius bona debeãt cõfiscari,nec filiũ,uel filiæ admittãtur ad successionẽ, & a legitima debita iure naturæ pœnitus excludãtur, Siquis uero prædicta delicta,uel aliquod eorum sciuerit,& nõ reuelauerit per se,uel alium Magnificis.D.Antianis et Vexillifero iustitæ populi,et cõis lucen. uel.D.Potestati infra primam diem a die scientiæ si talis sciens fuerit in ciuitate lucen. Et si fuerit in districtu infra duos dies. Et si fuerit extra territoriũ itra cõgruum tempus a die sciẽtiæ dinumerãdum.xxv.milliaria pro qualibet die computãdo,pœna capitis puniatur,ita ꝙ moriatẽ,et eius bona publicẽtur. Et denũciator,qui denũciauerit,uel denũciari fecerit prædicta maleficia,uel excessus anteꝗ aliunde ad noticiam

ad notitiam præfatorum Antianorum,uel Domini Lucen. Poteſtatis per uenerint ſi fuerit Bannitus luccen.ciuitatis debeat cancellari de banno. Et nihilominus habeat a camera lucen.cōmunis Florenos centum auri. Et ſi nō fuerit Bānitus,habere debeat a camera Lucen.cōmunis florenos ducētos auri, et nomen eius ſit ſecretū, ita ꝙ ſolum ſit notū Dominis Antianis et Vexillifero iuſtitiæ,ſeu Domino lucen Poteſtati. Et ſi participes delicti tale ſcelus denūciauerit anteq̃ ad notitiam præfatorum Dominorū Antianorum et Vexilliferi iuſtitiæ, uel Domini lucen.Poteſtatis aliunde peruenerit,intelligantur ,et ſint auctoritate præſentis ſtatuti liberi,et abſoluti ab omni pœna. Et in prædictis,et circa prædicta Dominus Poteſtas Lucen. procedere poſſit,nulla iuris,et ſtatutorū ſolēnitate ſeruata , et put uoluerit, Dūmodo de delicto cōſtet, in hoc caſu ſtatutis cæteris derogando.

De pœna trahentium, uel uenientium Lucā pro rumore,ad petitionem,uel fauorē alicuius ſingularis perſonæ. Cap.LXIIII.

ET ſiquis tempore Rumoris,qui eſſet, uel eſſe ſperaretur ī ciuitate lucen. traxerit,et uenerit ad ciuitatem prædictam cum armis,uel ſine armis,in odium,uel in fauorem alicuius perſonæ,ſine expreſſa licentia Dominorū Antianorum et Vexilliferi iuſtitiæ populi, et cōmunis lucen. uel uenerit causa inducendi rumorem,uel adiuuandi,uel fauēdi alicui,qui rumorē induceret,uel īducere uellet,ſibi pes dexter āputetur,ita ꝙ a crure ſeparetur.

De pœna ſingularium perſonarum ciuitatis Lucenſis, Scribentium alicui officiali diſtrictus Lucen. pro coadunandis Gentibus cū armis,pro uenīedo ad dictā ciuitatē. Cap.LXV.

STatuimus,& Ordinamus,ꝙ in futurum intelligatur,& ſit prohibitum, omnibus,& ſingulis ciuibus Lucen.& particularibus perſonis dictæ lucenſis ciuitatis,ſcribendi Vicariis,aut aliis officialibus dicti lucen.cōmunis, pro coadunādis Gētibus cum armis pro uenīēdo ad ciuitatē lucen.ſub pœna, et ad pœnā Banni rebellionis,in quod ipſo facto,& ipſo iure, intelligantur, & ſint incurſi tales ſcribētes abſq; aliqua alia declaratione contrarietate quacunque non obſtante.

De Pœna Exclamantium nomina Familiarum particularium, de Die,ſeu de Nocte. Cap.LXVI.

STatuimus,ꝙ Quicūq; in futurum auſus fuerit quoquomodo, & quomodocūq;,& qualitercunq; tā de Die,q̃ de Nocte īuocare cum clamore nomina perſonarum,uel cognomina familiarum priuatarum in odium, uel fauorem alicuius perſonæ cuiuſcunque gradus, ſtatus, uel conditionis

existat, siue in fauorem suum proprium, ex qua inuocatione cum clamore fuerit secutus effectus, q conuenerint tam in platea, q in quocunq alio loco ciuitatis lucen. siue eius territorii, et districtus tot homines armati, quot cōphenduntur in coadunationibus fiendis secūdum formam statutorum lucensium, ipso facto, et ipso iure, et sine aliqua alia declaratione, intelligatur, et sit incursus in pœnam statuti positi sub Rubrica De pœna inducentis seditionem cōtra pacificum, et popularē statum ciuitatis lucen. Omnes uero, et singuli currentes cum armis clamati, et dantes auxlium, uel fauorem currentes cum armis tam clamātibus, q clamatis incidisse intelligantur absq aliqua alia declaratione ut supra, in poenam statuti disponentis, et loquentis cōtra coadunatos. Declarantes expresse, q appellatione armorum in utroq casu ut supra comprehēdantur etiam bastoni, lapides, saxi, sudes, et schioppetti, non obstantibus in pdictis, Aliquibus Statutis, Iuribus, uel Ordinibus in cōtrariū Disponētibus, Quibus sit, et esse intelligatur auctoritate præsentis statuti expresse derogatum tāquam de eis, et singulis ipsorum in præsenti statuto facta esset mentio specialis.

De pœna illius, qui perdiderit Castrum, uel Rocham, in quo, seu qua, esset officialis, uel Castellanus. Cap. LXVII.

QVicunq cuiuscūq gradus, ordinis, uel conditionis existat, dolo, uel lata culpa perdiderit aliqđ Castrum, Rocham, uel Fortilicium, ĩ quo seu qua, fuerit Officialis, Capitaneus, uel Castellanus, seu Sergens, uel perditioni cōsenserit, capite puniatur, ita q moriatur, & omnia sua bona debeant cōfiscari, & filii, & filiæ excludātur a legitima, & a qualibet Successione. Et prædicta nō referātur ad eos, qui sine dolo, uel culpa, sed per uim armorū perdiderint aliquod Castrum, Rocham, uel Terram.

De pœna Cōmunium faciētium aliquam conspirationem contra Cōmune, & Ciuitatem Lucen. Cap. LXVIII.

STatuimus, q nulla Cōmunitas, uel Vniuersitas lucen. comitatus, uel districtus audeat, uel psumat facere, tractare, uel attētare, uel fieri, aut attentari permittere aliquam cōspirationem, uel congregationem, iuramentum, uel tractatum, seditionem, uel sectam contra ciuitatem Lucen. uel in præiudicium cōmunis, & Ciuitatis Lucen. uel in diminutionem Castrorum, Terrarum, & iurisdictionum Lucensis ciuitatis. Si qua uero communitas contra prædicta quomodolibet facere attentauerit, seu contra prædicta fecerit, puniatur in libris quingentis, uel ultra, usque in duomillia, arbitrio Domini Lucen. Potestatis, considerata qualitate delicti, & numero, & conditione communitatis delinquentis. Et in hoc casu Domino Potestati lucen. & non alicui

non alicui Vicario intelligatur iurisdictio attributa, nõ obstante qđ pœna, sit pecuniaria.

De pœna Ciuis Lucen. facientis Homicidiũ. Cap. LXIX.

NVnc ad Secũdum casum de Quinq; Casib. est procedendũ, Statuimus ergo, ꝙ si aliquis lucen. ciuis, aut suburgẽsis dolose homicidiũ fecerit in ciuitate Lucen. & eius territorio, & districtu, occidendo aliquam personã ei caput a spatulis amputetur ita ꝙ moriatur, & dicto casu bona non publicentur. Si uero malefactor capi nõ poterit Bãniatur i dicta pœna capitis, & omnia, & singula eius bona publicẽtur cameræ lucen. cõmunis. Salua legitima filiorum, & filiarum, & nepotum masculorum, ex filiis masculis descendentiũ. Et intelligatur legitima, portio, quæ declarata est per Statuta lucen. ciuitatis. Et de Bonis dicti homicidæ omni casu siue mortuus fuerit, siue Bannitus extiterit, dentur ei, uel eis qui succederẽt ab intestato ipsi occiso libræ tercentæ bonæ monetæ, detracta primo legitima filiorũ, & filiarum, & nepotum masculorũ ex filiis masculis descendentiũ. Insuper ut obuietur fraudibus, quæ quotidie fiunt per delinquentes alienando ipsorum bona, post delicta per eos cõmissa, & ut i futurum tollatur facilitas errorũ, Statutum esse intelligatur, & sit, ꝙ omnia instrumenta tam uẽditionum, cessionum, testamẽtorum, & legatorum, & quarũcunq; alienationum, & alienationis lato sumpto uocabulo factę per quẽcunq; personam, cuiusuis gradus, aut cõditionis existat, post Vulnera per ipsũm delinquẽtem illata, seu data, in personam quoruncunq; cuiuscunque gradus, aut conditionis existant. Si a die dictorum Vulnerum illatorum intra. x x x. dies proximos decesserit, ante sententiam latam dicti homicidii, intelligantur, & sint ipso iure, & absque alia declaratione quo ad præiudicium cameræ lucen. cõmunis nulla, nulliusq; roboris, & efficacię, uel momenti, ficta, & simulata, & in fraudem facta, & pro non factis habeantur. Sed Bona talium delinquentium, Si a die Vulnerum illatorum intra. x x x. dies uulneratus esset mortuus ut supra, intelligantur, & sint hipothecata lucensi cõmuni usq; ad sententiam dicti homicidii fiendam inclusiue.

De pœna Lucensis Ciuis interficientis Ciuem Lucen. Cap. LXX.

STatuimus, ꝙ Si quis ciuis Lucensis dolose interficeret aliquem ciuem lucensem, caput sibi a spatulis amputetur, & omnia eius bona publicentur cameræ lucensis cõmunis, Salua legitima filiorum, & filiarum, & nepotum masculorum ex filiis masculis descẽdentium, et de bonis dicti homicidæ dari debeant ei, uel eis qui succederent ab intestato non condito testamento ipsi occiso libræ tercẽtæ bonæ monetæ, Detracta primo legitima filiorum, & filiarũ, & nepotum masculorũ ex filiis masculis descendentium, prout supra in superiori statuto continetur.

De pœna Foretani, seu Forensis interficientis Ciuem Lucensem. Cap. LXXI.

STatuimus, quod si quis foretanus, uel forensis undecumque sit, occiderit aliquem ciuem lucen. & peruenerit in fortiam lucen. cōis furcis per gulam suspendatur ita quod moriatur, et strasinetur per ciuitatem lucen. nec nō omnia eius bona publicētur camere lucen. cōis, et de bonis dicti homicidę dari debeāt libræ tercentæ bonæ monetæ ei, uel eis, qui succederēt ab īcestato ipsi occiso, nō cōdito testamēto, nulla detracta legitima filiorū ipsius delinquētis, & si nō peruenerit in fortiā lucen. cōis bāniatur ī ipsis suprascriptis pœnis: Et si cōmittēs homicidiū sit filius familias, eius legitima īmediate camerę dicti cōis cōfiscetur, & ad ipsam soluendā pater īmediate teneatur, & oībus modis, & remediis astringatur, & pater, & filii talis occidētis, & homicidiū ut supra cōmittentis ab ipsa die cōmissi homicidii in antea Banniti intelligātur, & sint de persona a ciuitate, comitatu, & districtu lucen. & pro descriptis Banniti habeantur, & sint in archiuo publico Lucen. cōmunis quantū ad impunitatem ipsos offendentiū, & contra ipsos militent omnia statuta de bannitis loquentia, & similiter sit de fratribus Germanis, qui adinuicem de eadem familia habitarent tempore homicidii, & delicti commissi, & non possint in perpetuum tales Banniti remitti, & ab ipsis Bannis eximi, nec eis saluus conductus, aut aliqua temporis indulgentia fieri, uel cōcedi, nec coram Magnificis Dominis Antianis, aut in Consiliis directe, uel incidenter petitio, aut Arengatio fieri, uel supplicatio pro ipsis, aut in eorum fauorem porrigi: Nec possint Magnifici D. Antiani, qui sunt, & p tēpora erūt, de pdictis prohibitis inter se propositā facere, uel partitū dare, uel ponere in cōsilio, Aut cōsiliis proponere, seu dispensationē, aut derogationem, circa prędicta, uel aliquod prædictorū petere, uel proponere, uel alia quauis uia, aut modo, prædictis contrauenire, sub pœna cuilibet Antiano, qui non probetur tam uerbo quam facto cōtradixisse cæteris cōtraueniētibus in pdictis, seu aliquo pdictorū pro qualibet uice florenorum uigintiquinque, & periurii, & cancellarius teneatur notificare præfatis Dominis Antianis quandocunque prædicta occurrerent obseruantiam prædictorum sub simili pœna ipsi cancellario non sic notificanti infligenda, & similiter ipsi Domini Antiani teneantur specialiter, & specifice in principio eorum officii iurare obseruantiam prædictorum, et prædicta, quæ prohibitiue dicta sunt, et disposita intelligātur de cōmittētibus homicidiū, percussiones, uel uulnera, et ut supra, De patre autē, fratribus, uel filiis illius, uel illorū, qui maleficia homicidii cōmisissent liberandis a suprascriptis pœnis, et bānis possit propositā fieri solutis primo pro tassa in casu uulneris, seu percussionis Ducatis decem pro quolibet ī casu uero homicidii Ducatis uigintiquinque, prout de aliis Tassis soluendis dispositum est. Cæterum quicunque foretanus, uel forensis homicidiū fecerit de aliquo ciue Lucensi originario, uel ex priuilegio

uilegio habito a Magnifico Consilio Generali lucen.ciuitatis, uel ex forma statutorũ ipsius ciuitatis tantũ,qui nõ fuerit Bannitus ad mortem precio, seu aliquo sibi dato,uel promisso, uel sub spe alicuius præmii cõsequendi, uel habendi qualẽcunq; rem,uel causa eum,uel eius bona derobandi,uel de prædandi,siue post homicidium aliquid deprædatus fuerit,siue nõ,puniatur pœna,& pœnis positis ĩ præsenti libro statutorum sub Rubrica De pœna eius,qui fieri fecerit homicidium aliquo precio dato,seu promisso,Et ultra dictas pœnas debeat talis homicida squartari,& in diuersis locis partes corporis insepultas poni ad terrorem aliorum,Et si aliquam domum propriam habeat talis homicida,si fuerit in comitatu debeat comburi, uel solo æquari taliter,& ita,ut ipsius domus uestigia non supersint, Et quicunq; talem homicidam uiuum in fortiam Lucen. cõmunis præsentauerit habeat ducatos centũquinquaginta de pecuniis lucen.cõmunis, de quibus, & pro quibus Officium super introitibus teneatur cum effectu solutionem facere omni exceptione remota: Qui uero talem homicidam occiderit ĩ quocũq; loco,& qualibet mundi parte facta fide de ueritate, & legitime de tali occisione,& uerificata persona occisi,habeat de pecuniis lucẽ. cõmunis ducatos quinquaginta auri latos,& queãdmodũ,& prout de prædictis latius Disponitur supra in statuto sub Rubrica De præmio cõcesso capiẽtibus,seu occidentibus foretanos,seu forenses,qui aliquo modo occiderint, seu uulnerauerint ciuem lucen. Ille uero,qui homicidiũ fieri fecerit,siue mãdauerit, tractauerit,uel ordinauerit,si fuerit foretanus,uel forensis,uel etiã ciuis lucen. hoc casu pecunia data,uel promissa,pœna capitis puniatur,ita q; moriatur, & eius bona publicentur,salua legitima filiorũ,filiarũ,& nepotum masculorum,filiis masculis descendentiũ,& saluo eo q̃d dari debeant de bonis suis libræ tercentæ bonæ monetæ ei,uel eis,qui succederent ab intestato nõ condito testamẽto,ipsi occiso, Et quilibet foretanus,seu forẽsis,qui cõsuluerit, aut cõsenserit,uel suaserit de occidẽdo aliquẽ ciuẽ lucen. Gladio,uel Veneno,uel alio modo, Si fuerit secutũ homicidiũ puniat̃ talis cõsulens, suadẽs, uel cõsentiens ad standũ per annos duos in carceribus Saxi,& postea in perpetuũ exiliũ a ciuitate,& territorio lucen.sub pœnis,& cẽsuris ĩ quibus incidunt,& subiacent relegati a Magnifico Cõsilio Generali secundũ formam Statutorũ: Si uero secutũ nõ fuerit homicidiũ,Tunc si deuentũ fuerit ad aliquẽ actũ facti pximũ,uel remotũ,puniatur cõsulens, suadens,mandãs, consentiens,uel tractans ut supra,si fuerit foretanus,seu forensis a florenis centum auri usq; in quingentos arbitrio iudicantis, & relegetur a ciuitate, & territorio Lucensi per annos decem, quibus durantibus sub pœna statuta contra non seruantes Banna,uel confinia a dicto Consilio Generali lata de qua mentio fit in præcedentibus statutis, redire non possit: Ille uero foretanus,uel forensis,qui tentauerit tale homicidium facere,insultando,uel uulnerando, uel aliter uitæ ciuis insidiando,si ad actũ facti proximũ deuenerit,amputentur sibi ambæ manus, & relegetur a ciuitate Lucensi, & eius

territorio in perpetuum sub pœna suprascripta contra non seruantes confinia. Si uero ad facti actum remotū, uel ad ipsius rei præparationē tantū deuenerit,tunc eruatur eidem oculus unus,& condēnetur in libris tercētis bonæ monetæ,& ad standum in carceribus Saxi per annum continuum, a quibus etiam relaxari nō possit,nisi satisfactis dictis libris tercentis. Si uero homicidium non fuerit secutum,nec deuentum ad aliquem actum facti proximum,sed deuētum fuerit ad actum uerbi proximum,uel remotum: Tunc dicto modo delinquentes puniātur,& quilibet eorum puniatur a florenis.xxv.usq; in centum arbitrio iudicātis,cōsiderata cōditione personæ, & qualitate delicti, dūmodo principalis persona ob cuius gratiam, uel respectum,seu ad cuius instantiam,uel instigationem talis tractatus fuerit,cōdemnetur in duplum,nisi quando homicidium non esset secutum,requirētes,participes,socii,mandatarii,& conscii dicti criminis infra duos dies postea denunciauerint Domino lucensi Potestati si fuerint in ciuitate, si in comitatu,& districtu infra quattuor dies,si extra territorium ĩfra tempus cōgruum, prout disponitur in statuto posito in præsenti libro sub Rubrica De pœna tractantis,seu consentientis de aliquo occidendo: Quod statutū in cæteris omnibus,præter q̃ in supradictis expressis,& non contrariantibus pdictis superius ordinatis, in totum Confirmamus , Ordinamusq; q; nullus foretanus,uel forēsis Bannitus ex suprascriptis causis etiam si aliū Bannitum ad pœnam mortis occideret,uigore talis Banni, non possit modo aliquo rebanniri,nec Beneficium statuti ad ipsum,uel ipsos extendatur nec locum habeat.

De pœna Foretani,uel Forensis interficientis Foretanum,uel Forensem,seu aliam personam nō ciuem. Cap.LXXII.

ET siquis Foretanus,uel forensis dolose interfecerit foretanum, uel forēsem,uel aliam quācunq; personam,quæ nō esset ciuis lucen.sibi caput a spatulis amputetur,ita q; moriatur,& omnia sua bona publicentur cameræ Lucen.ciuitatis,Salua legitima filiorum,& filiarum, & nepotum masculorum ex filiis masculis descendentiū. Et intelligatur legitima portio,quæ declarata est per statuta Lucen.ciuitatis. Et de bonis dicti homicidæ dari debeant ei, uel eis,qui succederent ab intestato non condito testamento ipsi occiso libræ tercentæ bonæ monetæ detracta primo legitima filiorum, & filiarum,& dictorum nepotum.

De pœna eius,qui fecerit,uel fieri fecerit homicidium aliquo præcio dato, uel promisso. Cap. LXXIII.

QVicunq; homicidium fecerit de aliqua persona precio,uel alio sibi dato,uel promisso,uel sub spe habendi , uel consequendi quācunq; rem

debeat

debeat supra curru tanaglis ferreis ignitis attanagliari,& ad locum iustitię duci,& ibi furcis laqueo suspendatur,ita q̄ moriatur, & omnia sua bona debeant cameræ lucen.ciuitatis publicari,& cõfiscari. Saluo q̄ ille,uel illi,qui nõ condito testamẽto ab intestato succederent dicto occiso, habeant de bonis talis homicidæ libras tercentas bonæ monetę,& salua legitima filiorũ, filiarum,& nepotum ex filiis masculis descendentium,prout supra in præcedentibus Cap.continetur. Et simili pœna puniatur quicunq; alium interfecerit causa eum,uel eius bona derobandi,uel dep̄dandi,& siue post homicidium aliquid deprędatus fuerit,siue non. Et in quolibet dictorum casuum delinquens condẽnetur ad restitutionem rerum ablatarum. Et qd' de cõfiscatione bonorum cum reseruatione legitimæ,& datione dictarum librarum tercentarũ superiꝰ dictum est,etiam hoc casu uẽdicet sibi locum. Ille uero,qui homicidium fieri fecerit,seu mandauerit pecunia, uel alia re/data,uel promissa puniatur pœna capitis,& eius bona publicentur. Salua legitima filiorũ,& filiarũ,& nepotũ masculorũ ex filiis masculis descẽdẽtiũ. Et saluo eo q̄ dẽtur,& dari debeãt de bonis suis libræ tercẽtę bonæ monetæ ei,uel eis,qui succederent ab intestato nõ cõdito testamẽto ipsi occiso.

De pœna Tractantis,seu Consentientis de aliquo occidendo. Cap. LXXIIII.

ET quæcunq; persona in ciuitate lucen.uel eius comitatu,& districtu,uel alibi mandauerit,uel tractauerit,uel ordinauerit per se,uel cum alio, uel promiserit,aut cõsuluerit,aut cõsenserit de occidendo aliquam personam gladio,uel ueneno,uel alio modo,si homicidium fuerit secutum,pœna capitis puniatur. Homicida autem puniatur,prout per pręcedentia Cap.i suo casu ordinatũ est, Et cõtra dictũ homicidam omnia in dictis Cap.contenta uendicent sibi locum. Si uero homicidiũ exinde nõ fuerit secutum, nec deuentum ad aliquem actum facti proximum, uel remotum,puniatur ipsa persona dicto modo delinquens in florenis centũ,uel abinde supra usq; in florenos quingẽtos arbitrio iudicãtis,cõsideratis cõditiõibus personarũ,& qualitate delicti. Si uero homicidium non fuerit secutum,nec deuentũ ad aliquem actum facti,sed deuentum fuerit ad actum uerbi proximũ,uel remotũ,tunc persona dicto modo delinquens puniatur in florenis .xxv. uel abinde supra usq; in centum arbitrio iudicantis,cõsiderata conditione personæ,& qualitate delicti. Et qualibet dictarum pœnarũ in præsenti Cap. cõprehensarũ in suo casu puniãtur oẽs,& singuli requirentes,participes,socii,aut mandatarii,& cõsocii dicti criminis,nisi denũciauerint Domino Potestati lucen.si fuerit in ciuitate lucen.infra secundam diem,& si fuerit in comitatu,& districtu infra quattuor dies. Et si fuerit extra territorium infra congruũ tempus.xxv.milliaria per singulos dies a fine lucen.territorii cõputãdo. Quam denũciationem facere teneantur sub dicta poena,nisi iusto

impedimento remanserit, de quo stetur arbitrio iudicantis, ita tamen q̄ cō fessio delinquentis nō noceat alteri, qui deliquisse diceretur, nec quo ad prę sumptionem, uel indicium, nec quo ad hoc, ut torqueri, uel grauari possit. Declarantes nihilominus quod per præsens Statutum nullo modo sit, aut esse intelligatur Derogatum cōtentis, & ordinatis supra in statuto sub Rubrica De pœna foretani, seu forensis interficientis ciuem lucen. ubi mentio fit De mandātibus, tractantibus, et ordināribus homicidium fieri cōtra ciuem lucen. Sed in casibus ibi exp̄ssis Volumus formā dicti statuti omnino Seruari, etiam quod cōtraria esset ordinationi præsentis statuti, in casibus uero in dicto statuto nō expressis locū habere Volumus, et Mandamus, Disposita, et Ordinata hic, contrarietate aliqua non obstante.

De pœna eius, qui præstiterit interfectori Auxilium, uel Fauorem. Cap. LXXV.

ET qlibet, q̄ dolose alicui homicidæ p̄stiterit Auxiliū, uel fauorē uulnerādo, uel tenēdo interfectū puniaẽ ut homicida, et oīa dicta, et statuta ī homicida hoc casu uēdicēt sibi locum. Si uero alio modo q̄ Vulnerādo, auxilium, uel fauorem homicidæ præstiterit, Si fuerit foretanus, uel forensis cōtra ciuem lucen. capite puniatur. Et si fuerit ciuis lucen. cōtra foretanum, uel forensem, uel si fuerit foretanus, uel forēsis cōtra foretanū, uel forēsem, puniatur in libris ducentis, uel abinde supra usq̧ in tercentas arbitrio iudicantis, considerata conditione personæ, et qualitate facti. Siquis uero fecerit homicidam euadere, puniatur, prout continetur infra sub Rubrica De pœna facientis aliquem delinquētem, uel Bannitum euadere.

De pœna Dantis, seu dari faciētis alicui p̄sonæ Venenū. Cap. LXXVI.

CVm plus sit ueneno occidere, q̄ gladio iugulare, ideo Statuimus, et Ordinamus, q̄ si aliqua persona dolose dederit, uel dari fecerit, uel dari cō senserit, uel consuluerit alicui personæ Venenū, uel aliā rem effectū ueneni habēté, uel alia medicamēta lædētia, uel causam dolose cōmiserit propter quā aliqua persona uenenata fuerit, et propterea Mors secuta fuerit, capite puniatur, ita q̄ moriatur, et omnia alia sua bona publicētur, et applicentur camerę lucen. ciuitatis, Detracta primo legitima filiorū, et filiarum, et nepotum masculorū ex filiis masculis descēdentiū huiusmodi ueneficorum, et dari debeāt ei, uel eis, qui nō condito testamēto successissent personæ mortuæ ex ueneno, uel alia re habēte effectū ueneni, uel ex medicamēto lædenti libræ tercētæ bonæ monetæ. Si uero Mors secuta nō fuerit puniatur tam ipse dans, q̄ dari faciens uenenū, uel aliam rem ueneni effectum habenté, uel medicamēta lædentia, uel cōsentiens, uel causam cōmittens propter quam aliqua persona uenenata fuerit in libris quingentis, uel ultra usq̧ in mille

arbitrio iudicantis, cōsideratis cōditionibus personarum, et qualitate facti. Et si dictam pecuniariam pœnam non soluerit infra decem dies, a die condemnationis capite puniatur. Et in dictis casibus cōfessio delinquentis nō noceat ei qui diceretur uenenū dari fecisse, uel cōsensisse, et ecōtra confessio eius qui diceretur uenenum dari fecisse, uel consensisse, non noceat ei qui uenenum dedisse diceretur.

De pœna cōmittentis Parricidium. Cap. LXXVII.

SI filius, aut Nepos ex filio, uel alius ex filio masculo descendens dolose gladio, uel ueneno, uel alio quouis modo iterfecerit patrē, uel matrē, aut auū paternū, uel auiā paternā, uel alios ex linea paterna ascēdentes, furcis laqueo suspēdatur ita q̄ moriatur, et eius corpus a furcis nō deponatur, sed perpetua careat Sepultura, et de bonis suis disponatˀ, prout in tali casu iura cōmunia dictant. Et eodem modo puniatur quilibet dictorum descendentium, qui tractauerit, uel consenserit q̄ pater, uel mater, uel aliī p paternam lineam ascendentes occidātur gladio, uel ueneno, uel alio modo, si mors fuerit secuta. Econtra uero si pater, et mater, uel Alii ascendentes, per masculinam lineam interfecerint filium, uel filiam, nepotem, uel neptem ex filio, uel alios descendentes per lineam masculinam, gladio, uel ueneno, uel alio quouis genere mortis, capite puniātur ita q̄ moriātur, & de eorū bonis disponatur, ut iura cōmunia in tali casu dictant, & eodem modo puniātur si tractauerint, uel consenserint q̄ occidatur gladio, uel ueneno, uel alio modo si mors fuerit secuta.

De Mortuis post Vulnera. Cap. LXXVIII.

ET si quis fuerit percussus, uel uulneratus, et post dictā percussionem, seu uulnus infra triginta dies cōtinuos a die percussionis, seu uulneris proxime numerandos mortuus fuerit, intelligatur præsumatur mortuus ex dicto uulnere, seu percussione, et non ex alia quacunque infirmitate. Possit tamen probatio recipi, q̄ ex mala custodia, seu ex culpa uulneratæ personæ, et seu ex infirmitate superueniente ex alia causa, q̄ ex uulnere mortuus fuerit, et nisi dicta probatio fiat, Reus criminis de homicidio puniatur. Si uero post triginta dies decesserit intelligatur, et præsumatur mortuus ex alia infirmitate, et non ex uulnere, et puniatur malefactor pro percussione, et uulnere, et non pro homicidio. Et in dicta computatione. xxx. dierum dies cōmissi maleficii non debeat numerari.

De pœna Conficientis falsum Instrumentum, uel alias scripturas publicas. Cap. LXXIX.

TErtium casum de maleficiis de quinq; casibus Tractantes, uidelicet de crimine falsitatis. Statuimus, q quicũq; notarius, seu alia quęcũq; persona fecerit aliquod publicũ instrumentũ falsum, uel fecerit, seu fieri fecerit acta alicuius curiæ falsa, debeat mitriari, & cum ipsa mitria ducatur ad locum iustitiæ, & ibi manus dextra sibi amputetur, ita q a brachio separetur, & eius bona publicẽtur, salua legitima filiorum descendẽtium. Et nunquã aliquod officium in ciuitate lucen. uel eius districtus habere possit, sed a dicta ciuitate, & eius districtu perpetuo relegetur. Et simili poena puniatur notarius, qui dolose ĩ aliquo instrumẽto, uel in actis alicuius curiæ, de quibus fuerit rogatus aliquid falso scripserit, uel animo falsificãdi omiserit. Et prędicta nõ referantur ad notarios, qui sine dolo, uel fraude, sed per errorẽ aliquid cõtra ueritatẽ scripserit, quo casu debeat error corrigi, ita q error nõ præualeat ueritati. Præterea Statuimus, q in dictam poenam incidat quicunq; dolose addiderit, uel detraxerit, uel cancellauerit, seu abraserit, uel deleuerit, siue interliniuerit aliqua uerba in aliquo publico instrumento, uel in actis alicuius curiæ, quæ essent publicata manu alicuius notarii. Et semp in quolibet dictorum casuũ, Falsarius condẽnetur dãnum passo ad emendationem dãni, cuius dãni ratio primo habeatur anteq̃ bona per cameram ciuitatis lucen. seu per exactorem occupẽtur, ita q dãnum reficiatur dãnum passo, anteq̃ bona deducantur in fiscum.

De poena cõficientis aliquam falsam Scripturã priuatã. Cap. LXXX.

ET quicunq; scienter, & dolose fecerit, & seu fieri fecerit aliquam scripturam priuatam falsam, puniatur in lib. centum, uel ultra usq; in lib. quadringentas arbitrio Domini Potestatis, considerata conditione personæ, & qualitate delicti, & ultra dictam poenam debeat mitriari, & a ciuitate lucen. perpetuo relegetur. Et simili poena puniatur quæcũq; persona addiderit, uel detraxerit, uel plus, uel minus, q̃ fuerit dictũ cõtra ueritatẽ dolose scripserit, uel cãcellauerit, uel abraserit, uel deleuerit, uel interliniuerit aliqua uerba in aliqua priuata scriptura, & nihilominus ipse falsarius cõdẽnetur dãnum passo ad emendationem cuiuslibet dãni. Et quæ de additionibus, & abrasionibus dicta sunt, non referantur ad id quod per errorẽ actum esset, quo casu debeat error corrigi, ita q error non præualeat ueritati.

De poena producentis falsum Instrumentum, uel falsa Acta. Cap. LXXXI.

SIquis dolose, & scienter produxerit in iudicio aliquod falsum instrumẽtum publicum, uel acta publica falsa, uel instrumentum publicũ, uel acta in quibus aliquid per falsitatẽ esset additum, diminutũ, deletũ, uel abrasum si huiusmodi instrumentis, & actis usus fuerit dolose in iudicio, uel coram

arbitris,

arbitris,& arbitratoribus,perdat causam,& puniatur in libris trecentis. Et nihilominus dānum passo ad emēdationem dāni,& ad refectionem expēsarum,quas propterea substinuisset,condēnetur.

De pœna producentis falsam scripturam priuatam. Cap.LXXXII.

SI quis dolose,& scienter produxerit in iudicio,uel coram arbitris,seu arbitratoribus,aliquā scripturā priuatam falsam, seu ī qua per falsitatem esset aliquid additum,uel diminutū,uel deletum,uel abrasum,puniatur ī libris ducentis,& condēnetur dānum passo ad refectionem dictorum dānorum,& expensarum,quæ,& quas propterea passus esset.

De pœna Testis falsum Testimonium perhibentis. Cap. LXXXIII.

STatuimus,ꝙ siquis ī testē introductus corā aliquo Iudice ecclesiastico, uel seculari,uel corā arbitro,seu arbitratore falsū testimoniū ꝑhibuerit, puniatur in lib.mille,uel abinde supra usq; ī lib.duo millia,arbitrio iudicantis,cōsiderata cōditione personæ,& qualitate facti,quā pœnā pecuniariā si nō soluerit īfra.x.dies,sibi manus dextra āputetur. Et nihilominus semp siue dictam pœnā soluerit,siue nō,perpetuō dānetur exilio,& de dicta facta attestatiōe ꝓbari possit secundū formā iuris cōis. Et nihilominus falsidicus testis cōdēnetur ad emēdationē Dāni ei qui dānum passus esset.

De pœna producentis falsum Testem. Cap. LXXXIIII.

SI quis produxerit scienter falsum testem, uel scienter usus fuerit aliqua falsa attestatione,siue suo nomine,uel alieno,puniatur in libris centū pro quolibet falso teste,uel abinde supra usque in libras quingentas arbitrio iudicantis,considerata conditione personæ,& qualitate facti,& causæ. Et nihilominus causam in qua fecerit talem productionem perdat. Et condēnetur parti læsę ad emendationem dāni quod propterea sustinuisset. Verum si producēs falsum testem,uel eo utens,& etiam ipse testis, qui falsum testimonium perhibuisset fuerint coniunctim, uel diuisim ad emendationem dāni condēnati,Tunc quilibet pro rata ad emendationem dāni teneatur,ita ꝙ dānum semel tantum,& non pluries emendetur.

De pœna Nuncii facientis falsam Relationem. Cap.LXXXV.

ET siquis Nūcius publicus,uel qui pro publico haberetur, fecerit aliquā relationem falsam,referendo se aliquem actum fecisse, quem nō fecerit, puniatur in lib. xxv. pro qualibet vice,uel abinde supra usq; ī libras centū, quas si nō soluerit intra decē dies,debeat mitriari,& a ciuitate lucen.& eius

districtu relegari, et quicquid occasione dictæ relationis secutum esset, sit irritum ipso iure. Et semper idem nuncius cōdemnetur dānum passo, ad emendationē cuiuslibet dāni, quod propterea sustinuisset.

De pœna Fabricantis falsam Monetam. Cap. LXXXVI.

STatuimus, quod quicunque auctoritate propria Monetā lucen. sine licētia cōmunis lucen. fecerit, seu cuderit, etiam si talis moneta bona esset, et ad ligam lucen. ciuitatis, sibi caput a spatulis amputetur, ita quod moriatur, Si quis uero falsauerit monetā lucen. uel falsam monetam ad cuneum ciuitatis fecerit, uel cuderit, uel falsanti dederit auxiliū, consiliū, uel fauorem, sibi caput a spatulis amputetur, et omnia, et singula eius bona debeāt cōfiscari, Salua tñ legitima filiorū, et descēdentiū. Si uero aliquis monetā aliā, q̄ lucen. in ciuitate lucen. et eius territorio, et districtu falsauerit, uel cuderit, siue bonā, siue falsam, pœna capitis puniaē, ita quod moriaē, et quilibet præstans opem, et auxilium in falsando aliam monetam q̄ lucensem, puniatur ea pœna, qua punitur falsans aliam monetam, q̄ lucēsem. Item quicunque fuerit præsens falsificationi, uel stampationi monetæ falsæ cuiuscunque cunei, et qualitatis, et nō accusauerit intra tres dies Iudici, in cuius iurisdictione stampabatur, uel falsificabatur, uel Domino lucen. Prætori, aut Officio triū uirorum super Zecha, capite puniatur ita quod moriatur: De domo autem in qua talis moneta fabricata foret, seruentur iura cōmunia, nec a dictis poenis quis ualeat excusari sub pretextu licētiæ sibi a cōmuni lucen. cōcessæ, de moneta cudenda, uel fabricanda, cum talis licentia intelligi debeat, de moneta licita, & bona, & de moneta lucen. ad ueram, & bonam ligam, & nō de moneta falsa, uel adulterina, uel alia moneta q̄ lucen. Cæterum Disponimus, quod nullus aurifex, uel alius quicunque audeat sculpere, uel fabricare cunea alicuius monetæ, nisi prius habita licentia a cōmuni lucen. Si quis autem in aliquo contrafecerit puniatur in libris centū, si nulla moneta fuerit exinde fabricata: Si uero cū tali cuneo, seu stāpa esset aliqua moneta fabricata, puniaē i libris tercētis, & quotiēs auctoritate lucen. cōis suprascripta moneta argētea cuderetur, Volumus, quod liga sit, & esse debeat de nouē unciis, & dimidia per librā ad minus, & ad minorē ligā non possit moneta quomōlibet fabricari. Si quis autē in aliquo cōtrafecerit, pœna capitis puniaē. Insuper siquis sciēter emerit, uel aliter quouis titulo acquisiuerit monetā falsam cuiuscūque cunei, & qualitatis pro minori pcio q̄ cuneus, & stāpa demōstrat, & eā expēdiderit puniaē hoc modo uidelicet, Quia si talis moneta habita ęstimatiōe secundū stāpam ascēderit ad summā bononenorū. x. & viii. uel abīde supra, puniatur pœna amputationis manus dextræ, siue in una uice, siue in pluribus ipsam monetā acquisiuerit, & expendiderit, sed si abinde īfra, puniatur pœna perpetui exilii, & ultra hoc si fuerit forensis, etiā ultra hoc fustigetur per loca publica, et consueta Lucensis ciuitatis.

De pœna

De pœna Retaliantis Lucen. Monetam. Cap. LXXXVII.

ET quęcunq; persona Retaliauerit, uel raserit, uel retaliari, uel radi fecerit Monetā aureā, uel argēteam Lucen. uel aliam quālibet monetā de auro, uel argento puniatur ī lib. cētum pro qualibet uice, et si dictam pœnam pecuniaram non folucrit infra. x. dies a die condēnationis sibi manus dextra amputetur, ita φ a brachio separetur, et idem fiat, et obseruetur de minorātibus, legitimātibus, uel quocūq; modo retundātibus monetā, et dicta pœna puniātur. Et quilibet possit cōtrafacientes accusare, et habeat si probauerit, lib. xxv. Quilibet autē Campsor quālibet monetā, siue auream, siue argenteā, uel ęream quā falsam inuenerit īcidere teneatur incōtinenti suito eo ad quē pertineret, quod si non fecerit puniatur qualibet uice in lib. xxv. Et nullus possit destruere, uel destrui facere aliquā monetam lucen. Et qui cōtrafecerit puniatur qualibet uice in libris centum. Et hoc non referatur ad aurifices, uel ad battitores auri, et argenti, qui possint monetam impune cōflare, et destruere, prout exegerit exercitiū suæ artis. Verū si auctoritate suprascripta moneta cuderetur, possint magistri, et alii fabricantes quācūq; monetam conflare, et destruere impune pro noua moneta cudenda.

De pœna Mutantis sibi nomen. Cap. LXXXVIII.

ET si quis sibi dolose Nomen mutauerit, uel nomen eius succellauerit, uel sibi nomen alterius imposuerit ī iudicio, uel extra iudiciū in aliquo cōtractu, uel quasi, uel ī aliqua publica scriptura, uel ad bullectas Lucen. ciuitatis, uel coram alio officiali cōmunis lucen. in fraudē lucen. ciuitatis, uel propter euitationē alicuius pœnæ, uel in dānum, aut lęsionem alicuius uniuersitatis, uel singularis personæ, puniatur in libris centum, quas si non soluerit īfra. x. dies sibi lingua īcidatur. Et nihilominus condēnetur dānum passo ad amēdationē cuiuslibet dāni. Si uero mutauerit sibi nomē, uel alterius nomen sibi imposuerit aliter, uel alibi q̄ supra sit exp̄ssum, adeo φ ex tali mutatione nominis nulla persona læderetur, uel dānum pateretur puniatur in libris uigintiquinque, uel ultra usq; in libras cētum arbitrio iudicantis considerata conditione personæ, & qualitate delicti.

De pœna uendētis aliquā rem pluries diuersis p̄sonis. Cap. LXXXIX.

STatuimus, & Ordinamus, φ quęcūq; persona uēdiderit, uel alio quouis titulo aliquā rem īmobilem alienauerit, & p̄cium receperit, uel habuisse, & recepisse cōfessus fuerit, uel fidem de ipso p̄cio habuerit, & postea eādem rem alteri uendiderit, uel alio modo alienauerit, puniatur in duplū p̄cii secundæ alienationis ad opus cameræ Lucen. et in tantūdem, uidelicet in duplum illi cui secūdario uenditio, seu alienatio facta fuerit. Et ad primum

emptorem,seu alio quouis titulo acquisitorem in quem res ipsa prius fuerit alienata trãsferatur,siue fuerit potior in possessione,siue nõ. Et si procurator alicuius Domini,qui habuerit mandatũ uendendi, uel alienandi,uendiderit,seu alio titulo alienauerit rem,quã Dominus a quo habebat mandatum prius uẽdidisset,uel alienasset,talis uenditio,uel alienatio per procuratorem facta cassari debeat,& auctoritate præsentis statuti ipso iure sit nulla. Nec propterea debeat puniri Dominus, quia ꝓcurator uendidisset,uel alienasset,nisi Dominus dolum,uel fraudem cõmiserit,uel alienationem factam per procuratorẽ ratam habuerit,uel ꝑcium receperit,uel cõfessus fuerit recepisse,de cõtractu facto a suo procuratore,uel si post primam alienationem dedisset speciale mandatum ad dictam rem alienandam,quibus casibus,& quolibet eorum puniatur in dicta pœna. Et in dicto casu quando procurator uẽdiderit,uel alienauerit ignorãter rem iam uenditam,uel alienatam,a Domino compellatur ad restituẽdum ꝑcium, quod receperit, uel recepisse confessus fuerit. Si uero procurator dolose,& scienter uẽdiderit, uel alio modo alienauerit rem,quam Dominus alienauerat,puniatur ĩ duplum pręcii ad opus cameræ lucen.& ad cõseruãdum indemnem secundũ emptorem,uel alio quocunq; titulo acquisitorem. Et si qua uero persona uendiderit,uel alio quouis titulo alienauerit aliquã rem mobilẽ, uel se mouentem, & ꝑcium receperit, uel habuisse confessus fuerit, uel fidem de ipso ꝑcio habuerit,& postea eandem rem alienauerit,puniatur in duplum pręcii ad opus cameræ Lucen.& in tantũdem ad dandum,& soluendũ illi,cui secundo loco facta fuerat uenditio,uel in quem sectido loco collata erat alienatio,& ad illum acquisitorem cui res ipsa primo tradita fuerit res ipsa pertineat cum effectu.

De pœna Cõducentis eandẽ rem,quã ab alio conduxisset. Cap. XC.

FRaudibus,quãtum possumus,obuiare Volentes. Statuimus,ꝙ nulla ꝑsona,q̃ rem aliquã mobilẽ uel ĩmobilẽ,uel se mouentẽ,uel partẽ,seu particulã alicuius rei mobilis, uel ĩmobilis ab aliqua ꝑsona cõduxerit:audeat, uel ꝑsumat eãdem partẽ conductã ab alia ꝑsona retinere,cõducere,seu recognoscere,seu de affictu,pẽsione,seu reddita respõdere,uel respõderi facere, Nisi solũ primo locatori, uel succedẽti in locũ eius. Si quis autẽ in aliquo cõtrafecerit puniatur ad opus cameræ Lucen.in libris quinquaginta,& cogatur de facto ad emendationẽ omniũ dãnorũ, q̃ primus locator ꝓpterea sustinuisset. Et dicta pœna nõ uẽdicet sibi locũ,si secũdus locator haberet causam a primo, Tunc enim cessat ratio præsentis statuti, unde cessare debet eius dispositio, nec audiatur Colonus allegans ꝙ priori locatori non competat ius in proprietate,uel in possessione rei locatæ. Et secũda cõductio respectu primi locatoris,uel in eius ꝑiudiciũ nullũ ꝑducat effectũ. Et colonus ipse priori locatori de affictu,seu pensione respondere cogatur.

De pœna

De pœna Mittentis Ignem in aliqua Domo,uel Capãna. Cap.XCI.

QVartum casum de quinq; casibus ordinantes, Statuimus,q quæcũq; persona miserit,uel mitti fecerit ignem in aliqua Domo,uel Capanna habitabili extra ciuitatẽ lucen.si ex tali ĩmissione nõ fuerit incendium secutum,puniatur in libris tercentis, quas si non soluerit infra decem dies a die condẽnationis,capite puniatur,ita q moriatur. Si uero Domus,uel Capãna in totum,uel pro parte,magna, uel parua combusta fuerit, capite puniatur,ita q moriatur. Si uero aliqua persona in tali Domo uel Capãna, uel extra,ex tali combustione, uel eius occasione mortua fuerit dicta persona, quæ ignem miserit,uel mitti fecerit,igne cremetur,ita q moriatur. Et omnia eius bona publicentur cameræ Lucen.ciuitatis, Salua legitima filiorum, & filiarum,& nepotum masculorum,ex filiis masculis descendentium. Et dentur de bonis ĩmittentis ignem libræ tercentæ bonæ monetæ ei, uel eis, qui ab intestato nõ condito testamẽto successissent mortuo ex dicto igne. Si quis autem in ciuitate lucen.ignem miserit,uel mitti fecerit in aliqua domo,uel capãna dolose,capite puniatur,ita q moriatur. Et oĩa eius bona publicentur cameræ lucen.ciuitatis,Salua legitima filiorum,& descendẽtium, & hoc uendicet sibi locum, siue ex tali immissione incendium fuerit in totum,siue in aliqua parte secutum,siue non. Si autem ex dicta ignis immissione aliqua persona mortua fuerit ex ipso igne, Tunc talis delinquẽs igne cremetur, & omnia eius bona publicentur.Salua legitima filiorum,& filiarum,& nepotum masculorum ex filiis masculis descendentium. Et dentur de bonis immittentis ignem libræ tercentę bonæ monetæ ei,uel eis,qui ab intestato non condito testamento successissent mortuo ex dicto igne. Et semper in quolibet dictorum casuum condemnetur talis ignem mittẽs, uel mitti faciens ad restitutionem,et emendationem omnium damnorum, quæ exinde secuta fuissent damnum passis:quorum damnorum ratio habeatur anteq; dicta bona per Lucen. Cameram occupentur. Et eisdem pœnis subiaceat si quis dolose extra Domum, uel Capãnam ignem miserit,si ex tali ĩmissione fuerit secutum incendium alicuius Domus,uel Capãnæ habitabilis in totum,uel in aliqua parte,uel particula,et in prædictis casibus confessio delinquentis non noceat ei,qui diceretur fieri fecisse,quo ad hoc ut torqueri possit. Et prædicta se referant ad incendium Domorum, uel Capãnarum dolose commissum,non autem referantur ad incendium, quod contingeret casu fortuito, uel quacunq; culpa,quo casu pœna prædicta non uendicet sibi locum,sed eatenus puniatur,et puniri,et condemnari possint,quatenus,et prout dispositio iuris,et statutorũ dictat,et disponit.

De poena Malandrinorum, et inuadentium Stratas. Cap. XCII.

De pœna Capientis aliquem per uim,extra Stratas. Cap.XCIIII.

ET si qua persona extra Stratas,et uias publicas per uim dolose causa de robandi,uel redimi faciendi cœperit aliquam personam inuitá,Si talem personam incluserit,uel retinuerit in domo,uel alibi cõtra uoluntatem personæ captæ,puniatur pœna capititis ita q̃ moriatur,et bona eius publicentur,Salua legitima filiorũ,et descendentiũ, et nihilominus talis captus omnibus remediis relaxetur,et in sua libertate reponatur. Et prædicta non arcent eos,qui auctoritate alicuius statuti caperent Bánitos,uel Malefactores,nec eos,qui de mandato alicuius Iudicis aliquem malefactorem, uel captum custodirent. Et etiam prædicta non uendicent sibi locum in eo,qui inuenerit aliquem,qui dolose intrauerit in domo suę habitationis causa alicuius maleficii perpetrãdi,quem impune capere possit, et eum q̃ cito cõmode potuerit tradere,uel denunciare competenti Iudici puniendum.

De pœna Furti,& Strafigitorũ Domorũ,uel Apothecarũ. Cap.XCV.

NVnc ordinandæ sunt pœnæ delictorum,quæ post delicta de quinq; casibus atrocia Appellamus.incipiẽtes a pœna furti. Statuimus ergo,q̃ unaquæq; persona,quæ dolose Vnicum,& primum furtum fecerit,de una, uel pluribus rebus,puniatur ad arbitriũ Iudicis procedentis,Qui possit pœnam imponere,quá Voluerit,considerata qualitate delicti,& conditione personæ,Dũmodo ad mortem condẽnare non possit. Si quis autem furtum fecerit diuersis tẽporibus bina uice de rebus,quæ in totum excedant ualorem librarũ quinquaginta bonæ monetæ, Tunc furcis laqueo suspẽdatur, ita q̃ moriatur. Si uero res furatæ minoris essent æstimationis puniatur ad arbitrium Iudicis,qui possit pœnam,quam Voluerit,imponere, Dũmodo ad mortem nequeat condẽnare. Verum si qua persona diuersis Temporibus trina uice furtum cõmiserit, Tunc si omnes res in omnibus tribus uicibus furatæ sint æstimationis librarum.xxx.bonæ monetæ,uel abinde supra,Tunc furcis laqueo suspẽdatur,ita q̃ moriatur. Sed si res furatæ minoris essent æstimationis, Tunc arbitrio Iudicis puniatur, dũtamen pœna mortis non possit imponi. Si quis autem ultra trinam uicẽ furtum cõmiserit,Tunc non attendatur ratio alicuius æstimationis,sed tanq̃ famosus,& consuetus fur furcis laqueo suspendatur,ita q̃ moriatur. Et in omnibus, & singulis dictis casibus in præsenti Cap.comprehensis,Semper fur condẽnetur ad restitutionem rerum furatarum in duplum. Et non intelligatur fur aliquis,qui esset de familia Domini,uel possessoris rerum furatarũ, Si sibi sit in aliquo gradu cõsanguinitatis,uel affinitatis cõiunctus,etiam si cõtra Domini uoluntatẽ rem aliquam cõtractauerit,Sed talis de familia,qui rem aliquam contractauerit corrigatur,& uerberetur, & in carceribus detineatur,ad uoluntatem Domini rerum furatarum. Strafigitores autem id

est effractores,qui causa furandi transfixerint,uel effixerint, siue furati fuerint,uel nō furati fuerint,furcis laqueo suspendantur,ita ꝙ moriantur. Et in quolibet dictorum casuum debeat talis transfigitor,seu effractor condēnari dānum passo ad refectionem damni in duplum intelligēdo in prædictis,ꝙ aliquis, qui esset de familia Domini, uel possessoris,uel conductoris domus, uel apothecæ effractę coniunctus dicto Domino,uel possessori,uel conductori in aliquo gradu cōsanguinitatis, uel affinitatis,dictis pœnis nō intelligatur obnoxius,sed debeat castigari,uel in carceribus detineri ad uoluntatem Domini, uel possessoris, seu conductoris domus, uel apothecæ trāsfictæ. Et omnia,quæ de effractoribus furantibus,uel nō furantibus,supra statuta sunt,uendicent sibi locum contra illos,qui cum Grimaldellis, uel clauibus hostia aperuerint,et domos intrauerint,et furati fuerint, uel nō fuerint furati, et contra illos, qui cum scalis portatilibus per fenestras, uel aliunde domos intrauerint,et furati fuerint,uel nō furati fuerint,referēdo singula singulis. Insuper statutum sit,et esse intelligatur,ꝙ quicunq; furati fuerint aliqua bona,seu mercātias in magazenis,et in plagea Viaregii,seu Motronis,uel in aliquo ipsorum locorum,Dominus Lucensis Prætor Teneatur,et debeat sub pœna Ducatorum centum, intra tres dies proximos futuros a die cōmissiōis Magnificorum Dominorum Antianorum, citari fecisse per publicum præconem per loca consueta ciuitatis lucen. omnes,& singulos delinquentes declaratos per præfatos Magnificos Dominos Antianos,cōstituendo,et assignādo tempus, et terminum ad personaliter comparendum dierum decem,tunc proxime futurorum, alias non comparendo statim procedi debeat per ipsum Pretorem cōtra ipsos delinquentes,ut supra non comparentes ad pœnam furcarum,ita ꝙ moriatur, et cum talea Ducatorum uigintiquinque ultra alia præmia concessa per statuta Lucen. cōmunis illi,qui aliquem ex dictis bānitis interfecerit,uel uiuum præsentauerit in fortiam lucen.cōmunis. Cum declaratione,ꝙ si aliquis ex dictis bānitis alium similiter bānitum interfecerit, uel ut supra præsentauerit, sit ipso iure liber a dicto suo banno, et consequatur etiam dictum præmium Ducatorum uigintiquinque de publicis pecuniis lucen. cōmunis,& prout etiam Dispositū est supra ī statuto sub Rubrica De præmio concesso officialibus lucen. cōmunis,seu alteri cuicunq; personæ capientibus,seu occidētibus bannitos ad mortem,ex eo quod furati fuerint res,uel mercantias in Magazenis,& in plagea Viareggii, & casu quo aliquis præfatorum citandorum compareret in termino suprascripto,Detineri debeat personaliter ut bene intelligatur,& intelligi possit an deliquerit nec ne.

De pœna Receptantium res furatas,uel Dantium furi Auxilium,uel Fauorem. Cap.XCVI.

ET nulla persona audeat,uel præsumat sciēter alicui furi opem,uel ministerium

sterium præbere,uel auxiliũ,seu consilium,uel fauorẽ dare,seu ferramenta ad hostium frangendum,uel scalas ad ascendendũ, uel aliud ad furãdum auxiliũ quomodolibet dare, uel res furatas scienter recipere,uel custodire, si qua uero persona in aliquo cõtrafecerit,puniatur in libris centum,uel ab inde supra usq; in libras ducentas arbitrio Iudicis,considerata conditione personæ,& qualitate delicti,& condemnetur damnum passo ad restitutionem rerum furatarum. Et si qua persona bina uice,seu amplius,dicta maleficia,aut eorum aliquod cõmiserit ultra dictas pœnas a ciuitate Lucen.& eius territorio perpetuo relegetur.

De pœna cõmittentis Sacrilegium. Cap.XCVII.

TRactantes pœnam secūdi atrocis criminis,Statuimus,ꝙ si qua persona scienter,& dolose rem sacram de loco sacro,uel de ecclesia, uel de sacristia,uel de loco in quo res sacræ cõseruari,seu custodiri consueuerint furatus fuerit,crimen sacrilegii cõmisisse intelligatur,& furcis laqueo suspendatur,ita ꝙ moriatur. Verum si quis rem aliquam non sacram, sed ad diuinũ usum deputatũ, ueluti Turribulũ, Crucẽ, Missale, Antiphonariũ,Breuiarium,siue altariũ ornamenta, seu sacerdotalia paramenta,uel aliam rem prædictis similem ad diuinum cultum, uel usum quomodolibet deputatã de loco sacro,uel sacristia, uel de loco in quo talia consueuerint conseruari, seu de ecclesia dolose surripuerit,furcis laqueo suspẽdatur,ita ꝙ moriatur. Verum si quis rem sacram de loco non sacro,seu non de loco in quo res sacræ,seu ad diuinum cultum deputatę conseruari consueuerint,Sed de alio quocunq; loco surripuerit,furtum cõmisisse intelligatur,& pœna furti per statuta ordinata dãnetur. Et similiter si quis rem nõ sacram nec ad Dei, uel sanctorum cultum deputatum,de loco sacro, uel de alio quocunq; abstulerit,seu surripuerit,furtum cõmisisse intelligatur, & pœna furti per statuta ordinata uendicet sibi locum.

De pœna Hæreticorum,& Scismaticorum. Cap. XCVIII.

TErtii delicti de numero atrocium poenam Declarantes, Statuimus,ꝙ omnes,& singuli officiales Lucen.ciuitatis, tam habitantes in ciuitate,q̃ in districtu,habentes merum imperium Gladii potestatem, Teneantur seruare uinculo iuramenti cõstitutiones traditas per fęlicis recordationis Clementem Papam quintum contra hæreticos utriusq; sexus , & alios sacros canones de materia loquentes. Et quia Reipublicæ interest,ꝙ hæretici,& scismatici tanq̃ membrum putridum abscindantur. Ideo Statuimus , ꝙ omnes,& singuli officiales Lucen.ciuitatis,tam habitãtes in ciuitate,q̃ in districtu idifferenter teneantur,et debeãt expellere,et expelli facere de ciuitate

Lucen. et eius districtu, et comitatu oẽs, & singulos hæreticos, Gazzaros, patarenos, & scismaticos utriusq; sexus, & eorum bona debeant confiscari. Et pro his, quę ad fidei defensionẽ pertinent, & cõfusionem hęreticorum, & scismaticorũ respiciant, Teneantur oẽs, & singuli officiales ꝑbere, & dare famulos, & familiã, & quodlibet aliud auxilium, & fauorẽ brachii secularis Dño Lucen. Episcopo, & oibus inquisitoribus hęreticæ prauitatis. Et ĩsuper Disponimus ꝙ quilibet officialis, qui ĩ ciuitate, uel comitatu, uel districtu Lucen. habet, uel habebit merũ imperiũ, & Gladii potestatẽ, possit cõtra hęreticos, & scismaticos ad pœnã mortis ĩponẽdã ꝓcedere cũ publicatione bonorũ, put, & quatenus permittunt, & Disponũt canonicæ sanctiones.

De pœna Adulterii. Cap. XCIX.

QVarti delicti inter atrocia crimina numerati pœna ordinantes, Statuimus, ꝙ quicunq; cõmiserit adulterium cognoscẽdo semel, uel plures carnaliter uxorem alicuius Lucen. ciuis, uel desponsatã per uerba de ꝑsenti alicui ciui lucen. si fuerit cõtra uolũtatẽ mulieris capite puniatur, ita ꝙ moriatur. Si uero cũ uolũtate mulieris puniaẽ ĩ libris tercẽtis, & stare debeat in exilio uno anno. Si uero adulteriũ cõmissum semel, uel pluries, fuerit cõmissum ĩ domo habitationis adulteri, muliere uolẽte, Tunc ipse adulteriũ cõmittens puniatur in libris centũ, uel abinde supra usq; ĩ tercentis, cõsideratis cõditionibus personarũ. Et si quis uiolẽter rapuerit aliquã uxorem alicuius ciuis Lucen. uel per uerba de ꝑsenti despõsatã, causa adulteriũ cõmittendi, pœna capitis puniatur, siue eam carnaliter cognouerit, siue nõ. Si uero aliquã mulierẽ uxorem alicuius lucen. ciuis, uel desponsatã per uerba de ꝑsenti alicui lucen. ciui, uolentẽ occultauerit, uel duxerit extra ciuitatem lucen. & eius districtũ causa adulteriũ cõmittẽdi, puniaẽ in libris tercẽtis, & stare debeat in exilio uno anno, siue eam carnaliter cognouerit, siue non. Si quis uero cõmiserit adulteriũ, cognoscendo carnaliter uxorem alicuius foretani, seu ꝑrensis, seu desponsatã per uerba de præsenti alicui foretano, uel forensi, si fuerit cõtra uolũtatem ipsius mulieris puniatur pro qualibet uice in dicto casu in libris quinquaginta, uel ab inde supra usq; in libris mille arbitrio iudicantis, consideratis conditionibus personarum, & qualitate delicti. Et si fuerit cum uoluntate ipsius mulieris puniatur in libris ducentis, siue semel, siue pluries fuerit cõmissum. Et si adulterium cõmissum semel, uel pluries fuerit cõmissum in domo habitationis adulteri ipsa muliere uolente, puniatur delinquẽs in libris quinquaginta. Et si quis rapuerit uiolenter uxorem alicuius foretani, uel forensis, uel desponsatam per uerba de præsenti alicui foretano, uel forẽsi causa adulterium cõmittendi, puniatur ĩ libris quingentis, uel ab inde supra usq; in lib. mille arbitrio Iudicis consideratis cõditionibus personarum, & qualitate delicti. Si uero aliquis

quácũq;

quācunq; mulierem uxorem alicuius foretani,uel forensis ipsa muliere uolēte, & cōsentiente extra ciuitatē,& districtum lucen.occultauerit,uel duxerit,causa eam carnaliter cognoscendi puniatur in libris centum quīquaginta,siue eam carnaliter cognouerit,siue non. Et quicunq; dederit dolose alicui raptori auxilium,uel fauorem,uel opem, puniatur eadem pęna sicut raptor,siue talis mulier fuerit uxor ciuis,siue foretani,siue forensis. Et cōdēnato,uel bannito adultero intelligatur probatum contra mulierem,quo ad hoc ut maritus,seu sponsus possit impune suam uxorem,& sponsam castigare,corrigere,uerberare,& in carcerem retinere suo arbitrio ubicūq;,dūmodo eam nō occidat.Cōfessio tamen,uel condēnatio,uel bannū adulteri non præiudicet mulieri, quo ad hoc ut ipsa de adulterio puniri possit,uel torqueri. Mulier autē cum qua quis adulteriū perpetrauerit nō possit de adulterio accusari,nisi solūmodo accusante marito,& eo casu,si de adulterio fuerit conuicta, condēnetur in amissione dotis,& cedat lucro mariti, ac etiam si maritus,uel sponsus uoluerit a ciuitate lucen.& eius territorio, relegetur annis tribus, quibus pendentibus cōtra uoluntatē mariti, uel sponsi, redire nequeat ullo modo, & hoc si dictum adulteriū fuerit cum uolūtate, & cōsensu ipsius mulieris cōmissum. Si uero cōtra uoluntatem ipsius mulieris,Tunc ipsa mulier nullā prorsus pœnā patiatur. Et omnia,& singula in præsenti capitulo cōprehensa, locū habeant si dicta delicta cōmittantur in ciuitate lucen.uel eius comitatu,& districtu.

De pœna Cōmittentis Incestum. Cap. C.

ET quicunq; dolose,& scienter cōmiserit incestum carnaliter cognoscendo aliquā mulierem sibi cōsanguineam,nuptam,siue solutam, cum qua matrimonium ratione cōsanguinitatis cōtrahere non liceret, quia esset de casibus in quibus a lege diuina prohibetur matrimoniū cōtrahi, capite puniatur. Et talis Mulier si fuerit uolens,& consentiens etiā capite puniatur, & si fuerit inuita nullam poenā patiatur. Si uero aliquā aliam mulierē sibi consanguineam,idest agnatam,uel cognatam,uel affinem,nuptam, siue solutam,cum qua aut ratione consanguinitatis, uel affinitatis, uel cognationis,uel aliam mulierem cum qua propter iustitiam publicæ honestatis matrimonium contrahere nō liceret,scienter, & dolose carnaliter cognouerit, semel,uel pluries. Si dicta mulier fuerit nupta,uel desponsata per uerba de præsenti, puniatur uir in duplum poenæ impositæ pro adulterio. Mulier autem puniatur poena sibi pro adulterio statuta.Si uero Talis Mulier esset uirgo,uel pro uirgine habita,uel uidua, puniatur uir ī duplum poenæ,quę pro stupro imponitur,Mulier uero castigari,& uerberari,& carcerari possit, prout infra pro stupro statutū est. Et pdicta uera sint si mulier fuerit uolens, sed si fuerit inuita nullam poenam patiatur. Si quis autem incestum commiserit cum ea,quam ignorabat esse suam cōsanguineam,uel affinem,

uel talem, ꝙ propter iustitiam publicæ honestatis matrimonium contrahere non posset cum eadem, Tunc si talis mulier fuerit nupta, uel desponsata per uerba de præsenti, uendicet sibi locum pœna adulterii. Si uero talis mulier esset uirgo, uel pro uirgine habita, uel uidua puniatur de stupro. Et hęc locum habeant si ignorantia nō sit crassa, uel supina.

De pœna Rapientis, seu carnaliter cognoscentis aliquam Monialem. Cap. CI.

ET si quis carnaliter cognouerit, seu rapuerit aliquam Monialem, siue inuitam, siue uolentem, seu ad actum facti proximum peruenerit, licet non sequatur effectus, si per eum non steterit quominus delictum consumaret, capite puniatur, ita ꝙ moriatur, & eius bona applicentur monasterio in quo talis Monialis esset professa, tacite, uel expresse. Salua tamen legitima filiorum, & filiarum, & descendentium. Et de hoc possit etiam procedi non solum per accusationem. Sed etiam per inquisitionem, non obstāte statuto supra posito, sub Rubrica De procedendo contra delinquentes.

De pœna Committentis Stuprum. Cap. CII.

SI quis rapuerit animo carnaliter cognoscendi, siue cognouerit, siue non, seu si aliter q̄ rapiendo carnaliter cognouerit aliquam ciuem Lucen. uirginem, seu quæ pro uirgine haberetur inuitam, capite puniatur, ita ꝙ moriatur, siue talis mulier fuerit pubes, siue impubes. Et dicta pœna non uendicet sibi locum, si talis stuprator, seu raptor, matrimonium contraheret cū eadem cum uoluntate duorum proximorum propinquorum ipsius mulieris, quo casu dotem dictæ mulieri constituere teneatur ad uolūtatem Iudicis, consideratis facultatibus suis, & conditione mulieris, & in dicto casu dicta pœna capitis non uendicet sibi locum, sed absoluatur diffinitiue. Vbi uero matrimoniū prædictum non cōtraheret, uel dotem ut dictum est nō cōstitueret, etiā si per eum nō staret, quominus dictum matrimonium cōtraheret, & dotem constitueret, sed staret per mulierem, uel per eius proximiores, pœna prædicta capitis nihilominus uendicet sibi locum. Si autem aliquis carnaliter cognouerit semel, uel pluries, seu extra ciuitatem Lucen. seu eius territorium duxerit, aliquam mulierem Lucensem ciuem uirginem, seu quæ pro uirgine haberetur, puberem, uel impuberem, uolentem, & consentientem, causa eam carnaliter cognoscendi, puniatur in libris quingentis, & tribus annis relegetur, & dicta pœna non uendicet sibi locum. Si taliter delinquens matrimonium contraheret cum eadem de uoluntate duorum proximorum propinquorum dictæ mulieris, quo casu dotem dictæ mulieri constituere teneatur ad arbitrium iudicantis, consideratis facultatibus suis, & conditione mulieris, & in hoc casu dicta pœna non uendicet sibi

dicet sibi locum, sed absoluatur diffinitiue. Vbi uero matrimoniũ nõ contraheret, uel dotem, ut dictum est non cõstitueret, etiã si per eum non staret quominus dictum matrimoniũ cõtrahatur, & dotem constitueret, sed staret per mulierem, uel per eius proximiores, pœna prædicta quingẽtarum librarũ, & exilii nihilominus imponatur, Et dicto casu si dictũ stuprum cõmissum semel, uel pluries fuerit cõmissum in domo stupratoris, tũc dictus stuprator puniatur in lib. ducentis. Et prædicta uendicẽt sibi locũ, Nisi talis uirgo fuerit uilis, & abiectæ cõditionis, quæ per ciuitatẽ sola incedere cõsueuerit, & cum alio moretur pro famula, uel seruitiali, Tunc enim pœnæ p̃dictæ nõ uendicent sibi locum, sed puniatur talis stuprator per uim, seu raptor in libris ducentis, & condẽnetur ad dandũ dictæ mulieri libras centũ. Si uero dicta mulier uirgo uilis, & abiectæ cõditionis, seu quæ pro uirgine haberetur fuerit uolẽs, & cõsentiens, puniatur stuprator in lib. centũ. Si uero dicta mulier carnaliter cognita nõ esset uirgo, uel pro uirgine nõ haberetur, tunc talis delinquens puniatur prout cõtinetur infra in statuto posito sub Rubrica De pœna carnaliter cognoscẽtis seruitialem alterius. Si quis autem cognouerit carnaliter, seu rapuerit aliquam uiduã, uel aliquã mulierem solutam nõ uirginem bonæ cõditionis, & famæ, & honeste uiuentem, si talis mulier fuerit inuita, & ciuis Lucen. talis stuprator, seu raptor capite puniatur, ita q moriatur, & condẽnetur dictæ mulieri in lib. tercentis. Si uero talis mulier fuerit uolens, & cõsentiens, puniatur talis stuprator, siue semel, siue pluries cognouerit, & dictus raptor, siue cognouerit, siue non, in libris quadringentis. Si uero dictum delictum esset cõmissum in domo habitationis stupratoris, Tunc ipse stuprator puniatur in lib. cẽtum. Et in omnibus suprascriptis casibus mulier ciuis lucen. quæ uolens stuprata fuerit, seu rapta, siue fuerit uidua, uel uirgo, uel pro uirgine habita, condẽnari nõ possit, sed liceat parentibus, uel fratribus talis mulieris ipsam castigare, corrigere, & uerberare, et in carcerem retinere, eorum arbitrio ubicũq;, dũmodo eam non occidant. Si uero talis mulier fuerit foretana, uel forensis, si fuerit inuita puniatur talis raptor, seu stuprator in libris quingentis, et cõdẽnetur eidẽ mulieri ĩ libris ducẽtis. Et si talis mulier fuerit uolens, uel cõsentiens puniatur idem raptor, seu stuprator in libris ducentis. Si autem dictũ stuprum fuerit cõmissum in domo stupratoris, Tunc ipse stuprum cõmittẽs puniatur in libris quinquaginta. Et in supradictis casibus ubi foretana, uel forensis fuerit consentiens, castigari, carcerari, et uerberari possit, prout supra de muliere ciue statutum est. Et semper in quolibet dictorum casuum, ubi de raptu fecimus mentionem, licet rapina non fuerit secuta, puniatur affectus, si deuentum fuerit ad actum facti proximum, et per se non steterit quominus raptum consumaret. Et quicunque raptori dederit opem, auxilium, uel fauorem, puniatur eadem pœna, qua raptor puniri debet, prout supra in quolibet suo casu declaratum est. Et omnes, et singulæ suprascriptæ pœnę cessent, ubi raptores, uel stupratores cũ dictis mulieribus cõ-

trahetent matrimonũ,cum cõsensu dictorũ propinquorũ,et dotem consti tuerẽt, et omnia alia quę,et prout supra ĩ principio statuti disponuntur uẽ dicent sibi locum quatenus hic adaptari possunt.

De pœna Rapientis,seu carnaliter cognoscentis seruam alterius. Cap. CIII.

STatuimus,et Ordinamus,ꝙ quicunqȝ rapuerit animo carnaliter cognoscendi Sclauam alicuius personæ puniatur in libris ducẽtis, et condẽnetur ad restituendũ Domino ꝓcium dictæ Sclauę in triplum. Et quæcũqȝ persona causam cõmiserit propter quam aliqua Sclaua fugiat a suo Domino, puniatur ĩ libris centũ,& condẽnetur ad soluẽdum Dño ꝓcium ipsius Sclauæ in duplum,& in casu solutionis dicti pręcii duplicati,Sclaua sibi applicetur facta dicta solutione dupli. Et quicũqȝ sclauam alterius carnaliter cognouerit,semel,uel plures,puniatur in libris centum,& condemnetur ad emendum dictam sclauam, si eam Dominus uendere uoluerit, pro duplo pręcii quo Dominus eam emisset. Et in quolibet dictorum casuũ de æstimatione,& pręcio sclauę,& de carnali cognitione,& ꝙ quis causam cõmiserit,quare sclaua aufugerit, & de raptu, stet̃,& credatur iuramẽto Domini, si fuerit bonæ cõditionis,& famæ,qui uerisimiliter nõ procederet ad iurandum sine iusta, & uera causa, de quo stetur arbitrio iudicantis, qui possit se extraiudicialiter,& sine scripris de conditione,& fama dicti Domini informare,& iuramentum admittere,uel nõ admittere,prout suæ discretioni,siue cõscientiæ uidebitur. Et intelligatur Dominus,qui ipsam sclauam pro sclaua,& serua teneret,uel qui esset ĩ quasi possessione dictæ sclauæ. Et quęcũqȝ persona aliquã rem receperit,ab aliqua sclaua,uel ab alia quacunqȝ seruitiali,quã ipsa sclaua,uel seruitialis no daret de uoluntate Domini,uel Dominæ suæ,puniatur in libris,xxv. pro qualibet uice,& ad restitutionem receptarum rerum in duplum faciendum Domino,uel Dominæ dictæ sclauæ,uel seruitialis,uel earum æstimationem duplicatam,de qua æstimatione,& rerum receptione stetur,& credatur iuramento Domini,uel Dominę dictæ sclauæ,& seruitialis si fuerit bonæ cõditionis,& famæ,& in omnibus, & per omnia iudicetur,prout fuit dictum in casu proxime præcedenti. Et de prædictis , & quolibet prædictorũ possit procedi tam per accusam,q̃ per denunciã,quæ fierent per Dominum,seu Dominam,seu eum, uel eam,qui, seu quæ,pro Domino,seu Domina dictæ sclauæ haberetur,uel per eũ , uel eam,qui,uel quæ dictam seruitialem in domo teneret.

De pœna carnaliter cognoscentis Seruitialem alterius. Cap. CIIII.

ET quicunqȝ carnaliter cognouerit aliquam Cõcubinam,seu seruitialem alicuius,non uirginem nuttam,puniatur in lib.centum, uel ultra usqȝ in ducentas

ducentas arbitrio Iudicis,considerata conditione personæ,et qualitate delicti. Si uero ipsa fuerit consentiens, Tunc ipsam talem mulierem carnaliter cognoscens semel,uel pluries,puniatur in libris quinquaginta. Si uero conatus fuerit eam carnaliter cognoscere,licet eã non cognouerit,sed ad actũ facti proximũ deuenerit,puniatur in libris quinquaginta. Et si dictum delictũ esset cõmissum in domo habitationis personæ delinquentis,puniatur quilibet taliter delinquens in suo casu in dimidia suprascriptarum poenarum pecuniariarũ. Et de tali crimine cognosci non possit,nisi tantũmodo per accusam,ad quã accusationẽ solũmodo admittatur illę personæ de quibus fit mẽtio supra in statuto posito sub Rubri. De procedẽdo cõtra delinquentes. Cõcedimus enĩ Dño,uel Dñæ domus,seu patrifamilias,seu matrifamilias,cũ quibus cõcubina,seu seruitialis moraret̃,potestatẽ accusandi de supradictis delictis cõmissis ĩ pſonã,siue seruitialis,siue cõcubinæ.

De poena intrantiũ Domum alterius occulte,et dolose causa cõmittendi Adulteriũ,uel Stuprum,uel aliud Delictũ. Cap.CV.

STatuimus,ꝙ quicunq; intrauerit Domũ alicuius,pro iacendo cũ aliqua Sclaua,uel Seruitiali,uel Cõcubina,puniatur in libris cẽtum, si delictum non sit cõsumatum, si uero delictum fuerit cõsumatum, Tunc uẽdicet sibi locum in suo casu poena supra per formam duorum proxime præcedentiũ Cap. Statuta, & Ordinata . Et ꝙ quis intrauerit domũ alterius causa iacendi cum sclaua,uel cõcubina,uel seruitiali, & in dicta domo cõsumauerit,uel non cõsumauerit delictum,stetur iuramẽto Domini sclauæ, uel Domini domus,cum quo seruitialis,uel concubina moratur,si fuerit bonæ cõditionis,& famæ,de quo Iudex possit se informare, & procedere in omnibus,& per omnia,prout fuit dictum supra De poena rapiẽtis,uel carnaliter cognoscentis seruam alienam. Sed si occulte intrauerit domũ alterius,causa aliquem offendendi,uel aliud quodcũq; delictum cõmittendi,uel ex alia quacunq; illicita causa,Tunc Iudex competens ad petitionẽ habitatoris domus,possit uiribus sui officii inquirere, & inuestigare causam propter quam in domum intrauerit,& se succelauerit ĩ eadem. Et propterea possit ad tormenta procedere etiam non præcedentibus aliis indiciis,& secundũ ꝙ inuenerit,causa sui ingressus ponderata,& cõsideratis pſumptionibus,& coniecturis, possit eum punire ĩponẽdo poenas in ęre,uel in corpus,uel etiam ad mortem,prout rei qualitas requireret. Et si inuenerit eum intrasse domũ pro cõmittẽdo crimen adulterii,incestus, uel stupri cum alia q̃ cum sclaua, uel cõcubina,uel seruitiali, & deuentum fuerit ad actum facti proximum, puniatur,ac si maleficium cõsumasset,imponendo poenas,quę pro tali delicto secundũ formã statutorũ imponendæ uenirent. Et quicũq; se occultauerit ĩ domo alterius ex quacũq; causa illicita , Volumus ꝙ possit ĩpune offendi etiam usq; ad mortem exclusiue. Ac etiam capi,& q̃ cito cõmode

potuerit præsentari Iudici competenti. Et prædicta intelligantur de illo, qui intrauerit domũ alterius absq; fractura hosthi. Si autem intrauerit frã gendo hosthum, uel fenestras Tũc si igressus fuerit causa furandi, puniatur secundũ formam statuti De pœna furum, & strafigitorũ domorũ, & apothecarum. Si uero itrauerit animo cõmittẽdi stuprum, uel adulteriũ cum aliqua muliere ciue Lucen. uel nupta, aut desponsata per uerba de præsenti ciui lucen. uel cum aliqua uirgine, uel uidua ciue lucen. quæ mulieres supra scriptæ sint bonæ conditionis, & famæ, in dictis casibus, siue delictum fuerit consumatũ, siue non, capite puniatur, ita quod moriatur. Si autem fuerit ingressus frangendo hosthũ, uel fenestras, ut supra ex alia quacunq; causa, Tunc & in dictum casum puniatur in libris quingentis bonæ monetæ, & ab inde supra usq; in mille arbitrio iudicantis, & ultra etiam in pœnã exilii more discolorum per annos tres, & prædicta ultra alias poenas in suis casibus, ut supra impositas.

De pœna Coniugati tenentis Amasiam, uel Concubinam. Cap. CVI.

ET si qua persona habens Vxorem tenuerit in domo, uel capãna, in qua cum sua uxore habitat, & moretur, aliquam Amasiam, uel Concubinã, uel derelicta uxore tenuerit aliquam Amasiam, uel Concubinam ĩ domo suæ habitationis, puniatur in libris centum. Si uero aliquis haberet uxorẽ tenuerit amasiam, uel cõcubinam extra domum suę habitatiõis, puniatur si fuerit ciuis lucen. in libris quinquaginta. Et in quolibet dictorum casuũ ipsa concubina expellatur de ciuitate lucen. & eius districtu. Et nisi exiuerit de lucen. territorio per ciuitatem lucen. publice fustigetur, & nihilominus expellatur. Nulli tamen officiali Concedimus licentiam in hoc casu procedẽdi per inquisitionem, uel ad denũciam, uel accusationem alicuius, Nec aliquis denũciator, uel accusator admittatur, exceptis patre, fratre, siue filio eius, qui dictam cõcubinã diceretur retinere. Ad quorũ, uel alterius ipsorũ denunciã, siue accusam possit, et teneatur procedere, et delinquẽtes punire.

De pœna Sodomitarum. Cap. CVII.

ESt & aliud detestabile genus stupri, quod contra naturam in masculum exerceri dicitur, quod Sodomiam appellant, cõtra quod crimen armantur iura, quare seuerissime procedere intendimus, Idcirco Statuimus, & Ordinamus q; ciues electi super uicio sodomitico, & ĩ posterũ eligendi per formã statutorũ a consilio. xxxvi. & eius consilii auctoritate. Auctoritatem omnem habeant, & baliam, quam habet cõsilium generale in inquirendo, inuestigando, & procedẽdo. Nec sint adstricti aliquibus legibus, uel statutis, sed procedere, ĩquirere, & inuestigare teneãtur, & debeãt, omni solẽnitate, & substãtialitate iuris, & statutorũ omissis, & put uidebiť eorũ discretioni ita ut liceat

ut liceat ipsi officio omnimodo atque uia, ut summaria ueritas habeatur.

Et propterea Statuimus, et Ordinamus, quod quaecunque persona cuiuscunque gradus, sexus, & cōditionis existat, etiā si esset uilis, & abiecta persona ciuis Lucen. uel de comitatu, & districtu Lucen. oriūda, quę uitium sodomiticū, & contra naturam cōmiserit, quomodocūque, & qualitercūque, tam agendo, q̄ patiendo, & fuerit ętatis annorum .xviii. inclusiue, & abinde infra, quæ per prius nō peruenerit ad manus officii dictorum ciuium, uel alicuius alterius officialis lucen. cōmunis. Et peruenerit in noticiam, et ad manus dicti offi cii dictorum ciuium, et eis constet de delicto, et crimine cōmisso. Et de deli cto intelligatur cōstare, aut per cōfessionem inquisiti, uel per probationem factam ubi requireretur probatio, aut per cōtumaciam cōtractam per binā citationem, quæ cōtumacia habeatur, & sit pro uera cōfessione. Quæ cita tiones fieri possint tam per ipsos ciues, q̄ per officialē quem uoluerit, & cui cōmiserint, examinatio autem citandorum pertineat ad ipsos ciues, uel ad eum cui cōmiserint. Et Teneatur dictū officiū sub uinculo iuramēti quod iuramētum ipsi ciues teneātur præstare in principio eorum officii in mani bus Domini Vexilliferi iustitiæ, qui per tempora erit. Et sub florenorum quinquaginta auri in auro pro quolibet applicādorum cameræ lucen. cō munis, & per ipsos soluēdorum infra dies. xv. a die cognitę ueritatis ut su pra delicti cōmissi, dictum delinquētem ponere, & dimittere i manibus, et officio Domini lucen. Potestatis cū conditione delicti cōmissi si fuerit ciuis lucē. uel i manib. Capitanei comitatus si fuerit comitatinus. Qui Potestas, & Capitaneus in suo casu, Teneantur infra alios dies. xv. sub pœna floreno rum centum auri in auro pro quolibet applicandorum cameræ lucen. cō munis. In eorū Potestatis, & Capitanei præsentia in suo casu publice in sala lucen. Potestatis quādo ipse Potestas exequi sic haberet de die, & ianuis Pa latii apertis cedi, & percuti facere cum uerberibus coriorum super nates de tectas percutiēdo, et percuti faciēdo uerbera a. xxv. usque in quinquaginta se cundum qualitatem delicti, et personæ. Quādo autem Capitaneus exequi haberet contra comitatinum id facere, et fieri facere teneatur ut supra in al lodio custodiæ plateæ palam, & de die ut supra.

Et si aliqua psona cōditionis supradictæ atque ætatis Bis deuenerit ad ma nus dicti officii ciuiū, uel ad manus aliorū officialiū pro tali crimine, et deli cto cōmisso, Tunc dictum delinquētem ponere debeāt infra dictum tēpus post habitā, et cognitā ueritatē ut supra dictum est, et cōsignare puniēdum sub dicta pœna, et iuramēto in manib. et officio D. Potestatis lucē. uel Capi tanei comitatus cuilibet i suo casu ut supra. q Potestas, et Capitaneus sub dicta pęna florenorū centū auri i auro teneanť ifra terminū. xv. dierū ipsū cedi facere i locis ut supra uidelicet qlibet i loco supra declarato uerberib. quinquagita ut supra i proximo Cap. Et deinde ipsum poni facere i carce ribus saxi Lucen. cōmunis, in quibus detineri debeat, et inde eximi non possit ullo modo anno uno cōtinuo proxime secuturo.

Et si persona delinquens conditionis,et qualitatis suprascriptę maior annis.xviii.usq; ad ãnos.xxx.inclusiue tale delictum agendo,uel patiendo cõmiserit,et per prius nõ peruenerit ad manus dictorum ciuium,aut alicuius officialis lucen.cõmunis pro tali delicto cõmisso. Et deuenerit ĩ manus,et fortiã dicti officii ciuiũ Teneãtur dicti Ciues sub dicto iuramẽto, et pœna ĩfra.xv.dies ut supra post compertã,et habitam ueritatẽ,et cognito de delicto ut supra ĩ secundo Cap.declaratur.Ponere et mittere huiusmodi delinquẽtem ĩ manibus Domini Lucen.Potestatis,uel Capitanei ĩ suo casu,qui Potestas,et Capitaneus,et quilibet in suo casu Teneãtur infra .xv. dies sub pœna suprascripta eis imposita,ipsum delinquẽtem ĩ manibus eorum datũ cõdẽnare ĩ florenis quinquaginta auri ĩ auro soluẽdis cameræ lucen.cõis.

Et deinde ponere,et poni facere in carceribus lucen.cõmunis,et ibi personaliter Detineri quousq; dictam condẽnationẽ soluerit,et inde relaxari nõ possit aliquo modo. Et post ipsam condẽnationem solutã stare debeat personaliter detentus in dictis carceribus anno uno cõtinuo proxime secuturo,quo finito a dictis carceribus eximaẽ,et stare possit pro libito uolũtatis. Vbi autem secundo , et alias deuenisset talis persona delinquens ad manus officialium lucen.cõmunis,uel ipsorum ciuium pro dicto delicto cõmisso, et iterum ĩ manibus dicti offici deueniret.Teneãtur dicti ciues,et officium, sub ante dictis iuramẽto,et pœna,infra terminũ.xv.dierum post cognitam delicti ueritatem,Quæ constare ĩtelligatur ut supra in Cap.secundo dicẽ, ponere in manibus dictorum Potestatis,et Capitanei in suo casu,Qui Potestas,et Capitaneus singula singulis referẽdo. Teneanẽ ĩfra alios.xv.dies sub pœna supra eis,et cuilibet eorum imposita,ipsum delinquẽtem condẽnare in florenis centum auri in auro soluendis cameę lucen.cõmunis. Et ponere,et poni facere in carceribus Saxi lucen.cõmunis, & ibi personaliter detineri quousq; dictã condẽnationẽ soluerit, & inde relaxari nõ possit aliquo modo. Et post dictã condẽnationẽ solutam etiam stare debeat ĩ dictis carceribus personaliter detentus annis duobus cõtinuis, quibus finitis a dictis carceribus eximatur,& stare possit pro libito uoluntatis. Hoc addito,& declarato q; si huiusmodi persona delinquens , qui secundo peruenerit ad manus dicti officii ut supra esset maior annis.xxv.tẽpore cõmissi delicti ultra pœnas supra declaratas,& ipsis firmis remanẽtibus,poni debeat immediate post latam sentẽtiam suprascriptam in quolibet suo casu ad Berlinas in platea Lucen.cõmunis ubi palam,& publice ligatus stare debeat,& teneri horis duabus cõtinuis post latam sententiam. Et tempore ferẽdæ sentẽtiæ dicti culpabiles conditionis,qualitatis,& ætatis suprascriptæ tam in primo, q̃ in secũdo casu cõperti,duci debeãt publice a carceribus Saxi Lucen.cõis ad plateam publicam,& ante palatium Domini Lucen.Potestatis, uel ante allodium custodię in casu Capitaneo comitatus pertinẽte,ad sentẽtiam audiendam hora tertiarum præcesso sono campanę in loco ubi de more proferunẽ sententiæ corporales. Vbi autem huiusmodi personæ delinquẽtes

ætatis

ætatis prædictæ,& qui maiores essent annis.xviii.usq ad annos.xxx.inclu siue tertio peruenirent ad manus dictorũ ciuiũ.Teneãtur dicti ciues sub pę na,& iuramẽto predictis ĩfra.xv.dies a die habitæ,& ĩtellectæ ueritatis deli cti cõmissi,& de eo cõstet ut supra ponere puniẽdum in manibus dicti Do mini Potestatis,& Capitanei in suo casu,qui infra tẽpus aliorum.xv.dierũ teneãtur sub pœna supra eis, & cuilibet eorum imposita cõdẽnare in pœna capitis,uel cremationis ignis,& sic effectualiter puniatur, & cõdẽnetur.

Et si persona delinquens cõditionis,& qualitatis suprascriptæ,maior an nis.xxx.usq ad annos quinquaginta inclusiue tale delictum cõmiserit,agẽ do,uel patiendo,& per prius non peruenerit ad manus dictorũ officialium ciuium,aut alterius cuiuscũq officialis lucen.cõis. Et pueneri ad manus dictorũ ciuiũ,Teneatur ipsum officiũ sub uinculo iuramẽti,& pœna supra ĩposita ꝓ quolibet eorũ ĩfra.xv.dies,postq̃ sibi cõstiterit de delicto q̃ cõsta re debeat ut supra ĩ secũdo cap.est dispositũ,ponere,& poni facere ĩ manib. Domini Lucen.Potestatis,uel Capitanei in suo casu,qui Potestas,& Capi taneus Teneãtur,& quilibet in suo casu sub pœna eis, et cuilibet eorũ supra ĩposita infra.xv. alios dies ꝓximos futuros ipsum delinquẽtem cõdẽnare ĩ florenis centũ auri ĩ auro applicãdis cameræ lucen.cõis.Et poni facere ad Berlinas publicas in platea lucen.cõis ĩmediate post latã sententiã hora ter tiarũ,Et ibi eũ publice tenere ligatũ horis duabus cõtinuis: Et deide poni facere in carceribus Saxi lucen.cõis ĩ quibus detineatꝰ psonaliter,& inde exi mi nõ possit donec dictã condẽnationẽ soluerit.Et insuper post dictã con dẽnationẽ solutã stare debeat,& sic condẽnetur ad standũ psonaliter detẽ tus ĩ dictis carceribus Saxi annis duobus cõtinuis ꝓxime futuris, quibus finitis,& nõ aliter a dictis carcerib.eximatur. Vbi uero secũdo talis delin quens tale delictũ cõmiserit,& ad manus dicti officii ciuium peruenerit,Te neatur ipsum officiũ sub dicto iuramento,& pœna eis ĩposita ĩfra.xv. dies, postq̃ eis cõstiterit de delicto modo quo supra in secundo Cap.est dictum.

Et tempore ferendę sententiæ seruentur,quæ supra in proximo Cap.di cta sunt,ponere in manibus dicti Potestatis,uel Capitanei in suo casu. Qui Potestas , & Capitaneus Teneantur sub pœna eis , & cuilibet eorum supra imposita ipsum delinquentem ĩfra alios quindecim dies condẽnare in pœ na capitis,uel cremationis ignis,& sic effectualiter condẽnetur, & puniatur.

Et si persona delinquens conditionis,& qualitatis suprascriptę fuerit ma ior annis quinquaginta,& tale delictum cõmiserit,& peruenerit ad manus officii dictorum ciuium, Teneãtur ipsi ciues infra dies uigintiquinque pro ximos , postquã eis constiterit de delicto modo quo supra in secũdo cap. est dictũ,sub pœna,& iuramẽto ut supra eis ĩposita, ponere ĩ manibus Dñi Lucen.Potestatis,uel Capitanei in suo casu, Qui Dominus Potestas,et Ca pitaneus Teneãtur infra alios dies.xv.cõtinuos sub pœna suprascripta eis,

et cuilibet eorum imposita ipsum delinquētem punire, et condēnare pœna capitis,uel crematiōis ignis,et sic effectualiter exequātur. Hoc etiā exp̄sse Declarato,ꝙ oēs illi qui reperirentur delinquentes in uitio suprascripto,et essent constituti in ætate annorum quadraginta, et ab inde supra,etiam ꝙ cōtra eos,et quēlibet eorum foret secuta condēnatio, et pœna ipsius delicti, nihilominus intelligantur,et sint priuati,et quilibet eorum itelligatur,et sit priuatus omnibus, et singulis Honoribus,Officiis,et Dignitatibus, etiā ad quæ,quos,et quas iā essent,seu reperirentur electi,siue electus,et electio ipsa nō ualeat,nec teneat,et perinde sit,ac si facta nō foret, Et officiū dictorum ciuiū, et ipsi ciues Teneātur,et Debeāt notare ī uachetta ppterea ordinata manu ipsorum ciuium propria de tēpore in tempus oēs illos,qui essent suprascriptæ ætatis reperti culpabiles ut supra,et ipsam Vachettā tradere cancellario reformationum Magnifici Lucen. cōis sub pœna ducatorū quinquaginta pro quolibet ipsorum ciuium,in quibus mitti debeant condēnati ad curiā exactorū,cōstita cōtrauentione ad declarationē Magnificorū D. Antianorū per tēpora existentiū ad hoc,ut ante extractionem fiendā Magnificorū D. Et Reformationē cōsiliorū,et officiorū tam honoris,q̄ utilitatis,possit per p̄fatum cancellarium procedi ad extractionē subrogati casu quo talis delinquēs de Antianis extraheretur,et ad ostendēdum de prohibitione casu quo ad p̄fata officia,seu cōsilia nominaref,sub pœna ipsi cancellario ducatorum centum nō exequenti ut supra pro qualibet uice.

Et si persona delinquens conditionis,et qualitatis suprascriptæ maior annis .xxv. cōmiserit uitium sodomiticum cōtra aliquā personā agendo,in quo actu sodomitico cōmitterētur fractio,et effusio sanguinis in patiēte semel,aut pluries.Et peruenerit ad manus,et officium dictorū ciuium,teneantur ipsi ciues talem delinquentem ponere in manibus Domini Lucen.Potestatis,uel Capitanei suprascripti in suo casu infra dies .xv. p̄ximos,postq̄ eis cōstiterit de delicto modo quo supra in secūdo Cap.dictū est, Qui Potestas,et Capitaneus in suo casu infra alios.xv.dies sub pœna eis supra imposita , et cuilibet eorū Teneātur ipsum delinquētem punire pœna capitis, uel cremationis ignis,et sic effectualiter exequatur. Quod suprascripti ciues facere teneantur sub uinculo iuramenti,et pœna prædicta.

Et q̄cunq; persona gradus,et cōditionis suprascriptæ,et cuiuscūq; ætatis, attētauerit, seu attētare præsumpserit aliquam personam uiolenter,dolose, blādis uerbis,minis,aut alio quouis modo,ut ipsam carnaliter modo sodomitico cognosceret,siue ad actum proximum deuenerit,siue non,et peruenerit ad manus dictorum ciuium,ipsi ciues Teneātur sub uinculo iuramenti,et poena p̄dicta infra dies.xv. postq̄ eis constiterit de delicto modo quo supra in secundo Cap.dictum est,ponere in manibus Domini lucen.Potestatis,uel Capitanei in suo casu puniendum,Qui Potestas,et Capitaneus,et quilibet in suo casu sub poena eis,et cuilibet eorum supra imposita teneantur infra

tur infra

tur infra.xv.alios dies huiusmodi delinquẽtem punire,et condẽnare ad arbitrium,et declarationem ipsorum ciuium usq; i florenos.xxv.auri i auro attenta qualitate,ætate,et conditione personæ,atq; delicti. Et poni debeat in carceribus Lucen.cõmunis, et nullo modo relaxari possit q̃ diu steterit ad soluendum condemnationem de eo factam.

Item Statuimus,et Ordinamus,qđ dictum officium ciuium,et ciues inuẽtis aliquibus receptatoribus in eorum domibus,apothecis, et aliis locis tam in ciuitate lucen.quam extra,propriis,uel conductis,ubi,et in quibus huiusmodi suprascripta delicta cõmitterentur,et fierent,et etiam aliquibus lenonibus,uel mezanis huiusmodi uitiorũ,ponere ipsum officium, et ciues possint,et debeant in manibus Domini Lucen.Potestatis, uel Capitanei in suo casu ipsos sic delinquentes infra.xv.dies,postq̃ eis cõstiterit de delicto modo quo supra in secũdo Cap.dictum est,sub iuramento,& poena prædicta. Qui Potestas,& Capitaneus Teneãtur infra alios.xv. dies sub poena eis,et cuilibet eorũ imposita,punire, & cõdẽnare huiusmodi deliquẽtes ad declarationẽ,et arbitriũ ipsorũ ciuiũ faciẽdã. Et sic exequi Teneãtur,& arbitriũ ipsorũ ciuiũ sit in puniẽdo tã in personã q̃ in pecuniã,seu etiã mixtim.

Et Statuimus,& Ordinamus,q officium dictorũ ciuium possit,et auctoritatem habeat tam secundum formam præsentium ordinum,et statutorũ, q̃ per eorum arbitrium,Quod eis in hac parte concessum intelligatur,& sit punire per se,uel alium cui cõmiserint usq; ad mortem iclusiue, Omnes,et singulos forẽses delinquẽtes culpabiles inuentos in uitio sodomitico prædicto,Qui quocũq; officio,uel dignitate præsentialiter tempore iuenti delicti i ciuitate lucen.eiusq; comitatu fortia,& districtu fungerẽtur,uel de proximo officium,aut dignitatem exercuerint,& fecerint. Et ille officialis cui cõmiserint puniẽdos ad ipsorum arbitrium exequi, & facere teneatur sub poena florenorum ducẽtorum auri in auro applicandorum cameræ lucen. cõmunis,& per ipsum officialem soluendorum. Ita tamen q in puniendo minorare non possint poenas præsentium statutorum,singula singulis referendo. Et idem intelligatur de ipsorum,et cuiuscũq; ipsorum familia.

Item Statuimus, et Ordinamus, q officium dictorum ciuium, et ipsi ciues auctoritatẽ habeant inquirendi,inuestigãdi,et procedendi contra quoscunq; forenses, qui in huiusmodi crimine per ipsos inuenirẽtur deliquisse. Et ipsam auctoritatem habeant,quam habet consilium generale, nec astricti sint legibus,uel statutis. Sed procedere,inquirere, et iuestigare possint, omni solẽnitate,et substantialitate iuris,et statutorum omissis, et prout uidebitur eorum discretioni. Et omnes inuentos culpabiles ponere debeãt, et teneantur in manibus Domini Lucen.Potestatis,uel Capitanei comitatus in suo casu sub uinculo iuramenti, et poena ut supra eis imposita infra dies quindecim postquam constiterit de delicto,et intelligatur constare ut supra in Cap.secundo dictum est.

Qui Poteſtas,& Capitaneus in ſuo caſu ſub pœna ſupraſcripta eis impoſita, & cuilibet eorum florenorum centum auri i auro pro quolibet Teneãtur infra alios dies.xv.poſtq̃ i manibus eorum habuerint,punire, & condẽnare eo modo,& forma,& prout,& qualiterſupra de ciuibus,& comitatuis Diſpoſitum eſt ſingula ſingulis referẽdo. Pœnas,& condẽnationes faciendo,& imponẽdo ſecũdum diuerſitatem delictorũ, & ætatis,ut ſupra dictũ eſt de ciuibus, & comitatuis, hoc addito in omnem caſum condẽnationis faciendæ,ſeu bãni proferẽdi,ꝙ ipſi forẽſes poſt omnem condẽnationẽ executam,& conditiones adimpletas debeant per ipſos D.Poteſtatem,& Capitaneum,& quẽlibet in ſuo caſu perpetuo relegari a ciuitate Lucen. eiuſq; comitatu,fortia,& diſtrictu,ſub pœna capitis,uel cremationis ignis.

In quam pœnam incurſi intelligantur, & ſint in caſu cõtrauentionis ſine alio proceſſu,& bãniti habeantur,& ſint a dicta ciuitate Lucen.comitatu, & diſtrictu,et fortia,ſub dicta pœna. Et in cõfiſcatione bonorũ omniũ cõdẽnetur i quolibet caſu camerę lucen.cõmunis , Salua legitima filiorum.

Item Statuimus, et Ordinamus,ꝙ ſi delinquẽtes in uitio ſupraſcripto nõ peruenirent in manus,et fortiam dicti officii ciuium,et ſe a ciuitate lucen. et eius iuriſdictione abſentauerit, Tũc dicti ciues,et officium notificare teneãtur huiuſmodi delinquentes abſentatos unum, uel plures D.Lucen.Poteſtati,uel Capitaneo in ſuo caſu cum cõditione delicti ĩfra dies .xv.pximos, poſtq̃ eis conſtiterit de delicto modo quo ſupra dictum eſt in ſecundo capitulo ſub pœna, et iuramento prædictis.

Qui Poteſtas,et Capitaneus in ſuo caſu Teneãtur ĩfra terminũ.xv.dierũ ſub pœna eis,et cuilibet eorũ ut ſupra impoſita,huiuſmodi delinquẽtem in pœnis ſupra declaratis cuilibet i caſu ſuo ſingula ſingulis referẽdo,bãnire, et in bãno ponere a ciuitate Lucen.eiuſq; comitatu,fortia,et diſtrictu.

Item Statuimus,et Ordinamus,ꝙ D.Lucen.Poteſtas ſecundum ſuam iuriſdictionẽ,et Capitaneus comitatus ſecũdum ſuã auctoritatẽ habeant baliam inquirendi,inueſtigandi,ac procedendi cõtra quoſcũq; delinquẽtes in dicto uitio ſodomitico cuiuſcũq; qualitatis,ſexus, et cõditionis,atq; ætatis exiſtẽt. Et cõtra quoſcũq; pcedere ordinario iudicio, et ſecundũ formã ſtatutorum Lucen.cõmunis,et ſecũdum auctoritatem, et ordinem ex forma ſtatutorum eis in maleficiis conceſſam,ſiue ſint ciues,ſiue forenſes,ſiue comitatini,et cuiuſcunq; qualitatis.

Et in procedẽdo ordinem iudiciarium ſeruare,et ſtatuta,et ordines ipſorum. In condẽnando aut puniẽdo,et bãniendo ſeruare debeant omnia,et ſingula ſtatuta præſentia,et in qualibet eorum parte,ſingula ſingulis referendo. Et prout per hæc ſtatuta,et ordinamẽta declaratum, et ſancitum eſt. Non obſtantibus aliquibus Statutis,Decretis,ſiue Ordinibus uſque in præſentem diem factis, quibus auctoritate præſentis ſtatuti expreſſe derogamus,et ipſa omnia Caſſamus.

Item

Item Statuimus,& Ordinamus,q̄ si delinquentes quomodocũq;,& qualitercunq; in uitio prædicto essent,ætatis annorum.xuii.& ab inde infra, sit in arbitrio ciuium suprascriptorum,ac officialium etiam ordinariorum forensium punire,corrigere,& absoluere prout,& qualiter eis uidebitur, attenta conditione personæ,ætate,& qualitate delicti.

Et quia immunitas accusantium, q̄plura delicta occulta demõstrat,& palam facit,Ideo Declaramus,& Volumus,q̄ dictum officium ciuiũ super dicto officio electorum,& qui in posterum eligẽtur possint cuicũq; accusanti, qui culpabilis esset in dicto uitio, tam agendo,q̄ patiendo aliquem reum,& culpabilem dicti uitii, Omnem pœnam in totum, uel in partem remittere, qui quomodocũq;,& qualitercũq; dictum uitium cõmisisset. Ita tamen q̄ dicto officio per antea non constasset de delinquente uno, uel pluribus, sic denunciato,uel accusato.

Et ubi etiam ad requisitionem,& interrogationem per dictos ciues faciendam,aliquis annorũ.xviii.et ab inde infra confiteret delictum, et cõreum notificaret,possint etiã dicti ciues,et officiũ ipsum, sic propalantem ab omni pœna,et punitione liberũ declarare,quã promereretur secundũ præsentia ordinamenta ĩ totum,uel in partem, prout ipsis ciuibus uisum fuerit, et placuerit. Et ubi talis denũcians,uel accusans,nõ esset in dicto uitio culpabilis,uel delinquẽs,possint dicti ciues tali denũciãti, et accusanti prouidere de denariis Lucen.cõis usq; in florenos decem monetæ pro qualibet uice.

Item Statuimus,et Ordinamus,q̄ a processibus,p̄ceptis, Grauaminibus, citationibus,inquisitionibus,et aliis quibuscũq; actis,qui,et quæ fierent per dictos ciues,et eorum officium.Necnõ a sentẽtiis,condẽnationibus,executionibus,tam pecuniariis,q̄ corporalibus,et relegatione,et bonorũ confiscatione,et aliis quibuscũq; Grauaminibus,qui; et quæ fierẽt per Dominũ Potestatem, et Capitaneum prædictum occasione suprascriptorũ processuũ dictorum ciuium,nõ possit appellari,querelari,nec de nullitate dici.Nec ad aliquem Iudicem,uel superiorem recursus haberi. Et Iudex appellationũ, et quilibet alius superior non possit,nec debeat aliquam appellationẽ,querelam nullitatis,aut recursum admittere. Et si admitterent nõ ualeat ipso iure. Et nihilominus talis Iudex,uel superior,qui admitteret icidat in pœnam florenorum ducentorũ auri ĩ auro cameræ lucen.aplicandorum. Et nihilominus Dominus Potestas,et Capitaneus comitatus,et quilibet ĩ suo casu Teneãtur exequi,et executioni mandare Omnẽ sententiã, et condẽnationem.Nõ obstante aliqua appellatione,querela,uel recursu, sub pœna florenorum ducẽtorum auri in auro aplicandorum Cameræ lucen. pro quolibet ipsorum,et qualibet uice.

Et cum facilitas Veniæ delictorũ p̄beat ĩcremẽtum. Statuimus,et ordinamus,q̄ si casus accideret p̄ aliquo tẽpore,aut modo,aliqua petitio,seu supplicatio suprascriptorũ sic delinquentiũ ĩ suo casu porrigeretur Magnificis Dominis Antianis, qui per tempora essent,pro aliqua gratia consequenda.

Aut aliter aliquo modo proposita proponenda uideretur ꝙ dicta petitio, aut proposita in cōsilijs lucen.cōmunis proponi, aut legi nō possit,nisi dicta petitio,aut huiusmodi proposita faciēda obtenta fuerit proponēda, uel legenda in dictis consiliis per integrum numerum decem pallottarum ad secretum scrutineum ipsorum Magnificorum Dominorum.

Et nisi oēs decem cōcordes fuerint in ipsa supplicatione legenda,uel proposita faciēda,sub uinculo iuramēti ipsorū Magnificorū Dominorū quod præstant in principio officii cuiuslibet collegii legi nō possit. Et ubi aliter legēda petitio proponeretur,& seu fieret proposita Dicti Magnifici Domini intelligantur,& sint incursi in pœnā florenorū.xxv.auri in auro pro quolibet ad opus Lucen.cōmunis,& nihilominus aliter admissa legi non possit, nec ipsa proposita fieri,nec super ea cōsuli,et quicquid fieret nō ualeat ipso iure. Et ubi de omnium Magnificorum Dominorum consensu procederet legi supplicatio,et proposita fieri possit ea tassa primo soluta quam forma statutorum soluendam Disponit.

Item Declaramus , et Volumus quod Dominus Potestas Lucen. et eius curia,et Capitaneus comitatus Teneātur,et Debeāt per se, et eorū familias præstare,et dare dicto officio ciuium ad omnem eorum requisitionem auxilium,et fauorem,pro eorum officio exercendo,et pro personaliter capiēdo,et detinendo,quoscunq; malefactores,et delinquentes in maleficio prædicto,et etiam captos tenere,et custodire ad omnem ipsorum ciuium uolūtatem. Et in casu quo sic non fecerint requisiti,incurrant,et incurrisse intelligantur, et sint, in pœnam florenorum centum auri in auro pro quolibet et qualibet uice ad utilitatem Lucen. cōmunis,de quo fauore nō præstito, et inobedientia, si cōtrafacerent stetur relationi,et dicto officij dictorum ciuium,cum ipsorum iuramento præstando in præsentia Magnificorū Dominorū,qui erunt per tēpora. Et oēs Nuncii lucen.cōmunis parere teneātur ipsi officio ciuium sub pœna librarū.x.pro quolibet,et qualibet uice.

Item Declaramus,et Volumus,ꝙ pro residētia,et administratione officii dictorū ciuium locus,et residentia esse debeat in palatio residentiæ Domini lucen.Potestatis in aliquo loco ab aliis segregato ,uel ī alio loco,quē ipsi ciues elegerint. Pro quo ordināndo expēdere possint usq; ī florenos .xxx. ad.xxxvi.et Magnifici Domini cum officio super itroitibus solui facere teneantur de denariis Lucen.cōmunis.

Et pro dicto officio exercendo,et in agendis,et scribendis examinibus,et cæteris scripturis fiēdis,Dictum Officiū,et Ciues possint eligere unū Cancellarium,uel coadiutorem cancellarium, seu quēcunq; alium notariū quē uoluerint, et electus teneatur ei seruire accepta competenti mercede secundum discretionē dicti officii sub pœna priuationis officii pro uno anno.

Et teneant̄ dicti officiales ciues,et officiū singula,hebdomada saltē semel publice cōgregari ī palatio Dñi lucen.Potestatis, uel ī alio loco p eos deputādo,et eligēdo, et ad eorū ꝑparatā residentiā pro eorū officio exercendo.

Et habere

Et habere debeant de denariis lucen. cõmunis pro illa una uice dũtaxat singulę hebdomadę bononenos duos pro quolibet,& quicunq; nõ uenerit incidat in pœnam bononenorum.vi.pro illa uice dictæ hebdomade.

Et de sessione,& congregatione prædicta, & de contumacia non uenien- tium, computum tenere debeat ille notarius, quẽ de suprascriptis elegerit, & ĩ fine dicti officii facta mẽtione de eo qđ unusquisq; habere debeat,& de eo qđ contrauenerit non ueniendo,solui unicuiq; debeat,qđ habere restaret de denariis lucen.cõmunis. Et nullus de non ueniendo excusetur,nisi per absentiam a ciuitate lucen.uel infirmitatem aut aliam iustam causam.

Et quia metu pœnę pluries cõtingit se a malis operib. abstinere,& ad hoc ut ĩ eorum officio exercendo ciues, qui per tempora ipsi officio sunt electi cõstantiores fiant, Ideo Statuimus,& Ordinamus,quod quicũq; per se,uel per alium aliquo modo iniuriam fecerit cuiuscunq; gradus,& conditionis existat,offenderetq; aliquẽ ex officialibus ciuibus sic electis quomodocũq; aut qualitercũq;, condẽnetur,& puniatur in eadem similiq; pœna secundũ genus offensæ qualiter,& quomodo dispositũ est sub statuto De pœna of- fendẽtiũ Dominũ Lucen. Potestatem, uel maiorẽ Sindicum Lucen.ciuita tis in libro,& uolumine præsenti statutorũ, & sic pariformiter ĩ horũ ciuiũ offensione in suo casu quilibet puniatur.Et hoc etiam ĩ offensione ubicũq;, & qualitercũq; fieret,puniri debeant,prout quilibet offendens Lucen. Potestatẽ punitur ĩ domibus,& residẽtia ipsorũ officialiũ,ita q̃ ĩdifferẽter ubi ta lis ciuis offenderetᷣ in illa pœna offendens puniatur,quę declarata est ĩ ipso statuto,quãdo in domibus officiales suprascripti offenderentur.

Et si quis minatus fuerit alicui ex dictis officialib. Teneatur quilibet mi- nans ad ipsius officialis petitionem fideiubere de ipsum non offendendo, de Florenis centum auri,& ultra usq; in quãcunq; summam,ad arbitrium Domini Lucen.Potestatis,de quibus minis factis stetur iuramẽto dicti of- ficialis. Et si quis ex dictis officialibus ciuibus fuerit offensus,uulneratus, uel percussus,clam & in abscondito, Ad reperiẽdam ueritatem offensionis factæ sufficiat iuramentum offensi quo ad ponẽdum inculpatum, uel suspe ctum ad torturam. Et Dominus Potestas,& quilibet alius officialis in suo casu,& secundum suam iurisdictionem, Teneatur credere iuramento dicti offensi,tam tempore officii,q̃ pro annis,& tempore infrascripto quo ad po nendum dictum suspectum,& inculpatum ad torturam. Et præsumatur semper offensiões huiusmodi procedere propter officium exercitatum per ipsos ciues,nisi per personam offendentem,& inculpatam in contrarium ex alia causa probaretur,ubi si ex alia causa factum probaretur puniri debeat talis delinquens secundum formam aliorum statutorum de maleficiis di- sponentium in similibus,& singulis casibus.

Et casu quo aliquis ex dictis officialibus iterficeretur, tam tempore dicti officii, q̃ postea,per tẽpus ĩfrascriptũ,Teneãtur Dominus Lucen.Potestas, & quilibet alius officialis,secundũ suam iurisdictionem inquirere de delin

quente etiam per coniecturas,et per omnem modum,qui uidebitur eorum discretioni,ita et taliter ut delinquēs íueniatur. Et possit de pecuniis lucen. cōmunis. Idem Potestas,et quilibet alius officialis pro reperienda ueritate una cum dicto officio ciuium, quod tunc esset,expendere usq; in summam florenorum centum auri pro homicida cōperiendo. Et præsens dispositio seruetur,et robur,& firmitatē habeat,nō solum durāte tēpore officii dictorū ciuium,sed etiam ultra,ānis quinq; cōtinuis proxime secuturis,post eorum depositum,& finitum officium. Quo tempore eorum officii,& etiā ipsis qninq; annis sequētibus si offenderentur præfati ciues conditiones in puniendo,& reliqua omnia,ut supra dictum est,seruentur & fiant,deposito eorum officio ut supra.

Decernētes ulterius,q cum multifariis,et multiplicibus,et inauditis modis præfatum uitium sodomiticum cōmittatur, qui difficulter specificari, et exprimi possunt,uel nominari,utpote masturbando,lambendo,fellādo, uel alus similibus modis. Ideo officium supraſcriptū ciuium per tempora existens,auctoritatē habeat puniendi,et condēnandi, seu puniri,et condēnari faciēdi dictos delinquētes,et quēlibet eorū ipsius officii,et ciuium arbitrio,cōsiderata qualitate personę,et modo,quo fuerit delictum cōmissum. Hoc expresse declarato, q ī pdictis delictis, et similibus,si delinquēs fuerit ętatis annorū quinquaginta,et abinde supra possit imponi pœna per dictū officium, uel alium,cui fuerit per dictum officium cōmissum, et ea exeqni usq; ad mortem inclusiue,remanentibus firmis cæteris supra Dispositis in omnibus, et singulis suis partibus, et specialiter super eo,qnod dictum est de immunitate non excedentium ętatem .xviii. annorum, et firmis etiam remanentibus aliis Decretis,et ordinibus super dicto uitio sodomitico factis ad tempus,pro tempore,et termino in dictis Decretis contento,contrarietate aliqua non obstante.

De pœna Lenocinii. Cap.CVIII.

POenam sexti criminis,inter atrocia computari ordinātes. Statuimus, q nulla persona cuiuscūq; cōditionis existat,audeat pro aliquo precio, uel pecunia,seu pro aliqua alia re sibi data,uel promissa operā dare q adulteriū,stuprū,uel icestus,quomodolibet cōmittatur. Et q nulla persona audeat,quomodocūq; lenocinium cōmittere,uel perpetrare. Si qua uero persona in aliquo contrafecerit, puniatur in libris centum, & a ciuitate lucen. perpetuo relegetur. Et si dictam condemnationem centum librarum non soluerit infra decem dies,fustigetur per ciuitatem lucensem,& perpetuo relegetur. Et omnes,& singuli officiales ciuitatis Lucen.& maxime habentes merum imperium, pro uiribus sui officii curent huiusmodi lenones, & omnes qui de lenocinio infamati essent expellere extra ciuitatem Lucen.et eius territorium,et districtum.

De pœna

De pœna percutientium Imaginem Dei,uel Sanctorum,& Blasfemantium Deum,uel Sanctos. Cap.CIX.

DE pœna Septimi criminis inter atrocia numerati Tractantes Disponimus,q̃ quæcunq; persona diuino timore postposito, aliquam imaginem,uel figurã Dei,uel Beatæ uirginis Mariæ, uel Crucis Domini Nostri Iesu Christi percusserit,uel in eam spuerit,uel cænum,uel aliam rem in aliquam Imaginem,uel figuram Dei uel Crucis,uel Beatissimæ uirginis piecerit, sibi manus dextra amputetur, ita q̃ a brachio separetur,& a ciuitate lucen.perpetuo relegetur. Si quis uero percusserit Imaginem,uel figuram Alicuius Sancti,uel Sanctæ,uel in eam spuerit,uel cænum,uel aliam rem p̃ iecerit,puniatur in libris centum quinquaginta,quas si nõ soluerit infra decem dies debeat loco dictæ pœnæ pecuniariæ fustigari, & Deinde poni debeat in scala in loco publico,& patenti cum mitria de papiro i capite, & ibi dimittatᷣ saltim per quattuor horas cõtinuas,& a ciuitate lucen.& eius territorio expellatur. Si quis autem Deum, uel Beatam Virginem Mariam, uel Crucem Domini Nostri Iesu Christi blassemauerit,uel aliquod uerbũ iniuriosum,uel turpe,uel inhonestum in eos,uel in alterum ipsorum protulerit,in quocũq; loco,uel tempore, puniatur in libris tercentis pro qualibet uice,quas si nõ soluerit infra decem dies a die latæ sententiæ amputetur ei lingua. Si quis autem blassemauerit aliquos alios Sãctos,uel Sãctas Dei, uel aduersus eos turpia,uel inhonesta,uel iniuriosa uerba dixerit,puniatur in libris cẽtum,quã pœnã si non soluerit infra dictum tempus fustigetur. Et nemini qui cõtra Deum,uel Virginem Mariam, uel Crucẽ,uel Sãctos, uel Sanctas iniuriam aliquam irrogauerit uerbo,uel facto, prosit beneficiũ pacis habitę ab aliquo sacerdote,nisi de delicto publicam fecerit penitentiã & nisi ĩ dicta pace interuenerit auctoritas Domini Lucen.Episcopi,uel eius in Spiritualibus Vicarii quo casu beneficium pacis prosit respectu pœnarũ pecuniariarum,sed respectu pœnarum relegationis,uel illarum,quæ in corpus ueniunt imponendæ,beneficium dictæ pacis nullatenus sibi prosit. Et quilibet possit delinquẽtem denunciare, & habere debeat quartam partem pœnarũ pecuniariarũ suprascriptarũ. Si autem dictus delinquens corporaliter puniretur,Tunc dictus denũciator habeat,& habere debeat lib.xxv. de bonis dicti denũciati,& teneatur nomen dicti denunciatoris secretum.

De pœna Maleficorum, & Magicam Artem exercentium, & faciẽtium malias,seu facturas. Cap.CX.

REstat ordinare pœnas Octaui criminis inter atrocia computati. Statuimus ergo,q̃ quilibet,qui Magicam artem,Demones inuocando,uel cõstringendo in ciuitate Lucen.uel eius territorio exercuerit, capite puniatur ita q̃ moriatur. Si quis autem per artem Magicam uitæ alicuius fuerit insi

diatus, uel animos Virorum, uel Mulierũ per artem Magicã ad libidinem prouocare tentauerit, uel mala medicamẽta, uel aliã rem nociuam dederit, seu dari fecerit, seu cõsuluerit, uel docuerit, unde aliqua persona moreretur, uel a uirtute naturali, seu uirili, seu mẽtali deficeret, capite puniatur. Et ubi persona fuerit mortua, omnia bona occisoris publicentur, Salua legitima filiorum, & filiarum, & nepotum ex filiis masculis descendentiũ. Et dari debeant de bonis occisoris libræ tercentæ bonæ monetæ ei, uel eis, qui ab intestato nõ condito testamẽto occiso successissent. Et similiter si qua persona dolose fecerit, seu fieri fecerit, uel consuluerit, uel aliquem docuerit aliquam maliam, uel facturam, propter quam maleficiata persona deficeret a uirtute naturali, seu uirili, seu mẽtali, pœna capitis puniatur, ita ꝙ moriatur. Si uero propter talem maliam, seu facturam persona maleficiata nõ alteraretur, uel nõ deficeret a uirtute naturali, uel mentali, Tunc talis delinquẽs puniatur in libris tercentis, quas si nõ soluerit infra decẽ dies, debeat loco dictæ pœnæ pecuniariæ publice fustigari. Et siue dictam quãtitatem soluerit, siue nõ, nihilominus debeat a ciuitate lucen. & eius districtu perpetuo relegari. Si uero mala medicamenta lædentia dederit, & persona recipiens non fuerit mortua, neq; a uirtute naturali, uel mẽtali defecerit, puniatur Dans secundum formam statuti positi sub Rubrica De pœna dantis uenenum alícui. Si quis autem huiusmodi Magos, Maleficos, incãtatores, uel malias, seu facturas facientes, scienter in ciuitate lucen. uel eius territorio receptauerit, uel eis alias opem, auxilium, consilium, uel fauorem in prædictis præstiterit, a ciuitate lucen. & eius districtu perpetuo relegetur.

De pœna intrantium, seu exeuntium Ciuitatem Lucen. uel eius Castra aliunde, q̃ portas. Cap. CXI.

DIsponimus, ꝙ nulla persona cuiuscunq; conditionis existat, audeat, uel præsumat intrare ciuitatem Lucen. uel exinde exire de die, uel de nocte, aliunde q̃ per portas cõsuetas, & qui cõtrafecerit capite puniatur, ita ꝙ moriatur, & qui ad prædicta dederit auxilium, consilium, uel fauorem, uel funes, uel scalas dolose acõmodauerit, puniatur in libris quingentis, quas si nõ soluerit infra decem dies a die latæ condẽnationis, sibi manus dextera amputetur, ita ꝙ a brachio separetur. Si quis uero dolose ĩtrauerit aliquã Rocham, uel de aliqua Rocha exiuerit aliunde q̃ per portas cõsuetas, capite puniatur. Si quis uero dolose intrauerit aliquod Castrum Lucen. Ciuitatis, uel exinde exiuerit, aliũde q̃ per portas cõsuetas, puniatur ĩ libris centum, uel ab inde supra usque in tercentas arbitrio Iudicis, considerata conditione personæ, & qualitate delicti, & causa talis introitus, uel exitus. Et quicunq; ad hæc dederit auxilium, consilium, uel fauorem, uel funes, seu scalas acõmodauerit puniatur in libris cẽtum, uel ab inde supra usq; in ducentas, considerata conditione personæ, & qualitate delicti.

De pœna

De pœna frangentis Carceres,& fugientiũ de Carceribus. Cap. CXII

ET quæcunq; persona cuiuscunq; conditionis existat,fregerit carceres publicos in ciuitate lucen. uel eius districtu situatos, pœna capitis puniatur ita q̃ moriatur. Si quis uero ad aliquem actum facti proximum ipsi fractioni deuenerit,puniatur in corpus arbitrio iudicis competentis, consideratis conditione personarum,& qualitate facti. Et quilibet qui dederit auxilium,uel fauorem ad ipsos carceres frangendos,uel ferraméta,uel opem, uel quodcunq; ministeriũ per se,uel alium præstiterit,p̃ carcerum fractione puniatur in lib. quingentis. Si quis autem aliter quam frangendo carceres euadere fecerit aliquem detentum in carceribus p̃ debito priuato,uel publico,non ex maleficio,teneatur his ad quorum petitionem fuisset ĩ carcerib. detentus ad soluendum quantitatem pro qua fuerit detentus,& nihilominus puniatur in libris centum ad opus cameræ lucen. Si quis autem aliter, q̃ frangendo carceres euadere fecerit de carceribus aliquem detentũ p̃ maleficio,ex quo pœna pecuniaria ueniret imponenda , Teneatur ad Soluendum omnem cõdẽnationem,quã talis carceratus soluere debuisset,si de delicto constaret, uel si esset condemnatus,& ultra hoc,puniatur in libris centum,uel ab inde supra usq; in ducentas arbitrio iudicantis,considerata conditione personæ,& qualitate facti. Si uero aliter q̃ frangendo carceres euadere fecerit aliquem detentum in carceribus,qui pœna sanguinis, si de delicto constaret,esset puniendus,uel aliter in corpus,quomodolibet castigandus,puniatur ea pœna corporali,qua debuisset puniri in carceribus detentus, si de delicto constaret. Cæterum Disponimus , q̃ si quis detentus in carceribus pro aliquo debito priuato,uel publico, non ex malefico de ipsis carceribus sine licẽtia officialis,ex cuius officio detinebatur exiuerit,uel aufugerit,aliter q̃ frangẽdo carceres,puniatur in libris.xxv. uel ab inde supra usq; in quinquaginta libras arbitrio Iudicis,considerata qualitate delicti. Verum si quis detẽtus pro maleficio,unde esset pœna pecuniaria imponenda de carceribus exiuerit aliter q̃ frangẽdo carceres,sine licẽtia officialis,ex cuius officio detinebatur,puniatur ĩ libris quinquaginta, uel ab inde supra usq; in cẽtum arbitrio iudicãtis,cõsiderata cõditione personæ, & qualitate delicti,& habeatur,ac si confessus fuisset delictum pro quo detinebatur,uel cõtra eum procedebatur. Si uero aliquis detẽtus in carceribus pro maleficio,unde poena relegationis,uel perpetui carceris,uel in corpus imponenda ueniret,de ipsis carceribus exiuerit, aliter q̃ frangẽdo carceres, sine licentia officialis ex cuius officio detinebatur, Habeatur ac si confessus fuisset delictum, pro quo detinebatur,uel cõtra eum procedebatur,& ultra hoc condemnetur in libris centum.

De pœna Carceratorum offendentium Superstitem,seu Custodem ipsorum carcerum. Cap.CXIII.

STatuimus, q quicunq carceratus Vnus, siue Plures iniiceret, seu iniice-rent manus uiolentas in Superstitem carcerum, seu ipsum caperet, uel ca perent, uel includeret, aut includerent, percuteret, seu percuterent, seu aliter offenderet, uel offenderent, uel ab eo claues arriperet, uel arriperent, adeo q exiret, uel exirēt de carcere, intelligatur, seu intelligātur incidisse, & incidat, seu incidant in pœnam appositā in statuto præcedenti sub Rubrica De poe na frangētis carceres, & exeuntiū de carceribus, Et casu quo nō fuerit secu tus effectus, q exiuerit, seu exiuerint carcerem, incidat, seu incidāt in pœnā dicti statuti impositā pro fractione carceris quādo deuētum fuit ad actum facti proximū tantū, ultra alias poenas a statutis impositas pro offensioni-bus percussionibus, & maleficiis cōmissis.

De poena facientis aliquem delinquentem euadere. Cap.CXIIII.

DIctum est de pęna faciētiū aliquos euadere de carceribus, Restat pœnā īponere his qui delinquētē, uel Bannitū aliunde q̄ de carceribus eua-dere fecerint. Igitur Statuimus, q si quis aliter q̄ de carceribus fecerit eua dere quomodocūq aliquem ad mortem, uel in mēbro Bannitum, uel con dēnatum, puniatur in libris tercentis. Si quis autem aliter q̄ de carceribus euadere fecerit aliquē delinquentē p maleficio, de quo esset pœna simplici-ter, uel sub cōditione ī corpus īponēda, puniaī i lib. centū quinquagita. Si quis uero aliter q̄ de carceribus fecerit euadere aliquē Bānitū i pecunia, uel aliquē delinquentē pro maleficio, unde ueniret pœna pecuniaria imponēda puniatur in libris quinquaginta, uel abinde sup ra usq in lib. cētum arbitrio iudicantis, considerata conditione personæ, & qualitate facti. Et prædicta omnia ī præsenti capitulo cōprehensa, locum habeāt, qn̄ aliquis fecerit eua dere Bānitos, uel condemnatos, uel alios delinquentes, aliter q̄ de manibus familiæ officialium, uel aliorum habentium reum in custodia, uel in carceri bus. Si uero de manibus familiæ aliquis euadere fecerit quemcunq malefa ctorem, locum habeat pœna, quæ in proximo sequenti capitulo cōtinetur.

De pœna impedientis iustitiam, uel executionem senten tiæ in criminalibus latæ. Cap.CXV.

VT tollatur cuilibet materia iustitiam impediēdi Statuimus, q siquis im pediuerit, uel impedire attentauerit quocunq malo modo executionē fiendā contra condemnatos, uel Bānitos ad mortem, uel in aliquo mem-bro, uel aliquem malefactorem de aliquo maleficio de quinque casibus, uel de aliquo crimine de quo poena mortis, uel ī corpus prīcipaliter, uel sub cō ditione imponenda ueniret condēnatum, uel Bānitum, uel condēnandum de manibus familiæ alicuius officialis Lucen. Ciuitatis, uel districtus, uel de manibus alicuius, uel aliquorum, qui eum cępissent, uel custodirent, uel sub custodia

custodia ducerent eripuerit, uel impedimentum præstiterit, ita q condēnatus, uel Bannitus malefactor euaserit, uel aufugerit, uel impedimentum p̄stiterit quominus talis malefactor ducatur, puniatur pęna capitis, ita q moriatur. Si quis uero impediuerit, uel impedire attentauerit executionem, q̄ fieret contra aliquos condēnatos, uel bānitos pro maleficio in pecunia, uel aliquem malefactorem captum pro aliquo crimine, Vnde esset pœna pecuniaria imponēda de manu familiæ alicuius officialis Lucen. ciuitatis, uel districtus, uel de manu alicuius, uel aliquorum, qui eum cœpissent, uel custodirent eripuerit, uel impedimentum præstiterit, ita q dictus cōdemnatus, uel bannitus, uel malefactor euaserit, uel aufugerit, cōdemnetur ad soluendum tantūdem, quantum ille condēnatus, uel bānitus esset, uel condemnādus ueniret, & in dimidia pluri.

De pœna impedientis executionem Sententiæ Diffinitiuæ, uel Interlocutoriæ, latæ in Ciuilibus. Cap. CXVI

STatuimus, q Nulla persona audeat, uel præsumat prohibere, uel impedimentum aliquod præstare, quominus Sentētia Diffinitiua, uel Interlocutoria, in Ciuilibus Causis lata, in bonis immobilibus executioni mandetur ex officio Iudicis exequentis, & q nemo audeat prohibere quominus nuncii, & familia inducāt in possessionem quarūcunq; rerum immobilium eos, quos Iudex iussisset in possessionem mitti. Si quis autem in aliquo cōtrafecerit, puniatur in libris uigintiquinque, uel ab inde supra usq; in quinquaginta arbitrio Iudicis, considerata cōditione personæ, & qualitate facti. Si uero prædicta fecerit cum armis, uel cōminationibus, puniatur in libris quinquaginta, uel ab inde supra usq; in centum arbitrio Iudicis, & nihilominus perdat ius, quod haberet in dicta re, uel eius occasione. Et quilibet, qui ad prædicta dederit auxilium, uel fauorem, puniatur in dimidia suprascriptarum pœnarum in suo casu. Et si quis pro debito captum de manu familię alicuius officialis Lucen. Ciuitatis, uel Districtus, uel de manu alicuius nuncii eripuerit, uel fecerit eum euadere, condemnetur ad soluendum ei, ad cuius petitionem captus esset in tanta summa, pro quanta fuisset concessa licentia talem personā capiendi, & ulterius condemnetur ad opus cameræ Lucen. usq; in dimidiam dictę quantitatis arbitrio iudicantis. Et nihilominus Magnifici Domini Antiani, qui per tempora erunt, Teneantur, & debeant sub pœna periurii, & Ducatorum uigintiquinque pro quolibet Antiano ad omnem querelam, quam eis facient Prætores ciuitatis Lucen. q fuisset uulnerata, uel uerberata sua familia, aut de eius manibus ereptus, & ablatus aliquis captiuus, pro causa ciuili tantum, cum satis ĩ criminalibus per Statuta, & Decreta Magnifici Lucen. cōmunis prouisum esse uideatur, proponere dictam querelam postea in primo Magnifico Consilio congregando, ut super huiusmodi querela prouideri possit, prout ipsi Cōsilio ui-

debitur, quod item locum habeat, & procedat in querelis faciendis apud ipsum collegium Magnificorũ D. Antianorũ per creditores pro suis debitoribus factis euadere e manibus familiæ dicti Prætoris lucen. Insuper si pfata familia Domini Prætoris, siue Barigellus, & eius familia uerbis iniuriosis, contumeliosis, uel inhonestis fuerint læsæ, seu aliquis eorum læsus, contra ipsum lædentem, seu lædentes, auctoritatem habeant tam Miles Socius, q̃ Barigellus, uel eorum, & cuiuslibet eorum familiæ, capiendi, & incarcerandi in carceribus Saxi, pro diebus decem integris huiusmodi lædentẽ, seu lædentes, a quibus relaxari non possint, nisi finito dicto tempore, & nõ requiratur, ꝙ si esset ciuis, pro casu prædicto consignari debeat Domino Prætori. Declarantes, ꝙ si non præstaret, seu præstarent patientiã ꝙ caperentur, habeant ipsi miles Socius, & Barigellus, siue eorum familiæ eãdem auctoritatem contra resistentes, & repugnantes, & quẽlibet eorum, quam habent contra impedientes executiones per eos fiendas cum armis, bastonis, seu Saxis, scilicet, ut tales impediẽtes, etiam si ciues essent, offendere possint, usq; ad Mortem inclusiue, cum assistentia tamen targettini, si fuerit de nocte, & si fuerit de die, absq; dicto targettino.

De pœna prohibentis Officialibus, uel Nunciis, pignora capi. Cap. CXVII.

ET quæcũq; persona cuiuscunq; conditionis existat, defenderit facto, uel uerbo prohibuerit Nunciis cuiuscunq; officialis, uel Iudicis, ne pignora caperent, dum ipsa pignora de mandato, uel licentia alicuius Iudicis cum licentia scripta ex officio curiæ capere uellent, puniatur in libris quinque usque in decem arbitrio Iudicis, considerata conditione personæ, & qualitate delicti. Et eadem pœna puniatur, & condemnetur quicunq; impedimẽtum aliquod dederit, quo minus pignora, capta deferantur ad curiam, ex cuius officio capta forent, & de prædictis stetur relationi nuncii, cum uno teste bonæ conditionis, & famæ. Et prædicta uendicent sibi locum, siue licẽtia pignorandi emanaret in executionem sententiæ diffinitiuæ, uel interlocutoriæ, siue ex contumacia, uel alia quãcunq; de causa. Et eadem pœna puniatur, & condemnetur, qui impedimentum præstiterit quominus Nũcii de mandato Iudicis transmissi possint citationes, uel præcepta, uel prædas facere, prout Iudex decreuisset.

De pœna non Seruantis Relegationem, seu Confinia. Cap. CXVIII.

STatuimus, ꝙ Cõfinati, & Relegati, auctoritate officialiũ lucen. ciuitatis, & oẽs, & singuli, qui ratione alicuius delicti essent per sentẽtiam, seu per formam alicuius statuti relegati, uel confinati, & oẽs, qui essent in relegationem, uel exilium, uel ad confines transmissi, Teneãtur parere, & obedire cõfinibus.

finibus,& relegationi,& residentiã facere personalem in locis de quibus fue rit præceptum per quẽcunque officialem ad hoc auctoritatẽ,& iurisdictionem habentem. Et dicti confinati,& relegati Teneãtur in huiusmodi locis eis pro cõfinibus assignatis nõ discedere sine expressa licentia Lucen.cõis, uel officialium habẽtium auctoritatem a Dicto Lucen.cõmuni. Et saltim singulis tribus mẽsibus per publicũ instrumẽtum teneãtur fidem facere in cancellaria lucen.cõis se singulo mẽse,uel etiã sępius,& pluries,pront sibi p̃ ceptũ esset, uel fuisset p̃sentasse ĩ locis ĩ quibus fuerint relegati,uel cõfinati, Nisi iusto impedimẽto different,de quo stetur declarationi,& arbitrio Magnificorũ Dominorum Antianorũ,& Vexilliferi iustitiæ populi, & lucen. cõmunis. Si quis autem in aliquo quomodolibet contrafecerit poena capitis puniatur, ita ꝙ moriatur,& eius bona publicentur.

Verũ si quis confinatus,uel relegatus,cui nõ esset certus,& determinatus locus pro cõfinibus assignatus,quouis tẽpore ausu temerario ad ciuitatem Lucen.uel eius territorium accedere attentauerit, poena capitis puniatur,& omnia eius bona cameræ Lucen.ciuitatis publicẽtur. Et propterea Volumus,ꝙ omnia bona cõfinatorũ, & relegatorũ sint, et esse ĩtelligãtur lucen. cameræ obligata,et hipothecata,et q̃ bona dicti cõfinati,et relegati alienare uel ad aliquẽ actum alienationis procedere non possint quauis ratione, uel causa,et si secus fieret,nõ ualeat ipso iure: Cõcedimus tamen creditoribus dicti confinati,et relegati facultatem adipiscendi dũtaxat in iudicio insolu tum pro debito quod ante confinationem,seu delegationem contractum esse probaretur. Pro debito autem quod post confinia, seu relegationem contractum esset,bona talis confinati,uel relegati non intelligantur obliga ta,nec in eis possint creditores aliquod ius acquirere in iudicio , uel extra, uel alio quouis modo : Et ista non referantur ad Bãnitos,et Relegatos a Magnifico Cõsilio Generali, Qui Bãniti,et Relegati a Magnifico Cõsilio Generali non seruantes banna,seu relegationes incidant,et incidisse intelligantur in pœnis, et censuris,de quibus supra in statuto sub Rubrica De præmio concesso capientibus , seu occidentibus Bannitos ex eo ꝙ non ser uauerint banna,relegationes,seu confinia, lata a Magnifico Consilio Generali ciuitatis Lucen.et de pœna non seruantium ea.

De pœna Ciuis Lucensis frangentis pacem Ciui Lucensi. Cap.CXIX.

AD reprimẽdam Temeritatẽ eorum, qui bonum promissæ pacis uiolauerint. Statuimus,ꝙ si quis ciuis Lucen.uel Suburgensis per se,uel per procuratorem legitimum fecerit pacem cum aliquo ciue Lucen.uel Suburgẽse de aliquo maleficio de quinq; casib.aut de aliquo crimine atroci, uel de aliquo quocũq; crimine pro quo pena relegatiõis,uel etiã ĩ corpus prin cipaliter,uel secũdario ĩ defectũ solutiõis pecuniariæ pœnæ esset imposita,

uel ueniret imponenda,& postea dictam pacem fregerit uulnerando cũ effusione sanguinis,puniatur ĩ libris mille,& a ciuitate Lucen. & eius territorio perpetuo relegetur. Et si Lucæ, uel in eius Comitatu,& Districtu reptus fuerit,possit impune offendi,ac si esset bannitus pro homicidio. Et si pacẽ fregerit membrum debilitãdo,uel abscindendo, uel turpe uulnus in uultu faciendo,puniatur in libris mille quingentis,quam pœnam si non soluerit infra decem dies,a die condẽnationis amputetur sibi manus dextra,ita ꝙ a brachio separetur,& utroq; casu siue dictam pœnam pecuniariam soluerit, siue nõ,nihilominus a ciuitate Lucen.perpetuo relegetur. Et si Lucæ, uel in eius territorio repertus fuerit, possit impune offendi, ac si esset bannitus pro homicidio. Et si pacem fregerit non uulnerando,sed percutiendo,seu insultando cum armis,uel alia re offendibili,uel arma admenãdo,puniatur in libris quingentis. Et si sine armis,uel alia re offendibili insultum faciẽdo,uel manus uiolentas uacuas iniiciẽdo,uel damnum enorme in rebus inferendo,puniatur in libris tercentis,& ad emendationem damni. Et utrum damnum sit enorme,uel non,stetur arbitrio Iudicis procedentis. Et si dictam pacem uerba iniuriosa dicendo fregerit, puniatur in libris quinquaginta. Et si pax facta fuerit de aliquo maleficio,quod non esset de quinq; casibus,nec de atrocibus,nec de quo pœna esset principaliter, uel secũdario in corpus imponenda,sed de quo esset pœna pecuniaria irrogãda,uel irrogata,si talem pacem fregerit uulnerando, puniatur in libris quingentis, & pro duobus annis relegetur. Et si pacem fregerit membrum debilitando, uel abscindendo,uel turpe uulnus in uultu faciendo,puniatur in libris mille, quam pœnam si non soluerit infra decem dies,a die condẽnationis,amputetur sibi manus sinistra,ita ꝙ a brachio separetur,& siue soluerit dictam condemnationem,siue non,pro duobus annis relegetur. Et si pacem fregerit non uulnerando, sed percutiendo, uel insultando cum armis, uel alia re offendibili,uel arma admenando,puniatur in libris ducẽtis quinquaginta. Et si insultum faciendo,uel uacuas manus,sine armis, uel alia re offendibili iniiciendo, uel damnum enorme in rebus irrogando, puniatur in libris centum quinquaginta, & condemnetur ad emendationem damni, & utrum damnum sit enorme,uel non,stetur arbitrio iudicãtis. Et si pacem fregerit uerba iniuriosa dicendo,puniatur in libris uigintiquinque. Et ultra dictas pœnas in suo casu supra pro fractura pacis declaratas, puniatur quilibet, qui pacem fregerit in pœnis, quæ pro talibus delictis ueniunt secundum formam statutorum imponendæ.

De pœna Ciuis Lucen. frangentis Pacem Foretano, uel Forensi. Cap.CXX.

SI Ciuis Lucen. aut Suburgẽsis pacem fregerit cum aliquo foretano,uel forense de aliquo Maleficio de quinque casibus,aut de aliquo atroci crimine,uel

mine, uel de alio quocunq; crimine, pro quo pœna relegationis, uel in corpus, principaliter, uel sub aliqua conditione esset imposita, uel ueniret imponenda, & postea dictam pacem fregerit uulnerando, puniatur in libris quingentis. Et si pacem fregerit membrum debilitando, uel abscindendo, uel turpe uulnus in uultu faciendo, puniatur in libris septingentis, & hoc ultimo casu perpetuo relegetur, & possit impune offendi, ac si esset bannitus pro homicidio. Et si pacem fregerit nõ uulnerando, sed percutiendo, uel insultando cum armis, uel alia re offendibili, uel arma admenãdo, seu uibrãdo, puniatur in libris tercentis, & si sine armis, uel alia re offendibili pacem fregerit insultum faciendo, uel manus uiolentas immittendo, uel damnum enorme in rebus inferendo, puniatur in libris centum quinquaginta, & ad emendationem damni. Et utrum damnum sit enorme, uel non, stetur declarationi Iudicis procedẽtis. Et si pax facta fuerit de aliquo maleficio, quod non esset de quinq; casibus, nec de atrocibus, nec de quo pena ueniret principaliter, uel secũdario in corpus imponenda, sed de quo etiam poena pecuniaria imposita, uel irroganda, si talem pacem fregerit uulnerando, puniatur in libris ducentis. Et si talem pacem fregerit mẽbrum debilitando, uel incidẽdo, uel turpe uulnus in uultu faciẽdo, puniatur in libris quingentis, et a ciuitate Lucen. & eius territorio perpetuo relegetur. Et si talem pacem fregerit nõ uulnerãdo, sed percutiendo, uel insultando cum armis, uel alia re offendibili, uel arma admenando, puniatur in libris centum quinquaginta. Et si sine armis, uel alia re offendibili pacem fregerit insultum faciẽdo, uel manus uiolentas immittendo, uel damnum enorme in rebus inferẽdo, puniatur in libris centum, & ad emendationem damni. Et utrum damnũ sit enorme, uel nõ, stari debeat arbitrio Iudicis. Et ultra dictas pœnas in suo casu pro fractura pacis declaratas, puniatur quilibet, qui pacẽ fregerit in pœnis, quæ ueniunt secundum formam statutorum imponendæ.

De pœna Foretani, uel Forensis, Frangentis pacem ciui Lucensi. Cap. CXXI.

ET siquis Foretanus, uel Forẽsis pacẽ fregerit cũ aliquo Ciue Lucen. uel Suburgense de aliquo maleficio de quinq; casib. aut de aliquo crimine, atroci, uel de alio quocũq; crimine, ꝑ quo pœna relegationis, uel in corpus principaliter, uel sub cõditione esset ĩposita, uel ueniret imponẽda, & postea dictã pacẽ fregerit uulnerãdo, puniatur ĩ libris mille, & a ciuitate Lucen. & eius territorio ꝑpetuo relegetur, & possit impune offendi, ac si esset bãnitus ꝑ homicidio. Et si dictã pœnã librarũ mille nõ soluerit ĩfra. x. dies a die cõdemnationis, sibi manus dextra amputetur, ita q; a brachio separetur, & si pacẽ fregerit mẽbrũ debilitãdo, uel incidẽdo, uel turpe uulnus ĩ uultu faciẽdo, pœna capitis puniat̃, & si pacẽ fregerit nõ uulnerãdo, sed ꝑcutiẽdo, uel ĩsultãdo cũ armis, uel alia re offẽdibili, uel arma uibrãdo, seu admenãdo,

puniatur in libris mille,et si sine armis,uel alia re offendibili insultum facie
do,uel uioléras manus uacuas iniciendo,uel damnũ enorme in rebus facié
do,puniatur in libris quingentis,& ad emendationẽ dãni,quod in rebus in
tulisset,& utrum damnũ sit enorme,uel nõ,stetur arbitrio iudicãtis,& si pa
cem fregerit uerba iniuriosa dicẽdo,puniatur in libris ducentis. Et si pax
fuerit facta de aliquo maleficio,quod nõ esset de quinq; casibus, nec de atro
cibus,nec de quo poena ueniret principaliter, uel secũdario in corpus impo
nenda,sed esset poena pecuniaria imposita,seu irrogãda,si talem pacem fre
gerit uulnerãdo,puniatur in libris qningẽtis, & si pacem fregerit mẽbrum
debilitãdo,uel abscindẽdo,uel turpe uulnus in uultu faciendo, sibi manus
dextra amputetur,ita q; a brachio separetur,& si pacem fregerit nõ uulne-
rando,sed percutiẽdo,uel insultãdo cum armis,uel alia re offendibili,uel ar
ma admenãdo,uel uibrando,puniatur ĩ libris quingentis. Et si sine armis,
uel alia re offendibili insultum faciendo,uel uiolentas manus uacuas iniicié
do,uel damnum enorme in rebus faciẽdo,puniatur in libris tercẽtis,& quã
do dicatur damnum enorme, stetur declarationi,et arbitrio iudicãtis, et si
pacẽ fregerit uerba iniuriosa dicẽdo,puniatur in libris centum,et ultra di-
ctas poenas in suo casu supra pro fractura pacis declaratas, puniatur quis-
quis pacem fregerit in poenis , quæ pro talibus delictis ueniunt secundum
formam statuti imponendæ.

De poena Foretani,uel Forensis frangentis pacem Foretano,
uel Forensi. Cap.CXXII.

ET si quis Foretanus, uel Forensis pacem fregerit cum aliquo foretano,
uel forense de aliquo maleficio de quinq; casibus,aut de aliquo crimine
atroci,uel de aliquo quocũq; crimine,pro quo poena relegationis,uel ĩ cor-
pus principaliter,uel sub aliqua conditione esset imposita,uel ueniret impo
nenda,et postea,dictam pacem fregerit uulnerando,puniatur in libris quin
gentis,et si pacem fregerit membrum debilitando,uel abscindendo,uel tur
pe uulnus in uultu faciendo,puniatur in libris septingentis,et perpetuo rele
getur,et possit impune offendi,ac si esset Bannitus pro homicidio. Et si pa
cem fregerit non uulnerando, sed percutiendo, uel insultando cum armis,
uel alia re offendibili,uel arma admenando,puniatur in libris tercentis. Et
si sine armis,uel alia re offendibili insultum faciẽdo, uel uacuas manus uio
lentas iniiciendo,uel in rebus damnum enorme inferendo, puniatur in li-
bris centum quinquaginta, et ad emendationẽ damni, et utrum damnum
fuerit enorme,uel non,stari debeat arbitrio iudicantis. Et si pacem frege-
rit uerba iniuriosa dicendo,puniatur in libris quinquaginta. Et si pax fa-
cta fuerit de aliquo maleficio,quod non esset de Quinque Casibus,nec de
atrocibus,nec de quo poena ueniret principaliter,uel secundario in corpus
imponenda , sed de quo esset poena pecuniaria imposita , seu irroganda, si
talem

talem pacem fregerit uulnerando, puniatur in libris ducentis. Et si pacem fregerit membrum debilitando, uel abscindendo, uel turpe uulnus in uultu faciendo, puniatur in libris Quingentis, & a Ciuitate Lucen. & eius territorio perpetuo relegetur. Et si talem pacem fregerit non uulnerando, sed percutiendo, uel insultando cum armis, uel alia re offendibili, uel admenando arma, puniatur in libris Centum quinquaginta, & si sine armis, uel alia re offendibili pacem fregerit insultum faciendo, uel manus uacuas uiolenter immittẽdo, uel damnũ enorme in rebus inferẽdo, puniatur in libris centum, & condẽnetur ad emẽdationem dãni, & utrum damnũ sit enorme, uel nõ, stari debeat arbitrio iudicãtis, & si pacem fregerit uerba iniuriosa dicẽdo, puniatur in libris. xxv. Et ultra dictas pœnas supra pro fractura pacis declaratas, puniatur quilibet, qui pacem fregerit in pœnis quæ pro talibus delictis uenirent secundum formam statuti imponẽdæ.

De Pace facta per Minores, seu per Tutores, uel Curatores. Cap. CXXIII.

ET si qua Pax facta fuerit per aliquem minorem. xviii. annis cum auctoritate Tutoris, uel Curatoris, seu per ipsos Tutores, & Curatores, nomine pupilli, uel adulti, si in dicta pace interuenerit cõsensus duorum propinquorum proximiorũ ex linea paterna si habeat, Et si nõ habeat duos ex linea paterna, & ĩteruenerit cõsensus duorũ proximiorũ ex linea materna, uel saltẽ unius proximioris, ex parte patris, & unius proximioris ex parte matris dicta pax ualeat, & teneat, & debeat iuiolabiliter obseruari, etiã eo facto maiore. Et Teneatᷣ dictus pupillus, seu adultus factus maior ad petitionẽ eius cum quo facta fuerit dicta pax, dictam pacem ratificare, & approbare cum solẽnitatibus, & substãtialitatibus opportunis. Et si dicta pax dicto modo facta, siue fuerit, siue nõ fuerit ab eo facto maiore approbata frãgeretur, seu rumperetur, Vendicẽt sibi locũ pœnæ in suo casu statutæ, & ordinatæ cõtra frangẽtes pacem secũdum formã præcedentiũ Cap.

Si unus ex pluribus ad pacem seruandam obligatis, pacem fregerit. Cap. CXXIIII.

AD compescendũ, quãtum possumus, audaciam frangẽdi pacem. Statuimus, ꝙ si plures numero ex una parte pacẽ cõtraxerint, & postea unus, aut plures ex una parte obligati pacẽ fregerint, Ceteri qui fuerint ex parte frangẽtis pacẽ, Teneãtur, & debeãt talẽ frãgẽtem pacẽ capere, & ĩ forniã officialiũ Lucen. ciuitatis tradere, ut pœna debita puniatᷣ. Et si ĩfra annũ a die pacis ruptæ eũ non cœperint, & nõ ꝓsentauerint, uel aliter ĩfra dictũ annũ nõ uenerit in fortiã dictorum officialium ipsi teneantur soluere totam quãtitatem pœnæ pecuniariæ, quam talis frangens pacem pro ipsa pace fracta

ſoluere debuiſſet. Et hoc ſi ipſe frangens pacem ſoluendo non eſſet,contra quem primo fieri debeat excuſſio, & executio. Si uero Pax, Fracta fuerit occidendo, Tunc quilibet ex correis teneatur ad ſoluendum Florenos centum auri ultra quãtitatem pœnæ pecuniariæ,quæ imponitur ex forma ſtatuti frangenti pacem debilitando mẽbrum,uel abſcindendo. Vbi uero dicti correi ipſum delinquentem in fortiam dictorum officialium præſentauerint,uel alio modo peruenerit infra dictum tempus, uel executio facta fuerit cum effectu contra principalem delinquentem, Tunc ipſi correi liberi,& abſoluti ſint,& intelligantur. Et ne talis ſolutio differatur. Statuimus, ꝙ eo caſu,quo pax prædicta rumpi,ſeu uiolari contigerit, Exactor Lucen. & quilibet alius officialis,qui de tali delicto fractæ pacis procedere debet,in continenti,q̃primum fieri poterit, faciat ꝙ dictæ condẽnationis quantitas exigatur, qua exacta, debeat pœnes camerarium generalem in depoſitum conſeruari per unum annum poſt pacem fractam proxime computandũ, Infra quem annum dicta quantitas non ponatur ad introitum camerarii. Et dicta quantitas exigatur a quolibet correorum pro rata,Niſi alii exiſterent non ſoluẽdo,quo caſu,inſolidum exigatur,Dũtamen per ſolutionem unius,cæteri liberentur,ſed inter eos competat regreſſus,ut quilibet pro rata teneatur. Et ſi infra dictum tempus anni uiolator pacis fuerit præſentatus per aliquem ex prædictis,uel aliter peruenerit in fortiam dictorum officialium,dicta pecunia reſtituatur eiſdem cũ effectu. Poſt annum uero nõ facta dicta præſentatione,ſeu ſi nõ peruenerit,et præcedente excuſſione bonorum frangentis pacem,ubi de bonis in totum,uel in partem nõ reperiatur. Tunc huiuſmodi quãtitas in totum, uel in partem ad itroitum ponaẽ, & Lucen.cameræ applicetur,& ſoluenti competat regreſſus cõtra delinquẽtem,et contra correos,et eorum bona. Niſi eſſent ipſa bona Lucen. cameræ confiſcata,quo caſu nulli in ipſis bonis confiſcatis cõcedatur regreſſus,ſed ſolum contra ipſum delinquentem,et alios correos,ſi qui forẽt,et ipſorum bona, ſi qua reperirentur.

De fideiuſſoribus frangentiũ pacem compellendis. Cap.CXXV.

ET omnes,et ſinguli,qui in aliqua pace pro ipſa ſeruanda fideiuſſores extiterint,ſi poſtea is,pro quo interceſſerint pacem fregerit,poſſint,et debeant ad petitionem partis lęſæ, ſeu eius cuius intereſt cogi, et compelli de facto ad ſoluẽdum quãtitatem poenæ promiſſæ integraliter,abſq; alia diminutione. Non obſtãte Statuto,cuius uigore poena conuentionalis diminui poſſet,uel deberet,cui Statuto quãtum ad hunc caſum ſpecialiter derogamus,et poſſint prædicti fideiuſſores ad prædicta compelli,abſq; alia excuſſione fienda,contra principalem,et nulla fideiuſſoria exceptio admittatur. Et ſentẽtia condẽnationis,uel Banni lata contra principalem,ſit plena ꝓbatio,quo ad hoc ut abſq; alia probatiõe poſſit fieri executio dictæ poenę

promiſſæ,

promissæ, & ad prædictam executionē procedatur absq; aliquo processu, uel alia solēnitate quacūq;. Et quāuis dicta pœna cōuentionalis exigatur, nihilominus pœnæ criminales cōtra frangētes pacem uendicēt sibi locū.

De pœna receptantium Rebelles, uel Bānitos, & seu Habentium colloquium, uel participationem cum eisdē. Cap. CXXVI.

STatuimus, q; si qua persona cuiuscunq; cōditionis, aut sexus existat, receptauerit, uel tenuerit, seu stare permiserit in ciuitate Lucen. uel eius comitatu, fortia, uel districtu ī suis domo, uel capāna, uel agro propriis, uel cōductis, uel gratis cōcessis, uel alio quouis loco de die, uel de nocte aliquem rebellem, uel bannitum ex causa rebellionis proditionis, uel tractatus perpetrati, uel cōmissi cōtra ciuitatem Lucen. aut eidem præstiterit auxilium, cōsilium, uel fauorem, siue ei præstiterit, uel ministrauerit cibum, uel potum per se, uel per alium, uel eum in districtu Lucen. uel eius fortia associauerit, uel associari fecerit, ueniendo ad ciuitatem Lucen. uel eius territorium, uel districtum, uel a ciuitate Lucensi, uel eius territorio, siue districtu discedendo pœna capitis puniatur, & omnia sua bona cameræ Lucen. cōmunis publicentur, & prædicti, qui contrafecerint si capti non fuerit bänniantur, & perpetuo banniti intelligantur in dictis pœnis, & possint impune offendi. Si uero colloquium, uel participationem habuerit intra quinquaginta miliaria a ciuitate Lucen., sine licentia Magnifici Vexilliferi iustitiæ, & Officii Secretariorū, dato, & obtēto partito īter eos per tres pallottas de quatuor ipsorum cum aliquo rebelle, uel bannito ex causis prædictis, uel aliqua ipsarum, puniatur usq; in libras quingentas, uel abinde infra arbitrio iudicantis īspectis qualitate personarū, & modo, & forma colloquii, nisi īfra tres dies per se, uel alium, seu eius literas, uel alio modo notificauerit omnia supra scriptis Magnifico Vexillifero, & secretariis seu, collegio Magnificorum Dominorum Antianorum: Quæ nihilominus militare Intelligātur, & locum habeant quo ad rebelles. Quo uero ad bannitos, & bāniendos occasione turbationis pacifici, & popularis status Lucen. ciuitatis non intelligendo de relegatis ad tempus, prædicta omnia, & singula habeāt locū, Cum hac tamen declaratione, & limitatione uidelicet, q; quicunq; tam ciuis q̄ comitatiuus, & habitator in Lucen. ciuitate, comitatu, & districtu cōtrauenerit prædictis, aut alicui eorum, incidat, & incidisse intelligatur ad declarationē Magnificorū D. Antianorū in eadem pœna ī qua erat ille cum quo colloquiū habuit cōmercium, seu participationē, Et facta huiusmodi declaratione per præfatos Magnificos D. Antianos debeant huiusmodi declarati transmitti ad archiuum publicum banniti, & condēnati in eisdem pœnis, & bannis, et in eādem pœnam rebellionis, & cōfiscationis bonorum ultra pœnam supraescriptā intelligantur, & sint incursi ex nunc prout ex tunc, omnes, et singuli alii tam ciues q̄ comitatiui, & habitantes in Luccn. ciuitate eius comi

tatu,& districtu,qui cum rebellibus dictę ciuitatis participationem societatem,seu cōmertium quoquomodo in futurum habebūt ad declarationem præfatorū Magnificorū D. Antianorū per tempora existētium ī quacūq; mundi parte. Cæterum ubi Magnificis D.Antianis non uideretur aliquē, seu aliquos,qui deliquissent,& cōtrauenissent dispositioni pręsentis statuti, aut ꝙ accusatus,& denūciatus esset,aut essent,ꝙ cōtrauenissent,aut deliquissent cōtra superius disposita,& successiue declarare nollent incursos esse in pœnis de quibus supra, Teneātur saltē huiusmodi denūciatos accusatos, & delinquentes,ut supra notificare, & proponere in Magnifico Cōsilio Generali tacēdo nomen accusatoris si quis esset ad hoc,ut per illud prouideatur super id,prout ipsi Consilio uidebitur,Declarantes prædicta omnia,et singula nō militare,uel locum habere in illis personis,quæ accederēt ad stipendiū ipsorū rebelliū, seu bannitorū ex causa pdictæ turbationis pacifici, et popularis status ciuitatis Lucen.Cōtra quas personas sic delinquētes militer, et locum habeat pœna infra in statuto sub Rubrica De pœna eūtium ad stipendia rebellium,et bannitorum ex causa status ciuitatis lucen.Nec a suprascriptis pœnis excusentur pater,et filius, aut pater dicti bāniti,uel rebellis,uel alii sibi cōiuncti in quocūq; gradu affinitatis,uel cōsanguinitatis.

Pręterea Statuimus,ꝙ nulla persona cuiuscūq; cōditionis existat,audeat de ciuitate lucen.uel eius fortia,uel districtu literas scribere,uel aliquā ambasiatā mittere alicui rebelli lucen.ciuitatis, et nulla persona cuiuscunq; cōditionis existat,audeat literas,uel nūcium,uel ambasiatā in ciuitate lucen. uel eius comitatu,fortia,et districtu,recipere ab aliquo rebelle lucen.ciuitatis: Si quis autem in aliquo cōtrafecerit,puniatur in libris ducentis quinquaginta. Et hæc etiam uendicent sibi locum si prædicta cōmittantur īfra quinquaginta milliaria a ciuitate lucen.cōputanda,Et quilibet possit cōtra facientes accusare,seu denunciare,et dictæ pœnæ nō cōferantur ad eos,qui de licentia Magnificorū D.Antianorū,et Vexilliferi iustitiæ populi,et cōis lucen. literas, uel ambasiatam rebellibus mitterent,uel ab eis literā, uel ambasiatam reciperent: Et a dictis pœnis excusetur quilibet si intra dies tres a die qua prædicta cōmiserit omnia reuelaret oretenus, uel per literas Magnificis Dominis Antianis,et Vexillifero iustitiæ populi,et cōmunis lucē. uel Domino lucen.Potestati. Et si scienter,uel dolose prædicta,uel aliquod eorum reuelare omiserit,dicta pœna uendicet sibi locum,ac si nō denūciasset. Si qua uero persona receptauerit,siue tenuerit, siue Stare permiserit in sua domo,uel capāna,uel agro propriis,uel conductis, uel gratis concessis, uel alio quocūq; loco de die,uel de nocte in ciuitate lucen.uel eius districtu aliquem bannitum lucen.ciuitatis in persona pro maleficiis de quinq; casibus,uel pro aliquo atroci crimine, siue eidem præstiterit auxiliū, cōsilium, uel fauorē in ueniēdo ad Ciuitatem lucen.uel eius territorium, uel ibidem stādo, uel inde discedēdo,siue ei pstiterit,uel ministrauerit per se,uel alium cibum,uel potum,siue eum associauerit,uel associari fecerit,puniatur ī libris

quingētis,

quingentis,uel ab inde infra arbitrio iudicantis,consideratis cōditionibus personarū,et qualitate facti. Si uero colloquium,uel participationem habuerit in ciuitate lucensi,uel eius districtu cum aliquo bānito ex causis proxime dictis, et nō reuelauerit īfra tres dies Magnificis Dominis Antianis, et Vexillifero iustitiæ populi,et cōmunis lucen.uel Domino lucen.Potestati,puniatur in libris uigintiquinq; usq; inducētas,arbitrio Iudicis,inspectis qualitate personæ,et modo,et forma colloquii: Pater uero,et omnes eius ascendentes,et descendētes,et frater,et soror, et uxor in prædictis contrafacientes mitius puniantur uidelicet usq; ad dimidiam dictarū poenarum, et non ultra, sed infra arbitrio Iudicis cōsideratis cōditionibus personarum, et qualitate facti. Si qua uero persona receptauerit, siue tenuerit, siue stare permiserit in suis domo,uel capāna,uel agro propriis,uel cōductis, uel gratis cōcessis,uel alio quocunq; loco de die,uel de nocte in ciuitate lucensi,uel eius districtu aliquem bannitum lucen,ciuitatis in personam,uel a centum libris supra ex aliqua alia causa a causis superius declaratis,siue eum associauerit,siue eum associari fecerit,uel cibum,uel potū per se,uel per alium dederit,puniatur a libris uigintiquinque, uel ultra usque in centum arbitrio iudicantis. Pater autem dicti banniti,& omnes eius ascendentes,& descendentes,& frater,& soror, & uxor,& alii consanguinei, uel affines in prædictis contrafacientes, puniātur in quarta parte dūtaxat dictæ pœnæ, uel ab inde infra arbitrio iudicantis,consideratis cōditionibus personarū,et qualitate facti. Præterea Declaramus,q; si qua persona contra formam præsentis statuti deliquerit receptando,uel cibando,uel associando eodem loco,et tempore plures ex dictis bannitis nō propterea pœnæ prædictæ multiplicentur. Sed si diuersis loco,uel tempore Tunc cum delicta sint plura, puniatur pro qualibet uice in dictis pœnis, et a supradictis omnibus pœnis in quibuscunq; casibus supra declaratis excusetur, qui talem rebellem, siue bannitum,siue bānitos ex quacūq; suprascriptarū causarū præsentauerit in formam officialium Lucen. ciuitatis,uel eius comitatus, et districtus iurisdictionem habentium infra decem dies a die qua deliquerit in præmissis, seu aliquo præmissorum. Et hæc quæ dicta sunt ad sanum intelligātur intellectum de iis,qui dolose,et scienter prædicta cōmiserint. Si uero per metum,qui cadat in constantem uirum prędicta cōmiserint a dictis pœnis reddantur immunes. Si prædicta denūciauerint infra tertiam diem Magnificis Dominis Antianis,et Vexillifero iustitiæ populi, et cōmunis Lucensis, uel Domino Lucensi Potestati,et si sic nō denunciauerint ītelligantur sciēter,& dolose deliquisse,et puniantur in pęnis supra declaratis.Et prędictas pœnas non patiatur aliquis,qui mulierem bannitam receptauerit, uel associauerit,uel cibum,uel potum ei præstiterit,uel colloquium,uel participationem cum ea habuerit,uel aliquid contra suprascriptas prohibitiones cōmiserit, cum in mulieribus quātuncunq; bānitis non cadat suspicio,quæ in uirum cadere consueuit.

De pœna facientiũ Congregationem, uel Colligationem cum Bannitis Cap. CXXVII.

ET si qua persona cum uno, uel pluribus Bannitis ad mortem, seu in pœnam in corpus quomodolibet imponendã, fecerit aliquam cõiurationẽ uel conspirationem, ligam, uel cõgregationem cum armis, in damnum, seu dedecus lucẽsis ciuitatis, uel in damnum, seu periculum alicuius personæ, uel loci, pœna capitis puniatur, ita ꝙ moriatur. Si quis autẽ ordinaret, seu tractaret, seu incitaret, uel quomodolibet attentaret, ꝙ plures Banniti, uel unus bãnitus cum pluribus non bãnitis simul eodem tẽpore intrarent cũ armis in territoriũ lucen. indãnum, uel dedecus lucen. ciuitatis, uel alicuius singularis personæ, capite puniatur, ita ꝙ moriatur, & omnia prædicta uendicent sibi locum, si damnum prædictum fuerit secutum, siue non.

De pœna receptantium Malandrinos, & Inuasores Stratarum. Cap. CXXVIII.

ET quæcunq; persona dolose, & scienter receptauerit, uel tenuerit, uel sub celauerit, siue esse, siue stare passa fuerit ĩ sua domo, uel capãna, uel agro propriis, uel conductis, seu gratis cõcessis, seu associauerit, uel associati fecerit aliquem Malandrinum, uel Assassinum, uel Inuasorem, seu Derobatorẽ Stratarum, aut eis, uel alicui eorum dederit, uel præstiterit opem, auxilium, consilium, uel fauorem ad dicta maleficia perpetranda, uel ei alimenta præstiterit, puniatur ĩ libris quingẽtis, uel ultra usq; in septingentas arbitrio iudicis, consideratis conditionibus personarum, & qualitate delicti. Et prædicta intelligantur ad sanum intellectum de iis, qui dolose, & scienter receptauerint, uel tenuerint dictos Malãdrinos, uel Inuasores stratarum. Si uero per metum, qui cadat in cõstantem uirum prædicta cõmiserint a dictis pœnis reddãtur immunes, si prædicta denũciauerint infra tertiam diem Magnificis Dominis Antianis, & Vexillifero iustitię populi, & cõmunis lucen. uel Domino Lucen. Potestati, & si sic non denũciauerint intelligãtur scienter, & dolose deliquisse, & puniantur in pœnis supra declaratis.

De pœna receptantium Homicidas, & Delinquentes contra Ciues lucenses. Cap. CXXIX.

STatuimus, ꝙ quæcunq; persona cõmune, collegium, uniuersitas, quę de cætero receptauerit tenuerit, uel stare permiserit in eius domo, curia, stabulo, orto propriis, uel conductis siue in quibus, aut ipsorum aliquo gratis habitare, uel alio quouis loco, quẽ quomodolibet haberet, forẽsem aliquẽ uel foretanum, etiam si esset stipendiarius lucensis cõmunis, qui lucensem ciuem interfecisset, Teneatur, & Debeat ipsum talem forẽsem, seu foretanum

notificasse,

notificasse,& denũciasse collegio Magnificorum Dominorũ Antianorum lucensis ciuitatis,infra quattuor horas a tempore præconii missi per lucensem ciuitatem pro parte Magnificorum Dominorum Antianorum,ꝙ talis receptans denunciari debeat,et hoc sub pœna Ducatorum centum auri pro quolibet receptante,uel ut supra non denunciante infra tempus supra scriptum,et de qua denunciatione,et notificatione,debeat apparere in cancellaria manu unius ex cancellariis. Si uero acceptauerit aliquem,ut supra, qui uulnerasset,uel aliquo modo percussisset lucensem ciuem,incidat in pęnam Ducatorum quinquaginta applicandorum Lucensi cameræ. Et pro omni dubietate tollẽda illum Declaramus fuisse percussiorem,uulnerantem,et occisorem ad effectum condemnandi receptantem,uel ut supra non denũciantem, qui p Magnificos Dominos fuerit in præconio nominatus. Quibus quattuor horis elapsis non facta denunciatione per receptantem, uel ut supra non denunciantem,quicunq; postea primus accusauerit,et denunciauerit Collegio præfato Magnificorum Dominorum Antianorum eum,qui receptauerit,& ut supra non denunciauerit reperta eius accusatione uera,de quo stetur declarationi præfatorum Magnificorum Dominorum Antianorum lucretur quartam partem condemnationis suprascriptę singula singulis congrue referendo.

De poena Cõmunium receptantium Bannitos,uel Malandrinos, uel Inuasores Stratarum. Cap.CXXX.

STatuimus,& Ordinamus,ꝙ nulla Cõmunitas,uel Vniuersitas lucen.districtus audeat receptare,uel tenere,uel subcelare,seu pati esse,uel stare in suo communi,uel territorio sui communis aliquem Bãnitum de persona, uel Malandrinum,uel Assassinũ,uel Inuasorem,seu Derobatorem stratarũ aliquo modo,uel ingenio,aut eis,uel alicui eorum dare, uel præstare auxilium,consilium,uel fauorem,seu cibaria. Si qua uero cõmunitas in aliquo contrafecerit,Si talis cõmunitas habuerit homines decem, uel ab inde ifra descensiue,puniatur in libris uiginti. Et si habuerit homines undecim,uel ab inde supra ascensiue usq; in quindecim, puniatur in libris quadraginta. Et si habuerit sexdecim homines,uel ab inde supra ascensiue usq; in uiginti,puniatur in libris quinquaginta. Et si habuerit a uiginti hominibus supra usq; in triginta, puniatur in libris septuagintaquinque. Et si habuerit a triginta hominibus supra ascensiue, usq; in quadraginta, puniatur in lib. centum. Et si habuerit a quadraginta hominibus supra,usq; in quinquaginta,puniatur in libris centum quinquaginta. Et si excederet numerum quinquaginta hominum,puniatur in libris ducentis. Item si qua cõmunitas receptauerit,seu tenuerit,uel subcelauerit,uel stare passa fuerit in suo cõmuni, uel in suo territorio aliquem bannitum in pecunia a ducentis libris

ſupra,aut ei dederit,uel præſtiterit auxilium,conſilium,uel fauorem,ſeu cibaria,puniatur qualibet uice in dimidia ſupraſcriptarum pœnarum ſupra in ſuo caſu ſecundum numerum hominum declaratarum. Et hęc quæ ſupra dicta ſunt,ad ſanum referantur intellectum,de cõmunibus,quæ doloſe,& ſcienter prædicta cõmiſerint. Si uero per metum,qui caderet in conſtantes uiros prædicta commiſerint,a dictis pœnis reddantur immunes,ſi prædicta denũciauerint ĩfra tertiã diem Magnificis Dominis Antianis, uel Domino Lucen.Poteſtati. Et ſi ſic non denunciauerint,intelligantur ſciẽter,& doloſe deliquiſſe,& puniantur in pœnis ſupra declaratis.

De pœna Singularium Perſonarum Receptantium Malefactores poſt Miſſum præconium. Cap.CXXXI.

CОntingit interdum, ꝙ Officiales habentes merum imperium mittunt præconium,ꝙ nulla perſona audeat retinere,uel occultare in domo propria, uel conducta, uel gratis conceſſa,aut in aliquo alio loco homicidam, uel proditorem,uel alium quẽcunq; malefactorem non bannitum,cui eſſet pœna ſanguinis imponenda. Nos Volentes cõtra inobedientes pœnam ordinare. Statuimus,ꝙ ſi qua perſona poſt miſſum præconium,aliquem malefactorem in præconio nominatum ſcienter,& doloſe retinuerit,uel occultauerit in quocunq; loco,& eum non præſentauerit, ſeu ſaltim denunciauerit infra terminum in tali præconio declaratum, puniatur in libris quinquaginta,uel ab inde ſupra uſque in ducentas, arbitrio iudicis conſiderata conditione perſonæ:& qualitate facti. Si uero aliqua perſona ſcienter, & doloſe tenuerit, uel ſubcelauerit aliquem malefactorem,qui in pecunia a centum libris ſupra ueniret condemnandus, poſt miſſum præconium, puniatur in libris uigintiquinq;, uel ab inde ſupra uſque in quinquaginta arbitrio iudicantis. Et ab omnibus prædictis pœnis reddatur immunis,qui dictum malefactorem præſentauerit,uel denunciauerit infra terminum in præconio declaratum. A dictis tamen pœnis excuſentur aſcẽdentes,& deſcendentes dicti Malefactoris,& etiam Frater, Vxor,& Soror,& alii coniuncti,uel Affines,uſq; ad tertium gradum ſecundũ computum decretorum.

De pœna Communium non capientium Bannitos. Cap. CXXXII.

ET ſi ad noticiam alicuius Cõmunitatis de Lucen.diſtrictu,uel eius Cõſulum,ſeu Sindicorum,uel unius ex ipſis Conſulibus,ſeu Sindicis peruenerit,ꝙ aliquis Bannitus ſit,uel eſſe debeat in ſuo territorio, Teneantur, & Debeant Sindici,uel Cõſules, uel Homines dicti cõmunis in cõtinenti,ꝗ citius poterunt,Campanas ad ſturmum pulſare, & homines ſui cõmunis conuocare,& cum armis currere,& trahere cum clamore ad capiendum ta

lem

lem Bannitum,& eum capere, & ad ipsum capiendum uires suas sine omni simulatione adhibere, Si qua uero cõmunitas cõtra præmissa fecerit, uel negligentiam in prædictis cõmiserit, si talis cõmunitas habuerit homines decem,uel ab inde infra descensiue,puniatur in libris uiginti, Et si habuerit homines undecim,uel ab inde supra ascensiue,usque in quindecim, puniatur in libris quadraginta. Et si habuerit sexdecim homines,uel ab inde supra,usque in uiginti, puniatur in libris quinquaginta. Et si habuerit a uiginti hominibus supra,usque in triginta, puniatur in libris septuaginta quinque. Et si habuerit a triginta hominibus supra,usque in quadraginta puniatur in libris cẽtum. Et si habuerit a quadraginta hominibus supra usq; in quinquaginta,puniatur in libris centum quinquaginta. Et si excederet numerum quinquaginta hominũ,puniatur in libris ducentis,& hoc si talis bannitus,qui persequi,seu capi debuisset,esset bãnitus in persona,uel in libris ducentis,uel ab inde supra. Si uero esset Bannitus in minori quãtitate,puniatur quęlibet cõmunitas in dimidia suprascriptarum pœnarum supra in suo casu secundum numerum hominum declaratarum. Et Teneantur Cõmunia Circũstantia ad talem pulsationem,& rumorem trahere,& Bannitos persequi,& eos capere,suas uires apponẽdo,& hoc si dictam pulsationem Campanarum,& rumorem, seu clamorem secundum naturam audire potuerint. Et si contrafecerint,uel ut dictum est,nõ traxerint, & persecuti nõ fuerint, puniantur eadem pœna in suo casu secundum numerum hominum,cõmunis,& qualitatem banniti declarata. Verum si dicta communia Campanas pulsauerint,& cum clamore bannitum persecuti fuerint, & suas uires apposuerint ad eum capiendum si per eos non stetérit quo minus bannitus caperetur,quãuis non capiatur, a dictis pœnis totaliter absoluãtur,cum nemo debeat ad impossibile obligari. Si uero ipsum bãnitum cęperint,Teneãtur ipsum ĩ fortiam Officialium cõmunis Lucensis præsentare,secũdum formã statuti supra positi sub Rubrica De bannitis persequẽdis, & capiẽdis. Et intelligatur de numero cõmunis quilibet, qui habitauerit cũ sua familia ĩ eo cõmuni, & Teneatur persequi, & capere una cũ aliis de cõmuni Bannitos, prout supra cõtinetur,quod si non fecerit,puniatur tanq̃ quilibet de cõmuni, qui bãnitos nõ persequeretur ut supra cõtinetur quãuis ibidẽ nõ esset æstimatus. Et si cõmune puniretur pro bannitis non captis,non puniatur de receptatione bannitorum,& econtra.

Præterea Statuimus,ꝙ si Bannitus,qui persequeretur, insurgeret contra persequẽtes,uel defensionem aliquã faceret quominus capiatur, Tunc siue sit bannitus in libris quinquaginta, uel ab inde infra, uel supra, uel in alia quacunq; pœna pecuniaria,uel personali,possit ab ipsis persequentibus percuti,& impune uulnerari,& occidi,& in membro debilitari. Et contra tales persequentes propter hoc procedi non possit ullo modo,& si procederetur,processus non ualeat ipso iure. Iubemus tamen, ꝙ aliqui Officiales,

uel quæuis Communitas,uel Vniuersitas nō trāsgrediantur fines Lucen. Territorii pro persequēdis,uel capiendis bannitis. Et si qua communitas contrafecerit,puniatur in libris centum.

De pœna Communium non capientium Malefa- ctores. Cap. CXXXIII.

VT delinquentes coherceantur,& debitas pœnas luant,Statuimus,& Ordinamus,ꝙ unaquęq; cōmunitas, in cuius territorio esset perpetratum aliquod maleficium Inuasionis Stratarum, uel homicidii, uel uulneris,ex quo mors secuta fuerit, uel uerisimiliter sequi dubitaretur,seu dubitari posset,uel incendii domorum,uel capannarū Teneatur,& Debeat q̄ citius potuerit,Campanas ad stormum pulsare,& cōmunitatem cum armis conuocare, & persequi cum clamore tales delinquentes, & eos capere, & pro ipsis capiendis uires apponere. Si qua uero cōmunitas prędicta non fecerit,aut in aliquo contrafecerit si talis communitas habuerit homines decem, uel ab inde infra descensiue,puniatur in libris uiginti. Et si habuerit homines undecim, uel ab inde supra ascensiue usq; in homines quindecim,puniatur in libris quadraginta. Et si habuerit homines sexdecim, uel ab inde supra ascensiue usq; in uiginti,puniatur in libris quinquagita. Et si habuerit a uiginti hominibus supra,usque in triginta, puniatur in libris septuaginta quinque. Et si habuerit a triginta hominibus supra,usque in quadraginta,puniatur in libris centum. Et si habuerit a quadraginta hominibus supra,usque in quinquaginta, puniarur in libris centum quinquaginta. Et si excederet numerum quinquaginta hominum quotcunque fuerinr, puniarur in libris ducentis. Et hoc si tales malefactores,qui persequi,seu capi debuissent,& supra dictis delictis,uel altero eorum uenirent condemnandi in personam,uel in libris ducentis,uel ab inde supra. Si autem tales malefactores essent in minori quantitate puniendi,Tunc quælibet communitas, puniatur in dimidia suprascriptarum pœnarum , supra in suo casu secundum numerum hominum declaratarum. Et commune soluens prædictas pœnas,uel aliquam earum,regressum habeat,& ius exigendi cōtra malefactores,& eius bona,usque in summam,quam soluerit. Et si cōmune in cuius Territorio prædicta maleficia , uel aliquod eorum fuerint perpetrata, cœperit Delinquentes , et in fortiam Officialium Communis Lucensis præsentauerint , uel si alio modo Delinquentes in fortiam prædictam peruenerint, non possit tale Commune puniri pro eo ꝙ Campanas non pulsauerit , uel malefactores persecutum non fuerit cum clamore. Et prædicta intelligi Volumus ad sanum intellectum , scilicet si commode malefactores capi potuerint , Alioquin si Delinquentes post delictum aufugere potuerint potentiam Communis in cuius Territorio deliquissent,

deliquissent, utputa si delictum esset commissum i locis ab habitationibus hominum ita remotis, q malefactores aufugere potuerint, anteq̃ cõmune ualeat eos capere, uel si delictum esset cõmissum adeo prope fines Lucensis territorii, q delinquentes Lucense territorium potuerint exire, anteq̃ cõmune eos capere potuerit, uel si commune prosequi non potuerit, quia forte tempore delicti cõmissi portæ Castri fuerint clausæ, uel ex alia causa, quæ iudicantis arbitrio iusta, & rationabilis uideatur, uel si cõmune fecerit omnem diligentiã in eos prosequendo, & per se non steterit quominus malefactores caperentur, tunc tales cõmunitates sint a dicta pœna totaliter liberæ, & exemptæ, & teneãtur cõmunia circũstãtia ad dictam pulsationem; & rumorem trahere, & delinquẽtes persequi, & eos capere si potuerint, suas uires apponẽdo, & hoc si dictam pulsationem campanarum, seu clamorem secundum naturã audire potuerint. Quod si non fecerint, puniantur pœna supra in suo casu secundũ numerum hominum declarata, Et pro dictis percussionibus, & tractatis possit quilibet de persequentibus quelibet arma offensibilia, & defensibilia portare impune, & dictos delinqnẽtes, si se defenderent, non patiendo se capi, impune offendere, uulnerare, in membro debilitare, & occidere. Et propterea contra eos procedi nequeat ullo modo, & si procederetur processus non ualeat ipso iure. Et si dictos delinquentes unum, uel plures cœperint Teneantur incõtinenti, idest q̃ citius potuerint eum, uel eos præsentare in fortiam officialis habẽtis iurisdictionem cognoscendi de tali crimine. Iubemus tamen, q aliqua cõmunitas, uel uniuersitas non transgrediatur fines Lucen. territorii pro malefactoribus capiẽdis, uel persequendis. Si qua uero cõmunitas in hoc contrafecerit, puniatur in libris centum. Possit tamen quælibet cõmunitas territorium dictæ cõmunitatis impune egredi persequendo dictos malefactores, & illos capere in territorio alterius cõmunis subditi cõmuni Lucen. Declarantes insuper, q quotiens, & quando aliquod cõmune ope, uiribus, & consilio deficerent in non resistendo cum armis illis, qui uenirent ad damnificandum, depredandum, & derobandum cum ui repellendo depredatores, & damnificatores capiendo, occidendo, expellendo, & prosequendo dictum commune, seu cõmunia, Teneãtur, et Debeant imponere refectionem fiendam dictorum dãnorum, et prædarum damnum passo, seu passis ad libras, et solidos secundum modum, et cõsuetudinem quo, et qua imponunt Cætera onera, et expensas inter se, ad quod faciendum, et exequẽdum Magnifici Domini Antiani per tẽpora existẽtes Teneanẽ, et Debeant sub pœna periurii cogere, et compellere dictum cõmune, et homines sub illis pœnis pecuniariis, et incarcerationis de quibus eis uidebitur, et placebit, cum declaratione tamen, q a dictis oneribus, et expensis excludantur, et exclusi esse intelligantur pauperes Viduæ, et Pupilli ad declarationẽ præfatorum Magnificorũ D. Antianorũ, et ad eãdem poenã, et refectionẽ Teneãtur, et sint obligata cõmunia illa dictis damnũ passis unde transirũ fecerẽt in redeũdo cũ pfatis prædis

& furtis factis ipsi depredatores, & fures Nisi concurrerent cum armis ad redimendum,& recuperãdum dictas prædas factas,& res ablatas,& in prędictis omnibus,& singulis intelligantur,& sint Iudices competentes præfati Magnifici Domini Antiani per tempora existentes.

De pœna Ciuis Lucen.insultantis Ciuem Lucen. Cap.CXXXIIII.

SI Ciuis Lucen.insultauerit Ciuem Lucen.cum armis euaginatis,seu nudis,puniatur in libris triginta,& si cum armis non nudis,uel non euaginatis,uel cum baculo,uel cum lapide,uel alia re offendibili in manu, uel cũ manu cultellum,uel ensem,quem haberet ad latus,puniatur in libris uiginti,& si sine armis,uel aliis rebus,puniatur in libris decem.

De pœna Ciuis Lucen. insultãtis Foretanũ,uel Forẽsem. Cap.CXXXV.

ET si aliquis Lucen.Ciuis insultauerit Foretanum,uel forensem cum armis nudis,seu euaginatis,puniatur in libris quindecim,& si cum armis nõ euaginatis,uel baculo,uel cum lapide,uel alia re offendibili in manu,uel cum manu ad cultellum,uel ensem,quem haberet ad latus,puniatur in libris.x.Et si sine armis,uel aliis rebus offendibilibus,puniaẽ in lib.quinq;.

De pœna foretani,uel forẽsis ĩsultãtis foretanũ,seu forẽsẽ. Ca.CXXXVI

ET si quis Foretanus,uel Forensis insultauerit aliquem forensem,uel foretanum cum armis euaginatis,seu nudis,uel cum baculo,uel lapide,uel alia re offendibili ĩ manu,uel cum manu ad cultellum,quem haberet ad latus, puniatur in libris decem,& si sine armis , uel aliis rebus offendibilibus, puniatur in libris quinq;.

De pœna Foretani,uel Forẽsis insultãtis Ciuẽ Lucen. Cap.CXXXVII.

ET si quis Foretanus, uel Forensis insultauerit aliquem Ciuem Lucen. cum armis nudis,uel euaginatis, puniatur in libris sexaginta, & si cum armis non nudis,uel non euaginatis, uel cum baculo, uel alia re offendibili in manu,puniatur ĩ libris quadraginta.Et si sine armis,uel aliis rebus prædictis,puniatur in libris uiginti.

De pluribus insultantibus,& de pluribus insultatis. Cap,CXXXVIII.

ET si aliqua persona fecerit insultum cõtra plures personas,nõ possit puniri ultra q̃ pro duobus insultibus quotcũq; fuerint personæ insultatę. Si uero plures personæ insultauerint plures personas condẽnetur quilibet

insultator

insultator pro duobus insultibus tantum. Sed si plures personæ insultauerint unã personã, puniatur quilibet ex dictis insultatoribus pro uno insultu.

De pœna admenantium arma contra aliquem, uel Baculum, seu Manum Vacuam. Cap.CXXXIX.

QVicunq; dolose sine insultu, lanceam, uel dardum, uel aliqua arma nuda, uel euaginata admenauerit, si fuerit ciuis Lucen. cõtra ciuẽ lucen. puniatur in libris triginta, & si admenauerit cum insultu, puniatur in libris quadraginta. Et si fuerit Ciuis cõtra Foretanum, uel Forensem sine insultu, puniatur in libris.xv.& si cum insultu, puniatur ĩ libris .xx. Et si fuerit foretanus, uel forensis cõtra foretanũ, uel forẽsem sine insultu, puniatur in libris.xv, & si cum insultu, puniatur in lib.xx. Et si fuerit foretanus, uel forensis cõtra Ciuem Lucen. sine insultu, puniatur in libris sexaginta, & si cũ insultu, puniatur ĩ lib.octuaginta, Et si dicta arma nõ fuerint nuda, uel euaginata, uel admenauerit baculum, uel aliam rem q̃ arma cum insultu, uel sine, puniatur quilibet in dimidia suprascriptarum pœnarum in suo casu. Et si qua persona cum insultu, uel sine, admenauerit Manum uacuam cõtra aliquem, & nõ percusserit, puniatur arbitrio Iudicis, Dũmodo nõ excedat in suo casu dimidiam admenationis, quæ fieret cum baculo. Et ubi admenatio fieret cum insultu, imponantur supradictæ pœnæ, & cessent aliæ pœnæ impositæ pro insultu simplici, uel pro admenatione simplici.

De pœna uibrantis, uel euaginantis arma cõtra aliquem. Cap.CXL.

SI quis irato animo dolose lanceam, uel dardum, uel alia arma nuda uibrauerit, id est iuxta uulgare loquẽdo, dardellauerit, uel arma euaginauerit, uel extraxerit cõtra aliquam personam sine insultu, & sine admenatione. Si fuerit Ciuis Lucen. cõtra Ciuẽ Lucen. puniatur in lib.xx. Et si fuerit Ciuis cõtra foretanum, uel forensem, puniatur in lib.decem. Et si fuerit foretanus, uel forensis cõtra foretanum. uel forensem, puniatur in lib.decẽ. Et si fuerit foretanus, uel forẽsis cõtra ciuẽ lucen. puniatur ĩ lib.quadraginta.

De pœna Armati Armis nudis, Mittentis in aliquem Manus Violentas, & Proiicientes in terram. Cap. CXLI.

ET si aliquis Armatus Armis offensibilib. euaginatis, seu nudis manumiserit, id est Violentas Manus in aliquem miserit irato animo. Si fuerit ciuis lucen. qui manumiserit ciuem lucen. puniatur in libris quadraginta. Et si ciuis lucen. manumiserit foretanum, uel forensem, puniatur in lib.xx. Et si foretanus, uel forensis manumiserit foretanum, uel forẽsem, puniatur in libris. xx. Et si fuerit foretanus, uel forensis, qui manumiserit Ciuem

Lucen.puniatur in lib. lxxx. Et si manumissus fuerit in terram proiectus, uel ex ipsa manumissione ceciderit in terram, uel aliud dolose factum fuerit, propter quod aliqua persona in terram ceciderit, puniatur quilibet manumittens, uel aliud faciens propter quod, quis in terram caderet in tertia parte pluri pœnarum supra in suo casu declaratarum.

De pœna Armati Armis non Nudis Mittentis Manus in aliquem Violentas, & proiicientis in terram. Cap. CXLII.

ET si aliquis Armatus Armis nõ nudis, uel nõ euaginatis offensibilibus, uel cum baculo, uel alia re offendibili, uel cum Manu ad cultellum, quem haberet ad latus irato animo manumiserit, idest uiolentas manus in aliquẽ miserit, Si fuerit Ciuis Lucen. qui manumiserit dicto modo Ciuem lucen. puniatur in lib. triginta. Et si ciuis Lucen. manumiserit foretanũ, uel forẽsem, puniatur in lib. quindecim. Et si foretanus, uel forensis manumiserit ciuem Lucen. puniatur in lib. sexaginta. Et si foretanus, uel forensis manumiserit foretanum, uel forensem, puniatur in lib. xv. Et si manumissus fuerit in terram proiectus, uel ex ipsa manumissione ceciderit ĩ terrã, uel aliud dolose fuerit factum, propter quod aliqua persona in terram ceciderit, puniatur quilibet manumittens in suo casu in tertia parte pluri pœnarum supra in suo casu declaratarum.

De pœna Manumittentis aliquem, & Proiicientis in terram sine armis. Cap. CXLIII.

ET si quis sine armis, uel alia re offendibili, Violentas Manus in aliquem irato animo miserit. Si fuerit ciuis lucen. qui dicto modo manumiserit ciuem Lucen. puniatur in libris. xv. Et si manumiserit foretanum, uel forensem, puniatur in lib. septẽ, & soldis decem. Et si fuerit foretanus, uel forensis, qui dicto modo manumiserit foretanum, uel forensem, puniatur in lib. septem, & soldis decem. Et si fuerit forenus, uel forensis, qui dicto modo manumiserit Ciuem lucen. puniatur in libris triginta. Et si quis manumiserit sine armis, uel alia re offendibili aliquam personam, & in terram proiiecerit, uel aliquid fecerit propter quod aliqua persona in terram caderet, puniatur quilibet in suo casu ĩ tertia parte pluri suprascriptarum pœnarum supra declaratarum.

Si ex Proiectione in terram, Sanguis exiuerit, uel Membrum Rumperetur, uel Dislocaretur. Cap. CXLIIII.

SI ex Proiectionibus, seu Casuris in terram, de quibus in præcedentibus Cap. fecimus mẽtionem, sanguis exiret, uel aliquod mẽbrum proiecti in terram

terram dislocaretur, siue sanguis exiuerit de una parte corporis, siue de pluribus, puniatur quilibet in terram proiiciens, seu dans causam casuræ in duplum supraScriptarũ pœnarum, supra originaliter in supraScriptis Cap. in suo casu declaratarũ, singula singulis referẽdo. Et si ex proiectionibus, seu casuris in terram mẽbrum aliquod in terram proiecti rũperetur, uel turpe, uel graue uulnus in capite, uel in uultu fieret, puniatur in terrã proiiciens, seu dans causam casuræ in triplum supraScriptarum pœnarũ, supra originaliter ĩ supraScriptis Cap. in suo casu declaratarũ, singula singulis referẽdo. Et semper teneatur ĩ quolibet dictorũ casuum ad refectionem omniũ expensarũ, quæ fierent pro medicatura mẽbri, seu uulneris ex dicta proiectione, seu casura facti, Et hæc etiam locum habeãt, si cadens in terram nõ fuerit proiectus, sed ex manumissione, uel propter manumissionẽ ceciderit, & ex ipsa casura sanguis exiuerit ex uno loco corporis, uel ex pluribus, uel membrũ dislocatum, uel ruptum fuerit, singula singulis referendo.

De Percussionibus, & Vulneribus cõmissis cum Armis in Vultu. Cap. CXLV.

ET si aliquis irato animo, & dolose pcusserit, seu uulnerauerit cũ aliquo genere armorum prohibitorũ, uel cum ferro, uel alio genere metallorũ aliquam personã in uultu, seu ĩ facie, si fuerit ciuis Lucen. qui dicto modo percusserit, seu uulnerauerit ciuem Lucen. & sanguis exiuerit, puniatur in libris centum quinquaginta. Si uero dictum uulnus fuerit magnum, & turpe, ita q turpis cicatrix remaneat, ita q faciem deturparet, puniatur in libris trecentis, & a ciuitate lucensi, & eius districtu tribus annis relegetur, & Nunq̃ redire possit, Nisi dictas trecẽtas libras soluerit cũ effectu, quibus solutis, tribus dũtaxat ãnis relegatus existat, q dicti tres ãni ĩcipiant currere a die solutionis factæ, & nõ ante, possit tamen interim fieri executio super bonis ipsius cõdemnati, qua executione ĩtegraliter facta, dicti tres anni currere incipiant. Et si ciuis Lucen. percusserit, & uulnerauerit in uultu foretanum, uel forẽsem, & sanguis exiuerit, puniatur in libris septuaginta quinq. Si uero dictum uulnus fuerit magnũ, & turpe, ita q cicatrix faciem deturparet, puniatur in libris cẽtum quinquaginta. Et si fuerit foretanus, uel forensis, qui percusserit, seu uulnerauerit foretanum, uel forensem, & sanguis exiuerit, puniatur in lib. septuagintaquinque. Si uero dictum uulnus esset magnũ, & turpe, ita q faciem deturparet, puniatur in libris cẽtum quinquaginta. Et si fuerit foretanus, uel forensis, qui dicto modo percusserit ciuẽ Lucen. in uultu, & sanguis exiuerit, puniatur in libris trecẽtis, & ultra puniri possit usq in quingẽtas arbitrio iudicãtis, quam pœnã si nõ soluerit ĩfra decem dies, a die cõdẽnationis, sibi manus dextra amputetur, ita q a brachio separetur. Si uero uulnus fuerit magnũ, adeo q cicatrix faciem enormiter deturparet, tunc tali percutienti, seu uulnerãti Manus dextra ampu-

tetur ita ꝙ a brachio separetur. Si autem in suprascriptis casibus sanguis non exiuerit, puniatur quilibet in suo casu in dimidia suprascriptarum pœnarum pecuniariarum. Verum si quis cum armis nõ euaginatis aliquem percusserit, seu uulnerauerit, puniatur, ac si cum baculo percussisset secũdũ formã capituli subsequentis, & hoc si uagina fuerit integra. Si uero uagina fuerit fracta, puniatur a summa in qua puniendus ueniret si arma non fuissent euaginata, usqꝫ ad summã, in qua puniendus esset, si arma fuissent euaginata arbitrio Iudicis.

De percussionibus, & uulneribus cõmissis cum aliis rebus in Vultu. Cap. CXLVI.

QVicunqꝫ irato animo, & dolose percusserit, seu uulnerauerit aliquam personam ĩ Vultu cum baculo, lapidibus, uel alia re offendibili, & sanguis exiuerit, Si fuerit Ciuis lucen. qui percusserit, seu uulnerauerit Ciuem Lucen. puniatur in libris centum, & si uulnus fuerit magnum, & turpe, ita ꝙ cicatrix remaneat, quæ faciẽ deturparet, puniatur in libris ducentis, quas si non soluerit infra decem dies a die condemnationis, a Ciuitate Lucen. & eius districtu relegetur, & nunq̃ redire possit, nisi dictas ducentas libras soluerit cum effectu, non tamen confundatur pœna pecuniaria in pœnam relegationis. Sed possit, & debeat fieri executio in bonis dicti condemnati. Et si facta executione fuerit integraliter Cameræ de dictis lib. ducentis satisfactum, de relegatione eximatur, Et si Ciuis lucen. dicto modo percusserit, seu uulnerauerit foretanum, seu forẽsem, & sanguis exiuerit, puniatur ĩ libris quinquaginta, Et si uulnus fuerit magnum, & turpe, ita ꝙ cicatrix faciem deturparet, puniatur in lib. centum. Et si fuerit foretanus, seu forensis, qui percusserit, seu uulnerauerit foretanum, uel forensem, & sanguis exiuerit, puniatur in libris quinquaginta, Et si uulnus fuerit magnum, & turpe, ita ꝙ cicatrix faciem deturparet, puniatur in libris centum. Et si fuerit foretanus, uel forensis, qui percusserit, uel uulnerauerit Ciuem Lucen. puniatur in libris ducentis, si sanguis exiuerit. Et si uulnus fuerit magnũ, et turpe, ita ꝙ cicatrix faciem deturparet, amputetur sibi manus sinistra. Et si in dictis casibus sanguis non exiuerit, puniatur quilibet in suo casu in dimidia suprascriptarum pœnarum pecuniariarum.

De pœna percutientis, uel uulnerantis in uultu cum Manu, uel alio Membro. Cap. CXLVII.

ET si aliquis dolose percusserit aliquam personam in uultu cum Manu, uel pugno, uel alio suo Membro, et sanguis exiuerit, si fuerit ciuis lucen. qui uulnerauerit, seu percusserit, uel momorderit, uel sgraffiauerit Ciuem Lucen. et sanguis exiuerit, puniatur in libris quinquaginta. Et si Ciuis lucensis

cēſis percuſſerit,ſeu uulnerauerit, ſeu momorderit,ſeu ſgraffiauerit foretanum,uel forenſem,& ſanguis exiuerit puniatur in libris .xxv. Et ſi fuerit foretanus,uel forenſis,qui percuſſerit,ſeu uulnerauerit, ſeu momorderit,ſiue ſgraffiauerit dicto modo foretanum, uel forenſem,& ſanguis exiuerit, puniatur in libris uigintiquinque. Et ſi fuerit foretanus, uel forenſis, qui percuſſerit,ſeu uulnerauerit,ſeu momorderit,uel ſgraffiauerit ciuē lucen. & ſanguis exiuerit, puniatur in libris centum. Et ſi ſanguis ex percuſſione non facto aliquo uulnere exiret de naſo,uel labiis,uel gingiuiis,poſſit Officialis procedens diminuere ſi ſibi uidebitur de dictis pœnis in ſuo caſu tertiam partem,conſiderata conditione perſonæ, & qualitate delicti. Et in dictis caſibus ſi ſanguis non exiret, puniatur quilibet contrafaciens ī dimidia dictarum pœnarum ſupra in ſuo caſu declaratarum.

De pœna eruentis,uel lędentis oculum. Cap.CXLVIII.

ET ſi quis oculum alterius eruerit,ſeu effoderit, uel adeo oculum lęſerit, quod lumen uidere non poſſit,ſi fuerit ciuis lucenſis qui eruerit,uel effoderit,ſeu dicto modo læſerit oculum ciuis Lucen.puniatur ī libris quīgentis,quas ſi non ſoluerit infra decem dies ſibi oculus eruat. Et ſi ciuis Lucēſis eruerit,uel effoderit,uel prædicto modo læſerit oculum foretano, uel forenſi puniatur in libris ducentiſquinquaginta. Et ſi foretanus, uel forēſis eruerit,uel effoderit,uel prædicto modo læſerit oculum foretano,uel forenſi,puniatur ī libris ducentis quinquaginta. Et ſi foretanus, uel forenſis eruerit,uel effoderit,uel prædicto modo lęſerit oculum ciui lucenſi ſibi oculus eruatur. Et ſi oculus nō erueretur,ſed lęderetur non tamen taliter,ꝙ lumine priuaretur, uendicet ſibi locum poena percutientibus uultum in ꝑcedentibus capitulis ſupra ſtatuta,& ordinata. Et quæcunqꝫ perſona cuiuſcunqꝫ conditionis exiſtat utrunqꝫ oculum alteri eruerit,uel effoderit,uel ꝑdicto modo læſerit,ita ꝙ lumen uidere nō poſſit,ſibi ambo oculi eruantur, & effodiantur,ita ꝙ in eo puniatur,in quo deliquerit.

De uulneribus,& percuſſionibus cōmiſſis cum Armis in alia parte corporis,præter ꝗ in Vultu. Cap.CXLIX.

ET ſi quis irato animo,& doloſe percuſſerit,ſeu uulnerauerit cum aliquo genere armorum,ferro,ſeu aliquo genere metallorum,aliquā perſonam in alia parte corporis præter ꝗ in Vultu, & ſanguis exiuerit,ſi fuerit Ciuis Lucen.qui uulnerauerit,ſeu percuſſerit Ciuem Lucen.puniatur in libris cētum. Et ſi dicto modo Ciuis lucenſis percuſſerit, ſeu uulnerauerit foretanum,uel forenſem,& ſanguis exiuerit,puniatur in libris quinquaginta. Et ſi fuerit foretanus,uel forenſis,qui dicto modo percuſſerit, ſeu uulnerauerit

rit foretanum,uel forẽſem,Et ſanguis exiuerit,puniatur in libris quinquaginta. Et ſi fuerit foretanus,uel forenſis, qui dicto modo percuſſerit, ſeu uulnerauerit Ciuem Lucen,puniatur in libris ducentis,& ultra puniri poſſit uſq; in quingentas arbitrio iudicantis, quas ſi non ſoluerit infra decem dies a die condẽnationis numerandos tali percutienti, manus dextera amputetur. Et ſi ſanguis non exiuerit in dictis caſibus,puniatur quilibet cõtra faciens in dimidia dictarum pœnarum pecuniariarum in ſuo caſu declaratarum. Verum ſi quis cum armis non euaginatis aliquam perſonam percuſſerit, ſeu uulnerauerit,puniatur,ac ſi cum baculo percuſſiſſet ſecundum formam capituli infra poſiti,ſub Rubrica de uulneribus, & percuſſionibus cum baculo,lapide,uel aliis rebus offendibilibus in alia parte corporis,præter q̃ in uultu,& hoc ſi uagina fuerit integra, ſed ſi fuerit fracta , puniatur a ſumma in qua puniendus ueniret,ſi arma nõ fuiſſent euaginata,uſq; ad ſũmã,in qua puniẽdus eſſet,ſi arma fuiſſent euaginata arbitrio Iudicis.

De pœna offendentis aliquem cum certis armis prohibitis. Cap.CL.

ET quicunq; doloſe percuſſerit,inſultauerit,uel alio quouis modo offenderit aliquã perſonam, cum pẽnato ad razzum, uel cum becchacenere, uel cum lancea,dardo,ſpiedo,clauarina,falcione,ſeu mãnareſe,accetta,traferio,roncola,rõcone,uel mãnaria,uel ſecuri,uel alio ſimili,quæ arma de ſui natura deferri conſueuerunt ſine uagina,uel nuda,ſiue ſanguis exiuerit,ſiue nõ,puniatur in duplum pœnæ,quæ pro tali offenſione imponi deberet, ſecundum formam ſtatutorum in ſuo caſu.

De Vulneribus,& Percuſſionibus cõmiſſis cum baculo, uel aliis rebus offendibilibus in alia parte corporis, præter q̃ in Vultu. Cap.CLI.

SI quis irato animo,& doloſe percuſſerit,ſeu uulnerauerit aliquã perſonã ſine armis,ſed cum baculo,lapide, uel alia re offẽdibili,ĩ aliqua parte corporis præterquã in uultu,& ſanguis exiuerit,ſi fuerit Ciuis Lucen. qui percuſſerit,ſeu uulnerauerit Ciuem Lucen.puniatur in libris ſexagintaſex. Et ſi Ciuis Lucen.percuſſerit dicto modo foretanum,uel forenſem, puniatur in libris triginta tribus. Et ſi fuerit foretanus,uel forenſis,qui dicto modo percuſſerit, ſeu uulnerauerit foretanum, uel forenſem ,puniatur in libris triginta tribus. Et ſi fuerit foretanus,uel forenſis,qui pcuſſerit,ſeu uulnerauerit Ciuem Lucen. puniatur in libris centum, & etiam ultra puniri poſſit uſq; in lib.ducentas arbitrio iudicantis conſiderata conditione perſonæ, & qualitate delicti. Et ſi ſanguis non exiuerit in dictis caſibus,puniatur quilibet percutiens in dimidia dictarum pœnarum in ſuo caſu.

De pœna

De pœna percutientis aliquem cum manu,pugno,uel alio mẽbro in alia parte corporis,pter quã in uultu. Cap.CLII.

ET si aliquis dolose percusserit aliquam personam ĩ alia parte corporis, præterq̃ ĩ uultu,cum manu,pugno,uel alio suo membro,& sanguis exiuerit, Si fuerit ciuis lucẽsis,qui dicto modo percusserit,seu uulnerauerit,seu momorderit,uel sgraffiauerit Ciuem Lucensem,puniatur in libris triginta trib. Et si percusserit,seu uulnerauerit,uel momorderit, uel sgraffiauerit foretanum,uel forensem,puniatur in libris sexdecim,& soldis decem. Et si fuerit foretanus,uel forẽsis,qui dicto modo percusserit,seu uulnerauerit foretanum,uel forẽsem,puniatur in libris sexdecim,& soldis decem. Et si fuerit foretanus,uel forensis,qui dicto modo percusserit,seu uulnerauerit Ciuem Lucen. puniatur in libris sexaginta sex, & ultra puniri possit usq; in libris centũ arbitrio iudicantis. Et in quolibet dictorum casuũ si sanguis non exiuerit,puniatur quilibet in suo casu in dimidia dictarum pœnarũ.

De pœna proiicientis Lapidem,Ferrum,lignum,uel aliam rem contra aliquem. Cap.CLIII.

ET si quis irato animo,seu dolose proiecerit cõtra aliquam personam aliquem lapidem,uel lignum,uel aliud,armis ferreis,uel alterius metalli exceptis,& nõ percusserit, Si fuerit Ciuis lucensis, qui dicto modo proiecerit contra Ciuem Lucensem, puniatur in libris quindecim. Et si contra foretanum,uel forensem,puniatur in libris septem,& soldis decem. Et si fuerit foretanus,uel forensis, qui dicto modo proiecerit cõtra foretanum, uel forensem,puniatur in libris septem & soldis decem. Et si fuerit foretanus, uel forensis,qui dicto modo proiecerit cõtra Ciuem lucensem,puniatur in libris triginta. Si uero proiecerit gladium euaginatum,uel ensem,uel arma prohibita,exceptis lancea,dardo,clauarina,uel talis,Si fuerit Ciuis Lucen. qui proiecerit contra Ciuem lucen.puniatur in libris uiginti. Et si proiecerit contra foretanum,uel forensem,puniatur ĩ libris decem. Et si fuerit foretanus,uel forensis,qui proiecerit contra foretanum,uel forensum,puniatur in libris decem. Et si fuerit foretanus,uel forẽsis,qui prædicto modo proiecerit contra Ciuem lucensem,puniatur in libris quadraginta. Si quis uero proiecerit lanceam,dardum, uel telum, uel spiedum,uel simile, & non percusserit, si fuerit Ciuis lucensis, qui proiecerit contra Ciuem lucensem, puniatur in libris triginta. Et si proiecerit contra foretanum,uel forẽsem, puniatur in libris quindecim. Et si fuerit foretanus,uel forensis,qui proiecerit contra foretanum,uel forensem,puniatur in libris quindecim. Et si fuerit foretanus,uel forensis,qui proiecerit contra Ciuem lucensem,puniatur in libris sexaginta pro qualibet uice. Et Declaramus,q; si quis percusse

rit,uel uulnerauerit,puniaẽ solũ de pcussione,& uulnere,& nõ de pieẽtione.

Cæterum si quis lapidem,uel aliam rem offendibilem proiecerit cõtra familiam cuiuscunq; Officialis,qui ex forma suæ electionis aliquam familiã tenere deberet,puniatur in triplum eius,in quo ueniret condemnãdus si cõtra aliam personam proiecisset, si talis proiectio fieret in loco,in quo debet suum officium exercere. Si autem extra dictũ locum,puniatur in duplum pœnarum in suo casu ordinatarum,si contra aliam personam proiecisset.

Si quis ex percussione,uel uulnere,in terram ceciderit. Cap.CLIIII.

SI ex percussione,uel uulneratione,uel propter percussionem,uel uulnerationem , persona percussa , uel uulnerata in terram ceciderit, puniatur percutiens in tertia parte pluri pœnarum a Statuto in suo casu declaratarum. Et si quis percussus sine sanguine caderet in terram,& ex tali casura, siue propter casuram sanguis exiuerit,puniatur percutiens,ac si ex percussione sanguis exiisset,& propter casuram in tertia parte pluri. Si uero percussus,& uulneratus ex tali percussione, uel uulnere ĩ terram ceciderit,& ex ipsa casura sanguis exiret aliunde,q̃ ex præcedenti uulnere,puniatur percutiens pro ipsa casura,pro una percussione cum sanguine facta, sine armis,ultra pœnas,quæ pro percussione & uulnere uenirent imponendæ.

De pœna Sagittantis contra aliquem. Cap.CLV.

ET quicunq; dolose cum Balista,uel Arcu,uel Funda,uel huiusmodi,sagittauerit contra aliquam personam sagittam ferratam, uel Verrettonẽ ferratum,uel stradum ferratum,uel pallotam ferream,uel aliam rem ferratam,& percusserit,& uulnerauerit,Si fuerit Ciuis lucensis contra Ciuem lucensem,puniatur in libris quingentis, quas si nõ soluerit infra decem dies, amputetur sibi manus dextra,loco dictæ pœnæ pecuniariæ. Et si percusserit,& non uulnerauerit,puniatur in libris ducentis quiquaginta,& si sagittauerit,& non percusserit,puniatur in libris centum. Et si sagittauerit bolcionem,uel aliam rem non ferratam,puniatur in dimidia suprascriptarum pœnarum pecuniariarum in suo casu declaratarum,Si uero fuerit Ciuis lucensis contra foretanum,uel forensem,& cum dictis rebus ferratis percusserit,& uulnerauerit,puniatur in libris ducentis quinquaginta. Si uero percusserit,& non uulnerauerit, puniatur in libris centum uigintiquinque. Si autem sagittauerit,& non percusserit,puniatur in libris quinquaginta. Et si sagittauerit bolcionem,uel aliam rem non ferratam, uel pallotam ferream, puniatur in suo casu in dimidia suprascriptarum pœnarũ. Si autem fuerit foretanus,uel forensis,qui sagittauerit contra foretanum,uel forensem uerretonem,uel stradum ferratum,uel aliam rem ferratam,si percusserit,& uulnerauerit, puniatur in libris ducentis quinquaginta. Et si percusserit, & non

uulnerauerit,

uulnerauerit,puniatur in libris centum uigintiquinque. Et si sagittauerit, & non percusserit,puniatur in libris quinquaginta. Et si sagittauerit bolcionem,uel pallottam terream,uel aliam rem non ferratam,puniatur in dimidia suprascriptarum pœnarum pecuniariarum in suo casu declaratarum. Si uero forestanus,uel forensis sagittauerit contra Ciuem lucensem sagittã, uerretonem,uel stradum ferratum,uel aliam rem ferratam,si percusserit,et uulnerauerit,sibi manus dextera amputetur,et perpetuo damnetur exilio,si uero percusserit,et nõ uulnerauerit,puniatur in lib.quingẽtis,et si sagittauerit,et non percusserit,puniatur in libris ducentis quinquaginta. Et si sagittauerit bolcionẽ,uel pallottã terream, uel aliã rem non ferratã,et percusserit, et uulnerauerit,puniatur in libris ducentis quinquaginta, et pro tribus annis relegetur, et si percusserit,et nõ uulnerauerit,puniatur in libris centum quinquaginta. Et si sagittauerit,et non percusserit,puniatur in libris centũ. Si quis uero in scertum,et non dolose sagittauerit,uel sagittauerit se exercẽdo ad signum,et non contra aliquam personam,et aliqua persona inde læsa fuerit fuerit,puniatur usq; in dimidia suprascriptarum pœnarum pecuniariarum in suo casu declaratarum arbitrio iudicantis,considerata personarum conditione,et qualitate facti.

De pœna illius,qui uulnerauerit,uel uulnerari fecerit aliquem pecunia data,uel promissa. Cap.CLVI.

SI quis pcio sibi dato,uel promisso,quãcunq; personam cuiscunq; conditionis existat uulnerauerit,sibi manus dextera amputetur ultra alias pœnas pro uulnere in suo casu ordinatas, in quibus dictus uulnerator etiam puniatur. Et si dictus malefactor capi non potuerit,banniatur in amputatione manus,et eius bona publicentur ultra dictum bannum,salua legitima filiorum,et descendentium,et eisdem poenis puniatur dans pcium,seu pro mittens pro aliquo uulnerando,secuto uulnere. Et in quantum pecunia data,uel promissa pro aliquo uulnerando nullius uulneris fuerit secutus effectus,tam ipse dans, seu dari faciens, uel promittens,q̃ etiam ipse recipiens, uidelicet quilibet eorum, puniatur in libris ducentis pro qualibet uice. Si uero aliquis tractauerit,uel ordinauerit, de aliquo uulnerando aliter,q̃ pecunia, uel promissione pecuniæ mediante, talis tractans,et ordinans, puniatur, ac si ipse tale uulnus perpetrasset, uulnere ex dicto tractatu secuto. Dũtamen dictũ,uel cõfessio delinquentis nõ noceat ei,q dicerẽt ordinasse, nec quo ad psumptionem,uel indiciũ,nec quo ad hoc,ut torqueri possit.

De pœna offendentis aliquem ex Magnificis Dominis Antianis, uel Vexilliferum iustitiæ Ciuitatis lucen. Cap.CLVII.

ET si qua persona dolose interfecerit aliquem ex Magnificis Dominis

Antianis, seu Vexilliferum iustitiæ strasinetur per Ciuitatem Lucensem sine tabula usq; ad locum iustitiæ,& ibi furcis laqueo suspẽdatur,ita q̃ moriatur, & omnia bona sua confiscentur, salua legitima filiorum,& descendentium,& dari debeant de bonis occisoris libræ tercentæ ei,uel eis,qui ab inestato non condito testamento successissent occiso. Si uero percussent, seu uulnerauerit cum sanguinis effusiõe,cum aliquo genere armorum, Si in palatio Magnificorum Dominorum Antianorum,capite puniatur,ita q̃ moriatur. Si uero extra palatium,ambæ manus amputentur eidem,ita q̃ a brachio separentur.Si uero sine sanguinis effusione percusserit ĩ dicto palatio,ambæ manus amputentur eidem,ita q̃ a brachio separentur. Si uero percusserit cum aliis rebus,uel pugno,uel calce, uel alio suo membro,Si in palatio,& sanguis exiuerit,ambæ manus eidem amputẽtur,ita q̃ a brachio separentur, Et si sanguis nõ exiuerit,manus dextra amputetur,ita q̃ a brachio separetur. Et si extra palatiũ,& sanguis exiuerit,amputetur sibi manus dextra, ita q̃ a brachio separetur.Et si sanguis non exiuerit, puniatur in quadruplum pœnæ statutæ in suo casu,si offendisset Ciuem lucensem,& non Antianum. Si quis autem uerba iniuriosa dixerit alicui Antiano,puniatur ĩ quadruplum eius pœnæ, qua puniri deberet, si dixerit alicui Ciui lucensi non Antiano,& eisdem pœnis puniatur quilibet,qui tractauerit,uel ordinauerit prædicta,seu aliquod prædictorum fieri,seu cõmitti,si delictũ habuerit effectum, Effectu autem nõ secuto, puniatur in quadruplum eius pœnæ, qua puniri deberet si tractasset , uel ordinasset prædicta cõmitti in Ciuem lucen. non Antianum, Et prædicta nõ extendant̃ ad D.Antianos, qui prædicta,seu aliquod prædictorum cõmitterent inter se,sed puniantur in suo casu, ac si inter priuatas personas forent dicta maleficia perpetrata. Insuper Statuimus , q̃ deinceps quæcunq; persona cuiuscunq; gradus, status,aut conditionis existat,auderet, uel præsumeret aliquid attentare contra aliquem Oratorẽ alicuius Dominii, Domini,cõmunitatis,seu potentatus,qui in Ciuitate lucensi missus esset, & ĩ ea moraretur,seu ipsum Oratorem offenderet uerbo,uel facto,seu ad aliquem actum facto proximum, uel remotum,& tam ipso manente in Ciuitate lucensi, q̃ in suo aduentu, reditu,uel discessu ueniret,puniatur eadem pœna,qua puniẽdus esset,qui offenderet Magnificum Vexilliferum iustitiæ existentem in palatio Magnificorum Dominorum Antianorum,secundum formam,& pœnam, de quibus supra in suo casu.

De pœna Offendentium Dominum lucen.Potestatem,uel Maiorem Sindicum lucen.Ciuitatis. Cap.CLVIII.

STatuimus,q̃ si quis cum Armis percusserit,& uulnerauerit cum sanguinis effusione Dominum Lucen.Potestatem,uel eius Vicariũ, seu Iudicem

cem maleficiorum,uel Dominum Maiorem Sindicum Lucen. Ciuitatis in domo,in qua quisq; eorum residet pro suo officio exercendo, pœna capitis puniatur,ita q̃ moriatur,& omnia sua bona fisco publicētur,salua legitima filiorum,& descendentium. Et si extra domos,in quibus resident pro eorū officio exercēdo,aliqua persona uulnerauerit prædicto modo aliquem ex prædictis,sibi manus dextra amputetur,& omnia sua bona debeant confiscari,salua legitima filiorum,& descendentium. Si uero,dictæ percussiones fierent sine armis ,sed cum baculo,lapide, uel alia re offendibili, & sanguis exiuerit,& hoc fieret in domibus,in quibus resident pro eorum officio exercēdo,tunc manus dextra tali percutienti amputetur, & condēnetur in triplum eius,in quo ueniret condemnandus si Ciuem Lucen.uulnerasset. Si quis autem percusserit aliquem ex prædictis sine armis , & sine sanguine in domibus in quibus resident pro eorum officio exercendo, sibi manus dextera amputetur. Si autem sine armis,sed cum alia re percusserit,& uulnerauerit aliquem ex prædictis extra dictas domos cum sanguinis effusione, sibi manus dextera amputetur. Si autem percusserit, & nō uulnerauerit, id est sanguis nō exiuerit,puniatur in triplum eius,in quo ueniret condemnādus,si alium scilicet Ciuem lucen.percussisset. Et eisdem pœnis subiaceat ille, qui aliquem ex prædictis offenderet finito officio,tempore quo starent ad sindicatum. Si quis autem uerba iniuriosa dixerit alicui ex dictis officialibus,puniatur in quadruplum pœnæ pecuniariæ,in qua puniri deberet, si dixerit alicui priuatæ personæ Ciui Lucen.

De pœna Offendentium alios Officiales Ciuitatis Lucen. Cap.CLIX.

IVbemus,q̃ si qua persona uerbo,uel facto offenderet aliquem aliū officialem lucen.cōmunis, & ex tali offensione pœna ueniret īponēda in corpus , si aliam priuatam personam offendisset,Tunc debeat talis offendens puniri in pœna a Statutis p̄fixa, & ordinata. Si uero ex tali offensione esset imponenda pecuniaria pœna,si alium offendisset,Tunc si talis officialis offendatur in loco,in quo debet suum officium exercere,talis offendens,puniatur in triplum eius,in quo ueniret condemnandus si alium offendisset. Si uero extra dictum locum, puniatur in duplum quātitatis in qua puniri deberet si alium offendisset. Et hæc non referantur ad Dominū Potestatē, uel eius Iudices,uel ad Dominum Sindicum,de quibus supra in proximo præcedenti capitulo specialiter est prouisum. Et quod dictum est de pœna triplicanda, uel duplicanda si extra locum in quo debēt officium exercere offendantur,intelligātur eo casu officiales infrascriptæ personæ, & nō aliæ Vicarii Vicariarum,Potestates Potestariarum,Exactor,Officiales Gabellarū,Officiales portarum,Officialis Fundaci,Officialis Salis,& Abundantię, Capitaneus custodiæ,Capitaneus cōmitatus,Officialis burgorum.Si quis

uero offenderit aliquem ex cancellariis Dominorum Antianorum in palatio, siue extra, puniatur in quadruplum eius in quo puniretur offendens alium Ciuem Lucensem extra palatium.

De pœna offendentis aliquem Aduocatum, uel Procuratorem, uel Arbitratorem, uel Consultorem. Cap.CLX.

ET si qua persona, quæ causam, litem, uel quæstionē, seu controuersiam aliquam haberet, uel habuisset, offenderet, uel offendi mandaret, consentiret, uel ordinaret aliquem aduocatum, uel procuratorem, seu causæ patronum, uel consultorem electum ab aliquo officiali, uel arbitro, uel arbitratore, uel iudice delegato, uel aliquem arbitrum, uel arbitratorem, qui in huiusmodi causa, uel lite quomodolibet arbitrium, uel arbitramentum protulisset, uel aliquem, qui consilium, uel colloquiū alicui Officiali, uel arbitro, uel arbitratori exhibuisset, uel dare, uel exhibere deberet, uel aliquem, qui sententiam, siue laudum protulisset, uel proferre deberet, puniatur in duplū eius, in quo puniri deberet, si alium quomodolibet offendisset, uel offendere ordinasset, uel mandasset, uel consuluisset.

De pœna Offendentis aliquem, pro Vindicta. Cap.CLXI.

ET si qua persona pro ultione, uel uindicta iniuriæ sibi, uel alicui suo coniuncto, uel consorti illatæ, offenderit Patrem, uel Filium, aut Germanū, siue Fratrem, uel aliam personam cōiunctam illi personæ, quę iniuriam irrogasset, occasione, uel iniuriæ sibi, uel alicui suo consanguineo, uel consorti illatæ, uel factæ, Si talis offensio facta fuerit ī personam prædictorum, puniatur in duplum eius, in quo puniri deberet pro tali offensione. Et intelligatur fecisse ad uindictam, de quo sic reputaretur per publicam famam, & possit hoc etiam legitimis indiciis probari.

De pœna Percutientium, seu Vulnerantiū aliquem taliter, q̄ Mēbrum perditum, uel debilitatum fuerit. Cap.CLXII.

ET si aliquis dolose percusserit, uel uulnerauerit aliquam personam, cuius percussionis, seu uulneris occasione, persona percussa, uel uulnerata membrum perdiderit, uel debilitatum, uel inutile factum fuerit, uel partem membri perdiderit, uel pars mēbri debilitata fuerit, uel nasum, uel partem nasi amiserit, puniatur, & condemnetur talis percussor, seu uulnerator in libris ducentis, ultra pœnas a statuto pro percussione, & uulnere ordinatas, de quibus libris ducentis persona offensa habeat medietatem. Pro quolibet autem digito manus amputato, uel inutili facto, offendens puniatur, & condemnetur

& condemnetur in libris centum, de quibus offensa persona habeat medietatem. Et hoc ultra alias pœnas a statuto pro percussione, & uulnere ordinatas. Foretanus autem, uel forensis, qui contra Ciuem Lucen. talem excessum, & delictum cōmiserit, ultra pœnas pecuniarias a statuto pro percussione, & uulnere ordinatas, cōdemnetur in amputatione manus dextre, ita ꝙ a brachio separetur, Nisi digitus esset incisus, uel debilitatus, quo casu cōdemnetur in libris ducētis pro quolibet digito inciso, uel debilitato, de quibus persona offensa habeat medietatem. Et hoc ultra pœnas pro tali percussione, & uulnere originaliter imponendas. Et si dictus foretanus, uel forensis non peruenerit in fortiam Lucen. Regiminis, Banniatur in dictis pœnis, & eius bona publicentur, salua legitima filiorum, & descendentium.

De pœnis Percutientis, seu Vulnerantis aliquam personam pluries, eodem impetu. Cap. CLXIII.

SI quis aliquam personam eodem impetu pluries percusserit, seu uulnerauerit pluribus admenationibus, siue cū sanguinis effusione, siue sine, puniatur pro una percussione, seu uulnere in tota summa, qua puniri deberet pro una percussione, seu uulnere, pro qua maior pœna ueniret imponenda, uel æquali, si maior nō esset, & pro qualibet aliarum percussionum, seu uulnerum, immediętate poenæ cuiuslibet alterius percussionis, seu uulneris. Et intelligantur factę percussiones eodem impetu, si partes non diuerterint ad extraneos actus, inter ipsas percussiones, uel uulnera, si fuerint factæ eodem tempore. Et in dubio percussiones intelligantur factæ eodem impetu, si aliud in processu non exprimatur. Foretanus autem, uel forensis, qui plures percussiones, uel uulnerationes fecerit cōtra personam alicuius Ciuis Lucen. pluribus admenationibus cum aliquo genere armorum, eodem impetu, si sanguis exiuerit ex dictis percussionibus, seu uulneribus, uel ex altera earum ex capite, gula, uel uultu, sibi manus dextera amputetur, & in perpetuum exulet a ciuitate, & districtu Lucen. & omnia bona Cameræ Lucen. publicentur, Salua legitima filiorum, & descendentium. Et si in alia parte corporis fecerit dictas percussiones, seu uulnera, uel aliquod eorum cum effusione sanguinis, puniatur pro una percussione, & uulnere, in maiori pœna in qua ueniret puniendus secundum formā statuti, & pro qualibet alia percussione, seu uulnere, puniatur in dimidia pœnæ pecuniariæ, quæ pro qualibet aliarum percussionum, seu uulnerum ueniret imponenda, & a Ciuitate Lucen. & eius districtu in perpetuum exulet. Et si sanguis nō exiuerit ex aliqua dictarum percussionum, seu admenationum in eodem impetu factarum, puniatur pro una percussione, pro qua maior pœna ueniret imponenda, uel æqualis ubi maior non esset, & pro qualibet aliarum percussionum in dimidia pœnæ, quæ ex qualibet earum originaliter imponenda ueniret secundum formam statutorum.

De pœna Cómittétis plura uulnera una admenatione. Cap.CLXIIII.

ET si quis una admenatione fecerit plures percussiones, seu plura uulnera, siue cum effusione sanguinis, uel sine, cum forficibus, uel cum rastro, uel cum quibuscunq; armis, seu rebus, uel per rimbalsum, uel alio modo, intelligátur esse plures percussiones, & puniatur pro una percussione, pro qua maior pœna imponenda ueniret, uel æquali, ubi maior pœna non esset. Et pro qualibet alia percussione, in dimidia pœnæ, quæ pro qualibet aliarum percussionum, ueniret imponenda. Si quis autem una admenatione perforauerit adeo, q ex alia parte corporis, uel membri pertransiuerit, unum tantum uulnus fecisse intelligat, Dũtamen puniat in quarta parte pluri pœnæ pecuniariæ, quæ pro tali uulnere imponẽda ueniret. Verum si una admenatione fecerit plures percussiones in digitis, quãuis digiti sint distincti, intelligatur una percussio tantum.

De pluribus delictis, siue uno tẽpore, siue uno ĩpetu factis. Cap.CLXV.

SVpra declarata est pœna imponẽda si ex uno, eodẽq; impetu, & delicto, plures percussiones factæ fuerint. Nunc declarandum restat si plura diuersa delicta in eodem impetu, uel eodem tempore cõmittantur. Igitur Statuimus, & Ordinamus, q si quis eodem impetu, uel eodem tempore simul, & coniunctim cõmiserit plura delicta, quorum unum sit præambulũ ad [illegible], tunc delicta pręambula confundantur, & extinguátur in delicto, ad cuius finem cætera sunt cõmissa Veluti. Si quis arma detulerit, & cum ipsis armis aliquem insultauerit, Tunc de insultu facto cum armis debeat puniri, & non de armorum delatione, nõ enim cum armis insultare potuisset, si arma non detulisset. Et simili modo si quis insultum fecerit, & percusserit, seu uulneraverit, insultus confundatur, quia intelligi debet præambulum ad percussionem, & puniatur de percussione, & non de insultu. Similiter si quis ĩtrauerit domum alienam causa cõmittendi aliquod delictum, Veluti Furtũ, uel Adulterium, uel aliud, Nam si delictum consumetur, puniatur de delicto consumato, & non de ingressu in domum, non enim in domo delinquere potuisset, Nisi in eam fuisset ingressus. Et sic semper pręcipimus obseruari in omnibus casibus, in quibus unum delictum de necessitate sit præambulum ad aliud, Nisi ex tali delicto præambulo per formã iuris, uel statutorum, maior pœna ueniret imponenda, quo casu puniatur solũmodo in dicta maiori pœna, Si uero delicta, quæ cõmitterentur essent diuersi generis, & diuersa, & seperata, adeo q unũquodq; per se, simul, & eodem tempore cõmitti posset, & unum non penderet ab alio, Tunc Disponimus, q puniatur de utroq; delicto, & nõ fiat cõfusio aliqua, Veluti si quis percusserit, & rapinã cõmiserit. Nã potest cõsiderari de per se rapina, & de per se percussio diuisim, ita q de necessitate unũ nõ est pãmbulũ alterius.

Et sic

Et sic seruari Volumus generaliter in quolibet casu,ĩ quo plura delicta diuersi generis eodem tempore,uel eodem impetu cõmitterentur.

De pœna Ciuis Lucensis offendentis Forensem. Cap. CLXXI.

IN omnibus, & singulis Cap.statutorum parificauimus pœnas foretanorum,& forensium tam si offendãtur,q̃ etiam si offendant. Nunc autem Declaramus,ꝙ nostræ intentionis est,ꝙ si forensis offendatur a Ciue unde ueniat pœna pecuniaria imponenda, possit Officialis, & Iudex, qui de tali delicto procederet,minuere ad eius arbitrium,& prout,& quatenus sibi uidebitur,pœnas pecuniarias pro tali delicto,secũdum formã statuti impositas,cõsideratis conditionibus personarum,& qualitate delicti.Dũmodo diminuere nõ possit plus q̃ dimidiam portionẽ pœnæ pecuniariæ impositæ Ciui offendẽti forensem. De pœnis autem offendẽti foretanum impositis nihil per prædicta intendimus innouare, sed seruari Volumus statuta super hoc promulgata.

De Expensis factis occasione Vulnerũ restituendis. Cap.CLXVII.

ET si aliqua persona aliam uulnerauerit,nisi se defendẽdo,uel nisi se eam licite offendere potuisset, per formam statutorum lucen.ciuitatis, uel de iure cõmuni cõdemnetur, & compellatur de facto sine aliquo processu, uel scriptura personæ offensæ ad restitutionẽ, & satisfactionem omnium expẽsarum factarum,& fiendarum occasione huiusmodi uulneris unius,uel plurium pro medicis,& medicinis, & pro aliis causis necessariis, uel opportunis pro ipso uulnere curando. Et quilibet officialis, qui de dicto crimine cognosceret,seu cognouisset,ĩfra quindecim dies ad petitionẽ uulneratæ ꝑsonę postq̃ fuerit requisitus Teneatur,& debeat huiusmodi expẽsas taxare habito colloquio opportuno.Et uulnerantem compellere ad eas soluendum,& restituendum cum effectu,& de facto. Et nisi officialis prædicta seruauerit,puniatur in libris uigintiquinque,in quibus debeat sindicari.

De pœna Nutricis dimittentis Puerum,quem ad lanctandum suscepisset. Cap.CLXVIII.

PLerunq; Nutrices,quæ Pueros,uel Puellas alicuius ad lactãdum ab alio susceperint,siue sub spe amplioris lucri,siue ex alia quauis causa,pueros ipsos dimittunt,& alios assumunt,et interdum pueri taliter dimissi fame pereunt,unde uaria scandala producuntur. Ad obuiandum igitur prędictis, et aliis quibuscunq; fraudibus Statuimus ꝙ si aliqua Nutrix, uel Alumna, quæ filium,uel filiam alicuius ad nutriẽdum,siue lactandum acceperit,nõ possit inuito patre,uel matre,uel alio in cuius potestate,gubernatione,uel cu

ra talis Puer,uel Puella foret,uel inuita illa persona a qua huiusmodi puerum,uel puellam acceperit,dimittere,uel a lactãdo quouis modo desistere. Si qua igitur in aliquo contrafecerit,si talis Puer,uel Puella esset, uel fuisset filius, uel filia alicuius Ciuis Lucen. puniatur talis nutrix in libris centum pro qualibet uice. Si uero huiusmodi puer,uel puella esset,uel fuisset filius, uel filia alicuius foretani,uel forẽsis,puniatur talis nutrix in libris quinquaginta. Et nihilominus si aliqua Nutrix reliquerit filium,uel filiam Ciuis, uel forensis,uel foretani non possit alium puerum,uel puellam alicuius cuiuscũq; personæ recipere ad nutriendum,uel lactandum inde ad octo menses,a die qua reliquerit proxime computandos,sub pœna librarum quinquaginta. Præterea Statuimus, q aliqua mulier nutrix eodem tẽpore nõ possit simul tenere duos pueros alienos, siue unum suum, et alterũ alienũ, siue masculos,siue fœminas,siue alterum masculum, et alteram fœminam ad lactandum sub pœna librarum quinquaginta pro qualibet uice, et hoc habeat locum, nisi procederet de uolũtate eorum,qui dedissent filios,uel filias ad lactandum. Et quilibet possit contrafacientes accusare,uel denunciare,et Teneatur Maritus pro Vxore,et Socer pro Nuru,quæ secum habitaret, et Frater pro Sorore,quæ cum ipso fratre habitaret, et in eorum bonis possit fieri executio,et exactio dictarum poenarum.Et de prædictis in hoc Cap.comprehensis in ciuitate Lucen. et in districtu sex milliariorum, tam Domino Lucen.Potestati,& eius Iudici maleficiorum q̃ officiali curiæ Fundaci,& cuilibet Vicario in sua uicaria spectet cognitio,& punitio. Et in prędictis fiat summaria cognitio,& punitio,sine scriptura, uel processu,sed de facto cognoscatur,& puniatur.

De pœna Nutricis male tractantis puerum susceptum ad Nutriendum. Cap.CLXIX.

STatuimus,q quælibet Nutrix Teneatur,& Debeat caute, & solicite bona fide nutrire,& lactare puerum,seu puellam quam, seu quem ad lactãdum,uel nutriendum pro aliqua mercede,seu salario susceperit. Si qua uero mulier in aliquo,siue culpabiliter, siue dolose contrafecerit, seu si de ipso puero,uel puella male se gesserit,si talis puer,uel puella sit filius,uel filia alicuius Lucen.Ciuis,puniatur in libris quinquaginta. Si uero fuerit filius, uel filia alicuius foretani,uel forensis,puniatur in libris uigintiquinque.Et quælibet Nutrix tempore quo puerum, uel puellam restitueret,Teneatur restituere fascias,& pãniculos dicti pueri ad integrum,sub pœna librarũ decem pro qualibet uice,sed ne Nutrices habeant causam male tractandi huiusmodi pueros,uel puellas,Statuimus,q Dominus Lucen.Potestas,uel officialis Fundaci in Ciuitate Lucen.& in districtu sex milliariorum. Et quilibet Vicarius in sua uicaria de facto,& sine aliquo processu compellat eos, qui pro ipsis pueris,seu puellis mercedem promisissent ad soluendum sal-

tum

tim singulis duobus mensibus pcium conuentum. Et si moniti, ꝙ soluant per Officialem, uel Potestatem soluere recusauerint, possit Nutrix impune pueros, uel puellas prædictas dimittere, uel a lactando desistere, uel petere duplum prætii conuenti, ad quod soluendum omnino compellantur.

De pœna turbantis Possessionem. Cap.CLXX.

STatuimus, ꝙ si qua persona dolose quocunq; modo turbauerit alicui possessionē ciuilem, uel naturalē, uel quasi, uel aliquē dolose ī possessione ciuili, uel naturali turbauerit alicuius rei īmobilis, uel seruitutis, seu iuris, qđ seu quæ occasione alicuius rei īmobilis cōpeteret, uel dolose nō permiserit possessorē pacifice possidere, puniatur ī libris quinquaginta, et nihilominus teneatur nō turbare possessionē, sed pmittere possessorē pacifice possidere, et beneficiū huius statuti cōperat missis in possessionē ex primo Decreto, remanētibus sibi firmis, et saluis remediis sibi a iure cōcessis, et si qs suo nomine locaret rem aliquā, seu aliquā partem, uel particulā rei, quā alius possideret sine licentia, et mandato possessoris, uel fructus receperit, seu recepisse cōfessus fuerit, et possessori ad eius requisitionē nō restituerit, et soluerit cū effectu, intelligatur possessionē turbasse, et pœna suprascripta uendicet sibi locum. Sed si nomine possessoris locauerit, tunc nō intelligatur possessionem turbasse, sed locatio nullam obtineat firmitatem, Nisi possessor eā ratificauerit: Et hoc ita si possessor absens fuerit a ciuitate lucen. et eius territorio, et districtu. Si uero pſens fuerit, tunc locator in pœnā librarū uigintiquinq; incidat, Nisi possessor locationē ipsam suo nomine factā ratam habuerit. Cæterum quoniā ex ingressu alienarum possessionū solent plurima, et maxima scādala, et cōtentiones oriri, his igitur obuiare uolentes Statuimus, ꝙ nulla persona cuiuscunq; conditionis existat, audeat, uel præsumat ui, uel clam, aut palam intrare in possessionē alicuius rei īmobilis, tam ī ciuitate Lucen. q̄ ī toto eius territorio existentis, aut eam locare, uel dislocare, aut affictus, uel pēsionis, siue liuelli, siue societatis nomine pro ea aliquid recipere, aut recepisse cōfiteri, sub pœna librarū centū fisco applicandarū, exceptis his personis, uel eius heredibus, aut successoribus, qui licentiā habuerint intrandi super dictis bonis a possessore ipsius rei, cuius ipse, uel eius auctor fuerit in possessione ab anno uno citra, Et nihilominus per dictum ingressum ut supra prohibitū, uel in aliquo dictorum casuum nulla possessio ciuilis, uel naturalis tali ingredienti acquiratur in ipsa re, et nullū ius reddatur ei ab aliquo Iudice de dicto introitu, sed perinde sit, ac si nūquā intrasset. Insuper Statuimus, ꝙ nulla persona ut supra audeat, uel pſumat occupare, seu itrare animo sibi acquirendi possessionem alicuius rei īmobilis uacantis in Ciuitate Lucen. aut in eius territorio existentis, sine expressa licentia Iudicis cōpetentis, sub pœna librarū quinquaginta fisco ut supra applicādarū, et per dictū introitū sine Iudicis licētia factū nullū ius acquiratur

in ipsa possessione. Sed auctoritate præsentis statuti ipsa res uacua remaneat, sicut erat ante talem ĩgressum, Et ut Iudex, qui pest iurisdictioni dictę rei, rite, & recte pcedat super concessione dictæ licẽtię, Statuimus, ꝙ Iudex ipse licentiá de ingrediẽdo possessionẽ dictę rei uacátis cócedere nõ possit, nisi primo palá, & publice citari fecerit per tria diuersa pclamata oẽs, & singulos sua interesse putátes in locis publicis, & cõsuetis ĩ ciuitate lucen. si res fuerit sita ĩ ciuitate lucen. cũ termino octo dierũ pro quolibet proclamate: Si uero res fuerit sita extra ciuitatẽ lucen. Tunc ultra dicta tria pclamata in ciuitate, nisi fecerit denũciari in scriptis per aliquẽ nunciũ officialis, ubi res est sita, pcipiendo dicto officiali ꝙ pdicta notificet prędicto cõi, & hominibus, declarádo res ipsas per loca, & locũ loci, & cõfinia, cum assignatione termini infra octo dies ad compatendũ corá eo, & cõtradicendũ quid uolunt, & possunt quare dictæ res nõ possint seruaris seruádis concedi petentibus, & in quolibet dictorũ casuũ Volumus, ꝙ dicta citatio, seu proclama, seu intimatio debeat affigi, & apponi super banchũ Curiæ D. Potestatis lucensis, & Vicarii Vicariæ ubi res est sita, si ĩ uicaria fuerit sita, & si sic per Iudicem nõ fuerit obseruatũ, ipsa licẽtia nullius sit ualoris. Si tamen is cuius interesset fuerit absens a Ciuitate Lucen. & eius territorio tẽpore quo prædicta fierent, Volumus, ꝙ ei quádocũq docenti corá Iudice de iuribus suæ possessionis, dicta licẽtia per Iudicem data nihil præiudicet, nisi quo ad fructuũ, & reddituũ perceptionem, quos interim lucretur missus in possessionem per Iudicem ut supra, Et prædicta nõ extendátur ad possessionẽ, quá darent Iudices cõpetẽtes Lucen. dominii in executionẽ sententiarũ per eos latarum, seu in executionem laudorum datorum per arbitros, seu arbitratores, & seu in executionem in solutorum per ipsos Iudices assignádorum, quibus in aliquo non intelligatur, nec sit per supra scripta derogatũ. Sed dicta possessio per dictos Iudices in casib. suprascriptis assignata alicui, tali sic assignata prosit, & eam acquirat.

De pœna Minantium Inquilinis, uel Colonis, uel Tenitoribus terrarum. Cap. CLXXI.

STatuimus, & Ordinamus, ꝙ si aliqua psona alicui Pẽsionario, uel Colono, uel inquilino, seu cõductori, uel laboratori alicuius domus, terræ, uel rei ĩmobilis, uel alteri cuicũq personæ minas fecerit, aut intulerit, seu rogauerit, uel pces adhibuerit, uel alio quocũq modo suggesserit, ꝙ ĩ ea nõ moretur, uel ꝙ inde discedat, uel ꝙ rẽ aliquá nõ conducat, uel nõ laboret, uel aliquid fecerit, uel attẽtauerit per quod uideatur Iudici ꝙ minas inferat, uel ĩpedimentũ pstet quominus rerũ possessores res ipsas locẽt, uel laborari faciant, puniatur ĩ lib. centũ, & condẽnet possessori ad ĩteresse, de quo ĩteresse stetur iuramẽto dicti possessoris, taxatione Iudicis pcedente, dũmodo tale interesse nõ excedat summá lib. cẽtum. Et in pdictis cõmittimus arbitrio

iudicántis

iudicātis facultatē interpetrandi uerba obscura, q̄ quis prulisset occasione p̄ dicta cōtra conductores, uel colonos, seu inquilinos, seu laboratores, seu uolentes cōducere, uel laborare. Et sufficiat probatio in omnibus supra scriptis per unum testem cum iuramento possessoris accusantis, uel cum iuramēto cōductoris, uel rem cōducere, uel laborare uolentis. Et ille cōductor, uel colonus, uel qui conducere, uel laborare uellet, cui dictæ præces, uel minæ fuerint illatę, seu cui uerba prædicta fuerint prolata sit idoneus testis. Et etiā in prædictis sufficiat probatio per famam cum iuramento prædicto. Et Iudex qui procederet recepto iuramento corporali a domino, uel possessore talis terræ, uel domus, uel capānę, uel ab ipso conductore colono, uel inquilino, uel tenere, seu conducere, seu laborare uolente, eo q̄ tales minæ p̄ces, uel alia uerba fuerint dicta pro ueritate īuestigāda, possit talē minantē, seu rogātem, seu eum qui minas, p̄ces, seu alia uerba protulisse iuraretur, ponere ad tormenta, & torquere, prout discretioni suę uidebitur, etiam nō seruata forma statutorum de tortura loquentium.

De pœna intrantis Domum, uel Terram alterius contra prohibitionem Domini, uel Coloni. Cap. CLXXII.

STatuimus, q̄ si qua persona scienter, & dolose intrauerit in aliquam domum, uel capānam contra prohibitionem Domini, uel coloni, uel habitatoris, seu possessoris, puniatur arbitrio iudicantis, considerata causa sui ingressus secundum formam Cap. positi sub Rubrica De pœna intrantium domum alterius occulte, & dolose. Si uero ītrauerit terram cultam, uel incultam contra prohibitionem Domini, uel coloni, seu etiam possessoris, uel alicuius de sua familia, puniatur qualibet uice in libris decem. Verum si intrauerit, terram, uel domum auferendo possessionem, puniatur secundum formam statuti de hoc loquentis. Si uero contra prohibitionem Domini, uel coloni intrauerit domum causa rapinā, uel homicidum cōmittēdi, uel aliud quodcunq; delictū perpetrādi, puniatur secundū dispositionē statuti positi supra sub Rub. De pœna intrantiū domū alterius occulte, & dolose.

De pœna Mittentis ignem in aliqua terra laborata. Cap. CLXXIII.

ET si qua persona dolose ignem immiserit in aliqua terra aliena laborata, & cultiuata, in qua essent fructus industriales, puniatur in libris uigintiquinq;, & condemnetur damnum passo ad emendationem damni in duplum. Si uero ex tali incendio aliqua persona mortua, uel aliter in corpore lęsa fuerit, uel domus, uel capāna habitabilis combusta fuerit, puniatur secundum formam statuti supra positi sub Rubrica De pœna mittentis ignē in aliqua domo, uel capāna. Verum si quis ignem miserit dolose ī aliqua terra cultiuata in qua essent fructus naturales, puniatur ī libris uigintiquin

que, & condemnetur damnum passo ad emẽdationem damni in duplum. Si uero ignis in terra laborata immissus fuerit non dolose, sed culpabiliter. habeat, locum pœna statuti infra positi, sub Rubrica De pœna damnum dantis in terris alicuius cultiuatis. Si quis autẽ extra terras laboratas dolose ignem ĩmiserit, et ignis euolauerit, seu transierit in aliquam terram laboratã, uel cultiuatã, puniatur, ac si in dicta terra laborata ignem misisset.

De pœna Mittentis Ignem in aliqua Terra non laborata. Cap. CLXXIIII.

ET si qua persona dolose ignem miserit in aliqua terra nõ cultiuata, sed boschiua, uel pratiua, uel syluata, uel alterius qualitatis nõ tamẽ laborata, uel cultiuata, puniatur in libris duodecim, et soldis decem, et nihilominus condẽnetur ad restitutionẽ damni in duplũ damnũ passo. Si uero ex tali incendio aliqua persona mortua, uel aliter in corpore lęsa fuerit, uel domus, uel capãna habitabilis combusta fuerit, puniatur secundũ formã statuti positi sub Rubrica De pœna mittentis ignẽ in aliqua domo, uel capãna. Verum si quis ignem dolose miserit ĩ aliqua terra nõ cultiuata, et ignis trãsiuerit, uel euolauerit ad alias terras similiter nõ cultiuatas, puniatur, ac si in dictas terras ad quas ignis euolauerit missus fuisset. Si autem in prædictis casibus ignis non dolose, sed culpabiliter missus fuerit, puniatur secundum formam statuti infra positi, sub Rubrica De pœna damnum dantis in rebus alienis non laboratis.

De Licentia Concedenda de Mittendo Ignem Congruo tempore in Nemoribus. Cap, CLXXV.

STatuimus, ꝙ Dominus Lucen. Potestas, et quilibet Vicarius ĩ sua Vicaria, et quilibet Potestas in sua potestaria possint auctoritate pręsentis statuti licentiam concedere cuiqꝫ personæ ignem mittendi impune tẽporibus cõgruis in boschis, et pascuis, et locis desertis publicis, uel priuatis, in quib. obtenta dicta licẽtia quælibet persona cui licẽtia cõcessa fuerit, possit ignẽ mittere, sed ita ꝙ ex inde nulla Domus, uel Capãna cõburatur, et ꝙ nulla persona in suo corpore lædatur, et ꝙ ignis non transeat ad terras cultiuatas. Alioquin si qua persona moreretur, uel læderetur, uel Domus, uel capãna combureretur, uel ignis ad terras cultiuatas, et laboratas euolaret, dicta licentia sibi non opituletur, quominus pœnas incurrat. Et Volumus, ꝙ quilibet, qui licentiam prædictam ignem mittendi obtinuerit, Teneatur cõmuni, et officialibus cõmunis in cuius territorio essent terræ, in quibus

ignis

ignis deberet immitti situatæ anteq̃ ignem mittat,notificare dictam licentiam,et fiendam immissionem ignis,ut possint esse cauti,et prouisi. Alioquin dicta licentia sibi nõ prosit. Si quis autem in prædictis locis ignem miserit dicta licentia non obtenta,puniatur usque in libris duodecim arbitrio Iudicis, et condemnetur damnum passo ad emendationem damni in duplum: Et si aliqua persona dolose ignem miserit in aliqua meta frumenti,palearum,uel fœni,alicuius personę, puniatur si in meta frumenti in libris centum,& si in meta palearum, uel fœni in libris quinquaginta. Et nihilominus condemnetur damnum passo ad emẽdationem damni in duplum,& eadem pœna puniatur,qui dictum ignem mitti fecerit. Cæterum ad compescendam multorum audaciam immittentium ignem in nemoribus ex quo maximum infertur præiudicium tam ciuitati lucensi,q̃ comitatui dictæ ciuitatis.Idcirco Statutum sit, & esse itelligatur,ꝙ per aliquem officialem in sex milliaribus lucensis comitatus non possit cõcedi licentia immittendi ignem in nemoribus,in quibus essent aliæ arbores,q̃ stipes,uidelicet castanea,quercus,arbuti,seu arbetri,& seu separatim,seu mixtim,& si concessa esset talis licentia,non liberet,aut excuset a pœna infra declaranda tales ignem immittentes,& quicunque ignem immiserit in nemoribus suprascriptis ipsofacto,& ipso iure intelligatur incidisse,& incidat in pœnam librarum uigintiquinque applicandarum Lucen.Cameræ,& ad emendationem damnum passo i duplum,siue principaliter immissus fuerit ignis, siue euolauerit i supradicta nemora,& boschos,& pro tali pœna Teneatur quilibet paterfamilias pro famulis,pueris,& puellis etiam in minoribus,ad hoc,ne quis excusari ualeat: Et ad obuiandum omnibus fraudibus, & ut contineantur omnes a dictis damnis. Statuimus,ꝙ quilibet,qui fuerit inuentus,seu uisus habere ligna ex stipis, seu aliis Arboribus combustis, seu strinatis super besthis,& ipsa deferre ad uendendum in Ciuitate Lucen. seu portare ad fornaces,tam ligna, q̃ bestiæ super quibus portarentur, seu deferrentur,siue super treggiis,siue curribus,sint ipsofacto confiscata, & dictarum bestiarum,& lignorum tertia pars sit accusatoris, denunciatoris, seu inuentoris,Et ad probandam dictam immissionem sufficiat denuncia officialis cum iuramento damnum passi, dũmodo si pars, quæ diceretur dedisse damnum,negaret in loco in quo asseritur incendium factum fuisse, incendium factum non fuisse,debeat Iudex cõferre se super loco,& si constiterit per subiectionem ad oculum non fuisse incendium factum, Tunc absoluere possit dictum denunciatum,seu accusatum,& si constiterit incendium esse factum,Tunc debeat condemnare dictum denunciatum, siue accusatum in pœnis de quibus supra,saluis nihilominus aliis statutis disponentibus super aliis damnis datis, quibus nullo pacto per præsens statutum derogatum sit,seu esse intelligatur.

De eo, ꝙ incendium secutum in aliqua Domo, ubi repositæ sunt paleæ, seu fœnum, secutum esse intelligatur, & præcessisse culpa, & defectu illius, qui in dicta Domo paleas, uel fœnum reposuerit, siue reponi fecerit. Cap. CLXXVI.

STatuimus, ꝙ ad tollendam materiam ne ex imissione palearum, uel fœni, qui in Ciuitate Lucen. intromittuntur incendium, seu incendia subsequantur, ꝙ si contingat de cætero in ciuitate lucen. incendia fieri in domibus in quibus paleæ, uel fœnum fuissent repositæ, seu repositum, tale incendium intelligatur, & præsumatr̃ præcessisse, culpa, & defectu eius, qui ĩ dictis domibus paleas, uel fœnum reposuerit, siue reponi fecerit, Ita ꝙ talis sic reponens, uel reponi faciẽs teneatur ad refectionem domorum combustarũ, in quibus reposita erant fœna, uel paleæ, et ad emendationem aliarum domorum, quæ ex dicto incendio, uel per dictum incendium cõbustæ, uel deuastatę fuissent, et ad omnia damna inde ex dicto incendio, uel per dictum incendium subsecuta: Nec talis sic reponens, uel reponi faciens possit se quouis modo excusare, sub allegatione casus fortuiti, uel dicendo ꝙ culpa, aut defectu alterius personæ processerit. Sed a iure præsumatur culpa, et defectu reponentis, uel reponi facientis paleas, uel fœnum incendium processisse, Nec admittatur probatio in contrarium.

De pœna Damnum Dantis in Terris, et Rebus alienis cultiuatis. Cap. CLXXVII.

NOn solum per ignem dolose immissum, sed aliis diuersis modis damna inferri cõsueuerunt in rebus alienis. Ideo ad compescendam temeritatem huiusmodi damna inferentium, Statuimus, ꝙ si qua Persona, uel Vniuersitas dederit, fecerit, aut intulerit culpabiliter damnum, uel icendiũ in aliquibus uineis, agris, campis, oliuetis, uel aliis quibuscũq; terris laboratis, cuiuscũq; personæ positis ubicunq;, si talis persona quæ damnum dederit, uel incendium fecerit, confessa fuerit, Cõdemnetur damnum passo ad emendationẽ dãni in duplũ, et in tantũdem ad opus cameræ Lucen. cõis. Si uero negauerit, et postea probationes factę fuerint, puniatr̃ in quadruplũ ad emendationẽ dãni, ei, qui dãnum passus fuisset, et in tantũdem ad opus cameræ Lucen. cõis: Et ꝑdicta uendicẽt sibi locũ, siue agatur ciuiliter, siue criminaliter. Vbi autem persona, quæ dãnum intulerit, negauerit terrã ad eum ptinere, cuius esse allegaretr̃, si postea ꝓbaretr̃, ꝙ is de quo negatũ esset, tẽpore dãni dati esset dñs, uel possessor, uel colonus terræ ĩ qua dãnũ esset illatum, puniatur in lib. xxv. ad opus cameræ Lucen. cõmunis. Et intelligatur negasse, etiam si generaliter negaret cõtenta in accusatione, uel denũciatione esse uera: Declarantes insuper, ꝙ in accusis, siue denũciis, ut tollantur cauillationes, et probationum difficultates in ipsis damnis datis sancitum, et

statutum

statutum esse intelligatur,& sit,ꝙ in accusis,seu denunciis,quæ fierent pro dãnis datis,nõ requiratur,nec necesse sit apponi diem certam illati damni, neq; ꝙ denunciator, uel accusator fuerit præsens quãdo damnum illatum fuit. Decernentes ꝙ ubi, & quando damnificator in quocunq; damno da- to per modos a statutis ordinatos reperiri,& sciri non posset per officiales dãna denunciare debẽtes secundum formam statutorum, Tunc,& eo casu debeat damnum emendari per cõmunitatem illam in qua dãnnm illatum esset dãnum passo,& ipsa cõmunitas per Dominum Potestatẽ, & eius Cu- riam Damnorum datorum , & per alios officiales auctoritatem habentes tam in ciuitate q̃ in districtu condemnetur, & effectualiter cogatur ad emẽ- dationem ut supra . Cæterum ad magis refrenandam,ac compescendam audaciam Damna inferentium ut supra statutum sit, & esse intelligatur, ꝙ de cætero nulla supplicatio,quæ coram Magnificis Dominis Antianis pro duceretur proponenda alicui Consilio lucensis cõmunis pro gratia pete- da,uel obtinenda pro aliquo damno dato per ipsos Magnificos Dominos Antianos admitti,recipi,uel rescribi possit,nec proponi,uel legi ĩ aliquo cõ silio,aut super ea consuli, uel scribi,Nisi prius legitime constiterit de satisfa ctione damni facta per damnificatorem damnum passo,uel ꝙ aliter damni ficator cum damnum passo , de ipso damno fuerit in concordia , et quic- quid secus fieret non ualeat ipso iure,et intelligatur etiã dãnum datũ quã- tum ad p̄dicta omnis collectio,et exportatio fructuũ,et incisio, et exporta- tio lignorum,et ad hoc ut damna dãtes nullo modo remaneant impuniti statutũ eodem modo sit,et esse intelligatur, ꝙ loco citationũ quas faciebãt nuncii,Officiales dãnorum datorũ Teneãtur, & obligati sint singulo mẽse semel scripsisse super nno folio oẽs, & singulos accusatos, & denũciatos ad instantiã illins qui recepit dãna distincte,uniuscuiusq; cõis,& postea semel ĩ mense Teneãtur,& Debeant nuncii folia p̄dicta deferre officialibus,aut cu- stodibus dictorũ cõmuniũ,& cuilibet ipsorum officialiũ,seu custodum assi gnare suum foliũ distincte, Et huiusmodi officiales,seu custodes teneãtur, & obligati sint publice,& palã notificare,& notificari facere in ecclesia ipso- rum cõmnnium,quãdo homines coadunati sunt,& quã intimationẽ,& no tificationem facere teneantur intra octo dies postq̃ dicta folia receperint,& postea intra.xv.dies illa reportasse,& retulisse officialibus dãnorum dato- rum sub pœna librarum.xxv.de qnibus omnibus Teneantur dicti officia- les dãnorum datorum facere notam in eorum libris , & omnes illi,quibus bis fuerit notificatum ut supra,possint poni in primo bãno infra octo dies, seu decem,post relationem ipsarum notificationum,cum assignatione ter- mini ad faciendum eorum defensiones secundum formã statutorum, qui bus oĩbus terminis elapsis,possint trãsmitti ad archiuũ publicum cõdẽnari secundum formã statutorum Magnifici Lucen. cõis . Et nuncii teneãtur dicta folia cõsignare officialibus cõmunium,aut custodibns in p̄sentia duo rũ testiũ accipiẽdo noĩa ipsorũ officialiũ,seu custodũ, p̄cipiẽdo eis ut faciãt

intimationes,et notificationes ut supra cõtinetur. Itẽ Teneantur referre p̃cepta,citationes, denuncias, aut accusationes in iura Reuerendiss. Episcopi Lucensis,et Reuerẽdi Capituli Canonicorum Sancti Martini,prout cõsuetum est, et in Curia maleficiorũ Domini Lucensis Prætoris eligãtur tres nuncii,et totidẽ in Curia dãnorum datorũ,qui separatim seruire teneãtur eorum officio. Hoc exp̃sse declarato,q̃ Magnifici Domini Antiani,et officium sex super introitibus auctoritatem habeant prouidendi, et deputãdi ultra numerũ deputatũ,trium suprascriptorũ nunciorũ ad seruiendũ officio damnorũ datorum,et Curiæ maleficiorũ etiam unum alium nuncium ita q̃ sint quattuor quãdo,et quotiens ipsis Magnificis Dominis,et spectabilibus ciuibus super ĩtroitibus uidebitur opportunũ,et necessarium, cum declaratione,q̃ relationes nunciorum de foliis datis ut supra fieri debeant per scripturam notariorum,et nõ per punctos,declarando,q̃ pro quolibet folio, sufficiat una tantum relatio: Et sublati intelligantur omnes stili, et malæ consuetudines in contrarium introductæ,Et q̃ sententiæ dictorum damnorum datorum fieri debeant,et mitti ad archiuum publicum quolibet trimestri sub pœna florenorum decem pro quolibet notario prædicta facere omittente. Cæterum Disponimus, q̃ si persona, quæ damnum, uel incendium culpabiliter intulisset amicabiliter transigat, uel componat ante processum incohatum,uel postea infra dies quindecim a die primæ citationis cum possessore, uel colono terræ in qua damnum fuisset illatum, absoluatur: et absolui debeat a pœna fisco applicanda.

De pœna Damnum Dantis in Terris, et rebus alienis non laboratis. Cap. CLXXVIII.

SI qua persona,uel Vniuersitas dederit,fecerit, aut ĩtulerit culpabiliter dãnum,uel incẽdium ĩ aliquibus pratis,syluis,seu nemoribus,seu aliis quibuscunq; terris incultis,et agrestibus,cuiuscunq; personæ positis ubicunq;. Si talis persona,quæ damnum dederit,uel ignem miserit confessa fuerit,cõdemnetur damnum passo ad emendationem damni in duplum, et in tantũdem ad opus cameræ Lucen.cõis. Si uero negauerit,et postea probationes factæ fuerint condẽnetur in quadruplũ ad emendationẽ damni ei,qui dãnum fuisset passus,et in tantũdẽ ad opus cameræ Lucen. cõis, et hæc uẽdicẽt sibi locũ,siue agat̃ ciuiliter siue criminaliter. Et si persona q̃ dãnum intulerit negauerit terrã ad eũ pertinere cuius esse allegaret̃,si postea p̃baretur,q̃ is de quo negaretur esset tẽpore dãni dati dñs,uel possessor,uel colonus terræ ĩ qua damnũ esset illatũ, puniat̃ ĩ lib.xxv.ad opus cameræ lucen. cõis. Et ĩtelligat̃ negasse,etiã si generaliter negaret cõtenta ĩ accusatiõe,uel denũcia uera esse. Et Volumus,q̃ si qua persona,quæ dictum damnũ,uel incendiũ culpabiliter intulisset,amicabiliter transigat,uel cõponat ante processum incohatũ, uel postea infra dies.xv.a die dictæ primę citationis cum

possessore,

possessore, uel colono terræ, in qua damnum fuisset illatum absoluatur, & absolui debeat a dicta pœna fisco applicanda.

De eo, quod quælibet Cõmunitas, seu Vniuersitas sex milliariorum comitatus, & districtus Lucen. Ciuitatis Teneatur, & obligata sit eligere duos Camparios pro denunciandis damnis factis in dicta cõmunitate, & Vniuersitate. Cap. CLXXIX.

STatuimus, quod quælibet Cõmunitas, & Vniuersitas sex milliariorum lucensis ciuitatis, comitatus, & districtus contratarum suburbanorum, & brachiorum extra ciuitatem lucensem, præter et ultra custodẽ Teneatur, & Debeat omni anno de mẽse Decembris eligere duos homines de ipsorum cõmuni, qui uocentur, & sint Camparii pro anno proxime uenturo, uidelicet unum pro primis sex mensibus, & alterum pro secundis sex mensibus, incipiẽte primo semestri die prima Ianuarii, & alter a die prima Iunii, & officium dictorum campariorum sit custodire, quod in suo communi non fiant damna, nec cum personis, nec cum bestiis, & diligenter debeant inuestigare quãcunque personam, seu bestiam, quę faceret, aut fecisset damnũ i dicto suo cõmuni, & illos tales dãnificatores denũciare, & accusare quãdo sibi præcipiatur per officium damnorum datorum, uel suum Vicarium in sua uicaria, uel Potestatem in sua potestaria ad petitionem, & requisitionem illius, qui recepisse damnum diceretur, & similiter dicta damna debite æstimare quãdo sibi præciperetur, & ut supra in quolibet suo casu ubicunque contingeret, quod dictus camparius haberet, seu deberet æstimare damnũ secũdum formam præsentium Cap. & Statutorum de materia loquẽtium, Et qui cãparii ultra prædicta habeant similem auctoritatem, facultatem, & baliam, ac onus, quę per formam statutorum sunt data, & attributa custodibus cõmunium, & sub eadem pœna, qua tenentur eligere custodes, & potestariæ comprehensæ in sex milliaribus habeant Iudicem damnorum datorum Iudicem, et Curiam maleficiorum ciuitatis lucen. et agẽdo ciuiliter curiam habeãt Domini lucen. Prætoris, Et notarii, et quilibet eorum cuiuscũque curię damnorum datorum non debeant recipere aliquod iuramentum etiam calumniæ a quacunque persona publica, uel priuata in aliquo casu in quo permissum, aut concessum sit præstari in aliqua accusatione, uel processu damnorum datorum sine præsentia Iudicis, sub pœna florenorum decem pro qualibet uice, qua cõtrafacerent. Insuper Statuimus, quod in aliqua curia dãnorum datorum nõ possit recipi, uel admitti aliquod depositum alicuius æstimationis damni dati, siue dandi per aliquẽ ex notariis, siue Iudicẽ dictæ curiæ, aut officiũ sub pœna librarũ quinque, pro qualibet uice, et pro quolibet deponente, et admittẽte, seu recipiente. Et quia plerunque in Ciuitate Lucen. contingit dari damna in Ortis, Curtibus, Domibus, et similibus rebus, et lo

cis,ideo Statuimus,ꝙ Consules cõtratarum, et brachiorum dictæ ciuitatis teneantur denũciare dicta damna eo modo,et forma, et sub eadem pœna, qua obligati sunt camparii,et custodes cõmunium ut supra,et secundũ formam dictorum statutorum ut suprà,ita ꝙ in hoc casu damnorum datorũ habeant illud idem officium,quod habent dicti camparii,et custodes.Declarantes,ꝙ libra, et soldi in materia damnorum datorum tam ad utilitatem eius,qui accepit damnum,q̃ cameræ Lucen. cõmunis,intelligantur, et sint deinceps ad eandem monetam,de qua,et prout declaratum est per formam statutorum Lucen.Ciuitatis ĩ pœnis,et causis criminalibus. Et casu quo accideret,ꝙ ille,qui accepit damnum dubitaret,ꝙ Camparius,siue Custos,Consul,siue Sindicus,uel alius officialis deputatus ad denunciandum damna,ipsum damnum fecisset cum personis,siue bestiis,uel aliquis de sua familia, Volumus,ꝙ quilibet Iudex competẽs possit, et teneatur ad requisitionẽ damnificati, præcipere officiali illius cõmunis, siue proximiori uicino,ubi est damnum, exceptis ipsis de quibus dubitaretur ut supra, ꝙ denũciet dictum damnum cum iuramento,eo modo,et forma,quo facere deberet camparius,siue custos,et hoc casu prædicta ualeát,ac si per camparium, seu custodem facta forent,et similiter intelligatur de Consulibus contratarum ciuitatis Lucen.quolibet in suo casu: Cæterum Statuimus,et Ordinamus,ꝙ Denũciatio damnificatoris per Camparium,siue Custodem,Sindicum,aut Consulem ut supra,liceat damnificato, et possit dictũ suum dãnum cum iuramẽto, modo,et forma, prout per statutum Lucen. cõmunis est permissum,sub Rubrica De modo probandi damnum, uel incendium datum esse, æstimare in ea quantitate, qua est permissum per formam dicti statuti,et quilibet Iudex cõpetens admittere teneatur dictum iuramentum seruata dicta forma ut supra,Et quia sunt aliqua delicta,quę secundũ formam iuris,et statutorũ possunt tractari ciuiliter,et criminaliter pro furto,sed per quãdã reformationẽ factã dispensatũ extitit, seu dispositum, ꝙ tractentur sicut damna data , et non puniuntur prout merẽtur, Volumus idcirco ꝙ sit in arbitrio dãnificati in hoc casu accipere quam uiam uoluerit,aut damni dati,aut furtiuam,secũdum formam iuris,et statutorum cõmunis Lucen. siue alia remedia,quæ ei de iure competerent,nõ obstante dicta reformatione: Et ut cautius circa contenta in præsenti statuto prouideatur, Statutum sit,et esse ĩtelligatur,ꝙ notarii damnorum datorum teneantur data,seu porrecta accusatiõe,uel denũcia,statim eam scribere ĩ libro, necnon diem præsentationis,et infra tres dies denunciare,uel notificare ex actori nomen damnificati, et damnificatoris, et cõmune in quo datum est damnum,et diem denunciæ,siue accusæ,sub pœna librarũ quinque in quolibet dictorum casuũ,et pro qualibet uice,et dictæ datæ denunctę,uel accusæ incipiãt instantiã,quæ duret centum diebus continuis,infra quod tempus teneantur notarii,et Iudices damnorum datorum expediuisse processum , et sententiam,sub pœna librarum uiginti quinque pro quolibet processu sic

cessu sic non expedito, tam dictis Iudicibus, q̃ Notariis, de qua poena notarii excusentur notificãdo Iudicibus per quindecim dies ante finem instantiæ, q̧ dicti processus sunt expediendi, & q̧ ipsi notarii ante ipsum tempus quindecim dierum expediuerint illud, quod pertinet ad ipsos, & nihilominus etiam post lapsam instãtiam teneatur Iudex dictos processus, & sententiam ferre ĩfra.xv. dies sub eadem poena, & sentẽtia sic lata ualeat, & teneat, ac si lata fuisset intra tempus instãtiæ, & cuicũq; damnificatori liceat transigere, & componere cum damnificato quãdocunq; ante sententiã, & usq; ad sententiam, siue ultimum bannum, & debeat admitti trãsactio, & accusa, seu denuncia cassari, In reliquis cõfirmamus omnia, & singula statuta, & decreta Magnifici Lucen. cõmunis hucusq; facta, & cõdita in illis partibus, ĩ quibus præsenti legi non cõtrarientur, in quibus partibus cõtrarius intelligaẽ, & sit omnino abrogatum, excepto Decreto edito de anno. M. cccclxxiiii. die. xxv. Augusti, quod in totum, & per totum cassamus, & annullamus, & reuocamus, & pro reuocato poenitus haberi Volumus.

De Damnis Datis a Bestiis Quadrupedibus. Cap. CLXXX.

ET si Bestiæ, seu Quadrupedes Damnum dederint in alienis terris cultiuatis, Teneatur Dominus, seu Possessor, seu Tenitor huiusmodi bestiarum damnum emendare in triplum dãnum passo, & puniatur ad opus Cameræ Lucen. in libris duabus, & ultra puniri possit usq; ĩ libras. xx. cõsiderata qualitate damni arbitrio iudicãtis. Et si dictæ Bestiæ damnum dederint in terris alienis nõ cultiuatis, teneatur Dominus, seu Possessor, seu Tenitor bestiarum emendare damnum in duplum damnum passo. Et nihilominus cõdemnetur ad opus Cameræ Lucen. in soldis decem. Et licitum sit unicuiq; inuenienti bestias alienas in suis terris propriis, uel cõductis, expellere, & impune capere, & retinere, donec damnum fuerit sibi, ut dictum est, emẽdatum, dũtamen postq̃ eas ceperit, Teneatur denunciare in Curia Domini lucen. Potestatis, uel in Curia Fundaci, uel si esset in uicaria, uel potestaria Teneatur denũciare suo Vicario, uel Potestati infra quattuor dies, sub poena librarũ triũ pro qualibet bestia, quam ceperit, & nõ denũciauerit, ac etiam possit cõtra nõ denũciantem procedi de furto, & teneatur Dominus bestię reficere expẽsas factas pro bestia detẽta a die denũciationis factæ arbitrio iudicãtis. Verũtamen si amicabiliter de dicto damno cõponat, uel trãsigat cum eo, qui damnum recepisset ante icohatum processum, uel etiam postea, infra dies quindecim a die primæ citationis, poena applicanda fisco remissa intelligatur, et sit, et absolutoria proferatur. Et hæc omnia obseruẽtur, siue ciuiliter, siue criminaliter ageretur.

Si Damna Data essent Enormia. Cap. CLXXXI.

IN præcedẽtibus tribus Cap. prouisum est de pœna damnũ inferẽtium in rebus alienis, prout frequenter cõtingere cõsueuit: Et propterea Declaramus, ꝙ prædicta intelligãtur ubi damnũ datum nõ excederet æstimationem trigintaquinque librarum bonæ monetæ, Si autem damnũ datum esset enorme, idest excederet dictam quãtitatẽ librarũ. xxxv. Tunc ille qui damnum dederit, uel cuius bestiæ dãnum dederint puniri possit, ultra dictas pœnas fisco applicãdas, usq; in libris centum arbitrio iudicantis, considerata qualitate damni, & cõditione personæ. Et nihilominus cõdẽnetur ad emendationẽ dãni ei, qui damnũ recepisset, prut ĩ suo casu ĩ dictis Cap. cõtinetẽ. Et ubi dãnũ excederet ęstimationẽ. xxxv. lib. bonę monetę Tũc de pœna applicãda fisco trãsigi nõ possit, etiã si de dicto dãno ciuiliter ageretẽ.

De Damnis Illatis Denunciandis, & De pœna non Denunciantium. Cap. CLXXXII.

ET Teneantur Cõmunia, & Vniuersitates districtus sex milliariorum, & suburbanorũ, uel eorum Cõsules, siue Sindici, & Custodes ad hæc deputati denunciare Domino lucensi Potestati, & cõmunia, & Vniuersitates Vicariarum, & potestariarum, et eorum Consules, & Sindici ad hæc deputandi Teneantur denunciare suo Vicario, uel Potestati dãnificatores, qui dãnum, uel incendium dederint, & illos quorum essent bestiæ, quæ damnum intulissent in terris quarũcunq; personarũ, Et dictæ denũciationes fieri debeãt infra octo dies a die sciẽtiæ damni illati, Et si qua cõmunitas, uel uniuersitas in aliquo cõtrafecerit, puniatur in lib. quinq;, uel ultra usq; in lib. x. arbitrio Iudicis, cõsiderata æstimatiõe damni, & etiã condẽnetur damnum passo ad emendationẽ damni in duplum. Ac etiam adiicimus, ꝙ quælibet cõmunitas, uel uniuersitas uicariarum, uel potestariarũ, & ipsarum Consules, & Sindici ad hæc deputandi Teneãtur ad petitionẽ ciuium Lucen. ĩ bonis, quorũ dãnum, uel incendium illatum esset, denũciare D. lucensi Potestati dãnificatores, qui damnũ, et incendiũ intulissent, et dños bestiarũ, quę damnum dedissent, et damni, uel incẽdii æstimationẽ infra octo dies a die præcepti sibi facti per D. Potestatẽ lucen. proxime cõputandos. Cæterum Disponimus, ꝙ unaquęq; cõmunitas, et uniuersitas districtus sex milliariorum, & uicariarum teneantur ad eligendum, & deputãdum custodes terrarum, qui custodes diligenter, et sæpe Teneantur uisitare omnes terras intra sui cõmunis cõfines, et territorium situatas, et eas custodire ab omnibus, et singulis damna inferentibus, et etiam Teneãtur huiusmodi damna inferẽtes, seu ad quos pertinerent bestię, quæ damna intulissent, denunciare ut supra dictum est, et denunciatio dictorũ custodũ, uel etiam cõsulum, uel sindicorum cõis admittatur, et sufficiat si unus eorũdẽ custodum, uel cõsulum, seu sindicorũ denũciationẽ fecerit, ita ꝙ denũciatio unius, alios, et cõmũe liberet a

beret a pœna, et si dicti qui denunciauerint, et reperti fuerint aliquem contra ueritatem scienter denunciasse, puniatur talis sic denũcians in libris decem, et condemnetur ad emẽdationẽ damni, quod persona denunciata sub stinuisset, et hæc quæ diximus de dãnis denunciandis intelligantur, si cõia, uel eorum cõsules, siue sindici, uel custodes cõmode denunciare possint, Si uero ignorarent, et uerisimiliter ignorare possent nomina inferẽtium damna, liberẽtur a dicta pœna, Nisi eorum ignorantia esset crassa, uel supina, siue affectata de quo stetur arbitrio iudicãtis, ac etiã Statuimus, ꝙ supradicti officiales, sindici, consules, uel custodes teneantur etiam post finitum eorũ officium denunciare omnia, et singula damna illata tempore eorum officii, et eis credatur prout crederetur, si durante eorum officio denunciassent, et prędictæ denunciationes uendicent sibi locum, siue ciuiliter agatur, siue criminaliter, et fidem faciant in utroq; iudicio secundum formam statuti de modo probandi damnum, et incendium infra positi, Declarantes ulterius ꝙ in denũciis, siue accusis, quæ fierent pro dãnis datis, nõ requiratur nec necesse sit apponi diẽ certã illati dãni, neq; ꝙ denunciator, uel accusator fuerit pſens, quãdo damnũ illatũ fuit, et put etiã dispositũ, et declaratũ est, supra statuto sub Rub. De pœna dãnum dãtis ĩ terris, et rebus alienis cultiuatis.

De Dãnis Datis in animãtibus, ratione carẽtibus. Cap. CLXXXIII.

ET siqua persona sciẽter occiderit, percusserit, aut uulnerauerit, seu lęserit bestias alienas, puniatur in libris quinq;, uel ultra, usq; in uiginti arbitrio Iudicis, et nihilominus condẽnetur dãnum passo ad emendationẽ dãni in duplum, & de ualore, & æstimatione bestiarum læsarum, & de æstimatione damni, stetur iuramento Domini, seu possessoris taxatione Iudicis præcedẽte. Et si bestia alicuius occiderit, percusserit, seu quomodolibet læserit bestiam cuiuscunq; personæ, cõpellatur Dominus, uel Possessor bestiæ ad dãdum damnum passo suam bestiam pro noxa, quã si dare non uelit, condẽnetur ad emendationem damni ei, qui damnum passus fuisset. Et de æstimatione damni credatur iuramento damnum passi taxatione tamen Iudicis præcedente. Et prædicta ita demum intelligãtur nisi culpa Domini, uel possessoris dictæ bestiæ occiderint, læserint, uel percusserint, Tũc enim Domini, uel possessores ipsarum teneantur, prout iura cõmunia dictant.

De modo pbandi damnũ, & incendiũ datum esse. Cap. CLXXXIIII.

AD releuãdum difficultatẽ probationũ, quæ de iure fieri deberent cõtra damnũ dantes ĩ rebus alienis, Qui ut plurimũ clã, & in abscõdito quãtum possunt, dãna inferre cõsueuerunt, Et propter difficultatẽ probationũ trãseunt sine pœna. Statuimus, ꝙ denũcia, quã fecerit Cõsul, seu Sindicus alicuius cõis, seu custos pro plena pbatione habeat usq; ĩ summã librarum

trium bonæ monetæ,& non ultra. Item iuramentum personæ, quæ dam nũ iurauerit recepisse si fuerit Ciuis Lucen.& homo bonæ cõditionis,& famæ,eius iuramẽto credatur,& plenã faciat probationẽ, usq; ad summã lib. duarũ bonæ monetæ,& in dicto casu quilibet ciuis intelligatur bonæ conditionis,& famæ,nisi contrariũ probaretur, uel nisi Iudici ex uerisimilibus coniecturis contrariũ uideretur. Et si fuerit foretanus,uel forẽsis bonæ cõditionis,& famæ,credatur,& stetur eius iuramento usq; in soldos.xx.bonę monetę,& psumatur bonę cõditionis,& famæ, nisi cõtrariũ pbaret,uel nisi Iudici ex uerisimilib.cõiecturis contrariũ uideretur, Dũtamen iuramẽtum foretani,uel forẽsis nõ admittatur cõtra ciuem,si publica fama,uel alia psumptio nõ occurrat. Itẽ intelligatur,& sit plene probatũ damnũ illatum esse a libris duabus supra,de quacũq; æstimatione,uel quãtitate per iuramẽtum eius,qui damnũ asserit recepisse si fuerit bonæ cõditionis, & famæ,de quo stetur arbitrio Iudicãtis,Dũmodo ultra iuramẽtum prædictũ cõcurrat unus testis,qui deponat de uisu,uel si cõcurrat cũ dicto iuramẽto publica fama probata per tres idoneos testes. Et ultra prædictos modos probãdi,possint etiã fieri,& admittãtur aliæ pbationes,put iura cõia dictãt.

De eo, q Dominus Teneatur ad emendationem damni, pro quolibet de sua familia. Cap.CLXXXV.

AD emendationẽ dãni secũdum formã psentiũ statutorũ,& ad pœnã fisco applicandã ratione dicti dãni dati teneatur pater pro filio, & pro filia,qui,& quæ secũ habitaret,& auus pro nepote,uel nepte, qui, & quæ secũ habitaret,& maritus pro uxore,frater pro fratre,uel sorore secũ simul habitãtibus,& patruus pro nepote,& nepte secũ habitantibus, & Dominus pro famulo,qui secũ habitaret in eadẽ domo,& familia,nõ obstãtibus quibuscunq; statutis,quæ de maleficiis,uel cõtractibus loquerẽtur. Et quod dictũ est de famulo,nõ referatur ad icendiũ domorũ,uel capãnarũ,quia eo casu Nolumus Dñm teneri p incẽdio domorũ,uel capãnarũ cõmisso per famulũ,nisi pbaretur,q de mãdato,uel cõsensu,uel uolũtate Dñi,Ignis fuisset ĩpositus,ex quo igne secutũ fuisset incendium domorum,uel capãnarum.

De Arbitrio Concesso Iudici circa Damna modicæ æstimationis. Cap. CLXXXVI.

STatuimus,q si æstimatio dãni dati non excedat quãtitatẽ soldorũ.xx. Tũc de dicto dãno cognoscẽs possit pcedere ad condẽnationẽ summarie,& de facto absq; pcessu, dũmodo de dãno cõstet saltẽ secũdum formã traditã supra a statuto posito sub Rub.De modo pbandi dãnum,& incendium datũ esse. Volumus tamen q ĩfra.xv. dies possit fieri ĩter partes amicabilis cõpositio,uel trãsactio ĩfra tẽpora superius ordinata,qua trãsactiõe facta Iudex absoluat,put supra in præcedẽtibus Cap.est ordinatum.

De eo,q

De eo, ꝙ nulla bestia cuiuscunq; generis sit, stare possit in marinis, & De pœna contrafacientium, necnon incidentium ligna in eis. Cap. CLXXXVII.

STatuimus, ꝙ nulla Bestia Vaccina, Bouina, Equina, Asinina, siue etiam Porcina, aut alterius cuiuscunq; generis possit ingredi, stare, uel transire in locis exsiccatis in marina, neq; super foueis, aut in foueis ibidem factis causa dictæ siccationis, sub pœna floreni unius ad trigintasex pro qualibet bestia, & cuilibet liceat dictas bestias in dictis locis, aut foueis repertas capere, & præsentare Vicario Camaioris, siue Domino Lucensi Prætori, aut Capitaneo comitatus, uel districtus, uel maiori Exactori Cameræ, Et quilibet ipsorum officialium intelligatur esse Iudex competens in prædictis, & in electione inuentoris, siue accusatoris sit cum iuramento unius testis bonæ cōditionis, & famæ, Et nisi patronus bestiarū soluerit cum effectu multam infra duos dies a die ipsius multæ factæ, Quæ quidem multa fieri debeat summarie, & de facto, & ipso iure, absq; aliquo processu ītelligātur Bestiæ deperditæ ipso facto, et ipso iure absque aliqua sentētia uendiq; debeāt statim ad incantum, casu uero quo patronus eligeret soluere pœnam pecuniariam, siue multam ad rationem floreni unius pro qualibet bestia ut supra, applicari debeat pro una dimidia Cameræ, & pro alia inuentori, siue accusatori, detracta portione custodis ipsarum, post factam præsentationem, & prædicta non referantur ad bestias, quæ reperirentur in ipsis locis cum iugo causa laborandi, uel pro necessitatibus culturæ, aut causa exportandi blaua, uel fœnum, nec etiam intelligatur per prædicta derogatum iuri competenti damnificato contra damnificantem secundum dispositionem Statutorum uigentium super materia damnorum datorum: Insuper Decretum, & sancitum sit, ꝙ nulla persona audeat, uel pręsumat aliquomodo, seu quouis quæsito colore aliqua lignamina, intelligendo de lignamine uiuo tantum cuiuscunq; maneriei ex marinis existentibus in territorio lucensis cōmunis uidelicet, a fouea noua, ad foueam abbatis, & a littore maris usque ad paludes, siue ad foueam dictam fossa di meso, et īfra dictum spacium, et cōfinia incidere, uel incidi facere, nec exportare, uel exportari facere, aut mittere extra territorium lucense, nec alicui personæ de territorio, uel forensi incidere dare, uel concedere, siue permiettere, nec aliquis forensis, uel alia persona de districtu, uel extra, ipsa ligna recipere, emere, uel incidere, uel exportare possit, nec etiam illa onerare, uel nauigare, sub pœna ducatorum uigintiquinque pro qualibet uice, et pro quolibet contrafaciente, tam dante, q̄ accipiente, incidente, uel exportante, seu per alium incidi, seu exportari faciente, cuius condemnationis tertia pars sit accusatoris, et cuilibet liceat contrafacientes accusare, et eius nomen teneatur secretum, et si emēs, uel recipiens accusauerit dantem, uel uendentem, ipse emens sit liber a pœna, et lucretur dictam tertiam partem condemnationis exigendæ a uendente, uel dante,

et ſic econuerſo lignamina mortua,et lignamina iuniperi tam uiua, q̃ mortua incidi poſſint pro uſibus hominum intra territorium,ſed non pro exportãdo,uel mittendo extra territorium,et quæ ordinata ſunt ſupra de lignamine uiuo nullo modo incidendo,non intelligatur pro lignamine modicæ quantitatis,quod incideretur ad uſum uenantium,uel piſcantium,aut aucupantium,uel ſimili alia cauſa.Decernentes ulterius,ꝙ omnia,et ſingula bona pertinentia ad lucenſe cõmune in locis de Marina, et intra cõfines, de quibus continetur in inſtrumento cõtinuationis, et apprehenſionis poſſeſſionis factæ pro lucenſi cõmuni,et quæ acquirerentur,et in futurum pertinerent ad dictum lucenſe cõmune in dictis locis uendi non poſſint, aut quouis alio titulo,ſeu modo alienari,ſiue in perpetuum, ſiue in emphiteoſim,aut feudum concedi,uel alium titulum tranſlatiuum dominii, ſeu poſſeſſionis in totum,uel in partem alicui perſonæ,loco,cõmuni,uel uniuerſitati,ſine expreſſa licentia Conſilii Generalis Lucen.ciuitatis,pro qua licẽtia nõ ſufficiat notificatio ſolũ in ipo cõſilio generali fiẽda,ſicuti fit de aliis bonis lucen.cõis,q̃ uendũtur,ſed neceſſe ſit in ipſo cõſilio notificari, et ꝓponi, et ad partitũ poni,et obtineri debeat per tres partes de quattuor cõſiliariorũ dicti cõſilii,put eſt neceſſe obtineri alia partita,q̃ in ipſo Cõſilio fiunt ſecundum formã ſtatutorũ,nõ obſtãtibus aliquibus ſtatutis aliter diſponẽtibus,aut alia quacunqꝫ contrarietate, quæ in hac parte, & quo ad iſta loca de Marina locum non habeant,ſed illis derogatum ſit expreſſe.

De poena Deferentium alienos fructus in ciuitate lucen.uel caſtris lucen.territorii. Cap. CLXXXVIII.

STatuimus,ꝙ Nulla perſona cuiuſuis gradus, ſtatus,ordinis,uel cõditionis exiſtat,audeat,uel ꝑſumat portare,uel deferre in ciuitate lucen. uel in aliquo Caſtro,uel Terra murata lucen. territorii,agreſtiũ,uuas,ficus,poma,ceraſa,pſica,uel alios quoſcũqꝫ fructus maturos,uel acerbos,naturales, uel ĩduſtriales cuiuſuis qualitatis,uel q̃titatis exiſtãt,ſub pęna ſoldorũ.xl. & perditionis fructuũ ꝑdictorũ. Et poſſit quilibet cõtrafaciẽtes accuſare, Et accuſator habeat quartã partẽ pęnæ ꝑdictæ.Et ĩtelligat̃ plena ꝓbatio iuramentũ accuſatoris,cũ uno teſte. Et ſit etiã plene ꝓbatũ ſi tales deferẽtes fuerĩt ĩ actu deferẽdi repti p cuſtodes portarũ ciuitatis lucẽ. uel caſtrorũ, uel p famulos Gabellarũ,de quo ſtet̃ eorũdẽ cuſtodũ,& famulorũ iuramẽto. Poſſit etiã D.lucen.Poteſtas,& quilibet Vicarius in ſua uicaria,& quilibet Poteſtas ĩ ſua poteſtaria ꝑquiri facere p ſuã familiã,& reptos ĩ actu deferẽdi culpabiles,Teneat̃ cõdẽnare de facto abſqꝫ aliquo ꝓceſſu,uel ſcriptura. Et ꝑdicta nõ arctent dños,poſſeſſores,colonos,ſeu tenitores terrarũ,ex quibus forẽt fructus huiuſmodi recollecti,nec eorũ famulos,uel alios, qui de ipſorũ Dominorũ,aut poſſidentiũ,ſeu colonorũ mãdato,uel conſenſu fructus ipſos deferrent,de quo ſtetur,& credatur iuramento Dominorũ,

seu

seu possessorum, seu colonorum, si fuerint homines bonæ cōditionis, et famæ. Et dicto iuramento præstito, sint a dicta poena liberati.

De pœna Aucupantis, seu Sagittantis ad Columbos Domesticos. Cap.CLXXXIX.

STatuimus, φ Nulla persona audeat, uel præsumat aucupari, uel retia tendere, uel sagittare, uel cum arcu, uel balista, pallottam, bolcionem, uel aliā rem pro capiendo columbos, uel pipiones domesticos, uel columbos de colūbariis, siue ędificiis alienis, siue sint syluestres in bonis tamen alicuius personæ, siue sint domestici sub pœna librarum decem pro qualibet uice, quæ exigatur de facto, sine aliquo processu, uel scriptura. Et cuilibet personæ licitum sit contrafacientes accusare, et habeat quartam partem pœnæ prædictæ, et teneatur sub silentio nomen eius, et de prędictis stetur, et credatur iuramento Domini, uel possessoris denunciātis, si fuerit ciuis Lucen. usque in libras duas, et si fuerit comitatiuus usque in summam librarum unius, hoc declarādo φ nisi probaretur delictum aliter q̄ per iuramētum ciuis, uel comitatiui, non possit sequi cōdemnatio, Nisi a dictis duabus libris, uel una libra, referendo singula singulis, Et tale iuramētum habeatur pro plena probatione. Et nihilominus cogatur ad emendationem damni in triplum dānum passo. Et Declaramus, φ cuilibet licitum sit deferre ad ciuitatē lucen. et alibi in districtu suos columbos, et pipiones sine pœna. Ac etiam permittimus, φ unicuiq; liceat impune capere columbos syluestres, qui non sint in bonis alicuius, & occupanti concedantur.

De pœna tenētis, seu habētis bugnos Apū, in Ciuitate Lucen. Cap.CXC.

STatuimus, φ nulla persona cuiuscunq; cōditionis existat, audeat, uel p̄sumat tenere, uel habere ī ciuitate Lucen. Bugnos, uel Bugnū Apum, Sub pœna librarū quinque ꝑ quolibet Bugno. Et accusatori detur quarta pars dictæ cōdemnationis, Et eius nomen secretum teneatur.

De nō interficiendo Canē, uel Sparueriū, uel Falconē alienū. Cap.CXCI.

ITem Statuimus, φ nulla persona audeat īterficere aliquē alienum Sparuerium, uel Asturem, uel Falconem, aut Terzolum alicuius personę, sub pœna librarū quinq;, uel ab inde supra usq; ī quindecim arbitrio iudicātis considerata conditione personæ, & qualitate facti, quæ pœna de facto exigatur, & sine aliquo processu, uel scriptura. Et quælibet persona, quæ cęperit de prædictis Auibus alienis domesticis ad aucupādū assuetis Teneaē restituere Dño ipsius auis, sub dicta pœna lib. quinq;, uel ab inde supra usq; ī quīdecim arbitrio Iudicis. Et p̄dicta nō referātur ad aues syluestres, q̄ nō sunt ī bonis alicuius. Et similibus pęnis puniatur quilibet, qui dolose inter-

fecerit,uel cœperit,et restituere denegauerit canē alienum aptum,et assuetū ad uenādum,ad aucupandum,uel ad custodiendum Greges pecorum.

De pœna Prohibentis alicui uiam publicam. Cap.CXCII.

ET nulla persona cuiuscūq; cōditionis existat,audeat,uel præsumat prohibere alicui personę aliquā uiam publicam ciuitatis Lucen.& quilibet, qui cōtrafecerit,puniatur in libris triginta. Si uero prohibuerit uiam publicam,quæ fuerit ubicunq; extra Ciuitatem, puniatur qualibet uice in libris quindecim.Et si quis prohibuerit uias uicinales,seu semitulas illis personis,quibus competeret ius eundi per eas,puniatur qualibet uice in dimidia suprascriptarum pœnarum supra in suo casu declaratarum.

De pœna Officialis,qui esset Procurator,uel Aduocatus in causa coram eo,uel in curia ī qua officiū exerceret uentilāda. Cap.CXCIII.

VT lites sine suspitione procedāt,Statuimus,q nulla persona cuiuscunq; cōditionis existat possit ī eadē curia ī qua esset Iudex,uel Notarius,seu scriba,uel ęstimator,seu officialis quouis nomine cēseret pro alia quacunq; persona,etiā sibi in quocunq; gradu cōiuncta,et seu pro aliqua uniuersitate aduocare,uel pcurare,uel patrociniū exhibere,uel allegare,seu quomodolibet interuenire, seu simile ministerium īpartiri tacite,uel expresse, sub pœna librarum centum, et ultra prædictā pœnā non possit habere aliquod officium a cōi lucen.per quinquēniū. Et de prædictis debeat quilibet cōtrafaciens finito officio sindicari,et etiā pendēte officio possit puniri tā p Dominū Sindicū,q̄ p aliū officialē habentē iurisdictionē de crimine cognoscēdi.

De pœna Quorundam Officialium pro aliis postulantium in aliqua Curia. Cap.CXCIIII.

CVpientes, q Officiales seruiant officiis ad que electi sunt, et ne habeant materiam recedendi ab exercitio sui officii. Statuimus, q Cancellarii cōmunis Lucen.Et Notarius conductæ,et Notarius ad mādatorias deputatus, et Notarii Curiæ Domini Sindici,et Notarii Curiæ Gabellarum, et Notarii Curiæ Prouentuum,et Notarii prouentus macelli,et farinę,et Notarii Curiæ abundantiæ,et Notarii Curię Fundaci, et Notarii Douanæ salis,et Notarius super introitu,et exitu Cameræ Lucen.cōmunis, et Notarii curiæ exactoris,et restaurorum,uel aliquis eorum q̄diu in dictis officiis steterint,non audeant,uel præsumant toto tempore eorum officii interuenire,uel procurationis,uel patrocinii officium interponere uerbo,uel facto,in aliqua Curia Lucensis Ciuitatis, uel Lucen. districtus,coram quocunque Iudice ecclesiastico, uel sęculari, uel etiam delegato directæ, uel per obliquum,

quum, pro quacunque persona, etiam si esset sibi in quocunque gradu coniuncta, uel pro aliqua uniuersitate. Si quis autem in aliquo contrafecerit, puniatur in libris quinquaginta pro quolibet, & qualibet uice. Ac etiam Disponimus, quod aliquis quicunque officialis, uel notarius extra ciuitatē Lucen. in aliquo officio deputatus nō audeat aduocare, interuenire, postulare, procurare, cōsulere, uel quomodolibet allegare uerbo, uel facto pro aliqua singulari persona, ī illa Terra, uel Vicaria, in qua esset ad quodcunque officiū deputatus, uel ī aliqua circūstanti Vicaria, sub poena librarum quinquaginta pro quolibet, & qualibet uice. Et debeat quilibet cōtrafaciens finito officio sindicari, & etiā durante officio puniri possit, tam per Dominū maiorē Sindicum, quam per alium quēcunque Iudicē cōpetentem ad maleficia deputatum. Et quae poena imposita intelligatur omnibus officialibus Lucen. cōmunis, qui salariū cōsequūtur a cōi Lucen. ut eis interdicta itelligatur postulatio, & procuratio in quacunque Curia Lucen. cōis, tam in ciuitate, quam extra, Quae nihilominus locum nō habeant, nec habere intelligātur in Aduocato Lucensis cōis, nec ī Iudice Vicariarum, Quibus sit licitum aduocare, & postulare, & patrocinium praestare in omni Curia absque aliqua poena. Et praedicta etiam non referantur ad Sindicos minores, quatenus pro interesse Camerae Lucen. intercederent, uel interuenirent.

De poena emētis instrumēta, uel alias scripturas publicas. Cap. CXCV.

Statuimus, quod aliquis speciarius, uel battitor auri, uel alia quaecunque persona cuiuscunque cōditionis existat, nō audeat, uel praesumat emere, uel emi facere, seu alio modo acquirere, uel tenere, uel lacerare instrumenta publica, uel scripturas publicas, uel rogita, uel prothocolla, seu libros īstrumētorum alicuius notarii, uel libros alicuius Curiae, uel alicuius officialis, manu scriptos, uel libros bancheriorū, & qui cōtrafecerit, puniatur pro qualibet uice ī libris decē, uel ab inde supra usque in libras centum arbitrio Iudicantis, cōsiderata cōditione personae, & qualitate, & quātitate scripturarū, Nec ignorātiae praetextu quis ualeat excusari. Et quilibet possit denunciare cōtrafaciētes, & habeat medietatem poenae praedictae, & teneatur secretum nomē eius. Possit tamen quilibet notarius praedicta emere, & acquirere gratia cōseruandi, & copiā faciēdi iis, quorū interest, Dūtamen teneatur inde inuentariū facere, & ipsum īuentariū ponere ī camera librorū Lucen. ciuitatis secundū formā statuti positi, sub Rub. De denunciādis in camera, seu archiuo Lucen. ciuitatis libris notariorū, quod si nō fecerit, puniatur secundū formā dicti statuti.

De poena Notarii celantis aliquam scripturam. Cap. CXCVI.

Statuimus, quod quicunque notarius dolose, & scienter subcelauerit, uel ei cuius īterest exhibere denegauerit aliquam scripturam publicam, a se, uel

ab alio notario,cuius libros haberet rogatam,puniatur in libris cétum pro qualibet uice,& condénetur dictus talis notarius ad emédationem damni, & interesse,quod incurrisset talis persona,cui dicta talis scriptura fuerit sub celata,uel denegata,a qua pœna liberetur Notarius,si illius, qui talem scripturam peteret,non interesset eam habere.

De pœna Effundentis Aquam putridá in Vias publicas. Cap. CXCVII.

ET quæcunq; persona effuderit, uel proiecerit í aliqua Via Publica aquá putridam,uel aliam rem fœtidam,si fuerit de die,puniatur í libris decé, & si fuerit de nocte,& ante proiectionem nó clamauerit alta uoce tribus uicibus,ꝙ quilibet sibi caueat,puniatur in libris quinq;. Et Teneatur quilibet Dominus familiæ pro qualibet persona de sua familia aquá,uel aliam rem fœtidam proiciente. Et intelligatur de nocte a pulsatione campanæ turris, quæ de sero pulsatur pro Aue Maria,usq; ad campanam diei. Et si qua persona fuerit ex dicta proiectione balneata,uel in uestibus,uel alio modo lęsa puniatur lædens in duplum dictarum pœnarú in suo casu,& nihilominus compellatur damnum passo ad emendationem cuiuslibet damni, de quo damno,& eius æstimatione,Stetur iuramento personæ læsæ taxatione Iudicis præcedente. Et quáuis cęteræ pœnæ pecuniariæ nocturni temporis ratione,debeant regulariter augeri,in hoc tamen casu speciali,minor imponitur,quia minus potest lædere fœtor de nocte,ꝗ de die.

De pœna Illorum,qui deiecerint aliquam rem per Fenestras. Cap.CXCVIII.

ET nulla persona audeat,uel præsumat, per Fenestras, uel aliunde eicere rem aliquam,quæ alicui nocere possit,ꝗuis nemo lædatur,uel offendaé. Si quis autem in aliquo cótrafecerit,puniatur in libris decem pro qualibet uice. Et si ex dicta proiectione,aliqua persona fuerit læsa í corpore, uel in uestibus, uel alio modo, puniatur in libris quindecim, & ad emendationem damni damnú passo. Et si talis proiectio fuerit facta dolose contra aliquam personam,puniatur talis eiciens secundum formam statuti positi sub Rubrica De pœna proicientis lapidem,gladium,uel lignum,uel aliam rem contra aliquem,quod Statutum extendimus ad hunc casum.

De pœna Cótrahentis Clandestinam Desponsationem. Cap.CXCIX.

CVm propter fragilitaté sexus Clandestina Despósatio sit execrabilis,et Detestanda. Statuimus,ꝙ nulla persona cuiuscúq; conditionis existat, audeat,uel ꝑsumat aliquáMulieré nunquá nuptam despósare per uerba de futuro,uel de pręsenti,Nisi in dicta Despósatione interuenerit eidé mulieri consensus

cõsensus patris,si patrem habuerit.Et si patrẽ nõ habuerit,nisi interuenerit consensus aui paterni si eum habuerit.Et si auum prędictum non habuerit nisi cõsenserit frater utrinq; cõiunctus,uel ex patre tantum. Et si talem fratrem nõ habuerit nisi interuenerit cõsensus patrui ipsius mulieris.Et si talẽ patruum non habuerit,a nemine ualeat desponsari,nisi interuenerit consensus aui materni,et matris,si eam habuerit. Et si talẽ auum nõ habuerit,nisi cõsenserint duo de pximioribus consanguineis ipsius mulieris,Dũtamen consanguinei ex parte patris cõiuncti præferantur cõsanguineis matris in pari gradu.Et si ipsi cõsanguinei fuerit discordes,sufficiat cõsensus unius ex ipsis consanguineis cum cõsensu ipsius mulieris. Si quis autem ĩ aliquo contrafecerit,puniatur in libris quingentis,siue carnis copula fuerit secuta, siue non. Et si talis mulier esset sub tutela,uel cura constituta,Tunc pœna in Cap.proxime subsequẽti ordinata uendicet sibi locum. E cõuerso nul la Mulier audeat,uel præsumat aliquem filium familias,uel minorem decẽ et octo annis in tutela,uel cura constitutum desponsare,uel cum eo contrahere matrimonium,uel sponsalia per uerba de futuro,Nisi patris,uel tutorum,uel curatorum consensus accedat. Si qua uero Mulier in aliquo contrafecerit,puniatur in libris ducentis quinquaginta.Et in quolibet dictorũ casuum in præsenti Cap.comprehensorum,Quilibet Mediator huiusmodi sponsalium,puniatur in libris ducentis. Inhibentes etiam matri pupilli,seu pupillæ,q; dictum pupillum,uel pupillam non seducant ad contrahẽdum matrimonium,uel sponsalia,inscio patre, uel tutore,uel curatore, sub pœna librarũ tercentarum.Et prædicta,uel aliquod eorum nõ referátur ad sponsalia,uel matrimonia per seruitiales,seu per mulieres,quæ uagantur per mũdum in quibus,licet prædictus consensus non interuenerit,pœnæ superius declaratæ non uendicent sibi locum.

De pœna Desponsantis aliquam Mulierem sub Tutela,uel Cura cõstitutã,sine consensu Tutorum,uel Curatorũ. Cap.CC.

STatuimus,et Ordinamus, q; aliquis cuiuscunq; conditionis existat,non possit despõsare per uerba de futuro, uel de pręsenti aliquã Mulierẽ,seu puellam,sub tutela,uel cura constitutam,uel cum ea matrimonium contrahere,sine consensu,et uoluntate Tutorum,uel Curatorum ipsius mulieris. Si uero esset discordia inter eos sub quorum tutela,et cura est,de illa maritanda,uel desponsanda,et ipsa Mulier sit maior annis.xii.Tunc possit maritari,et desponsari ei in quem maior pars Tutorum, uel Curatorum consenserit,cum expresso consensu ipsius mulieris. Si uero æqualitas sit ĩter eos,Tunc possit maritari,et desponsari ei,ĩ quẽ ipsa cõsenserit ex eis,de quibus contẽdebãt ĩter tutores,et curatores.Si autẽ ipsa mulier sit minor duodecim annis possit maritari, et desponsari ei,ĩ quẽ oẽs tutores cõsenserint. Et si fuerit inter ipsos Tutores, et Curatores dissentio, et discordia, possit

desponsari, & maritari ei, in quem maior pars ipsorum consenserit, Dūtamen si in aliquos certos Tutores, & Curatores testamentarios fuerit per testatorem collata administrandi potestas, Tunc illorum consensus praeualeat quorum industriam testator magis elegerit. Sed si fuerit æqualitas inter eos, Tunc ei desponsari possit, in quem Lucen. Potestas consenserit ex his de quibus contendebatur. Et si fuerit in aliqua Vicaria, ei possit desponsari, in quem maior pars tutorum, & curatorum consenserit. Et si fuerit æqualitas inter eos: Tunc desponsari possit ei in quem Vicarius illius Vicariæ consenserit, Dūtamen ante q̄ Potestas, uel Vicarius suum præbeat consensum, cōuocari faciat coram se usque in quattuor de melioribus pro pinquioribus attinēribus dictę mulieris, tam ex parte patris, q̄ ex parte matris, & cum eis consilium habeat, cui magis utile, & honorabile sit eam desponsari ex his de quibus contendebatur. Si quis autem in aliquo contra fecerit, aut contra dictam formam aliquam sub tutela, uel cura cōstitutam desponsauerit, puniatur in libris centum, uel ab inde supra usque in tercentas arbitrio Iudicis, considerans conditionibus personarum, et qualitate facti. Et similiter si quis Tutor, uel Curator pupillam aliquam, uel adultam sub eius tutela, uel cura constitutam contra dictam formam desponsare attentauerit, puniatur in libris centum, uel ultra, usq; in tercentas arbitrio iudicantis, consideratis conditionibus personarum, et qualitate facti.

De pœna Foretanorum, & Districtualium contrahentium matrimonia cum Forensibus. Cap. CCI.

STatuimus, q̄ nulla persona foretana, subdita iurisdictioni lucensis Ciuitatis audeat, uel præsumat cōtrahere matrimonium, aut spōsalitia cum aliqua persona cuiuscunq; cōditionis, & dignitatis existat, forense, & non subdita iurisdictioni præfatæ ciuitatis Lucen. aut de locis, quæ de facto nō obediunt, uel nō obedient in futurum lucensi ciuitati, aut qui non habitent familiariter in locis de facto obedientibus ut supra sine licentia Magnificorum Dominorū Antianorum per tēpora existentium, & nulla persona audeat, uel præsumat huiusmodi matrimoniis, seu sponsalitiis consentire, aut aliquo modo in eis cōtrahendis se īterponere, siue cōsanguineus sit, siue pater, siue mater, siue ab eis ascēdens tutor, curator, tutrix, curatrix dictorum cōtrahētium, aut alicuius ipsorum, nec mediator huiusmodi matrimoniis existat. Si quis in aliquo prædictorum cōtrafecerit, uel aliquo modo contrauenerit, aut facere tentauerit, ipso facto, & ipso iure intelligantur priuati omnibus eorum bonis, & omnia eorum bona intelligantur cōfiscata, & incorporata Cameræ Lucen. cōmunis, super quibus debeāt solui per Lucen. cōmune pro dotibus dictarum mulierum floreni decem ad trigita sex pro qualibet, & huiusmodi contrahētes intelligantur incapaces omnium hereditatum, & successionum eis deferendarum ex testamēto, uel ab intestato,

et tam

& tam ascendentium, quam collateralium, & extraneorum, & omnes, & singulae hereditates, quae eis quomodocunque deferrentur, ex nunc ab eis tanquam indignis ablatae intelligantur, & fisco Lucen. ciuitatis applicatae ipso facto, & ipso iure absque aliqua alia declaratione: Alii uero huiusmodi matrimoniis, & sponsalitiis consentientes, & auxilium, cōsilium, uel fauorem praestantes, uel eorum mediatores existentes, ipso iure, & ipso facto, absque alia declaratione incidant ī poenam rebellionis, cum omnium, & singulorum ipsorū bonorū cōfiscatione, & omnes, & singuli officiales cōmunium subditorum Lucen. comitatus, & districtus, qui tenentur ad denūciandum alia maleficia Teneātur denunciare omnes cōtrauenientes huic praesenti legi, infra tempus infra quod tenentur denunciare homicidia, & sub poena in dicto statuto contenta, Magnificis D. Antianis per tempora existentibus, Qui teneantur sub uinculo iuramenti omnes, & singulos dictos delinquētes, & cōtrafacientes saltem citatos trāsmittere condēnatos in dictis poenis ad archiuū publicū, Et praedicta phibitio nō extendatur ad subditos iurisdictionis Reuerēdi Domini Episcopi Lucen. & Reueren. Lucen. Capituli, nec etiam ad īcolas, qui saltem per decennium continuū habitassent in Lucen. territorio, de facto parenti ut supra, uel in terris dictae iurae, & Capituli, & in dictis locis maiorem partem suarum substantiarum collocassent, cum quibus non intelligatur prohibitum contrahere matrimonium.

De poena Forensis, Qui in Ciuitate Lucen. uel eius districtu pro aliqua persona aduocaret, uel procuraret Cap. CCII.

EX causis rationabilibus ad hoc nostrum mouentibus animum, Antiquorum Nostrorum uestigiis inherentes. Statuimus quod nullus forensis uidelicet, qui non sit de Ciuitate Lucen. uel eius territorio, et districtu oriūdus, etiam si in ciuitate lucen. uel eius territorio habitaret audeat, uel praesumat pro aliqua persona undecunque sit, seu pro aliqua Vniuersitate ī aliqua Curia lucen. ciuitatis, uel eius territorii, et districtus, procurare, interuenire, postulare, allegare, aduocare, uel consulere, sine expressa licentia Magnifici Regiminis Lucen. cōmunis, Nisi solū pro Vxore, et pro Affinibus, et Cōsanguineis sibi coniunctis, usque ad secundum gradum secundum computum Decretorum. Et si quis in aliquo cōtrafecerit, puniatur qualibet uice in libris uigintiquinque. Et simili poena puniatur illa persona ad cuius instantiam sic fuerit procuratum, uel allegatum, seu quomodolibet postulatum, uel consultum, quia nostrae intentionis est, prout nostrorum maiorum fuit, quod ciuibus, et comitatinis, seu districtualibus lucen. ciuitatis, et non aliis id permissum sit.

De poena Euntium de Nocte Post Tertium Sonum Campanae Cap. CCIII.

STatuimus, & Ordinamus, ꝙ Nulla persona Ciuis Lucen.seu forensis, uel forensis audeat, uel præsumat per Ciuitatem lucensem ire de nocte post pulsationem consuetam Campanæ turris Magnificorum Dominorum Antianorum, quæ pulsari consueuit post secundam horam noctis, usque ad Campanam diei sine lumine, Si qua uero persona contrafecerit, puniatur a bononenis decem usque in uiginti arbitrio Officialis, qui eam inuenisset pro quolibet,& qualibet uice. Et possit etiam forensis,qui de nocte sine lumine iret torqueri de facto, prout uidebitur discretioni officialis, conditione personæ,& temporis,& negocii qualitate pensata. Et quod dictum est de lumine,intelligatur cum lumine unius candelli de cera,qui sit, uel fuerit ponderis libræ unius,uel ab inde supra,cum quo lumine dicti ceri,possint ire personę sex,uel pauciores,& cum lumine cerei minoris,qui sit uel fuerit saltem unciarum sex possint ire personæ quinq;,uel pauciores.Et sub quolibet alio lumine minori,possit ire una persona tantum,ultra personam dictum lumen deferentem. Et si lumen fuerit in lanterna possint ire duo ultra personam deferentē lumen.Et nullus præsumat deferre aliquod lumen subcelatum Nisi in lanterna, quæ lanterna esse debeat de osse albo, & nō celata,uel cooperta,nec alterius generis lanterna deferri possit: Et si quis alio modo,ꝙ supra dictum sit,lumen portaret,non excusetur a pœna, sed condemnetur,ac si lumen nō haberet. Et si quis iret cum lumine supra permisso puniri,uel condemnari nō possit. Statuimus etiam, ꝙ Nulla persona audeat ire per aliquam terram muratam subiectam cōmuni Lucen. quæ custodiatur,uel custodiri consueuerit,& in qua Campana de sero pulsari consueuerit sine lumine,post Cāpanam,quæ de sero,circa primā horā noctis,uel parum ante pulsatur,pro custodia,usq; ad campanā diei,sub suprascripta pœna Bononenorū decē usq; ī .xx. prout uidebitur discretioni Vicarii,uel Potestatis dictæ terræ,considerata conditione personæ. Et de prædictis credatur relationi Nuncii,uel famuli Vicarii,uel Potestatis dictæ terræ,cum iuramēto. Et omnes,& singulæ dictæ pœnæ ī toto pñti Cap. cōprehensæ exigi possint de facto,& sine aliquo processu,uel scriptura.

De pœna Tenentium de nocte hostia aperta. Cap.CCIIII.

DIsponimus,ꝙ omnes,& singuli habitantes in Ciuitate Lucen.Teneantur,& Debeant de sero immediate, & sine interuallo, post pulsationem campanę turris Dominorum Antianorum post secundam horam Noctis claudere,& firmare hostia suæ domus,& illa non aperire de nocte,nisi exiret,uel intraret cum lumine. Si quis autem in aliquo contrafecerit,puniatur in soldis uiginti,uel ab inde supra usq; in soldos quadraginta ad arbitrium officialis,qui apertum hostium inuenisset,cōsiderata conditione personæ.Et a dicta pœna excusentur,qui iustam,& rationabilem causam haberent,de qua stetur discretioni Officialis, qui apertum hostium inuenisset.

In terris

In Terris autem, siue Castris muratis Lucen. districtus, quæ consueuerunt custodiri, Si quis de nocte hostium suæ domus haberet apertum condemnetur in dimidia dictarum pœnarum in suo casu, cum discretionibus, & arbitriis in minorando pœnas supra declaratis.

De pœna Recipientium Forenses ad hospitium, Nisi eos Denunciauerint. Cap. CCV.

AD euitãdas fraudes, quæ cõmitti possent ĩ pıudiciũ Status cõis lucen. Statuimus, ꝙ nulla persona habitans in ciuitate Lucen. audeat, uel præsumat recipere ad hospitiũ de nocte, uel secum nocturno tẽpore tenere aliquem forensem nõ habitantem Lucæ, uel in districtu, Nisi eum denunciauerit in scriptis D. Lucen. Potestati, uel notario custodiæ, sub pœna soldorum quadraginta pro quolibet forense, quẽ receperit, & pro qualibet uice. Et similiter nemo habitãs in aliqua terra murata Lucen. districtus, quæ custodiretur, audeat aliquẽ forensem nõ habitantẽ Lucæ, uel ĩ districtu ĩ sua domo de nocte ad hospitiũ recipere, uel retinere, Nisi denũciauerit in scriptis Vicario, uel Potestati dictæ terræ, sub pœna soldorũ uiginti pro quolibet forense recepto, & ꝓ qualibet uice. Cõcedimus insuper, & permittimus, ꝙ quilibet possit impune tam in ciuitate, ꝙ̃ in Terris muratis in districtu tenere, uel recipere de nocte ad hospitium usꝗ in sex comitatiuos, seu districtuales, uel forenses habitantes Lucæ, uel in districtu, uel sex inter comitatiuos, et districtuales, et forenses habitantes, ut dictum est, & non plures. Si quis autem plures comitatiuos, seu districtuales, uel forenses de prædictis, uel plures inter forenses prędictos, & comitatiuos, seu districtuales retinuerit ad hospitium, & non denunciauerit, puniatur in dictis pœnis.

De Pœna Ludentium. Cap. CCVI.

MAgistra rerum experiẽtia manifestat, ꝙ ludus Taxillorũ, & aliarum diuersarum dãnabilium qualitatum multorũ malorũ fons est, & origo, & multos discolos deduxit, & deducere posset ad inopiã, & ad diuersa scelera perpetranda. Volentes igitur huiusmodi morbo quantum possumus remedium adhibere, ut saltem metu pœnæ arceãtur ii, quos uirtutũ amor a malo non retrahit. Ideo Maiorum Nostrorum uestigiis inherentes, Statuimus, ꝙ nulla persona in Ciuitate Lucen. uel Suburgis in aliquo loco audeat, uel pręsumat ludere ad aliquem ludum Taxillorum, uel in ipso ludo, seu ad ludum alicui personę mutuare, uel expromissor, uel fideiussor existere, pro aliquo qui luderet ad Taxillos. Et si quis in aliquo contrafecerit, puniatur in libris uigintiquinque ꝓ qualibet uice. Et nihilominus ultra dictam pœnam ille, qui uicerit, puniatur ad opus Cameræ Lucen. cõmunis in dimidia eius, quod uicerit. Et cuilibet mutuanti, uel pro alio pro

mittenti,uel fideiubenti ad ludum,uel in ipſo ludo,audiẽtia denegetur pro his,quæ mutuaret,uel fideiuberet,uel uinceret ĩ ipſo ludo,uel occaſione ludi. Ac etiam Ordinamus,ꝙ nemo audeat,uel pſumat aliquẽ ludentem ad Taxillos ĩ domo propria,uel cõducta,uel gratis cõceſſa, uel capãna, curti, lodia,orto,receptare, uel ſtare permittere ad ludendũ de die , uel de nocte. Et quilibet qui cõtrafecerit,puniatur in libris quinquagĩta ꝑ qualibet uice. Et quilibet qui aſtaret,uel ĩtereſſet alicui ludo Taxillorum,puniat̃ qualibet uice in lib.quinq;. Et quilibet poſſit cõtrafaciẽtes accuſare,& denũciare,& habeat tertiã partẽ totius eius,quod inde peruenerit ad fiſcũ,& ſeu puenire deberet,& teneatur ſecretũ nomen eius. Nec poſſit talis accuſator,et denũciator puniri ꝑ eo,qa fuiſſet tẽpore dicti ludi denũciati delinquẽs ĩ aliquo pdictorũ,ſed ratione dictæ denũciationis pœna ſibi remiſſa ĩtelligat̃. Et ſimiliter cuilibet teſti,qui teſtificaret̃ alios luſiſſe,uel ludũ tenuiſſe,uel ſteriſſe ad uidendũ,pœna ludi,uel ſtãdi ad uidendũ ludũ,remittat̃ ex toto. Et ꝑ pdictis ludis,et ludẽtibus,et tenẽtibus ludũ, et aliis ſupraſcriptis ĩueniẽdis D.Lucen.Poteſtas ſæpe,et ſæpius de die,et de nocte ſuã familiã, et unũ ex ſuis notariis mittere,et ſcrutari facere teneat̃. Et intelligat̃ uere ludere,uel luſiſſe,uel ludũ tenere,uel tenuiſſe,uel ad uidẽdũ ſteriſſe,quẽ duo ex famulis dicti D.Poteſtatis per ſacramentũ dixerint,uel retulerint ludere, uel luſiſſe,uel ludũ tenuiſſe,uel ad uidendũ ludũ ſteriſſe,uel inuẽtus fuerit cũ Taxillis in manu,ſtans cũ alio aptus ad ludẽdum,et quẽ dicti famuli cũ iuramẽto dixerĩt ludere, uel luſiſſe,uel ludũ tenuiſſe,uel ad uidendũ ſteriſſe,ſic put dixerint eſſe pſumat̃. Et pdicta relatio duorũ famulorũ cum iuramẽto habeatur ꝑ uera,et plena ꝓbatione,cõtra quã nõ admittat̃ ꝓbatio ĩ contrarium. Et ſi familia D.Poteſtatis ut dictum eſt,ꝑ ludis,et ludẽtib.ad Taxillos,et ludum tenẽtibus,et ad ludum aſtãtibus inueniẽdis ut dictum eſt de die,uel de nocte iret,et ueriſimiliter exiſtimaret in aliqua apotheca, domo,uel curia,uel orto ludi,uel ludũ teneri,et in dictã apothecã, uel domũ, uel ortum, uel curiã uoluerit ĩtrare, Teneatur habitator ipſius domus, uel apothecæ,uel curtis, ad requiſitionem dictæ familiæ incõtinenti, et ſine aliquo interuallo illa aperire,et hoſtia pandere,et ſi ſic nõ aperiret,uel lumina ibidẽ exiſtẽtia extincta fuerint,ex tunc pſumatur ĩ dicta domo, apotheca, curti,uel orto fuiſſe,et eſſe ludus. Et debeat talis habitator puniri pro eo, ꝙ ludum tenuerit,ac ſi manifeſte ibidẽ ludẽtes ĩuẽti fuiſſent. Et hoc inquãtum dictus habitator nõ expſſerit, uel denunciauerit nomina ludentium. Et idem quod dictum eſt ſupra de ludo Taxillorum,intelligatur, et ſeruetur de ludo Furlandi,uel Brincolandi ad Giallum,uel nigrum,ad Righinettam,uel ſimile. Item Statuimus,ꝙ aliqua perſona nõ audeat,uel præſumat ludere ad ludum Naiborum,uel Carticellarum, Et ſi quis contrafecerit,puniatur in libris quinque,uel ab inde ſupra arbitrio Iudicis conſiderata conditione perſonæ,et qualitate ludi, Et ſupradictæ pœnę non intelligantur impoſitæ Mulieribus inter ſe ludẽtibus ad Giallum, et Nigrum,et ad Righinettam,

ad Righinettam,uel ad similem,seu equipollentē ludū,uel ad ludum Naiborū,uel Carticellarū,nec masculis,minoribus.xiiii.annis. Et nemo tamen possit ludere,uel ludū tenere super gradib.seu gradolis ecclesiæ sancti Michaelis ī foro,seu super astraco plateæ dictæ ecclesiæ,& qui cōtrafecerit, puniatur in duplū dictarum pœnarum in suo casu. Et pdictæ pœnæ nō ītelligātur īpositæ p ludis tabularū cum taxillis,nec pro ludis schachorū,uel aimererū etiā cum taxillis. Cæterū pdicta oīa extēdimus, & porrigimus in districtu sex milliariorū,& in cōmunibus suburbanis,& Vicariis,& Potestariis,& in toto lucen.districtu. Et eādem in pdictis, & circa pdicta baliā habeat quilibet Vicarius in sua Vicaria, & quilibet Potestas in sua Potestaria,quā habet D.Lucen.Potestas in ciuitate Lucen. Dūmodo si quis cōtra fecerit,puniatur ī duabus partibus de tribus partibus pœnarū supra ī quolibet dictorū casuū declaratarū,singula singulis referendo. Et q̄ dicta sunt supra de familia D.Lucen.Potestatis,uendicent sibi locū in familia cuiuslibet Vicarii in sua Vicaria,& cuiuslibet Potestatis in sua Potestaria. Et prædictæ pœnæ nō intelligātur īpositæ ludētib. seu rappellātibus etiā ad taxillos tā in ciuitate, q̄ etiā in toto districtu ī cellariis,seu tabernis in quibus uinum uenditur ad minutū,ludēdo ad uinum tantū, & nō ad aliud, uel alio modo,in fraudē prædictorū,et dūtaxat usq; ad eam quantitatē uini, q̄ per ipsos ludentes tunc ibidē biberetur. Verum si ultra luderent ad uinum,uel etiā rappellarēt,puniātur pœna,q̄ cōtra ludētes īponēda ueniret. Et nullus hospes,uel uinum uendens ad minutū possit pro aliquo ultrà quantitatem uini,q̄ ibidē biberetur ludēte ad uinum,uel alio modo ludēte,stare promissor,fideiussor,uel intercessor,uel pignus ab aliquo ludēte recipere, uel alio modo stare,uel esse pmissor,uel fideiussor,sub eadem pœna,q̄ imposita est tenētibus ludum. Et nihilominus pignus sine aliqua solutione sibi fienda reddere cōpellatur, nec pro tali fideiussione, uel malleuatione aliquod ius quæratur. Et nullus uenditor Cialdarum,uel Biricocolorum,uel Confortinorum,& similium rerum audeat,uel præsumat ludere ad Cialdas, Biricocolos,uel Confortinos,uel ad similes res, uel pati,q̄ super capsera sua ludatur,ad pœnam decem librarum qualibet uice dicto uenditori imponendam. Cæteri uero ludentes cum prædicto uenditore,puniantur pœna statuta contra ludentes. Et in prædictis omnibus,& singulis pœnis ī præsenti Cap.contentis quilibet officialis,prout ad suum officium pertinebit, habeat plenariā potestatem, & baliam dictas pœnas imponendi, & exigi faciendi,de facto,sine aliquo processu,uel scriptura.

De Pœna Masculorum Astantium ad ludum Fœminarum Cap.CCVII.

CVm sæpe familiaritas,& conuersatio in ludis Masculorum cum Mulieribus maculet honestatem,Statuimus,q̄ Nullus Masculus maior annis

decem et octo possit stare, uel interesse ad aliquem ludum Mulierum, uel Puellarum, qui fieret inter eas ad Furlandum, uel Brincholādum, ad albū, et giallum, uel nigrum, uel ad righinettam, uel similem, uel equipollentem, uel ad alium quęcunq; ludum, qui fieret inter eas. Et si quis cōtrafecerit, possit condemnari usq; in libras quinque pro quolibet, et qualibet uice, cō siderata qualitate facti, et cōditione personarum arbitrio iudicātis, qui pos sit etiam in totum absoluere, prout sibi æquum uidebitur, consideratis fa cti qualitate, et personarum cognatione, et parentela. Et quilibet maior an nis decē et octo, qui cum ipsis mulieribus luderet prædictis modis, uel alio quocunq; modo, puniatur qualibet uice usq; in libras decem arbitrio iudi cantis, considerata qualitate facti, et cognatione, et parētela personarum lu dentium. Et quilibet possit contrafacientes accusare, et denunciare, et ha beat medietatem dictæ poenæ, et teneatur secretum nomen eius. Et Domi nus Lucen. Potestas in ciuitate lucen. & Barigellus in districtu. Et quilibet Vicarius in sua Vicaria, et Potestas in sua Potestaria teneantur de pdictis inquirere, et inquiri facere, et scrutari per familiam suam, et per quencunq; alium modum, de quo sibi uidebitur, ita q; inueniat, et puniat eos qui i præ dictis deliquerint. Et stetur, et credatur relationi duorum famulorum de familia dictorum Officialium, et eorum relatio habeatur pro plena pro batione.

De poena Portantis Arma. Cap. CCVIII.

VT quantum Possumus, auferamus materiam delinquendi, Statuimus, q; nulla persona cuiuscunq; gradus, ordinis, uel cōditionis existat, por tet, seu deferat aliqua arma offensibilia sub poenis ifra declaratis, uidelicet. Si quis Ciuis Lucensis, uel Suburgensis per Ciuitatem Lucensem deferat, Lanceam, Spuntonem, Dardum, Spiedum, Clauarinā, Falcionem, seu Mā naresem, Accettam, Massam ferratam, uel plumbatam, Pennatum, adra zum, Beccacenerem, Traferium, uel aliquod aliud simile genus armorum, quæ sint sui natura, uel consuetudine sine uagina, uel nuda, puniantur in li bris uiginti pro qualibet uice, & pro quolibet petio dictorum Armorum: Si uero fuerit foretanus, uel forensis, qui per Ciuitatem Lucensem deferat dicta arma, puniatur in libris triginta. Et si foretanus, uel forensis deferat dicta arma in aliqua Terra murata Lucensis districtus, uel in Terra, ubi ali quis Vicarius cum sua Curia resideret, uel in aliquibus foris, mercatis Lu censis districtus, uel in aliquo eorum, puniatur qualibet uice in libris uigin ti, pro quolibet petio dictorum armorum. Et si foretanus, seu forensis de ferat dicta arma per aliqua loca alia a prædictis, puniatur in libris decem. Verum si quis Ciuis Lucensis deferat per Ciuitatem lucensem, Gladium, seu cultellum

seu Cultellum offensibilem, uel Ensem, seu Castellerium, uel Stochum, uel aliud simile genus armorum, Quod sui natura, uel consuetudine sit cum uagina, puniatur qualibet uice in libris decem pro quolibet petio dictorum armorum: Et si Foretanus, uel Forensis dicta arma deferat per Ciuitatem Lucensem, puniatur in libris uiginti. Si uero foretanus, uel forensis dicta arma deferat in aliqua Terra murata lucensis districtus, uel in Terra ubi aliquis Vicarius cum sua Curia resideret, uel in aliquibus foris, uel mercatis, puniatur in libris quindecim pro quolibet petio dictorum armorum. Si quis autem deferat infrascripta arma defensibilia, puniatur, prout infra. q̄ si quis deferat per Ciuitatem lucensem Corazzam, Corettum, seu Loricam, Cerbellariam, uel Bacinettum, seu Capellum ferreum, uel Elmettum, seu alia arma prædictis similia, puniatur qualibet uice in libris quinque pro quolibet petio dictorum armorum, & si quis portauerit Rotellam, Taulacium, seu Targonem, puniatur in libris tribus pro qualibet uice, & si Pauesem, uel Scutum, puniatur in libris quattuor pro qualibet uice, & si Guantos ferreos, uel Broccolerium, puniatur in libris duabus. Si quis uero portauerit Braccialia, uel manichas ferreas, puniatur ĩ libris duabus, & si in aliqua Terra murata dicta arma defensibilia detulerit, uel mercatis, uel in aliqua Terra, in qua Vicarius cum sua Curia resideret, puniatur in dimidia dictarum pœnarum in suo casu. Si quis autem foretanus, uel forensis deferat prædicta arma per territorium Lucense, alibi q̄ in locis proxime dictis, puniatur in quarta parte dictarum pœnarum supra in suo casu declaratarum: Sub qua prohibitione armorum defensibilium extra Ciuitatem lucen. non cõprehendantur Ciues Lucenses in dicta Ciuitate habitantes, & famuli ipsorum, ut dicetur infra. Insuper Statutum sit, & esse intelligatur, q̄ nulla persona cuiuscunq; conditionis existat, audeat, uel præsumat in Ciuitate Lucensi, ac in districtu tam de die, q̄ de nocte arma tam defensibilia, q̄ offensibilia deferre sub pœnis suprascriptis, & infrascriptis. Et ultra huiusmodi pœnas captus incõtinenti amittat arma omnia, quæ secum haberet: Et Prætores, & Capitanei per tempora existentes Teneantur, & Debeant sub pœna Ducatorum quinquaginta pro quolibet, & qualibet uice præsentare in Curia Maiorum exactorum quæcunq; arma reperta portari prohibita contra formam statutorum lucensis communis, una cum nominibus delinquentis, seu delinquentium portantium arma infra duos dies tunc proxime futuros, quæ arma intelligantur confiscata, & uendi debeant ad utilitatem Lucensis Communis, plus offerenti. Cæterum nulla persona ut supra quoquo modo præsumat de die, uel de nocte per lucensem Ciuitatem, seu eius Comitatum, & Districtum deferre aliquẽ Gladium, siue Cultellũ cum cuspide, siue puncta, qui sit maior in longitudine cũ ansa, seu manico, & ferro unius tertii brachii, & põderis unius unciæ

cum dimidio,& cum hoc etiã,ꝙ non habeat cuſpidem ſiue punctũ quadrũ, et quicunq; contrafecerit,incidat,et incidiſſe intelligatur in pœnis,et cenſuris ſupraſcriptis,et pinde ſit,ac ſi portaſſet,ſeu detuliſſet gladiũ,uel cultellũ prohibitum , et eodem modo nemo audeat , uel præſumat per Ciuitatem Lucen. comitatũ,et diſtrictũ de die, uel de nocte deferre cultellos,gladios, ſiue caſtellerios aptos ad iaciendũ, et iactu feriendũ,neq; ullas pallottas ferreas,plumbeas,lapideas,uel alterius generis aptas ad proiiciendum,ſub pœna librarum centũ bonæ monetę,ultra quam pœnam detineri debeat menſibus duobus ĩ carcerib. neq; de ĩpis eximi,uel relaxari poſſit,Niſi prius ſoluta cum effectu pœna ſupraſcripta:et nõ aliter,uel alio modo,et ſimili pœna puniatur quicunq; de nocte portauerit in ciuitate lucen.baliſtã,arcũ,fundã, maſſafruſtũ,et omnia ſimilia inſtrumẽta,inuenta ad offendendum,et feriẽdum,non intelligendo ꝓhibitionem hanc baliſtarum etiam extẽdi ad eos, qui deputati eſſent in feſto Sanctę Crucis,uel alio tempore de mandato Magnificorũ Dominorum Antianorũ,ad cuſtodiam in ciuitate lucenſi Declarãtes nihilominus ꝙ omnis abuſus,et mala cõſuetudo portandi arma,tam in nocte Vigiliæ dictæ feſtiuitatis Sanctę Crucis,ꝗ in nocte ſequẽti dictã feſtiuitatem pęnitus ſit abolitus , et abolita , et in futurum omnes portantes arma per ciuitatem lucenſem,ſalua commiſſione Magnificorum.Dominorum,ut ſupra etiam in dictis noctibus intelligantur, et ſint ſubditi,et ſubiecti pœnis,et cẽſuris appoſitis in præſenti Statuto, Et Executores Lucen.Ciuitatis teneantur,& debeant etiam in dictis noctibus perquirere,& capere deferentes arma, prout aliis temporibus perquirere, et capere tenentur, exceptis etiam his,qui de cõmiſſione Reuerendi Epiſcopi lucẽſis, et Reuerẽdorum Canonicorum,ſiue ipſorum officialium uenirent ad cuſtodiam Eccleſiæ Sancti Martini,qui in ueniendo ad cuſtodiam dictæ Eccleſiæ,et redeũdo domum,et in actu ipſius cuſtodiæ poſſint tenere,& portare arma, Quibus caſib.exceptis,nullo modo poſſint portare arma,et ſi fuerint ĩuenti,poſſint,et debeant,prout alii capi. Inſuper quia multi,qui capiuntur cum dictis armis excuſant ſe a pœna,allegãdo Rus petere, et in Villam ire,ſeu de Villa redire in Ciuitatem.Idcirco ne dicta,excuſatio malitioſe adduci poſſit, et dictos delinquentes releuare habeat, intelligatur ,et ſit Sancitum, et Ordinatum, ꝙ quicunq; fuerit captus in Ciuitate Lucen.pro dicta delatione armorum,non poſſit,nec ualeat excuſari a pœna,ĩ quam ueniunt,et quilibet eorum uenit condemnandus ut ſupra allegando, et adducendo prædicta,nec dicta excuſatio admitti poſſit ex dictis cauſis,Niſi fuerit repertus cum armis manifeſtis, Ita ꝙ clare,et manifeſte appareant, et uideri poſſint huiuſmodi arma,et ſi fuerint arma ſine haſtis,debeant eſſe longitudinis,ſaltem brachii unius cum dimidio cum manico: Et nihilominus huiuſmodi excuſatio ſemper ꝙ contingeret fienda,debeat fieri per Magnificos Dominos Antianos , & Officium Conducteriorum ad partitum diſtinctum & non aliter, ſeu alio modo . Et eodem modo ſi contingeret aliquem forenſem,

rensem,uel peregrinũ Lucæ nõ habitãtem,uel in eius territorio, uel aliquẽ de Vicariis Lucen.Ciuitatis,aut aliquem dominũ Ambasciatorẽ,siue Oratorem, aut Magnatem exterũ,aut aliquem de familia cuiusuis eorũ,de die, uel de nocte deferentem aliquod petium unum,uel plura armorum per Ciuitatem,aut Territoriũ Lucẽ.et etiam quãdo contingeret ciues,uel comitatiuos,uel incolas uocatos,uel deputatos ad custodiam Lucen.Ciuitatis,aut portarum,uel alius loci ordinarie,uel extraordinarie,et prout consueuit in festo sanctę Crucis,ut supra,uel aliis suspectis tẽporibus,& in quibuscunq; aliis casibus suprascriptis possint Magnifici Domini,ut supra,una cum officio conductæ,eos,& quemlibet eorũ excusare,et mandare excusari quibuscunq; officialibus,ut supra,et si iam cõdemnati,seu mulctati essent, liberare, & absoluere,considerata conditione dictarum personarũ,locorum,ac temporum.Et quicunq;,qui fuerit socius criminis,qui accusauerit aliquem,siue aliquos,qui arma portauerint,consequantur impunitatem delicti.Qui uero non fuerit socius criminis,& accusauerit,consequi debeat a communi lucẽ si quartã partem cõdemnationis pecuniariæ imponendæ ex dicta accusatione,& nomen eius teneatur secretum,quæ quarta pars solui debeat de pecuniis lucen.cõmunis,secuta accusatione cum iuramẽto accusatoris,& uno teste.qua accusatione facta,et uerificata, statim accusatus transmitti debeat pro cõdemnato in pœnis suprascriptis in suo casu impositis,et habita uerificatione,ut supra,solutio fieri debeat accusatori,ut dictum est.Cum declaratione,ꝙ in prædictis armis uetitis intelligantur etiam compræhensi schioppetti,et archibugii,qui ueniant sub appellatione armorum, quæ deferuntur sine uagina.Et Iudices cõpetentes sint,et esse intelligantur D.Prætor lucẽ. et Barigellus dictæ Ciuitatis,et quilibet Vicarius in sua uicaria, et quilibet alius secundum suam iurisdictionem. Hoc expresse declarato,ꝙ non liceat Comitatiuis,et Districtualibus habitantibus in lucen.Ciuitate deferre arma cuiuscunq; generis in eundo per Comitatũ,et Districtum Lucẽ.ciuitatis,et redeundo ad dictam ciuitatem,donec,et quousq; adepti fuerint ciuilitatem, prout disponitur ex forma statutorũ de materia loquentiũ,sub pœnis tam in præsenti,q̃ in aliis statutis contra ipsos comitatiuos arma deferentes,impositis.Concedentes nihilominus ipsis Forensis,seu Comitatiuis,et forensibus licentiam deferendi arma certi generis,et in casu de quo infra. Decernentes ulterius, ꝙ appellatione armorum, compræhendi etiam intelligantur fustes,seu bastoni,qui in summitate essent acuti,et præusti,et qui præsumerentur fabricati,uel facti ad offendendum,qui sic portantes baculos ad offendendum aptos,puniri debeant, et puniantur ac si portarent spatam. Declarãtes ulterius,ꝙ nullus cuiuscunq; cõditionis existat,audeat,uel præsumat in Ciuitate Lucẽ.ac in districtu,tam de die,q̃ de nocte, arma tam defensibilia,q̃ offensibilia deferre,sub pœnis suprascriptis,et ultra dictas pœnas,ꝙ quicunque post secũdam horam noctis fuerit inuentus habere arma offensibilia,seu defensibilia,cõprehensa ex forma statutorũ,et fuerit captus,

Si die sequenti hora tertiarum non soluerit ducatos decem auri, debeat ad fenestras Palacii domini Lucen.Pretoris habere duos ictus funis de brachiis octo ab alto,ad imum pro quolibet ictu dictę funis,ab hora Tertiarum, usque ad Nonā,si fuerit Ciuis Lucensis per dictum dominum Prætorem. Si uero fuerit Forestanus,uel forensis per dominum Capitaneum, seu Barigellū dictæ Ciuitatis ab ipso Capitaneo,seu ab eius familia,ultra alias poenas suprascriptas. Decernentes, ꝙ tam dominus Lucensis Potestas, et eius Miles socius,q̄ etiam Capitaneus sint,et esse intelligantur Iudices cōpetentes,& in eis locum habeat præuētio: Et de cōdemnationibus,mulcta,et poenis extractis,dimidia spectet ad capientem,& alia dimidia ad Lucen.Commune: Et simile præmiū ipsi consequantur Officiales,de his, qui fuerint inuenti per Ciuitatem lucen.sine lumine post secundam horā noctis. Declarādo,ꝙ sit in potestate præfati Capitanei,& Militis socii,et eorum familiæ, inuenta aliqua persona sine lumine,et armis,dimittere,ꝑ comparendo mane sequenti coram eius officio,et solnēdo mulctā,quę esse intelligatur a bononenis decē, usq; in uiginti ꝑ quolibet: Et teneatur quilibet Officialis,qui aliquem de die,uel de nocte cum armis inuenerit,detinere eos ī carceribus, donec effectualiter soluerint pęnā eis impositam,et oēs, quos inuenerint de nocte cū armis,uel sine lumine, debeat statī notificare Cōmissario, siue Notario allodii,et sequenti die teneaẽ mittere ī scriptis Maiori Exactori nomē dicti inuenti,et Cōmissarii,siue Notarii,et Exactor scribere teneantur dicta nomina sibi notificata ī quodam libro,propterea ordinato: Et teneātur, ac debeant Officiales ad prædicta deputati, uidelicet Dñs Potestas Lucensis, Capitaneus comitatus, et quilibet Vicarius in sua Vicaria,et Potestas ī sua potestaria prędicta omnia,& singula obseruare,et executioni mādare ꝑ se, & suam familiā,sub poena librarū uigintiquinq; bonæ monetę,et possint tā Barigellus Ciuitatis lucen.q̄ Miles socius.D.Prætoris dictæ Ciuitatis contra quoscunq; cum armis repertos,uel sine,qui non præstarēt patientiam se inquirendi,uel resisterent,seu resistentiā facerēt ne caperētur, impune offendere ī persona,& rebus,quas secum haberet,usq; ad mortem inclusiue: Assistendo tamē cum eis,si de nocte fit, uno ex Targettinis Palacii Magnificorū Dominorū Antianorū,uel prouigionato cum eis mittendo singula nocte ꝑ ciuitatē lucen,ut moris est,sine quo Targettino,seu prouigionato,nec ipsi,nec eorū familiæ facere possint transacta secunda hora noctis, aliquam executionē,sub poena Ducatorū centū pro qualibet uice: Cui Targettino, uel prouigionato dari debeat nomen per Commissarios Allodii,iuxta cōsuetudinē. Declarantes ulterius,ꝙ repertus cū armis,intelligatur,q haberet arma,uel si dicta arma fuerint reperta in terra,uel alio loco ꝓpinquo delinquenti,qui diceretur portasse dicta arma: Et quæ oīa contenta in præsenti statuto,locū habere intelligantur,et habeāt et in laternariis,siue custodibus murorū,q nō possint deferre arma extra uiā, quę ducit a domo eorū habitationis ad allodiū,et deīde ad mœnia ciuitatis,et postea in reditu ꝑ eandem

uiam,

uiam, usq; domum, & reperti cum armis extra dictam uiam non excusentur eo q sint stipendiati, sed puniantur secundum formam præsentis statuti, ac si stipendiati non fuissent. Cæterum licentiam Concedimus Ciuibus Lucensibus, & suburgensibus, & eorum famulis portandi per comitatum Lucensem impune quelibet arma. Foretanis uero, seu forensibus licentiam Concedimus deferendi impune lanceam, ac etiam arma, quæ cum uagina deferri consueuerunt, eo tempore quo actualiter irent extra territorium lucense, uel de extra territorium Lucen. redirēt in Lucen. territorium, de quo stetur discretioni Iudicis procedentis, Negocii qualitate pensata, ac etiam Concedimus unicuiq; foretano, & forensi, equestribus uenientibus de extra districtum ad ciuitatem Lucensem, uel ad territorium Lucen. uel uenienti bus de districtu Lucen. ad ciuitatem lucensem, uel ad districtum lucensem, & a dictis locis discedendo per ipsum districtum, & per ipsam ciuitatem lucensem, & per loca murata usque ad hospitium, & ab ipso hospitio discedēdo, impune portare spatam, siue ensem, & quelibet arma, quæ cum uagina deferri consueuerunt. Concedimus etiam cuilibet ciui habitanti in ciuitate lucensi, & famulis eorum quelibet arma defensibilia, ut supra, portandi impune extra ciuitatem per territorium lucense. Foretanis uero, ac forensibus licentiam etiam Concedimus deferendi quælibet arma defensibilia, eo tempore quo actualiter irent extra territorium lucense, uel redirent in lucense territorium aliunde, de quo stetur discretioni Iudicis procedētis negocii qualitate pensata, ac etiam Concedimus, & permittimus forensibus de extra territorium uenientibus, et per lucense territorium recta uia transeuntibus facultatem deferendi impune extra loca murata, quæcūq; arma offensibilia, et defensibilia, dum essent in itinere per stratas, et uias publicas, et in omnibus suprascriptis casibus omnia arma tam defensibilia, q̄ offensibilia contrafacientium perdantur, et ut dictum est supra lucensi cameræ applicentur, ultra alias pœnas de quibus supra. Et teneatur Dominus lucensis Prætor in ciuitate lucēsi, et Barigellus, seu Capitaneus comitatus in districtu sex milliariorum, et quilibet Vicarius in sua Vicaria, ut dictum est, de prædictis inquirere, et suas familias sæpe, et frequēter ad inuestigādum et perquirēdum de prædictis mittere, ne dicta arma portentur, et de dicta portatione credatur duobus famulis alicuius dictorum officialium, Dum tamen iurent se sic inuenisse, et ꝑdictæ pœnæ, et quælibet earū exigātur de facto, et absq; aliquo ꝓcessu, uel scriptura, nec sit necesse, q de delicto cōstet per acta. Et in oībus, et singulis casibus in præsenti statuto exꝑssis, in casibus, ī quibus specialiter nō est prouisum circa delationē armorū de nocte, Volumus, pœnas suprascriptas duplicari ei, qui de nocte portauerit dicta arma. Et prędicta, quæ de prohibitione armorū dicta sunt, et eorū delatione, nō extendātur ad illos, qui traxerint ad pulsationē cāpanatū ad sturmū pro persequēdis Malefactoribus, Et bānitis, et etiā prædicta nō referātur ad officiales lucen. cōis, nec ad eorū familias, nec ad stipēdiarios lucen.

cõmunis saluo casu, ut supra, nec ad aliquem, qui esset de Antianis Lucen. cõmunis, uel de familia ipsorum, nec ad Núcios Lucen. Ciuitatis: Qui offi ciales, siue sint ciues, siue forenses, & eorum familiæ, quas ex forma sui offi cii tenere debeãt, & Stipendiarii, & Antiani Lucensis cõis, & eorum famuli impune deferre possint Arma de die, & de nocte, & ubiq; nõ obstantibus su prascriptis, nec pdicta referãtur ad districtuales, seu comitatiuos, qui essent deputati ad custodias murorum, uel portarum, uel rocharum alicuius for tilitii, quibus licitum sit tempore dictæ custodiæ, & eũdo ad eas, & ab eis re deundo impune quælibet arma portare: et eodem modo excusari debeãt omnes, & singulæ personæ currentes ad ignẽ de die, seu de nocte in ciuita te Lucensi, quibus licitum sit ad talem ignem currere cum armis impune. Declarantes ulterius, q nulla persona cuiuscunq; cõditionis sit, audeat, uel præsumat aliquo modo ascendere scalas Magnificorum Dominorum An tianorum lucensis ciuitatis cum armis uetitis, ut supra, et prohibitis, sub pę na ultra pœnas suprascriptas in suo casu, librarum uigintiquinq; bonę mo netæ, in quibus condẽnetur de facto per maiorem exactorem: Et hoc casu intelligi Volumus Palatium Dominorum Antianorũ, tam uetus Palatiũ, q̃ nouum: Et omnia, et singula arma intelligãtur hoc casu uetita, quorum armorum ferrum excederet per longitudinem palmum unum, et prædicta non referantur ad personas ipsorũ D. Antianorũ, nec ad eos, qui essent de familia dictorũ Dominorũ, nec ad eos, qui ex licẽtia pfatorũ Dñorũ licen tiam habuissent specialiter posse scalas ascendere cum ipsis armis, de qua li centia debeat apparere per scripturam mandato dictorum Dominorum fa ctam. Non derogando ex prædictis contentis in præsenti lege, seu statuto, aliis ordinibus, et Decretis super delatione armorum, quæ condita sunt ad tempus, quinimmo pro tempore in dictis Decretis contento Volumus, et Mandamus huiusmodi Decreta, et Statuta obseruari, contrarietate aliqua non obstante.

De eo, q Nullus Forensis Habitator in comitatu Lucẽsi possit tene re, uel habere in domo suæ habitationis propria, seu conducta Aliqua Arma Offensibilia, seu Defensibilia, et De pœna contrafacientium. Cap. CCIX.

STatuimus, et Ordinamus, q Nullus forẽsis habitator ĩ comitatu lucen. possit aliquo modo, seu quouis quæsito colore, tenere, uel habere in do mo suæ habitationis propria, uel conducta, seu in aliqua alia parte lucensis comitatus aliqua arma cuiuscunq; generis tam Offensibilia, q̃ Defensibilia, sub pœna Ducati unius pro quolibet petio armorum eis, seu in eorum do mibus, et locis ut supra reperto, et perditione dictorum armorum, quæ ap plicẽtur de facto Cameræ lucẽsis cõmunis, Et ultra hoc trium tractuũ fu nis pro quolibet cõtrafaciente, et pro qualibet uice, cuius pœnæ pecuniariæ

quarta

quarta pars sit accusatoris,& cuilibet liceat contrafacientes accusare,& eius nomen teneatur secretum,& alia quarta pars sit Capitanei comitatus, siue alterius Officialis prędicta inuenientis,seu procedentis,reliquæ duæ partes cameræ Lucen.cõmunis,circa uero portantes arma firmo remanente statuto præcedenti,disponente de pœna portantis arma.

De pœna Hospitis,seu Alterius personæ recipientis Forenses,arma portantes in domo sua propria,seu conducta. Cap.CCX.

STatuimus insuper,ꝙ quicunq; Hospes,seu alia quæcunq; persona,cuiuscunq; status,aut conditionis existat,nõ audeat,seu præsumat.in suis hospitiis,aut domibus propriis,uel cõductis,recipere,hospitari, seu tenere forenses aliquos,cuiusuis status,aut conditionis existant,deferentes arma per ciuitatem Lucen. sub pœna,& ad pœnam,in quam incurrisset, seu incurrissent dicti forenses arma deferentes secundũ formã,& dispositionem præcedentium statutorum, quæ pœna in suo casu debeat de facto exequi ad utilitatem Lucen.cõmunis,& Teneatur, & obligatus sit quilibet hospes,seu albergator denunciare suo hospiti,quando intrat hospitium,ꝙ aliqua arma nõ portet,sed ea in hospitio relinquat,quod si nõ fecerit,puniatur qualibet uice ultra pœnas suprascriptas,in libris quinque,cum declaratione tamen, ꝙ pro illis forensibus,qui haberent licentiã a Magnificis D.Antianis deferendi dicta arma:Quibus Magnificis D.auctoritate præsentis statuti intelligatur,& sit data potestas,& facultas,huiusmodi licentiã concedendi,receptantes huiusmodi,hospitantes,seu tenentes tales forenses habentes talem licentiã non incurrant dictã pœnam,quinimo ab ea sint,& esse intelligãtur ĩmunes,& ĩpune huiusmodi forẽses ipsi,& quisq; ipsorũ receptare possit.

De pœna portantis Arma ad Balnea Villæ,& Corsenæ,& in eorum pertinentiis Cap.CCXI.

STatuimus,ꝙ ut seruetur decorum Balneorũ Villæ,& Corsenæ,& ab ea omnibus pateat tutus accessus tam forensibus,q̃ aliis quibuscunq; accedentibus ad ea,prohibitũ,& interdictum sit,& esse intelligatur oĩbus, & singulis tam ciuibus,& subditis,q̃ forẽsibus,& exteris ferendi arma,tam offensibilia,q̃ defensibilia in præfatis Balneis,& pertinentiis ipsorũ, quæ prohibentur a statutis Lucen.cõmunis,sub pœna,& pœnis de quibus supra tertio libro statutorum,sub Rubrica. De Balneo calido de Corsena ad quod statutum relatio habeatur, Et omnia ibi contenta quo ad pœnã, Sic deferẽtium arma perinde sint,ac si ĩ pręsenti statuto essent expressa,disposita,& ordinata,quacunq; contrarietate non obstante.

De poena coadunantis,seu coadunantiũ aliquos homines cum Armis in ciuitate lucen.uel in districtu pro accipienda aliqua possessione,seu pro alio Delicto cõmittendo. Cap.CCXII.

STatuimus,ꝙ quicunqꝫ coadunauerit in Ciuitate Lucen.uel in eius comitatu,Fortia,& Districtu aliquos homines cũ aliquo genere armorũ animo,et itẽtione uiolẽter,uel clãdestine aliquã possessionẽ adipiscẽdi,apphẽdẽdi,uel retinẽdi,seu turbãdi,uel spoliãdi aliquã psonã possessione alicuius rei,uel animo,& intẽtione faciendi aliquã uindictã, seu cõmittendi aliquod homicidium,aut aliquã personam aliqualiter offendendi, puniatur in libris centum pro qualibet persona,quã coadunauerit, Et itelligatur coadunasse quicũqꝫ adunauerit personas cum armis ultra tres, excepta psona eius qui diceretur coadunasse,si eas congregauerit in domo suæ habitationis,uel in alio loco secum habuerit,uel duxerit,et quicunqꝫ accesserit ad aliquam coadunationem,de qua supra fit mentio,siue sponte,uel ad præces coadunantis,uel alio quocunqꝫ modo, puniatur in libris sexaginta pro qualibet uice, quæ pœnæ impositæ intelligantur,et sint ultra omnes alias pœnas a statutis ordinatas,et maxime de pęnis portantium arma,et intelligantur impositę,et exigi debeãt,siue effectus finalis per quem facta sit dicta coadunatio fuerit secutus,siue non,quas poenas suprascriptas, si delinquẽs nõ soluerit infra dies quinquaginta a die sententiæ,siue banni lati,ultra dictas poenas, debeat detineri in carceribus Saxi anno uno,et ex dictis carcerib.nullo modo eximi,uel relaxari possit nisi solutis dictis poenis, et Dominus Lucen. Prætor ĩ Ciuitate Lucen.et eius comitatu,fortia,et districtu, et Capitaneus comitatus,siue Barigellus in comitatu lucen.et quilibet Vicarius in sua uicaria,et Potestas in sua potestaria teneatur, et debeat, diligẽter inuestigare, et perquirere oẽs,et singulos cõtra supradicta,uel aliquod prædictorum facientes,et oẽs repertos culpabiles supradicto modo punire, Et possint,et debeant dicti Officiales,et quilibet ipsorum,prout ad suam iurisdictionẽ spectauerit,et pertinuerit,in prædictis,et circa prædicta procedere, tam per uiã inquisitionis,quã denũciationis,& etiã accusationis,et sũmarie,et de plano, sine strepitu,et figura iudicii,nulla iuris,aut statutorũ solẽnitate seruata. Declarantes ad tollenda dubia,ꝙ ubi alter prædictorum officialium procedere super prædictis incęperit,et processus fuerit per eum inchoatus,tunc per Dominũ lucen.Prætorem non possit procedi: Sed ille teneatur, et debeat sequi,qui processum incohauit,et ille intelligatur processum incohasse,qui prius fecerit reum citari,et ut ueritas facilius de prædictis inuestigari,et haberi possit, Statuimus,et Ordinamus,ꝙ dictum,seu Depositio unius eorũ, qui interfuerit dictis coadunationibus, uel aliquibus eorum,siue qui fuerit de numero coadunato,faciat plenum,et sufficiens indicium ad torturã,contra omnes,qui in dictis coadunationib.uel aliqua eorũ interfuissent,seu qui

fuissent

fuissent de numero coadunatorum, idonei testes ad prædicta habeantur, et dictum siue depositio ipsorum duorum, plenam probationem in prædictis faciat, nõ obstãte q̃ socii, siue participes maleficii, siue delicti fuissent, quoniam in prædictis casibus, uel altero eorũ, Volumus ipsis participibus, siue sociis maleficii, siue delicti credi, tanq̃ testib. legitimis, & cuilibet liceat delinquẽtes ĩ pdictis accusare, et eius nomẽ teneatur secretũ, et si ipse accusans sit particeps, uel socius criminis, et spõte accuset, et sit primus, q accuset, ipse sit liber a pœna. Si uero nõ sit socius, uel particeps, et fuerit primus, q accusauerit, habeat solidos duos p qualibet libra cõdemnationũ supra statutarũ, et quilibet Officialis q pcesserit in prędictis absq; accusatore, habeat solidos duos pro qualibet libra dictarum condẽnationũ per eum exactarum.

De poena dicentiũ Verba Iniuriosa cõtra aliquã personã. Cap.CCXIII.

DE puniẽdis iniuriis, q̃ facto cõmittunt supra multiformiter est puisum, Tunc de iniuriis, quæ uerbo ĩferuntur est pronidẽdum. Statuimus igitur, q̃ si quis ciuis lucen. dixerit alicui ciui lucen. uerba iniuriosa quotcũq; simul eodem tempore, uel cõtextu dicta forent, puniatur in libris quinque, uel ab inde supra usq; in uigintiquinque arbitrio Iudicis, consideratis conditionibus personarũ, et qualitate uerborũ. Et si foretanus, uel forensis dixerit alicui ciui lucen. uerba iniuriosa quotcũq; fuerit eodẽ tẽpore prolata, puniatur in libris decẽ, et ab inde supra usq; in quinquagita, cõsideratis ut supra. Et si quis ciuis lucen. dixerit alicui Foretano, uel Forensi uerba iniuriosa quotcũq; fuerint eodẽ tẽpore dicta, puniatur ĩ libris tribus, uel ab inde supra usq; in libris decẽ arbitrio Iudicis. Et si aliquis foretanus, uel forẽsis dixerit alicui foretano, uel forensi uerba iniuriosa quotcũq; fuerint eodẽ tẽpore dicta, puniatur in libris tribus, uel ab inde supra usq; in decẽ, cõsideratis ut supra. Et si quis in alterius iniuriã dixerit aliqua uerba Ironice prolata, uel uerba uelata, quæ aliud sonẽt ex uerbis, et aliud ex mente, nihilominus puniatur ĩ dictis pęnis. Et Damus licẽtiam Iudicibus uerba obscura interpretandi, prout eorũ discretioni uidebit. Et simili pęna cõdẽnetur, qui alteri scripserit uerba iniuriosa, seu cõtumeliã importãtia aperte, uel uelate. Et si quis dolose memorauerit, uel improperauerit alicui partialitatẽ Guelfam, & Ghibellinã, seu sectã Albam, uel Nigram, uel aliam quãcunq; partialitatem, siue sectã, quocunq; nomine nũcupetur, uel per similia, uel equipollentia uerba, puniatur in libris quinquaginta pro qualibet uice.

De pęna Minantiũ, seu Verba Minatoria Proferentiũ. Cap.CCXIIII.

DEtestabilius est Minari, q̃ uerba iniuriosa proferre. Statuimus igitur, q̃ si quis undecunq; sit, et cuiuscũq; conditionis existat, Minatus fuerit alicui personæ cuiuscunq; conditionis existat, si tales Minæ fuerint de offen

dendo in personam, puniatur in libris .xxv. & ab inde supra puniri possit usq; in libras centum arbitrio Iudicis, consideratis conditionibus personarum, & qualitate uerborum. Si uero cõminationes fuerint de offendendo aliter q̃ in personam si fuerit Ciuis, qui dictas cõminationes fecerit contra forensem, uel foretanum, puniatur ab una libra, usq; in decem arbitrio Iudicantis. Si uero nõ fuerit Ciuis cõtra foretanum, uel forensem, tunc puniatur in libris duodecim, uel ab inde supra usq; in libras quinquaginta arbitrio Iudicis cõsideratis ut supra. Si uero fuerit Ciuis cõtra ciuem, tunc cõdẽnetur a libra una usq; in decẽ arbitrio Iudicantis. Si uero Comitatiuus seu Forensis dictas cõminationes contra Ciuẽ fecerit, condemnetur a lib. xxv. usq; in quadraginta arbitrio iudicantis. Et prędicta seruentur quãdo persona cõminata tempore minarũ esset in præsentia minas inferentis. Si uero dictæ cõminationes nõ præsente ibidẽ persona cõminata factæ fuerint, Tunc minas prædictas inferens, puniatur in dimidia dictarum pœnarum in suo casu. Et nihilominus in omnibus, et singulis dictis casibus, et quolibet eorum compellatur, qui fuerit cõminatus ad petitionẽ partis cui minæ fuerint illatæ ad dandum, et pstandum fideiussores idoneos de non offendendo personam cõminatam in persona, uel in bonis, et stetur iuramẽto Ciuis contra comitatiuũ, uel forensem, q̃ fuerint factæ cõminationes, si Ciuis fuerit bonæ conditionis, et famæ, quod in dubio psumatur, Nisi contrarium probaretur. Et hoc quãtum ad hoc, ut comitatiuus, uel forensis fideiussorem præstare teneatur de non offendendo Ciuem, et non aliter. Et dicta fideiussio præstetur de libris centum, uel ultra usq; in quingentas arbitrio Iudicis, consideratis conditionibus personarum, & qualitate facti. Et si postea offensa secuta fuerit, puniatur persona offendens de tali offensa secundum formam statuti. Et nihilominus quãtitas pro qua fideiussorẽ pręstiterit ab eo, & a fideiussoribus suis modis omnibus exigatur. Cuius pœnæ dimidia pertineat ad personam læsam, & reliqua dimidia ad cameram lucensis cõmunis. Et si dictam fideiussionem non præstiterit, detineatur in carceribus, donec eam pstet, nec ab ea releuetur per iuratoriã cautionem.

De pœna Minantis alicui, ratione Gestorum in Officio. Cap. CCXV.

ET si aliquis Minatus fuerit alicui, qui fuerit Ciuis Lucẽsis, Potestas, uel eius Vicarius, uel Iudex maleficiorum, uel Maior Sindicus, uel Barigellus, uel Capitaneus custodiæ de his, quę fecisset, gessisset, uel omisisset in aliquo dictorum officiorum, puniatur in libris centum, uel ab inde supra, usq; in quingentas arbitrio Iudicis, considerata qualitate facti. Si quis uero Minatus fuerit alicui, qui fuisset Vicarius alicuius Vicariæ de his, quæ fecisset, uel omisisset in officio, puniatur in libris quinquaginta, uel ab inde supra, usque in trecentas arbitrio Iudicis, Negotii qualitate pensata. Si quis autem Minatus fuerit alicui, qui fuisset Officialis Gabellæ, uel Fundaci, uel exactor, uel officialis Douanæ, de his, q̃ fecisset, gessisset, uel omisisset ĩ officio, puniatũ similiter in lib. qũquagĩta, uel ab inde supra, usq; in lib. ducentas

arbitrio

arbitrio Iudicis facti qualitate pēsata. Et nihilominus in quolibet dictorū casuū cōpellat ad dādū, & pstandū fideiussores idoneos de nō offendēdo personā cōminatā, & credat iuramēto ciuis lucē. q sibi fuerint factæ cōminationes cōtra comitatiuū, uel forēsem, si ciuis fuerit bonæ cōditionis, & famæ, qd' ī dubio psumat, Nisi cōtrariū pbaret, & hoc quātum ad hoc ut comitatiuus, uel forēsis pstare teneat fideiussorē de nō offendēdo ciuē, & non aliter. Et dicta fideiussio pstetur de lib. cc. uel ab īde supra, usq ī lib. Mille arbitrio Iudicis, cōsiderata qualitate facti, & a dicta fideiussione nō releuet p iuratoriā cautionē. Et si post fideiussionē pstitā, offensio secuta fuerit, puniatur psona offendēs ī duplū pœnæ pecuniariæ, ī qua p formā statuti uenitet puniēdus si aliū offendisset. Et pdicta nō referātur ad eos, qui offendissent dictos officiales tēpore eorū durātis officii, uel tēpore sindicatus, qa ī dictis casib. seruari Volumus Statuta sup hoc disponētia. Et nihilominus qtitas p qua fideiussionē pstitisset ab eo, & a fideiussorib. suis modis omnibus exigatur, cuius dimidia pertineat ad personā læsam, & reliqua dimidia ad cameram lucen. cōis. Et Nisi dictā fideiussionem præstiterit, detineatur in carceribus donec dictam fideiussionem præstet.

De pœna Improperantis Homicidium, uel Offensas. Cap. CCXVI.

ET si quis alicui psonę īpropauerit homicidiū, uel malā mortē, q puenisset aliter, q per sententiā cōdēnationis, uel bāni patris, uel matris, seu aui, seu auiæ, uel filii, seu filiæ, uel alterius descēdentis, uel fratris, uel sororis, aut filii ex fratre nati, aut nepris ex fratre, uel nurus, uel generi, uel cognati, uel alicuius cōiuncti usq ad quartū gradū secundū cōputū Decretorū, uel alterius cuiuscūq cōsortis, eadē arma portāns, etiā nō cōiuncti, cōdēnetur p homicidio īpropato, uel mala morte īpropata ī lib. cētū. Et si de dicto homicidio pax facta fuisset, puniat in duplū suprascriptæ pœnæ. Et insup condēnetur unaquæq persona, q irato aīo īproperauerit de his offensionib. unde aliquis uulneratus fuisset in lib. quinquaginta, si de dicto uulnere pax facta fuisset. Et si pax facta nō fuisset, puniatur in lib. xxv. De aliis autē pcussionibus, seu uulneribus improperatis, siue pax facta fuerit, siue nō, puniatur in lib. xx. Et prædicta uendicent sibi locū, si dicta improperia fuerit dicta contra aliquem Ciuem lucen. aut suburgēsem. Si uero fuerint contra aliquē forestanum, uel forensem improperata, condēnetur quilibet delinquens in dimidia suprascriptarum pœnarum in suo casu. Item si quis īproperauerit alicui de dictis personis, q aliquis sibi ī aliquo dictorū graduū cōiunctus, uel cōsors, eadē arma portās fuerit decapitatus, uel suspēsus, uel cōbustus, uel ultimū mortis supplicii passus, q per uiā cōdēnationis, uel bāni puenissent, puniatur ī lib. cētū. Si uero q mēbro fuerit debilitatus, mutilatus, uel fustigatus, uel mitriatus, uel hmōi, q p uiā cōdēnationis, uel banni puenissent, puniatur ī lib. xxxvi. Verū si quis Minor annis. xvi. pdicta cōmitteret,

possit Iudex,qui pcederet dictas pœnas diminuere ad eius arbitriũ,dũmodo neq̃at ĩponere ultra quartã partem singularũ pœnarũ supra in suo casu declaratarũ. Et si dictæ improperationes fuerint dictę per uerba subdola, seu uelata,q̃ aliud sonẽt ex uerbis,& aliud ex mente,nihilominus q̃libet dictarũ pœnarũ ĩ suo casu uẽdicent sibi locũ. Et damus licentiã Iudicib.uerba obscura,uel subdola,uel uelata ĩterp̃trãdi,put eorũ discretiõi uidebit̃.

De pœna Eius,Qui præstiterit Offendentibus Auxilium, uel Fauorem. Cap.CCXVII.

ET quilibet qui dolose alteri personæ alterum lædẽti, uel quomodolibet offendenti, uel iniurianti præstiterit Auxiliũ,uel Fauorẽ cooperatiuum, tenendo personã offensam,uel aliter impediendo, ne possit offensionẽ uitare ;,puniatur eadem pœna,qua puniri deberet persona,q̃ iniuriã,uel offensionem fecisset. Si uero alio quocũq; modo auxiliũ,uel fauorẽ offendenti pręstiterit,uel personã offendentẽ associauerit,puniat̃ in duabus partibus de tribus partibus pœnæ pecuniariæ,q̃ pro tali offensa ĩponi deberet. Et nisi per formã statuti certa pœna in aliquibus casibus imposita foret,præstantibus consilium,uel fauorem,quibus casibus statuta seruentur.

De pœna Offendentis Patrem,uel Matrem,uel alios Ascendentes. Cap.CCXVIII.

ET si grauia sint delicta,longe tamen sunt atrociora si cõmittãtur ĩ personam,cui iure naturæ obedientia deberetur. Si quis igitur manũ quomodolibet uiolentã in Patrẽ,uel Matrẽ,uel alios ascendentes utriusq; sexus ĩmiserit,uel eis,uel alicui eorũ uerba iniuriosa dixerit,uel eos quolibet offenderit, puniatur in duplũ pœnæ,quæ alias de tali crimine ueniret imponenda: Et nihilominus talis delinquens ĩ carcerib.detineatur,donec placuerit personæ offensæ. Volumus tamen,q̃ nõ obstantibus suprascriptis,q̃ si Pater,uel Mater,uel alii ascẽdẽtes utriusq; sexus offensi, uoluerit q̃ filius, nepos,uel pronepos,uel alii deinceps descendentes absoluãtur a pœna,officialis,qui procederet teneatur absoluere,& nõ condẽnare talem delinquentem ab omni pœna,dũmodo de tali uolũtate personæ offensæ expresse cõstet in actis,& hoc si pœna pecuniaria ueniret imponẽda. Vbi autẽ pro tali scelere ueniret pœna imponẽda in corpus,tunc talis uolũtas Patris,uel Matris,uel alterius ascẽdẽtis nõ impediat, quo minus iustitia suũ cõsequatur effectum. Cæterũ Disponimus,q̃ Pater,& Mater,& alii ascendentes cõtra quos filius,uel nepos manus uiolentas ĩmiserit, nõ teneatur ad alendũ talẽ Filium,uel Nepotẽ. Et q̃d dictum est supra,q̃ ad uoluntatẽ ascendentiũ offensorum absoluantur descendentes offendentes. Idem intelligatur ecõtra q̃ ubi ascendentes offenderent descẽdẽtes,& supradictis modis,& ex for

ma

ma ſtatutorum condemnādi uenirent in pecunia, abſoluātur a pœna, ſi de uoluntate deſcendentium offenſorum in actis conſtaret, ut dictum eſt.

De Delictis inter Coniunctos Cōmiſſis. Cap.CCXIX.

SI aliquis per lineā tranſuerſalem cōſanguinitate Cōiunctus, uſq; ad tertium gradum incluſiue ſecundū cōputum Decretorum, fecerit aliquā iniuriam, uel offenſam cōtra aliquē ſuum Fratrem, uel Sororem, Patruum, Filium, fratris, Fratrem Patruelē, uidelicet Conſobrinū Amitam, Materteram, uel alios quomodocūq; Coniunctos uſq; ad dictum gradū incluſiue, Debeant condēnari ſecundū formā ſtatutorū, uel minus quam ex forma ſtatutorū cantum ſit, uel abſolui, prout uoluerit perſona offenſa, Dūmodo de eius expreſſa uolūtate q offendens abſoluatur, cōſtet in actis: Alioquin condēnetur ſecundum formā ſtatuti, & dūmodo nō ſit pœna corporalis imponenda, quo caſu uoluntas perſonæ offenſæ nō impediat quo minus iuſtitia ſuum conſequatur effectum.

De eo, q Quilibet poſſit Suam Familiam corrigere, & uerberare impune. Cap.CCXX.

STatuimus, q quilibet poſſit Vxorem, Filios, & Nepotes, & Famulos, et Seruitiales, et alios de ſua familia uerberare, uulnerare, percutere, et caſtigare impune, ita tamen q non occidat, uel mēbrum debilitet, et de talibus percuſſionibus, et uulneribus nulla prorſus denuncia fiat per aliquem conſulem, et procedi nequeat ullo modo per aliquem Officialem, Niſi ſequeretur Mors perſonæ uulneratæ, quo caſu de homicidio procedatur, Et ſimiliter procedatur de membri debilitatione, Niſi perſona offenſa Voluerit offendentem abſolui. Quo caſu Officialis de debilitatione mēbri procedens, Teneatur abſoluere dictum taliter delinquentem.

De pœna Offendentis Ciuem Lucen. uel Diſtrictualem extra Territorium. Cap.CCXXI.

ET ſi aliqua perſona undecunq; ſit, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, uel conditionis exiſtat occiderit, uulnerauerit, percuſſerit, uel alio modo uerbo, uel facto offenderit, extra territoriū lucen. aliquē ciuē, comitatinum, uel diſtrictualē lucen. ciuitatis, Teneaē quilibet officialis, & Iudex, prout ad ſuā iuriſdictionē ptinebit pcedere, cōdēnare, & punire, et imbānire taliter delinquentē, ac ſi Maleficiū cōmiſiſſet in lucen. territorio, Nec eo ptextu q maleficiū fuerit extra territoriū cōmiſſum, poſſit iuriſdictio declinari, Nec poſſint eo prætextu pœnę a ſtatutis impoſitæ euitari. Et hoc niſi conſtaret q taliter delinquens punitus eſſet debite in loco Maleficii perpetrari, quo caſu procedi non poſſit ne bis de eodem delicto cognoſcatur.

De pœna Recedentis extra Ciuitatem Lucen.uel eius Distri/ ctũ pro Exercendo Artem Sirici. Cap.CCXXII.

QVia antiqua experiẽtia cõpertũ est,q̃ p exercitiũ artis Sirici,& depen/dẽtiũ,& cõnexorũ ab ea Lucen.ciuitas maximũ suscipit icrementũ, & per cessationẽ eiusdem euanescit,& deficit: Volentes igitur exercitiũ di ctę artis Sirici,& dependentiũ,& cõnexorum ab ea perpetuo cõseruare,hac saluberrima lege ĩ perpetuũ ualitura Sãcimus, Statuimus,& Ordinamus, q̃ nulla persona Ciuitatis lucen.eiusq; comitatus,distrĩctus,& fortiæ cuius/cunq; status,sexus,uel cõditionis existat,audeat,uel præsumat de cętero se absentare a Ciuitate lucen.uel eius comitatu,districtu,& fortia,causa exercẽ di dictã artem sirici,& ab eadẽ dependẽtia,& cõnexa,ac pertinẽtia,& pam/bula ad eadẽ,in quibus dependentiis etiã cõphẽdãtur,& sint, ac esse itel ligãtur battitores auri, & oĩa quę ad eorũ artẽ pertinẽt,uel expectãt:quod si ausu temerario aliquis cõtrafecerit bãniaĩ p D.lucen.Prãtem ĩ pœna capi tis,& publicatiõe omniũ bonorũ suorũ nulla reseruata filiis,seu filiab.legi/tima,seu dote,q̃ psona sic bãnita si puenerit ĩ fortiã lucen.Prãtis dicta pœ/na capitis,& publicatiõe omniũ suorũ bonorũ puniatur.Nec etiã aliqua p/sona ciuitatis,uel districtus lucen.q̃ se quõlibet absentaret a ciuitate, uel di strictu audeat,uel p̃sumat extra ciuitatẽ lucen.& districtũ dictã artẽ,uel pti nẽtia ad eadẽ exercere p se,uel p aliã psonã. Itẽ Statuimus,q̃ nulla psona ciuitatis lucen.eiusq; comitatus,districtus,& fortiæ habitãs in ciuitate,distri ctu,& fortia eiusq; comitatu,audeat, uel p̃sumat artẽ Sirici, uel aliq d q̃d sit de depẽdentib.& cõnexis ab ea exerceri facere ĩ alio loco,q̃ ĩ ciuitate lucen. eiusq; comitatu,districtu,& fortia, q̃ si cõtrafecerit puniatur qualibet uice ĩ florenis qngẽtis auri,applicãdis cameræ lucen.cõis.Et suprascripta omnia ordinata in omnibus suprascriptis capitulis non uendicent sibi locum con tra illos, qui irent ad exercendum prædictas artes Venetiis,uel Florentiæ, Quibus nulla pœna ĩposita esse ĩtelligatur. Itẽ Statuimus,q̃ nulla psona Ciuitatis Lucen.eiusq; comitatus,fortiæ,& districtus,cuiuscũq; sexus,gra/dus,ordinis,uel cõditiõis existat,audeat,uel p̃sumat emere,seu emi facere, uel mercari p se,uel aliũ,aliquẽ drappũ sirici cuiuscũq; maneriei,speciei,uel nõis nũcupeẽ extra ciuitatẽ lucenã tota regiõe Italiæ,exceptis sendadis,taf fetta,et uelis,q̃ Bononiæ fiũt,quorũ opa telæ sunt de sirico crudo. Quod si cõtrãfactũ fuerit,ipse res emptæ publicẽtur cameræ Lucen. cõis. Et nihi lominus p qualibet petia drappi sic ẽpta,puniaĩ ĩ florenis.x.auri.Itẽ Statui mus,q̃ nulla psona ciuitatis lucẽ.eiusq; comitatus fortię,et districtus,cuius cũq; sexus,gradus,ordinis,uel cõditionis existat,audeat,uel p̃sumat porta/re,seu portari facere extra districtũ lucen.aliquod ĩstrumentũ,siue artificiũ aptũ ad laborãdũ drapparias sirici,siue sendada,uel aliã rẽ ptinentẽ ad artẽ drapporũ, siue sendadorũ sirici exercẽdã ut puta ĩ texẽdo, uel alio modo dictæ arti exercẽdę ptinentẽ.Nec ẽt audeat,uel p̃sumat extra ciuitatẽ lucẽ. extrahere aliqua de p̃dictis cã portãdi ĩ comitatũ,uel districtũ lucen. q̃ nõ

sint apta

ſint apta exerceri ĩ dicto comitatu. Et ſi q̃s cõtra p̃dicta, uel aliqđ p̃dictorũ fecerit, pũniaẽ ĩ lib. quĩgẽtis bonę monetę, applicãdis camerę Lucen. cõis, et a p̃dicta pœna excuſenẽ illi, q̃ deportarẽt de licẽtia Curię Mercatorũ, de qua licẽtia cõſtare debeat ĩ actis dictæ curiæ. Et ĩ p̃dictis caſib. et quolibet eorũ, Ptrs Lucen. et eius curia poſſit, Teneaẽ, et debeat p̃cedere p̃ inq̃ſitionẽ, denuntiationẽ, uel accuſã, et liceat cuilibet accuſare, et ipſe accuſans habeat quartã partẽ condẽnationis pecuniariæ, exceptis his, q̃ applicãtur cameræ per uiã confiſcationis, de quibus bonis cõfiſcatis habeat dũtaxat denarios duodecim pro qualibet libra eorũ æſtimationis, et ualoris.

De pœna Incedentium cum Laruis, ſeu Maſcharis. Cap. CCXXIII.

STatuimus, q̃ deinceps Nulla perſona cuiuſcunq; Gradus, uel conditionis exiſtat, audeat, uel præſumat ire, tam de die, q̃ de nocte, per Ciuitatẽ Lucen. ſiue comitatũ, et diſtrictũ cum Laruis, ſeu Maſcharis, ſub pęna, et ad pęnã ducatorũ quinquaginta auri, et ſtandi in carceribus Saxi Lucen. cõis per mẽſes duos p̃ quolibet cõtrafaciẽte, et q̃libet uice, quę pœna appliceẽ p̃ tertia parte cameræ Lucen. cõis, p̃ alia tertia parte Accuſatori, ſeu Denũciatori, et p̃ alia tertia parte Iudici, ſeu Officiali p̃cedẽti, q̃ Officialis ſi p̃ceſſerit p̃ uiã iquiſitiõis habeat tũc dimidiã dictę cõdẽnationis, & alia dimidia ſit p̃ ſarę cameræ Lucen. cõis, & quilibet executor, uel Stipẽdiarius Lucen. cõis, & quicũq; alius etiã priuatus poſſit talẽ cõtrafacientẽ dep̃hẽſum ĩ crimine capere, et lucreẽ p̃ dicta captura p̃ſentãdo ipſum ĩ fortiã Lucen. cõis Ducatos. xxv. auri. q̃ ſoluanẽ de exactis a dicto cõtrafaciẽte, dũm ſi Miles ſocius D. Pretoris, uel alius de familia ſua ceperit illũ talẽ, Pretor nõ habeat aliud p̃miũ cõceſſum ut ſupra, & idẽ ſtatutũ ſit de Capitaneo comitatus, & eius familia, ſi per eũ, uel eius familiã cõtrafaciẽs fuerit captus, & p̃ſentatus ut ſupra, qđ p̃miũ ĩ oĩ caſu ſoluaẽ ut p̃mittiẽ de pecuniis exactis, et nõ poſſit tractari de delinquẽtis ſeu deliquẽtiũ liberatione, Niſi prius ſoluto p̃mio accuſatori, et capiẽti, et q̃a reus citatus teneẽ p̃ſonaliter cõparere, ex quo pęna ẽ etiã p̃ſonalis, ideo ſtatutũ ſit, et eſſe itelligaẽ, q̃ Prætor, ſeu alius officialis p̃cedẽs nõ poſſit ferre ſentẽtiã, ſeu publicare p̃ceſſum, niſi elapſis diebus octo cõtinuis poſt cõparitionẽ, et reſponſionẽ rei, et p̃ cõſequẽs nõ poſſit reus relaxari ante, ad hoc ut cũ maiori maturitate ueritas ad Lucẽ uenire poſſit, et Prætor, et quicunq; alius officialis teneatur, et debeat ad Accuſationem, ſeu Denũciam cuiuſcunq; etiã inhabilis, addita probatione unius teſtis formaſſe proceſſum contra talem Denunciatum, uel Accuſatum infra quattuor dies continuos, ſub pœna ducatorum uigintiquinq; pro qualibet uice, Et ipſe Pretor teneatur talem proceſſum formare, etiam cõtra quoſcunq; de quo, ſeu quibus quattuor boni uiri dederint, ſeu fecerint relationem inceſſiſſe laruatos, et dixerint illos eſſe diffamatos deliquiſſe in hoc per Ciuitatem Lucen. ſub dicta pœna infra dictũ tempus, et cõtra quẽlibet ipſorũ. Inſup nemo audeat dictos Laruatos, ſeu Maſcharatos ĩ domo ſua recipe aut p̃mittere ipſos tripudiare, ſaltare, ludere, cãtare, aut aliquid aliud facere

seu exercere, aut quod aliquid prædictorum fiat in dicta sua domo præsentibus dictis laruatis, seu Mascharatis, Nec aliquis Citaredus, seu aliquis alius sonator sonare tripudiantibus ipsis, uel aliis, ipsis præsentibus, ad pœnam, & sub pœna Florenorum decem ad.xxxvi. pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice, applicanda ut supra, & sub qua prohibitione comprehendantur etiam illi, qui soliti sunt incedere laruati, & seu Mascherati in die Sabbati Sancti in ecclesia Sancti Ioãnis, & Reparatæ, qui uulgariter appellari solent Beccheti, scilicet, ut nullus audeat, uel præsumat in futurum incedere laruatus, seu Mascharatus quolibet modo in dicto die in ecclesia præfata, siue alibi, ubicunque locorum iuerint laruati, & induti uestibus diabolicis, qui uulgariter etiam dicuntur Diaboli, & contrafacientes incidant, & incidisse intelligantur in eisdem pœnis pecuniariis, & personalibus in omnibus, & per omnia ut supra, & sint & esse intelligantur Iudices competentes ad procedendum contra omnes, & singulos suprascriptos laruatos, seu Mascharatos Dominus Lucen. Potestas contra delinquentes in ciuitate, & contra ciues delinquentes in comitatu, & districtu: Capitaneus autem comitatus cõtra rusticos, & forenses delinquentes in sex milliaribus, & quilibet Vicarius in sua Vicaria, & Potestas ĩ sua Potestaria cõtra subditos suæ iurisdictioni, & cuilibet liceat cõtrafacientes accusare, uel denunciare, etiam si esset Nuncius publicus, uel de familia alicuius ex dictis officialibus, stariqꝫ debeat iuramento Accusatoris, & Denunciatoris, cũ iuramento unius testis bonæ cõditionis, & famæ, Nisi cõtrarium euidenter probaretur per eum, cõtra quẽ procederetur, quæ probatio fieri debeat ĩfra sex dies a die accusationis, seu denunciæ, uel inquisitionis factæ, quibus elapsis, & non probata euidenter ĩnocentia, fiat condemnatio, intra duos dies tunc proxime secuturos, & infra alios duos dies notificari debeat cameræ Lucen. cõmunis, & cancellariæ Magnificorũ Dominorũ Antianorũ, Decernẽtes quod nullus de condẽnatis q̃diu reperiretur accensa eius condẽnatio possit audiri ad ius agẽdo in aliqua curia, neqꝫ possit eligi, uel assũmi ad aliquod officiũ honoris, uel utilitatis, neqꝫ ad stipendiũ, uel aliud exercitiũ, unde emolumẽtum aliqđ sibi peruenire possit, & prohibitus etiã sit eligi ad cõsilia, & colloquia, & ad quoscunqꝫ Magistratus, possit tamen esse Antianus ĩ tasca tunc uigẽti, & de gratia aliqua ipsorũ cõdẽnatorũ tractari neqꝫt, Nisi prius facta fide satisfactionis, uel cõcordiæ, cũ Officiale, & Accusatore pro ratis, & partibus eorũ si cõmode iueniãtur, & de ipsis haberi possit copia, & notitia, & a sentẽtiis, et cõdẽnationibus suprascriptis appellari nõ possit, aut q̃relari, uel recursus haberi ad aliquẽ alium Iudicẽ, uel Officialẽ, sed sententia lata ut supra, debeat omnino executioni mãdari, & ultra pœnas prædictas etiam possit quilibet executor Officialis, & Nuncius Lucen. cõmunis, & districtus, capere quẽlibet sic laruatum, & Mascharatum, & ultra alias pœnas soluere debeat talis captus ipsi capiẽti Ducatum unum auri, antea q̃ de uincolis, seu carceribus relaxetur, Et Teneatur Dominus Lucẽsis Potestas, et reliqui suprascripti

officiales

Officiales mittere eorũ familias,et exploratores ad inuestigandũ diligẽter de inobediẽtibus,et contrafaciẽtibus,et repertos culpabiles punire debeant ut supra exigendo multam totis uiribus eorũ officii,sub uinculo iuramẽti, et pœna florenorum decem in quibus finito officio debeant sindicari,et intelligantur pdicti officiales omisisse, quando publice incederetur cum Maschanis,et laruis ut supra,et contrafacientes nequaq̃ punientur.

De pœna cõficientiũ ueghias,pro Ludis,et Tripudiis. Cap.CCXXIIII.

STatuimus,ꝙ deinceps prohibitũ sit,et esse intelligatur cuicũq; personæ, et in omni tẽpore anni,et in quocũq; loco tam in Ciuitate q̃ in Comitatu,et Districtu post primã horam noctis facere,seu tenere Vigilias Nocturnas,quæ solẽt appellari ueghię,intelligẽdo esse ueghias quãdo, et ubi tripudiaret,seu luderetur ad tertiũ,uel ad similes ludos solarii,seu ad quẽcunq; alium ludum,in quo interueniant Masculi,et Fœminæ simul ludentes sub pœna florenorũ decem ad.xxxvi.cuicunq; tam facienti,uel tenẽti ipsas ueghias,q̃ tripudianti,et sonanti,uel ludẽti,ut supra: Cõcedentes tamen ꝙ ueghię,et cõgregationes nocturnæ cum coreis,et ludis fieri possint i Nuptiis, et Sponsalitiis pro illo tantũ sero,i quo fiet principalis cęna ipsarũ Nuptiarum,et Spõsalitiorũ, Dũmodo nõ possint simul tripudiare eodẽ tempore ultra quattuor coppias,uidelicet octo personas inter mares,& fœminas sub poena suprascripta, tam contra facientem ueghiam, q̃ contra tripudiantes ultra numerũ permissum,et contra sonantes ipsis sic ultra numerum tripudiantiũ,et quilibet possit omnes cõtrafaciẽtes in quolibet suprascriptorum casuum accusare,et lucretur tertiam partem condẽnatiõis exactæ, et aliam tertiam partem lucretur officialis,et Iudex,qui processerit, et condemnauerit,nec possit fieri ulla gratia huiusmodi condemnatis,Nisi facta prius fide de concordia Officialis,& accusatoris,et subsint tales condẽnati ordinibus, et prohibitionibus,quæ militant contra condemnatos pro ornamentis.saluo ꝙ camera Lucensis cõmunis non teneatur exbursare præmia cõstituta officialibus,et accusatoribus,Nisi postq̃ fuerit exacta condemnatio, et in suprascriptis sint,et esse intelligantur Iudices competentes Dominus Lucen. Potestas,Maior Officialis Curiæ Fundaci, et inter eos locum habeat præuẽtio,et lucrentur,ut dictum,est tertiam partem dictæ pœnæ,cum hac Declaratione,ꝙ præfati Iudices, et Officiales teneantur dare i scriptis intra quattuor dies a die condemnationis huiusmodi,dictos condemnatos Capitaneo,et Barigello Lucensis comitatus,qui Barigellus, seu Capitaneus teneatur sub pœna Ducatorum uigintiquinque pro quolibet delinquente exegisse intra quindecim dies tunc proxime futuros dictam pœnam pecuniariam in pecunia numerata,siue per pignora equiualentia,aut assignando dictos delinquentes in carcere Saxi,et lucretur tertiam partem dictæ pœnæ, quæ erat applicata lucensi cõmuni.

De pœna Accipientium pecunias, seu pagas pro Militia, & Aufugientium cum eis. Cap. CCXXV.

STatuimus, q ex quo multæ solitæ sunt fieri querimoniæ uariis temporibus cõtra nostrates, qui acceptis pecuniis pro militia fugiunt, & nõ obseruant tẽpus promissum, & cõuentum: Quod quidẽ in maximũ resultat dedecus Ciuitatis Lucen. cum genus hoc criminis ĩfamiã plurimã irroget cõtra ipsam Ciuitatem, Statutum idcirco sit, & esse intelligatur, q quicunq; nostras uidelicet de ciuitate lucen. aut de eius comitatu, & districtu, aut habitator iuerit ad alienum stipendium, & fuerit sibi oppositum, & obiectum q fecerit truffam, & fuerit ꝓfugus, quia aufugerit cum pecuniis eo ipso q infra quindecim dies proximos a die accusatiõis, seu querelæ factæ: aut porrectæ coram Prætore Lucen. non portauerit, & præsentauerit ipsi Prætori literas bene seruiti, uel fidem, aut licentiam a Dominis, uel Domino conductore, aut Conestabili, aut Capitaneo, a quo pecunias recepit, ĩtelligatur, & sit condemnatus in pœnam standi per annum unum in carceribus Saxi, & relegationis unius anni a Ciuitate, & Territorio Lucen. ĩ quas pœnas declaretur condemnatus per præfatum Dominum lucen. Potestatem elapso termino quindecim dierum prædictorum decursorum a die accusationis, uel querelæ factæ, ultra restitutionem pecuniarum habitarum: Et quicũq; huiusmodi aliquem condemnatum cœperit, & in carcere Lucen. cõmunis in ciuitate lucen. præsentauerit lucretur Ducatos quinque auri a Lucen. camera, pro quolibet capto, & capti nõ possint liberari, seu ad gratiam admitti, uel relaxari Nisi restitutis, & solutis Lucen. cõmuni dictis Ducatis quinque prius, & Magnifici Domini Antiani non possint petitionem, aut supplicationem subscribere, uel rescribere, aut propositam aliquam facere pro ipsorum liberatione Nisi post dictam restitutionem Ducatorum quinque solutorum per Lucense commune, sub pœna Ducatorum uigintiquinque auri pro quolibet Antiano.

De pœna Euntium ad Aliena Stipendia Temporibus prohibitis. Cap. CCXXVI.

STatuimus, q pro bono publico, & publica utilitate, sit & esse intelligatur data auctoritas, & potestas plena, et ampla Magnificis Dñi Antianis per tempora existentibus prohibendi omnibus, et singulis tam ciuibus, q̃ comitatiuis, et districtualibus Lucen. Ciuitatis cuiuscunq; status, gradus, uel conditionis existant pro tẽpore de quo eis uidebitur, et placebit, eundi ad Aliena Stipendia, sub pœna cõtra Ciues Ducatorũ uigintiquinque, et exilii annorum trium pro quolibet cõtrafaciente more discolorum, cõtra uero comitatiuos, et districtuales Ducatorum uigintiquique, et lapsuum quattuor funis pro quolibet, cum declaratione, q quicũq; Accusauerit, uel Denunciauerit

uerit aliquem contrafacientem, uel inobedientem ut supra, lucretur Ducatos decem pro quolibet de exactis, qui cõtrafacientes, uel inobedientes non possint ullo unquam tempore ad gratiam reduci, Nisi prius concordato accusatore, uel denunciatore, et Magnifici Domini Antiani teneantur ipsos ut supra condemnatos mittere ad archiuum publicum, reperta Accusa, uel Denuncia uera, ad declarationem ipsorum in suprascriptis pœnis, et facta suprascripta prohibitione per eos pro tempore quo declarauerint fuisse ut supra prohibitũ non possit concedi licentia in contrarium, Nisi per Cõsilium generale Lucensis Ciuitatis, & aliter concessa non teneat, nec ualeat, sed ipsi contrafacientes incidant in pœnam de qua supra.

De poena Euntium ad Stipendia Rebellium, & Bannitorum ex causa status Ciuitatis Lucensis, & cum eisdem quomodocunque intra quinquaginta milliaria practicantium. Cap. CCXXVII.

STatuimus, ꝙ quęcunq; persona cuiuscunq; status, gradus, seu conditionis existat, quæ deinceps quocunq; modo mediate, uel immediate, directe, uel ĩdirecte, uel per obliquum, ad stipendium, seu militiã aliquorũ quouis modo rebelliũ, aut bãnitorum a ciuitate lucen. ac eius districtu, ex causa turbationis pacifici, & popularis status dictæ Ciuitatis, se cõtulerit, & seu ibit, aut illis, seu alicui ipsorum quomodocunq; mediate, uel ĩmediate seruiet. Si talis persona cõtrafaciens erit comitatiua, seu districtualis dictæ ciuitatis Lucen. incidat, & incidisse intelligatur in pœnam ictuum, seu lapsuũ quattuor funis, & banni, seu exilii a Lucen. Ciuitate, ac eius districtu, & territorio ipso iure, & ipso facto, & absq; alia declaratione pro tempore annorum quattuor: & Magnifici Domini Antiani per tempora existentes, & quilibet alius Officialis Ciuitatis Lucen. teneãtur, & debeant huiusmodi personam contrafacientem, seu contrafacientes pro sic condemnata, aut condemnatis transmittere ad archiuum publicum quotiens ad eorum aut cuiusq; eorum noticiam deuenerit aliquem ut supra deliquisse, & si unquã talis delinquens, aut delinquentes peruenerint in fortiã Lucen. communis, ille Officialis in cuius potestatem peruenerit, teneatur, & debeat intra duos dies postquam ad ipsius manus deuenerint, sub pęna, & ad pœnam ducatorum uigintiquinque, & periurii publice in platea Sancti Michaellis, in foro in loco consueto ipsis delinquentibus, et cuilibet ipsorum effectualiter dare, seu dare facere dictos ictus, seu lapsus quattuor Funis, et postea ipsos aut ipsum sic tortum mittere ad obseruantiam suprascipti exilii, quod exilium non prius ĩcipiat, nisi post dictos quattuor ictus funis, et si huiusmodi delinquens, uel delinquentes ut supra erunt Ciues Lucenses incidant, et incidisse intelligãtur in pœnam exilii annorum quattuor a Ciuitate, et Territorio Lucensi, et Ducatorum quinquaginta auri, quos si

nõ soluerint intra dies octo postq̃ deuenerint,seu deuenerit in fortiam Lucen.cõmunis, incidisse intelligãtur in pœnam lapsuum trium Funis,quos Magnifici Domini, & quilibet alius Officialis lucẽsis Ciuitatis in quorum, seu cuius manibus talis delinquens, seu delinquentes peruenerint sub pœna ducatorum uigintiquinque pro quolibet, & qualibet uice, & periurii ut supra teneantur,& debeant elapsis dictis diebus octo dare effectualiter, seu dari facere publice,& palã in dicta platea Sancti Michaellis in foro,et postea ipsum, seu ipsos delinquentes mittere ad obseruantiam exilii suprascripti, quod exilium nõ prius icipiat,nisi post dictos tres lapsus funis,aut post solutionem dictorum ducatorũ quinquaginta respectiue: Quæ exilia dictorum annorum quattuor si nõ fuerint obseruata,tam a dictis comitatiuis, et districtualibus,quam a dictis ciuibus Cõtrauenientes ipso iure,et ipso facto incurrant in casu contrauentionis in poenam Banni amputationis capitis ita quod moriãtur,et contra ipsos militent omnia statuta loquẽtia, et Disponẽtia contra bannitos ad mortem, Declarantes q̃ pro prouisionibus suprascriptis nullo modo derogatum sit,seu esse intelligatur,authoritati tributæ,& concessæ Magnificis Dominis declarandi huiusmodi delinquentes incurrisse in maiorem pœnam secundum formam, & dispositionem statutorum Lucen.Ciuitatis, secundum quod præfatis Dominis magis expedire uisum fuerit: Et cuilibet licitum sit accusare huiusmodi delinquentes,& accusator lucretur,& consequatur pro quolibet accusato Ducatos quinque de pecuniis Lucen.cõmunis,reperta accusatione uera,& nomen eius teneatur secretum, & quos Ducatos quinque soluere teneantur dicti delinquentes,qui ad gratiam reduci non possint, aut si peruenerint in potestatem,& fortiam lucensis cõmunis,excarcerari nõ possint, Nisi prius effectualiter satisfactis, & solutis dictis Ducatis quinque Cameræ lucensis communis, Et si huiusmodi accusator esset delinquens, & alios accusaret pariter delinquentes lucretur, & consequatur impunitatem delicti, & tales accusatores teneantur eorum accusationes porrigere,seu facere coram Præfatis Magnificis Dominis: Cæterum quilibet Officialis lucensis communis qui caperet aliquem delinquentem ut supra,etiã q̃ non reperiretur condemnatus in archiuo publico,modo reperiatur deliquisse ut supra, lucretur de pecuniis dicti delinquẽtis Ducatos decem,Nec unquam excarcerari possit huiusmodi delinquens,nisi solutis prius dictis Ducatis decem.Insuper Statuimus,& Ordinamus,q̃ Magnificus Dominus Vexillifer Ciuitatis lucensis per tẽpora existens, quotiẽscunq; aliquis ad eũ accederet pro se excusando, uidelicet se allocutum fuisse aliquẽ quouis modo Rebellem, aut Bannitum,ex causa Turbationis pacifici,& popularis status Ciuitatis lucensis secundum formam statutorum dictę Ciuitatis,teneatur,& debeat in eius præsentia per unum ex Cancellariis lucensis communis scribi facere,in uno libro propterea ordinando, & tenendo,omnia uerba habita, & quæ occurrerunt inter ipsum se denunciantem,& rebellem,seu bannitum,

uel rebelles

uel rebelles,seu bannitos ex causa suprascripta,una cum omnibus qualitatibus, & circunstantiis occursis in huiusmodi colloquio inter eos habito, & qualitatem colloquii,una cum loco,& tempore,& testibus,ad hoc,ut semper,& omni tempore uideri possit practica habita cum huiusmodi rebellibus,& bānitis,& ipsorum colloquia,& inuestigari,& reperiri, si alterius qualitatis fuerit uerba relata ut supra,et qui Vexillifer,et Officium Secretariorum, qui per tempora erūt, quolibet mense saltem semel teneantur reuidere dictum librū,et inuestigare omni opportuna uia,quę ipsis uidebunt,scilicet si ita se habeat ueritas,sicuti huiusmodi se denūciantes dixerint,et manifestauerit,Et si occurrissent aliqua inter se denūciantes,et rebelles,et bannitos ut supra,quæ digna ipsis uiderentur aliqua pœna,aut aliqua alia præter id quod manifestauerint,Teneantur, et Debeant referre Collegio Magnificorum Dominorum,ad hoc ut contra eos procedant secundum formam statutorum lucensis communis,firmis, et in suo robore remanentibus aliis Statutis,et Decretis,contra tales delinquentes loquentibus,et disponentibus.

De eo quod Certamina,et Duella sint prohibita fieri in Ciuitate lucensi,et toto eius Territorio,et De pœna contrafacientium. Cap.CCXXVIII.

INsuper Statuimus,q̄ Duella,Certamina,seu Abbatimenta,quæ fiunt in Dominio lucensis Ciuitatis,uel apud Cōfinia ipsius dominii,sint,et esse intelligantur prohibita omnibus,et singulis,tam Ciuibus,q̄ subditis dictę lucensis Ciuitatis,et forensibus lucæ habitantibus,et in eius comitatu,et districtu cuiuscunque status,gradus,ordinis,uel conditionis existant,et quæ Duella, Certamina, et Quælibet alia Abbatimenta fieri, seu committi nequeant,apud quinquaginta milliaria, prope Ciuitatem lucensem, neq; intra dictum spacium, sub pœna amputationis capitis,ita q̄ moriatur, in quam pœnam quilibet,qui contrafecerit,intelligatur, et sit ipso facto,et ipso iure incursus,ad declarationem Magnificorum Dominorum per tempora existentium,Et omnes,et singuli, ut supra,q̄ ipsa Duella, Certamina,uel Abbatimenta cōmittere uolentes,sequentur,uel associabunt in odium, uel fauorem ipsorum,seu quocunque alio modo, qui dici, uel excogitari possit, Incidant uel incidisse intelligantur ipso facto, & ipso iure in bannum exilii annorum trium a Ciuitate,& Territorio Lucensi, in casu contrauentionis, ad declarationem præfatorum Magnificorum Dominorum per tempora existentium.

De Taulitis prohibitis, & De pœna facientium ea. Cap.CCXXIX.

STatuimus ꝙ pro obuiando periculis, q̃ in futurum imminere possent ob taulita,& repræsentationes quæ fieri consueuerunt in festiuitate Diui Nicolai singulis ánis per scholares,siue alios ꝙ huiusmodi Taulita,et repsentationes sint,et et esse intelligantur prohibita,et prohibitæ omnibus,et singulis cuiuscunq gradus , uel conditionis existant , sub pœna ducatorum quinquaginta pro quolibet contrafaciente,et qualibet uice,applicandorum cameræ Lucensis communis,Cũ declaratione ꝙ pater teneatur pro filio,et patronus pro famulo. Derogãtes in prædictis,et circa prædicta omni consuetudini hactenus in contrarium obseruatæ.

De Prohibitis Partitis,et De pœna Contrauenientium Caput CCXXX.

QUantum Damnosa esse consueuerint,et sint partita,quæ quotidie fiunt in Ciuitate lucensi,et eius Territorio,et districtu super rebus,et bonis diuersarum personarum,quæ causa sunt extrahẽdi,et extorquendi pecunias de manibus multorum indebite cum magna ipsorum iactura,et contra bonos mores,et laudabiles cõsuetudines dictæ ciuitatis, Idcirco hac ꝓsenti lege Statutum sit,et esse intelligatur,ꝙ Nulla persona cuiuscunq gradus,status,seu conditionis existat, audeat, uel aliquo modo præsumat deinceps facere huiusmodi partita,tam in Ciuitate lucensi, q̃ in eius Territorio,et districtu absque licentia honorandi cõsilii Trigintasex ciuium dictæ Ciuitatis,ad poenam,et sub poena ducatorum centum pro quolibet,et qualibet uice,et amissionis rerum,quæ ĩ dictis partitis positæ reperirẽtur,ĩ quas poenas ipso facto,et ipso iure,quilibet contrafaciens intelligatur,et sit incursus, absque aliqua alia declaratione.

De prohibita Venditione Frumenti,et aliorum Blauorum, extra plateã Sancti Michaellis in foro,Et de pœna cõtrauenientium. Cap.CCXXXI.

STatuimus,ꝙ forum frumentarium in quo ad præsens ordinatum,et deputatum est debere uendi frumentum,et alia blaua in lucensi ciuitate intelligatur, et sit translatum, et trasmutatum in foro publico lucensis ciuitatis ubi est ecclesia Sancti Michaellis , ita ꝙ dictum forum frumentarium,et locus ubi deinceps uendi debeat ĩ dicta ciuitate dictum frumentum, et alia blaua sit,et esse debeat in dicto foro publico,ubi est dicta ecclesia Sancti Michaellis, et prohibitum intelligatur,et sit, quod in alio foro dictæ Ciuitatis mercatum dictorum frumentorum , et blauorum fieri ualeat,aut possit,sub poena ducatorum decem pro quolibet , et qualibet uice,soluendorum pro una tertia parte executori,et pro alia tertia parte lucensi cõmuni,

et pro

& pro reliqua tertia parte accusatori, & eius nomen teneatur, & teneri debeat secretum: Decernentes ad cōmoditatem, & utilitatem omnium, & singulorum dictæ Ciuitatis, & ut dictum frumentum, & alia blaua manuteneantur, & conseruentur pro uiliori prætio, q̃ possibile sit, ꝙ prohibitum esse intelligatur, & sit omnibus, & singulis tam molendinariis, q̃ quibuscunque aliis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, uel conditionis existant, posse habere, & tenere maghazenos, & apothecas in Lucen. Ciuitate, in quibus modo aliquo uendantur, aut uendi possint frumenta, & alia blaua nostrata, & nata in territorio, & districtu Lucen. Ciuitatis, sub pœna Ducatorum decem, pro quolibet, et qualibet uice, soluendorum et applicandorum, ut supra, et in prædictis omnibus, et singulis, sint Iudices competētes Dominus Prætor Ciuitatis Lucensis, et Officium Abundātiæ ipsius Ciuitatis, et in eis locum habeat præuentio.

De pœna Deferentis Terraccium ad Męnia lucensis Ciuitatis. Cap. CCXXXII.

STatuimus, ꝙ Nulla persona cuiuscunq; qualitatis, status, et conditionis existat, de cętero audeat, uel præsumat per se, uel Alium, siue Alios, quouis modo, aut quæsito colore Deferre, seu Portare, Aut deferri, seu portari facere cum Bestiis, uel sine, aliquam quātitatem terreni, siue calcinacci, uel purgamentorum aliarūq; immunditiarum prope Mœnia Ciuitatis lucen. per Brachia quadraginta, sub pœnis, et censuris infrascriptis, uidelicet Ducati unius auri lati pro singulo curru illuc illato, et floreni unius ad triginta sex pro singula salma, et si deferretur sine iumētis, et Bestiis, sed alio quouis modo, bonenorum decem et octo pro quolibet, et qualibet uice, in quibus ipso facto, et ipso iure, et absque alia declaratione intelligatur incursus cōtrafaciens, cuius pœnæ, et mulctę, Tertia pars sit Magnifici Lucen. communis, Alia tertia pars Officialis procedentis, et alia tertia pars accusatoris, et eius nomen teneatur secretum, et ei soluatur de condēnatione exacta, et non aliter, et admittatur accusatio facta cum uno teste bonæ cōditionis, et famæ, et exactio dictarum condemnationum pertineat ad exactorē Lucensis cōmunis, & etiam ad officialē fundaci, et sic teneantur, et debeant modo, et forma ut supra exigere cum effectu.

De pœna Deuastantiū Populos, et Damnum Dantium in herbis, circa dicta Mænia Lucen. Ciuitatis. Cap. CCXXXIII.

STatuimus, quod omnes & singulę bestię cuiuscunq; qualitatis existant, repertæ in locis, ubi sunt positi, et plantati populi, nomine Lucensis cōmunis circumcirca Męnia Ciuitatis lucensis, Tam intus, quam extra, & tam in foueis, q̃ aggeribus ad pascendum herbam, aut damnificandū quoquo

modo populos,incidāt in pœnā bononenorū decem,pro qualibet Bestia,& qualibet uice,& sic incidisse intelligantur ipso facto,& ipso iure,et absq; alia declaratione,& compelli debeat Dominus,seu Patronus dictæ Bestiæ dānificantis, ut supra,ad soluendam dictam pœnam per Spectabile Officium super fortificatione per tempora existens applicando dictam pœnam modo,& forma de quibus infra, Et omnes, & singulæ personæ,quæ inuentæ essent ad damnificandum quoquo modo dictos populos , in decoriando, incidendo,siue sgrollando,siue dimouendo,ita q; essent perituri,aut ut supra damnificasse essent accusati,incidant in pœnam floreni unius pro quolibet,& qualibet uice,& sic incidisse intelligantur, & cuilibet licitum sit, dictas bestias prædare repertas damnificātes ut supra,& ipsas præsentare Camerario pignorū,& accusare omnes, & singulas personas dicto Officio fortificationis, & lucretur totas suprascriptas pœnas in suo casu appositas, & declaratas, & omni casu officium suprascriptum sit Iudex, & ad ipsum spectet,& pertineat cognoscere omnes,& singulas causas in prædictis, & circa prædicta,& ultra auctoritatem,quam præfatum Officiū habet super deuastatione, et exportatione dictorum populorū intra mœnia, et foueas dictæ Ciuitatis,Auctoritatē,et Potestatē habeat puniendi delinquētes in dictis,et circa dictos populos,uidelicet cōtra oēs,quos putauerint deuastasse, et exportasse eos secūdum eorum conscientiam, et nō obstantibus legitimis indiciis eos ad torturā ponendi, et tormentari faciendi, totiens quotiens eis uidebitur,et placebit pro habenda ueritate prædictorum.

De pœna Vendentium Ligna,et Stramina in locis prohibitis Lucensis Ciuitatis. Cap.CCXXXIIII.

STatuimus,q; ītelligatur, et sit data cura,et iniunctū onus Officiali Fundaci lucensis Ciuitatis,Curandi, et prouidendi, q; ligna combustibilia, quæ intromittuntur in Ciuitate Lucen. pro uendendo, et similiter paleæ, et stramina,et bestiæ,et currus,super quibus portantur nō sistant,et ut uulgo dicitur,nō si fermino pro ipsis uēdendis in foro publico sancti Michaelis,Nec in Stratis publicis,cōfinantibus dicto foro,Sed dicta ligna,stramina,et paleæ conduci debeant ad alias plateas publicas lucen.Ciuitatis,prout placuerit uēditoribus,in quibus locis excepto loco,et locis suprascriptis,liceat stare,et sistere cum bestiis, et curribus præfatis, pro uendendis ipsis lignis, paleis, et straminibus,et hoc sub pœna amittendi ipsa ligna,paleas, et stramina de quibus supra.

De pœna Tabellionū nō Denunciantiū Officialib.Maioris Gabellæ Cōtractus oēs,ex quibus soluitur Gabella. Cap.CCXXXV.

STatuimus,q; oēs,et singuli Notarii Teneātur,et obligati sint Denunciare in

re in Maiori Lucen. Gabella Officialib. ibi deputatis oẽs contractus, ex quibus Gabella soluẽda est Lucen. cõi, secũdũ formã statutorũ dicti cõis quolibet trimestri, hoc modo uidelicet per totũ mẽsem Aprilis cuiuslibet anni cõtractus celebratos per eos de mẽsibus Ianuarii, Februarii, et Martii, et per totũ mẽsem Iulii, cõtractus celebratos de mẽsib. Aprilis, Maii, et Iunii, et per totũ mẽsem Octob. cõtractus celebratos de mẽsib. Iulii, Augusti, & Septẽb. et per totũ mẽsem Ianuarii sequẽtis, cõtractus celebratos de mẽsib. Octob. Nouẽbris, et Decẽbris, et sic perpetuis successiuis tẽporib. et q̃ Denũciæ fieri debeãt per eos in una uachetta fiẽda sumptibus, et expẽsis dictorũ tabellionũ, marchiata secundũ q̃d ordinabit̃ per officiũ super introitibus lucen. cõis, et sit chartarũ ducentarũ ĩ circa, sub pœna priuationis omniũ, et singulorũ officiorũ, tã utilitatis, q̃ honoris dicti cõis Lucen. ipso facto, et ipso iure, et absq; aliqua declaratiõe, et casu quo eligerẽtur, talis electio sit, et eẽ ĩtelligat̃ irrita, et inanis, ac si facta nõ fuisset, et ultra soluẽdi Gabellã huiusmodi cõtractuũ nõ denũciatorũ de suo: Cũ declaratione, q̃ facta solutione p cõtrafaciẽtes, seu cõtrafacientẽ ut supra, principalis debitor nõ possit ãplius cogi soluere tale debitũ Lucen. cõi, sed soluere illud teneat̃ tabellioni soluẽti ut supra, et D. Potestas Lucen. in p̃dictis, et circa p̃dicta intelligatur, et sit Iudex cõpetens, et teneat̃ intra tres dies a die sciẽtiæ cõtrafactiõis ut supra, sũmarie p̃cedendo declarasse huiusmodi Tabelliones cõtrafacientes unũ, aut plures, cecidisse in poenis, et cẽsuris suprascriptis, et publicũ p̃coniũ de priuatione huiusmodi fecisse, sub poena Ducatorũ centũ, ipsi retinendorũ de suis mandatoriis in casu cõtrauentionis bãno secuto, et notificatione ut supra, præfati tabelliones unus, aut plures, exercere nõ possint officium tabellionatus ullo modo, et eorum instrumentis post huiusmodi præconiũ, seu bannũ factis, Nulla possit adhiberi fides, et q̃libet p̃sona, q̃ accusaret aliquẽ ex cõtrafacientibus ut supra, lucretur qualibet uice, et pro quolibet cõtrafaciẽte Scutos decẽ de pecuniis dicti Lucen. cõis, reperta accusatione uera, et eius nomen teneatur secretum, et dicti tabelliones unus, aut plures nõ possint, aut ualeant liberari, seu reintegrari aduersus dictam priuationem, Nisi prius soluerint, seu soluerit præfato Lucen. cõi dictos scutos decẽ: Et teneãtur, et obligati sint Officiales dictæ Gabellæ notificare cõtrauenientes Collegio Magnificorũ. D. Antianorũ tempore Generalis Reformationis Officiorum, sub pœna Florenorum decem pro quolibet.

De poena Tabellionum non Denunciantium Legata, seu Institutiones factas Monti Pietatis. Cap. CCXXXVI.

STatuimus, q̃ omnes, & singuli Tabelliones deinceps Teneantur, & Debeant sub pœna, q̃ eligi non possint ad aliqua Officia lucensis cõmunis, tam honoris, q̃ utilitatis, Denunciare, & notificare in scriptis ĩ forma publica, & autentica in libro propterea ordinando, omnia, & singula legata, insti-

tutiones,& Substitutiones,quæ facta essent, uel fierent per quæcunq; personam Monti paruulo Pietatis lucensis,infra menses duos post mortem cuiuscunque testatoris Statim numerandos, recepta mercede ad arbitrium Præsidentium dicti Montis per tempora existentium,de legatis autem,institutionibus,& substitutionibus factis præfato Monti fieri debeat Notificatio per notarios,qui de eis se rogauerunt, si testatores sunt mortui,intra menses quattuor tunc proxime futuros,& hæredes notariorum mortuorum etiam teneantur sub dicta pœna intra dictum tempus notificasse præfato Monti,huiusmodi legata, institutiones, & substitutiones ut supra.

De pœna Tabellionum immittentium aliquo modo in possessionem forenses. Cap.CCXXXVII.

STatuimus,q; Nullus Tabellio audeat,uel præsumat esse rogatus de aliquo instrumento apprehensionis possessionis bonorum aliquorum ad petitionem alicuius forensis,uel sui procuratoris, nec de aliqua attentatione alicuius possessionis,seu quasi accipiendæ,uel adipiscendę prædictorum bonorum,uel iurium bonorum immobilium.Insuper nec possit aliquis interuenire ut testis ĩ omnibus supradictis,aut quolibet ipsorum,& prædicta sine expressa licentia a Magnificis Dominis Antianis obtēta per partitum, sub pœna cuilibet contrafacienti in prædictis, & circa prædicta,& quolibet prædictorum relegationis a Ciuitate,& districtu lucensi pro annis decem, & nihilominus quicquid secus fieret,non ualeat ipso iure,& nullum sortiatur effectum. Et Teneatur Dominus Lucen.Potestas intra dies octo,postq̃ de aliquo contrafaciente, uel delinquente in prædictis ad suam Notitiam deuenerit,in quolibet suprascriptorum casuum punire,& exequi,ac executioni mandasse pœnam suprascriptam contra ipsos delinquentes, sub pœna Ducatorum centũ ipsi Domino Potestati infligenda pro quolibet delinquente,& qualibet uice contrafactionis non factæ dictæ executionis cũ effectu, & dicta pœna soluta,uel non, Nihilominus teneatur ipse Potestas ipsam executionem facere.Non intelligendo,q; Statutum,siue lex præsens & Disposita in ea extendãtur ad forenses, qui usque in præsentem diem possederunt,& possident,qui locare,& facere possint,ut in pręteritum super dictis bonis possessis per eos.

De eo, q; Nullus possit esse Procurator ad accipiendam possessionem, pro aliquo Forense, & de Pœna contrauenientium. Cap.CCXXXVIII.

STatuimus, q; Nulla persona cuiuscũq; conditionis existat,tam nostras, q̃ extera,audeat,uel præsumat esse procuratrix,uel alio quocunq; nomine ĩteruenire ad accipiendam possessionem aliquorum bonorum,possessionum,uel

num,uel rerum immobilium existentium in Ciuitate Lucensi,& eius Territorio,& districtu ad petitionem cuiuscunq; forẽsis,seu exteri,Et similiter ad petendum possessionem,uel aliquid attentãdum pro possessione,et quasi accipienda,et adipiscenda,tam aliquorum dictorum bonorum,q̃ aliquorum iurium dictorum bonorum immobilium quocunque modo directe, uel indirecte,siue per obliquum,Nec ad protestandum,uel aliquam protestationem faciendum pro prædictis,uel aliquo ipsorum, nec aliquem actũ faciendum a prædictis dependentem,uel cõnexum,et hoc sine expressa licentia a Magnificis Dominis obtenta per partitum,sub pœna cuilibet contrafacienti in prædictis,et circa prædicta,et quolibet prędictorum relegationis a Ciuitate,et Districtu Lucen.pro annis decem,et quicquid secus fieret, Non ualeat ipso iure,et nullum sortiatur effectum, Non intelligendo,ut in præcedenti statuto dictum est,Disposita in præsenti statuto extendi ad forenses,qui usque in præsentem diem possederunt,et possident, qui locare, et facere possint in dictis bonis possessis per eos,ut in præteritum. Et quod de procuratore exteri,uel forensis supra dictum est, dictum intelligatur , et sit,de ipso forense principali,referendo etiam omnia supra disposita,et ordinata ad ipsum exterum,siue forensem principalem, sicut ad eius procuratorem,Et ad alium quẽcunq; forẽsis,seu exteri, quouis nomine agẽtem, seu gerentem, uel attentantem, Decernentes, ꝙ Dominus Lucen. Prætor Teneatur infra dies octo,postq̃ de aliquo contrafaciente, uel delinquẽte in prædictis ad suam notitiam deuenerit,in quolibet suprascriptorũ casuum punire,et exequi,ac executioni mãdasse pœnam suprascriptam cõtra ipsos delinquentes,sub pœna Ducatorum centum ipsi Domino Potestati infligenda pro quolibet delinquente,et qualibet uice contrafactionis, et non factæ dictæ executionis cum effectu,et dicta pœna soluta,uel non, Nihilominus teneatur ipse Potestas ipsam executionem facere, prout etiam in proximo præcedenti Statuto Dispositum est.

De pœnis Duplicandis ratione Temporis. Cap.CCXXXIX.

CVm temporis qualitas consueuerit reddere Maleficia grauiora , Vnde sunt grauius punienda. Vnde consideranda,et declaranda sunt tempora in quibus Maleficia sunt grauiora,quæ tempora sunt,hęc uidelicet,dies in quibus curritur ad aliquod brauium in ciuitate Lucen. Dies Sancti Martini.Dies festi Exaltationis Sanctæ Crucis.Dies uigiliæ festi dictæ Exaltationis.Dies Veneris Sancti. Dies in quibus fierent per clerum, et populum processiones, uel letaniæ in honorẽ Dei. Totũ tẽpus in quo gentes armigerę essent in territorio lucen.et Dies cõmemorationis defunctorum secũda die Nouẽbris. Cupientes igitur saltẽ metu pœnæ prohibere delicta,et maxime dictis Tẽporibus,et diebus,Statuimus,ꝙ pro delictis, q̃ in dictis tem-

poribus intra lucen.Ciuitatem cōmitterentur,Dominus lucen.Poteſtas,et quilibet alius Iudex,qui iuriſdictionem haberet,Teneatur pœnas pecuniarias a Statutis īductas imponere in duplum,ita q̄ omnes,& ſingulæ pœnæ pecuniariæ Duplicentur pro Maleficiis, quæ cōmitterentur dictis temporibus,& diebus,ac etiam Volumus,& Iubemus, q̄ omnes, & ſingulæ pœnæ pecuniariæ Duplicentur pro Maleficiis,quæ cōmitterētur tempore nocturno intra Ciuitatem Lucenſem,uel extra in toto Lucen.diſtrictu. Et intelligatur in Ciuitate Lucen.& Suburgis tempus nocturnum quando pulſatur Campana Turris Palatii Dominorum Antianorū pro Aue Maria de ſero,& ab illa hora in antea uſque ad Campanam diei. Et in diſtrictu,& cōmitatu intelligatur tempus nocturnum quando de ſero pulſatur pro Aue Maria in illa Eccleſia in cuius territorio delinqueretur. Et ſi quis tempore Ignis,ſeu Incendii,quod eſſet in Ciuitate Lucen. offenderit aliquem durante incendio,puniatur in duplum eius in quo puniri deberet ſi alio tempore offendiſſet. Et quæ dicta ſunt de pœnis ratione Nocturni Temporis duplicandis,procedant,& ſeruentur,Niſi in aliquo ſpeciali caſu eſſet aliter per ſtatuta prouiſum,quo caſu debeat ſpecialis prouiſio obſeruari.

De Pœnis Duplicandis ratione Loci. Cap. CCXL.

Locus interdū in quo delinquitur,reddit Maleficia atrociora,unde ſunt grauius punienda, Statuimus ergo,q̄ Maleficia intelligantur grauiora ſi cōmittantur in aliquo infraſcriptorum locorū, quæ ſunt hæc uidelicet, Palatium reſidentiæ Magnificorum Dominorum Antianorum,Curtilis dicti Palatii portis deſignatus,& Viæ publicæ,quę ſunt in circuitu dicti palatii,id eſt apud dictum palatium. Palatium reſidentiæ Domini Lucenſis Poteſtatis.Domus reſidētiæ Domini maioris Sindici,uidelicet ubi ius reddit,Platea quæ dicitur Sancti Michaelis in foro, & intelligatur in quolibet caſu eſſe de platea Sancti Michaelis illa uia publica,quæ ex parte orientis eſt apud lodiam cuſtodiæ, in qua uia conſueuit barattaria teneri. Item dicta lodia cuſtodię lucen.Ciuitatis,Quælibet Eccleſia Ciuitatis,et Comitatus, & Diſtrictus Lucen. Quodlibet cimiterium cuiuſlibet Eccleſiæ, Quælibet Curia,ſeu locus Curiæ ubi ius redditur,tam ī Ciuitate,q̄ in Diſtrictu,Muri Ciuitatis lucen.Quælibet Roccha,& Quælibet Turris,quę cuſtodiretur,& Situs portarum,ſiue pontium alicuius Caſtri,ſiue Rocchæ,Et intelligātur Situs portarum,& pontium ipſæ portę,et Totum illud quod intra primas portas,et ultimū pōtē,Et ſimiliter ītelligaē eſſe de Situ portarū uſq; ad tria brachia citra portas uerſus caſtrū, & tātūdē extra raſtellū, uel ultimū pōtē dicti caſtri,uel rocchæ.Et Quilibet locus ī quo pſens eſſet aliquis officialis, q iuriſdictionē haberet de tali crimine cognoſcēdi. Domus habitatiōis offenſæ perſonæ, & iuxta ipſam domum per duo brachia a limite domus

menſurāda,

men furanda,& Balneum de Corsena cum toto circuitu,qui est intra portas includentes dictum Balneum,& clusos,& domos dicti Balnei. Si quis igitur in aliquo dictorum locorum cōmittat aliquod Maleficium,de quo esset pœna pecuniaria imponenda,Debeat talis pœna duplicari. Et quæ dicta sunt de pœnis ratione loci Duplicandis procedant,& obseruētur, Nisi in aliquo speciali casu aliter per statuta prouisum esset, quo casu debeat specialis prouisio obseruari. Cæterum Declaramus,& Volumus,ꝙ si ratione loci pœna duplicaretur,nō debeat Duplicari ratione Tēporum,de quibus in præcedenti Cap.continetur,& econtra si ratione Temporis fieri deberet duplicatio,nō debeat postea duplicatio fieri ratione loci,quia sufficere Volumus unicam duplicationem.

De Quibusdam Pœnis Duplicādis ratione personæ. Cap.CCXLI.

STatuimus,& Ordinamus,ꝙ si aliquis Forensis,uel Forensis percusserit, seu uulnerauerit aliquem Lucensem Ciuem cum armis, lapidibus, seu alia re offendibili cum sanguinis effusione,Duplicetur sibi pęna in quolibet casu imposita percutientibus,seu uulnerantibus Ciuem Lucēsem, per formam statutorum Lucensis Ciuitatis,& perpetuo banniatur a Ciuitate Lucen.eiusq; comitatu,fortia,& districtu, Et prædicta nō uendicent sibi locum quo ad dictum Bannum in percussionibus, de quibus supra, factis sine sanguine,Et eodem modo non uendicēt sibi locum quo'ad idem Bannum in percussionibus,& uulneribus de quibus ī statutis sub Rubrica De pœna percutientis, seu uulnerantis in uultu cum manu, uel alio suo membro,& sub Rubrica De pœna percutientis aliquem cum manu,pugno,uel alio suo membro in alia parte corporis præterq̄ in uultu.

De pœnis Augendis si Maleficia committantur ad Portas Lucensis Ciuitatis. Cap.CCXLII.

VOlentes saltem metu poenæ obuiare periculis,quæ contingere possent ex tumultu,& rumore, qui fierēt ad portas Ciuitatis Lucensis, Statuimus,ꝙ Nulla persona cuiuscunq; conditionis existat,audeat,uel præsumat intra situs portarum,& pontium Lucen.Ciuitatis,cum armis rumorē facere,uel suscitare tumultū,Et si quis cōtrāfecerit, puniatur arbitrio Domini Lucen.Potestatis in ære,uel in persona,etiā usq; ad amputationē capitis inclusiue,cōsiderata qualitate delicti,& cōditione personæ,& causa ꝑpter quā rumor,uel tumultus suscitaretꝰ ibidē. Et itelligatur rumorē, seu tumultū fecisse, uel suscitasse, quotiēscūq; ex dicto rumore, uel tumultu tres ictus cāpanæ turris palatiū pulsarētur, ꝑpter quos ictus pōtes portarū ciuitatis eleuarentur,seu eleuari deberēt, aut si quandocunq; ex tali rumore,uel tumultu ibidem fieret tracta,uel concursus uigintiquinque hominum,uel ab

inde supra. Si uero propter huiusmodi rumorem, uel tumultum tres tactus dictae Cāpanae non pulsarentur, aut concursus, seu tracta uiginti quinque hominum, uel ab inde supra non fieret. Tunc si quis intra dictos pontes portarum rumorem suscitaret cum armis, aut aliquam personam uulneraret propter quod sanguis exiret, puniatur ī pecunia, uel ī persona usq; ad amputationem unius membri, uel plurium, ad arbitrium Domini Potestatis, & put suae discretioni uidebitur. Si uero praedicta cōmiserit cum armis, sed sine sanguinis effusione, puniatur arbitrio Domini Lucēsis Potestatis in pecunia, uel in persona, usq; ad amputationem manus, ita q̄ a brachio separetur. Si uero cum aliis rebus, q̄ cum armis praedicta cōmiserit, ut puta cum baculo, lapide, uel alia re offendibili, si sanguis exiuerit, puniatur pecuniariter, uel etiam personaliter ad arbitrium Domini Lucen. Potestatis usq; ad amputationem manus, si sanguis exiuerit, sed si sanguis non exiuerit, puniatur arbitrio Domini Potestatis, usq; in lib. mille, uel ab inde infra, prout suae discretioni uidebitur. Si uero praedicta cōmiserit cū manu uacua, seu pugno, & sanguis exiuerit, puniatur arbitrio Domini Potestatis usq; in libras quingentas, uel ab inde infra descensiue, prout suae discretioni uidebitur. Vbi autem in proxime praecedenti casu sanguis non exiuerit, puniatur arbitrio Domini lucen. Potestatis usq; in lib. ducentas quinquaginta, uel ab inde infra, prout suae discretioni uidebitur. Declarando q̄ ubi supra concessa est facultas Domino Lucen. Potestati arbitrandi poenas pecuniarias, non possit arbitrando diminuere dictas poenas supra impositas, Nisi usq; ad tertiam partem poenarum supra declaratarum. Et intelligatur situs portarum, et pontium, ipsae portae, et totum illud, quod est inter primas portas, et ultimum pontem, Et similiter ītelligatur esse de situ portarum, usq; ad duodecim brachia citra portas uersus Ciuitatem, et tantūdem extra rastellum, quod est ultra ultimum pontem. Decernentes q̄ contra praedictos delinquentes Dominus Lucen. Potestas procedere possit de facto summarie, et de plano, sine strepitu, et figura Iudicii, et prout uoluerit sine solēnitate quacunq;, Dūmodo de delicto constet. Et praedicta locum habeant quando rumor, uel tumultus suscitaretur intra dictos situs portarum. Sed si ibidem alia delicta sine suscitatione rumoris, uel tumultus, dolose cōmitterentur ex quibus poena ueniret in corpus imponenda secundum formam statutorum, Tunc debeant statuta in suo casu seruari. Sed si ex aliis delictis, quae sine suscitatione rumoris, uel tumultus, ibi cōmitterentur, ueniret poena pecuniaria imponenda, si alibi delinqueretur, Tunc debeant tales poenę duplicari, uel etiam ad arbitrium Domini Lucen. Potestatis triplicari, prout suae discretioni uidebitur.

De Poenis Diminuendis ratione Confessionis. Cap. CCXXXXIII.

STatuimus, q̄ quęcunq; persona contra quam per uiam denunciationis, seu accusationis, uel inquisitionis, seu alio quouis modo procederetur,

occasio

occasione alicuius Maleficii, uel quasi,uerbo, uel facto cōmissi in sua prima examinatione sponte fuerit confessa se Maleficium, uel delictum cōmisisse in dicto casu, Si ex tali delicto,uel maleficio esset pœna pecuniaria imponē da,diminuatur,& sibi remittatur quarta pars pœnę pecuniariæ,quæ pro tali delicto,uel maleficio deberet imponi, & ĩ tantũ minus debeat condēnari. Verum si illud quod in in prima examinatione negauerit,uelit quādocũq; postea confiteri,ex tali confessione nullum prorsus beneficium pœnæ diminuendæ consequatur. Et prædicta seruentur etiā ubi de pluribus agatĩ Maleficiis,seu delictis,quorum aliquod cōfiteatur,& aliquod negetur, Nā respectu eius quod cōfiteretur,cōsequatur beneficium prædictum confessionis,nō autem respectu eius, quod negaretur. Porro si quis cōfiteretur delictum,sed negaret qualitatem,respectu cuius qualitatis pœna maior deberet imponi: Tunc si talis qualitas probaretur,beneficio non gaudeat confessionis respectu qualitatis negatæ. Verũ si quis confiteretur in processu narrata,sed allegaret fecisse ad sui defensionem.Hoc casu intelligatur delictum esse confessatum,& gaudeat beneficio confessionis.

De pœna propter Beneficium Pacis diminuenda. Cap.CCXLIIII.

LEuius redditur esse delictum,si persona offensa remittat iniuriā,Statuimus ergo,q̄ si de aliquo Maleficio,uel quasi,seu de quocũq; excessu uerbo,uel facto cōmisso,per aliquam personā,uel cōtra aliquā personā,uel alicui personæ, uel in bonis eius facta fuerit pax infra mensem a die cōmissi Maleficii,uel saltem a die cōdemnationis,uel Bāni a persona offensa,uel ab omnibus eius heredibus,si plures fuerint hæredes,sed si unus tantum fuerit hæres,ab illo solum,uel ab habentibus legitimũ mandatũ a persona offensa,uel eius hæredibus, & de dicta pace appareat publicũ instrumentum, q̄ pecuniaria pœna,quæ pro tali Maleficio imposita esset,uel imponi deberet,reduci debeat ad dimidiā propter pacem, & in dicta dimidia debeat cōdemnari,uel exigi,si fuerit condemnatus,uel bānitus,uisa scriptura publica de tali pace facta,seu reddita cuicunq; recipienti pro offendente,etiam si nullum haberet mandatũ. Et quilibet possit tam ante sententiā,q̄ post,instrumētum pacis producere, & nemo ualeat ab eius productione repelli, etiā si sua non intersit,& etiam si nullum habeat mādatum a persona offendente. Et inquātum processum esset ad condēnationē,uel bānum, quandocunq; infra mēsem a die condēnationis,uel bāni dati, uel facti appareret de dicta pace per publicum instrumētum ostensum notario custodi librorum cameræ Lucen. Ciuitatis,ipsa condēnatio reduci debeat ad dimidiā propter pacem. Et Notarius archiui,seu cameræ Lucen.possit, & debeat dictam condemnationē, & bānum reducere ad dimidiā propter pacem. Cæterũ pro pleniori declaratione prædictorum ad tollēda dubia, quæ olim insurgere cōsueuerunt. Declaramus, q̄ si ratione cōfessionis fiat detractio quartæ

partis,prout in superiori capitulo continetur,& postea ratione pacis fiat detractio dimidiæ,quæ restaret detracta quarta parte. Et etiam si fieret detractio dimidiæ propter pacem,fiat postea detractio quartæ partis ratione cõfessionis de summa,quæ restabit detracta dimidia.uerbi gratia si condemnato,uel bannito in centum propter cõfessionem detrahi debeãt uigintiquinque,& sic restant septuagintaquinq;,& si pax producatur detrahi debeat dimidia de septuagintaquinq;,quæ restant,ut sic cõdemnetur ĩ trigintaseptẽ cum dimidia. Et econtra,si propter pacem detrahantur,quinquaginta,postea ratione cõfessionis fiat detractio quartæ partis de reliquis quinquaginta ut sic detrahantur duodecim,cum dimidia,& condemnatio remaneat in triginta septem cum dimidia. Non enim intelligimus quod fiat detractio quartæ de toto idest de cẽtum,& postea fiat detractio de toto dimidiæ propter pacem,de toto idest,de centũm ut sic condemnaretur in uigintiquinq;, sed seruari Volumus ĩ modo detrahendi generaliter ĩ omnibus pœnis pecuniariis prout supra in dicto exemplo est declaratum. Verum siquis cõdemnatus,uel bannitus sperans pacem habere solueret infra decem dies a die condemnationis, seu banni, dimidiam condemnationis,seu banni, non possit de alia dimidia molestari infra mensem,a die latæ sententiæ,quia pendente beneficio concesso ad producendum pacem,non debet aliquid innouari, Sed si elapso dicto mense pax non fuerit producta,teneatur infra dies quinque ad soluendã reliquã dimidiam dictæ pœnæ,quam si non soluerit infra terminum prædictum,incidat in pœnam quarti pluris de illa uidelicet medietate quã ad soluendum distulisset. Declarantes nihilominus,ꝙ Dispositio præsentis statuti locum non habeat in condemnatis,seu bannitis per Magnificum Consilium Generale quibus sic cõndemnatis, seu bãnitis,nihil prosit pax ut supra producta,& facta intra mensem.

De modo Mulctarum. Cap.CCXLV.

VT nemo iurisdictionem cõtemnere audeat. Statuimus,ꝙ omnes,& singulæ cõmunitates Lucẽ.districtus,& omnes,& singulæ personæ de ciuitate lucen.et eius comitatu,fortia,et districtu tam ciues,ꝗ comitatiui,et forenses,Teneãtur parere,et obedire omnibus, et singulis Officialibus lucen. cõmunis,in his,et de his,quæ pertinerent ad officium,et iurisdictionem cuiuscunq; iudicis præcipientis,seu mandatum facientis. Et quælibet cõmunitas,et eius Consules,et Sindici,et unaquæq; singularis persona teneantur fideliter exequi,et executioni mãdare omnia,et singula eis præcepta,et mãdata per ipsos Officiales,et Iudices,uel ex eorum parte,et mandato,dũmodo talia præcepta sint licita,et honesta,et in scriptis appareant manu Notarii curiæ dicti officialis. Si quis autem non obtemperauerit,puniri possit in his pœnis,et mulctis uidelicet. Quia q̃libet cõmunitas non obediens pro præcepto non seruato, puniri possit totiens quotiens præceptum spreuerit

usque ii

usque in libras trigintaquinque,uel ab inde īfra ad arbitrium Officialis cū ius præceptum esset spretum,seu non seruatum. Quælibet uero singularis persona puniri possit pro qualibet uice pro præcepto non seruato in libris uigintiquinque,uel ab inde infra descensiue ad arbitrium Officialis,considerata qualitate facti, et conditione personę. Volumus tamen q̃ semel tantum,quis mulctari possit pro contumacia,uel inobedientia unius, eiusdẽq́ delicti,siue particularis persona sit,siue uniuersitas. Et prædicta uendicent sibi locum ubi alias per formam statuti certa Pœna limitata non foret. Et in prædictis mulctis indicēdis,possit sine aliquo processu de facto procedi, Dūmodo in actis constet de præcepto,et exprimatur causa propter quam mulcta facta,seu imposita fuerit.

De Vagabundis,et personis male conditionis expellendis. Cap.CCXLVI.

CVm Republicę intersit q̃ ciuitas lucen.et eius territorium malis purgetur hominibus,qui suam,et aliorum uitam maculant,et infamant. Ea propter Statuimus,q̃ aliqua persona male conditionis,et famæ,seu uagabunda non possit stare, uel habitare in Ciuitate lucen.uel eius territorio,et districtu.Et q̃ aliqua persona habens noticiam de prædictis,non possit alicui de prædictis locare,uel concedere ad pensionem, uel alio modo aliquā domum,uel habitationem,sub pœna librarum uigintiquinque,et nihilominus talis locatio non ualeat.Et quilibet officialis lucen.cōmunis habens in criminalibus iurisdictionē, prout ad suam iurisdictionem pertinebit,teneatur uinculo iuramenti inuestigare,et perquirere diligenter de prædictis malis personis malæ uitæ,cōditionis,et famæ,et uagabundis,et eas expellere, et expelli facere de ciuitate lucen.eiusq́ comitatu,et districtu.Et si post monitionem factam de recedendo fuerit inuenta Lucæ,uel in districtu fustigetur. Et ad querelam duorum,uel plurium uicinorum bonę cōditionis,et famæ debeat expellere de uicineis,et cōtratis,uel etiam de ciuitate, et districtu quaslibet personas,quas īuenerit saltim per publicam famam esse inhonestas,et infamatę uitæ,Et hæc nō extēdantur ad publicas meretrices,quę morari possint in loco cōsueto,et pro eis deputato,et nō alibi.Quæ tamen publicæ meretrices ire nō possint per ciuitatem lucen. nisi singulis diebus Sabbati,et die Veneris Sancti ad pęnam soldorū uiginti pro qualibet uice. Saluis tamen his quæ disposita sunt in statutis curiæ prouentuum,sub Rubrica De prouentu meretricum,cui statuto per prædicta non intendimus derogare.Et nulla meretrix possit de die ferre clamidem sub pœna librarū quinque pro qualibet uice.Et si Potestas in ciuitate lucen.et quilibet Vicarius in sua Vicaria nō processerint,puniatur quilibet eorum in libris.xxv Et nullus stufaiolus debeat,seu possit meretrices ī stufis receptare,nec ipsas

intrare permittere ullo modo, Nisi diebus sabbati, ut dictum est, sub poena librarum uiginti pro qualibet uice.

De arbitrio cōcesso officialib. cōtra forēses, & uagabūdos. Ca. CCXLVII

STatuimus, q de maleficiis, & excessibus per forenses nō habitantes in ciuitate Lucen. uel eius territorio, & per quoscūq; uagabūdos discolos, & homines malę cōditionis, & famę, cōmissis, & perpetratis, quilibet officialis, qui de tali crimine haberet iurisdictionē cognoscēdi, habeat plenū arbitriū ab omnibus, & singulis tam iuris cōmunis, q̄ statutorū ordinibus absolutū in puniendo, & procedēdo, & torquēdo, & cōdēnando, & poenas imponendo in pecunia, uel ī corpus, prout Iudicantis discretioni uidebitur, Cōsiderata qualitate delicti, & personę, & tēporis, Dūmodo minorem poenā imponere nō possit, q̄ in statutis cōtineatur. Et eo saluo q poena mortis, uel mēbri imponi nō possit, Nisi esset tale delictū de quo poena mortis, uel mēbri deberet imponi secundum formam statuti, & tunc talis poena imponi debeat per Dominum Lucen. Potestatem, & non per alium officialem.

De poenis, quæ imponi, & exigi possint sine aliquo processu, uel scriptura. Cap. CCXLVIII.

NE pro minimis poenis necesse sit iuris, & statut. solēnitatē circa modū procedendi seruari. Statuimus, q ubi per aliqd' Cap. statuti p aliquo delicto aliqua poena librarū decē, uel ab inde infra ueniret principaliter imponēda, possit, postq̄ de maleficio constiterit, talis poena librarū decē, uel ab inde infra imponi per D. lucen. Potestatē absq; aliquo processu, uel scriptura. Ita tamē q dictæ poenæ perueniāt ad manus Camerarii generalis, & ad eius introitū ponātur, ita q de solutione appareat. Cæteri autē officiales in Ciuitate Lucen. iurisdictionē in criminalibus habentes, Et quilibet Vicarius in sua Vicaria ubi per aliquod Cap. statuti pro aliquo delicto poena librarū quinque, uel ab inde īfra ueniret principaliter īponenda, possit postq̄ de maleficio cōstiterit, talē poenā imponere absq; aliquo pcessu, uel scriptura. Dūmodo deueniāt dictæ poenæ ad manus eius Camerarii, ad quē pertinet, & de solutione appareat, ita q fraus cōmitti nequeat ullo modo.

De Ciuium, & Foretanorū qualitate, & differentia. Cap. CCXLIX.

IN multis cap. ī hoc libro de maleficiis cohercēdis, & puniēdis edito, differētia fit īter Ciues lucen. & foretanos, Volētes itaq; dubia, q̄ īsurgere possent tollere, Declaramus, q ciuiū lucen. plura sunt genera secūdū antiquos mores Ciuitatis Lucen. Quidā. n. sunt ciues ex origine ppria, uel paterna, uel auita,

uel auita intelligendo de auo paterno, et hi in omnibus, et singulis articulis & capitulis statutorum intelligantur, & sint ueri Ciues Lucen. Ciuilitas autem pro Aui, & aliorum supra pro Auium ascendentium nō transeat in pronepotes, uel alios inferiores descendentes. Sunt & alii ciues ex priuilegio creati. Et hi si fuerint oriundi de districtu Lucensi, uel de terris iurisdictionis Domini Lucensis Episcopi, uel Lucen. Capituli, & ciuilitatem fuerint adepti ex priuilegio, uel secundum formam statuti disponentis ꝙ comitatiui Lucen. & districtuales habitantes Lucæ, & subeuntes onera, & exercentes artem septem annis intelligantur Lucen. Ciues, & in Ciuitate Lucensi cū eorum familiis post adeptam ciuilitatem residentiam faciant, & onera subeant more aliorum ciuium lucen. habeātur, & tractentur ut ciues originarii. Si uero dicti Ciues ex dispositione statuti prædicti positi ad capitula undecim libro tertio statutorum ciuilitatem adepti fuerit, & post adeptam ciuilitatem in uilla habitauerint, seruētur ea quæ in dicto statuto posito ī dicto libro tertio cōtinentur. Si uero Ciues ex priuilegio creati oriūdi de extra districtum. Et isti quidem Ciues intelligantur, & sint, & ciuilitatis priuilegiis fruantur q̄diu in Ciuitate lucen. residētiā fecerint onera subeundo more ciuium lucen. in Ciuitate habitantium, alioquin omne ciuilitatis priuilegium, & nomen perdant, dūmodo tales ciues ex priuilegio creati de extra lucen. territorium oriundi nō admittantur ad officia ciuitatis lucensis, & eius districtus. Est & aliud genus ciuium lucen. in rure habitantium, quos nostri antiqui, & maiores ciues siluestres nominare cōsueuerūt, & hi quidem si de extra lucense territorium fuerint oriundi intelligantur esse foretani, & oē ciuilitatis nomē pdāt, & ꝑ foretanis habeāt̄, & tractent̄. Si uero oriundi fuerint de comitatu, uel districtu lucen. pro ciuibus habeātur, et reputentur excepta materia maleficiorum in qua materia seruetur in eis id quod disponitur infra in ciuibus contratarum. Si uero fuerint oriūdi de ciuitate lucen. ipsi, uel patres, uel aui eorum, tunc ciues intelligantur, et non desinant esse ciues, licet in uillis habitauerint. Præterea est et aliud genus Ciuium uidelicet, qui nati fuerint ipsi, uel patres, uel aui eorum ī infrascriptis contratis, uel brachiis, et isti tales in pœnis imponendis habeantur, uel non habeantur ut Ciues, secundum hanc distinctionem, et declarationē, uidelicet. Quia si ipsi intra se, uel alter alterum ex eis offenderēt ītelligantur Ciues tam offendentes q̄ offensi. Si uero ipsi, idest homines infrascriptarum contratarum, et brachiorum offenderent Ciues lucenses, tunc ipsi homines infrascriptarum contratarum, et brachiorum non reputentur in pœnis imponendis Ciues. sed intelligantur comitatiui, seu foretani. Et si offenderētur a Ciuibus lucensi, habeantur pro comitatiuis, et foretanis. Si autē illi de infrascriptis locis brachiis, et contratis offenderēt foretanos, uel forenses, tunc ipsi homines infrascriptarum contratarum, et brachiorum habeantur, et reputentur ut ciues. Si autem offenderentur a foretano,

uel forensis intelligantur,& tractentur ut Cives. Sed in omnibus,& singulis alus casibus ĩtelligant̃ ciues pterq̃ ad officia, uel honores,ĩ quibus intelligant̃ ut foretani,seu cõitatiui q̃ qdẽ cõtratæ,& brachia sũt hęc uidelicet.
Contrata sancti Bartholomęi in Silice extra muros.
Contrata sancti Iacobi de tumb a extra dictos muros.
Contrata sancti Leonardi extra dictos muros.
Brachium quod dicitur de aqua calida.
Brachium quod dicitur de pulia.
Contrata sancti Philippi.
Contrata sanctæ Mariæ annunciatæ.
Contrata sancti Columbani.
Contrata sancti Concordii.
Brachium uiæ mezzanæ.
Contrata sancti Petri maioris extra portam.
Contrata sancti Donati extra portam.
Contrata sanctæ Annæ de plageis.
Brachium sancti Pontiani.

Et quotiens in aliquo capitulo statutorum, uel alibi fieret mẽtio de suburgis intelligantur de dictis brachiis,et contratis. Item declaramus quod illi qui sunt de cõtrata sancti Donati ab ecclesia sanctę Marię de cursu citra ĩtelligantur esse ciues lucẽses,et secundum præsens capitulum intelligãtur omnia,& singula statuta,& ordinamẽta,quę de ciuibus loquerentur,nisi foret aliter ĩ aliquibus casib.specialiter ꝓuisum. Cæterũ est & aliud genus ciuiũ, qui p Cõsiliũ generale Lucen.Ciuitatis creati sunt,uel in futurũ creabũtur,qui ciues sic ex priuilegio creati auctoritate p̃sentis statuti Teneãtur & obligati sint,intra terminũ sex mẽsium pxime decurrendorũ,a die eorum creationis iurare, & fidelitatis iuramẽtum sub infrascripta forma præstare in manibus Cancellarii Lucensis Cõmunis,& priuilegium suæ creationis infra dictum terminum in publicam formam extrahi fecisse, & pro eo dictæ Cancellariæ satisfecisse, Quod iuramentũ interponi,& extractio fieri possit tam per se,q̃ per procuratorem habentem mandatum ad iurandum,seu iuramentum præstandũ,extractio uero priuilegii,& satisfactio fieri possit per quẽcũq; nomine dicti creati Ciuis, Et quicũq; supplicaret pro obtinenda ciuilitate,seu priuilegium ciuilitatis lucensis Ciuitatis,soluere teneatur,& debeat ãteaq̃ eius supplicatio proponatur ducatos tres auri pro taxa,& ipsa taxa soluta,& non aliter proponi,& legi possit in consilio, & super ea consuli, & decerni,non obstante aliqua consuetudine in præteritum obseruata.Declarantes,q; omnes,& singuli Ciues lucenses,tam originarii, q̃ ex priuilegio creati,& singuli omnes alii, qui beneficiũ ciuilitatis quo uis modo adepti fuerint Teneantur omni anno semel de mense Ianuarii iuramentum fidelitatis præstare in manibus Cancellarii Lucen. cõmunis sub

forma

forma infrascripta, uidelicet iuro ego. N. per sancta Dei euangelia, q ero fi delis, legalis, et obediens Magnificis Dominis meis, Dominis Antianis, et Vexillifero iustitiæ Ciuitatis lucensis. Item Statum popularem, et libertatem dictę Ciuitatis Lucen. defendam, et conseruabo toto posse meo, et nõ patiar, nec consentiam, q ipse Status uel Libertas subiiciatur, uel minuatur, uel eis ĩ aliquo derogetur, Et si sciuero aliquem turbãtem pacem, quietem, et Libertatẽ dictæ Ciuitatis Lucẽ. et populi resistam, et totis uiribus me opponam: Et q̃ citius potero manifestabo præfato Vexillifero iustitię Ciuitatis Lucẽsis, omnia, et singula Statuta respicientia, conseruationem, et defensionẽ pacis popularis Status, et libertatis, diligẽter obseruabo, Sic me Deus adiuuet, ad hæc sancta Dei euangelia, De quo quidem iuramento fiat scriptura in libro propterea ordinato, per unum ex Cãcellariis lucensis cõmunis: Si quis uero dictum iuramentum per totum mensem Ianuarii non prẹstiterit, puniatur per Exactorem sine aliquo processu, uel scriptura in solidis decem: Item interim finito mense Ianuarii donec dictum iuramentum præstiterit non audiatur ad ius in aliqua curia lucensis ciuitatis, uel districtus lucensis, nec finito mense admittatur ad iurandum, Nisi primo soluerit in curia axactoris bononenos duodecim ad utilitatem lucensis communis, et possit iuramentum suprascriptũ interponi per procuratorem habentem speciale mandatum ad iurandum.

De Executione sententiarum corporalium in criminalibus latarum. Cap. CCL.

VNusquisq; Officialis, et Iudex cui competit sanguinis, et meri imperii iurisdictio, qui aliquam sententiam ratione alicuius maleficii promulgauerit, cuius executio fieri debeat ad mortem, uel in corpus personę condẽnarę teneatur per se, uel per suam familiam dictã sententiam statim sine aliquo temporis interuallo cum effectu executioni mandare, Non obstantib. quibuscunq; appellationibus, recursibus, seu querelis. Disponentes, q ab aliqua sentẽtia, quæ in corpus proferatur nequeat appellari, supplicari, uel querela moueri, uel ad aliquem Iudicem recursus haberi. Et omnis appellatio, supplicatio, et querela, quæ propterea moueretur sit ipso iure nulla, et nullius roboris, uel effectus. Salua tamen pœna, quæ male iudicantibus imponenda ueniret.

De Executione sententiarum, seu condemnationum pecuniariarum. Cap. CCLI.

STatuimus, q Exactor Lucensis Ciuitatis Teneatur, et debeat facere Executionem omnium, et singularum sentẽtiarum, et condẽnationum

pecuniariarũ,quę pro aliquo maleficio proferẽtur per Dominum Lucen. Potestatem,uel Dominum Maiorem Sindicũ,seu per Barigellum, siue Capitaneum comitatus,& seu per quẽcunq; alium Officialem Lucensis communis. Vicariis dũtaxat exceptis,& hoc postq̃ dictæ sententiæ trãsiuerint i rem iudicatam. Et ab ipso exactore exequente nequeat appellari,supplicari,uel querela moueri,uel ad aliquem iudicem recursus haberi. Et coram ipso exactore non possit de nullitate opponi,sed coram Iudicibus,qui alias de iure,uel per formam statuti possunt de nullitate cognoscere. Qui exactor exigat omnes quantitates,quæ in sententiis continerentur eas,quæ deuenire faciat ad manus Camerarii Generalis. Ac etiam Volumus,q̃ omnia,& singula bona,quæ per sententiam latam ratione alicuius criminis cõfiscata,seu applicata forent Cameræ Lucen.cõmunis,Et exactor huiusmodi deuenire faciat ad Cameram prædictam,& debeat bona prędicta apprehendere ad utilitatem Cameræ, prout pertinet ad eius Officiũ. Et dictæ executiones,& exactiones fiant,& fieri possint de facto captis pignoribus,& mulcta idicta,& per detentionem personarum obligatarum,& per alia quęcunq; iuris remedia,ita q̃ pœnitus exigantur.

De executione Sententiarum latarum in Criminalibus per Vicarios. Cap.CCLII.

STatuimus,q̃ quilibet Vicarius in sua Vicaria,& quilibet Potestas in sua Potestaria Teneatur in executione sententiarum,condemnationũ,& bãnorum criminalium seruare formam statuti positi in primo libro,sub Rubrica De officio Vicariorum, & Potestarum circa exactionem sententiarum, & condemnationum criminalium. Et similiter Notarii Teneantur prædictum statutum Vicario intimare secũdum formam in eodem statuto traditam,& sub pœna ibidem declarata.

De casibus in quibus Dominus Lucen.Potestas possit se intromittere de Maleficiis cõmissis in Vicariis Lucensis districtus. Cap.CCLIII.

STatuimus,q̃ Dominus Lucen.Potestas possit,& debeat procedere,cognoscere, & terminare de omnibus, & singulis delictis, & maleficiis in quacũq; Vicaria,uel Potestaria lucen.districtus cõmissis,et perpetratis,pro quibus secundum formam statutorum principaliter,uel secundario in defectum pœnæ pecuniariæ esset imponenda pœna in corpus,de quibus aliquis Vicarius se intromittere non possit,sed studeat pro uiribus sui officii delinquentes capere, et ad Dominum Potestatem transmittere secundum formã statuti positi sub Rubrica De malefactoribus persequendis,& capiẽ

dis,et

dis, et puniendis. Permittimus tamen unicuiq; Vicario,non obstantibus supralcriptis,ꝙ possit se intromittere,et procedere de maleficiis in sua Vicaria cõmissis,de quibus pœna fustigationis ueniret imponenda,quo casu Dominus Lucen.Potestas se intromittere non possit,Nisi in casu negligentiæ Vicarii neglgentis procedere per unum mensem a die scientiæ Domini Potestatis proxime computandum. In omnibus autem casibus in quibus pœna pecuniaria pro aliquo maleficio ueniret secundum formam statuti imponenda iurisdictio pertineat ad quemlibet Vicarium in sua uicaria, Et Dominus lucen.Potestas non possit se intromittere,Nisi aliquis uicarius esset negligens in procedendo per unum mensem a die qua Dominus Potestas sciuerit delictum esse cõmissum. Quo casu Dominus Potestas procedere possit,ne per uicarii negligẽtiam delictum remaneat impunitum.Et non possit uicarius prætendere ignorãtiam de delictis cõmissis in sua uicaria,quæ deuenerint ad notitiam Domini Potestatis, quia nõ est uerisimile Vicarium ignorasse delictum tem pore quo peruenerit ad notitiam Domini Potestatis, Et hæc regulariter Volumus obseruari. Sed si per formam alicuius Cap.statutorum esset ĩ aliquo speciali casu prouisum Tunc Volumus obseruari quod specialiter statutum esset. Ac etiam Declaramus,ꝙ licet in præsenti libro maleficiorum sit attributa Potestas Domino lucen.Potestati in maleficiis. Et sic nonnullis aliis Officialibus nihilominus non intelligatur derogatum,uel in aliquo diminutum auctoritati,uel baliæ cõcessæ,et attributę per Cõsilium Generale sex Ciuibus super custodia Ciuitatis deputatis, seu in futurum deputandis. Sed talis Potestas remaneat firma,et illęsa.

Statutorum Lucensium Liber Quartus explicit.

Index Capitum Quinti Libri Statutorum
Lucensis Ciuitatis.

LVCENSIS CIVITATIS STATVTORVM LIBER QVINTVS.

Qui continet Duas partes principales.

IN prima parte cõtinenẽ oĩa,& singula Statuta,& Ordinamẽta de appellationib.& nullitatib.& de causis appellationũ, & nullitatũ Disponẽtia. In secũda uero parte cõtinentur oĩa,& singula statuta disponentia de Officio D.Sindici,& de modo,& forma sindicãdi Officiales. Et quia utrũq; uidelicet appellationũ, & sindicatus per unum legum doctorem exercetur, Ideo sub uno libro compræhenduntur statuta respicientia tam appellationes quam etiam Officium sindicandi.

De Iuramento Domini Iudicis Appellationum,& Maioris Sindici Lucensis Ciuitatis. Cap.I.



Tatuimus, ꝙ Iudex appellationũ, & q̃relarũ, & maior sindicus lucen.Ciuitatis anteq̃ incipiat officiũ exercere, teneatur prima die sui officii p̄stare iuramentũ ĩ p̄sentia Magnificorũ D.Antianorũ & Vexilliferi iustitiæ populi,& cõis lucen.in forma ordinata in tertio lib.statut.sub rub. De modo,& forma acceptãdi electiones, & Officia, cuius Cap.forma debeat obseruari,et post dictũ iuramentũ incipiat officiũ exercere,oĩbus personis ius suũ reddẽdo,secundũ formã statut.suæ curię, q̃ uinculo iuramẽti seruare teneat̃,& p̄ iure reddẽdo cuicũq; petẽti debeat singulis diebus iuridicis sedere ad Banchũ iuris suæ curiæ hostiis apertis semel ĩ die in Vesperis hora cõsueta,sub pęna de qua supra,lib.primo, sub Rub. De intelligendo quãlibet personam cum diligentia, Et omnes dies intelligantur iuridici,exceptis diebus feriatis, qui declarati sunt eodem libro primo,sub Rub.de feriis,et quid in eis agi possit.

De Tempore infra quod debeat Appellari,uel de Nullitate dici. Cap.II.

IN casibus ĩ quibus permittitur appellari,uel de nullitate dici, Volumus, ꝙ appellari,& de nullitate dici possit,& debeat, ĩfra decẽ dies cõtinuos a die sentẽtiæ latæ,uel grauaminis illati p̄xime numerãdos. Et dies latæ sentẽtiæ,seu illati grauaminis,nõ debeat in dicto decẽ dierũ numero cõputari. Et elapsis dictis decẽ diebus,si nõ fuerit appellatũ,uel de nullitate dictũ,intelligat̃ renũciatũ iuri,& facultati appellãdi,& de nullitate dicẽdi.Adeo ꝙ postea appellari,uel de nullitate dici,uel excipi nõ possit,& de nullitate sentẽtię cõstaret ex actis,ita ꝙ nec alterior indago,nec noua p̄batio sup ipsa nullitate requireretur,quo casu excipi possit. In aliis uero casibus lapsis dictis decem diebus sententia firma remaneat,& in rem iudicatam transisse intelligatur, & possit executioni mandari. Et possit in casibus in quibus permittitur appellari,& de nullitate dici,appellatio, & nullitatis dictio interpo-

ni,quolibet loco,& tempore,etiam si feriæ essent ĩ honorem Dei, dũmodo seruentur ea,quæ sunt in proximo sequenti Cap.ordinata. Et dictis decem diebus pendentibus,sententia,uel grauamen non possint executioni mada/ri,Nisi talis sit sentẽtia,uel grauamen,a qua,uel a quo sit ꝓhibitũ appellari.

De forma interponendæ appellationis,& querelæ nullitatis. Cap.III.

STatuimus,ꝙ semper ĩ casibus in quibus permittitur appellari debeat ap pellatio interponi infra tempus in præcedenti Cap.ordinatũ in scriptis. Et siue fuerit appellatũ apud acta uiua uoce,siue non.Nihilominus tamen in scriptis debeat appellatio interponi in forma ĩfra declarata. Et in omni/bus appellationibus persona,quæ appellauerit,teneatur ipsam appellationẽ interponere in scriptis coram Iudice ad quem appellatur,in qua nomen,& pronomen,uel nomen cum agnomine,uel cognomine ipsius appellãtis ex primatur. Et ubi appellaretur nomine alieno,debeat exprimi,tam nomen appellantis,q̃ nomen eius,cuius nomine appellatio interponeretur. Et simi liter declaretur ꝑsona,uel uniuersitas appellata,si alicuius persone,uel uni/uersitatis preiudicium ipsa appellatio respiciat. Et similiter declaretur no/men Iudicis a quo appellatur,Sufficiat tamen nomen Iudicis declarari sub appellatiuo nomine sui officii,nec sit necesse nomen proprium Iudicis inse/ri,nec etiam nomẽ propriũ Iudicis ad quem appellatur sit necesse describi, Dũtamẽ sub nomine sui officii describatur. Volumus etiam,ꝙ in ipsa ap pellatione declaretur a qua sententia,uel a quo grauamine prouocetur. Cau sa uero grauaminis non aliter inseri necesse sit,nisi,prout,& quatenus iuris cõmunis,uel statuti dispositio exigit,& requirit,& apostolorum petitio,uel expectatio necessario non existat. Et propter omissam petitionem apostolo rum appellatio nullatenus uitietur. Verum si Iudicis ad quem appellatur copia cõmode non possit haberi,de quo stetur iuramento appellantis,tunc permittimus,ꝙ appellatio ualeat interponi coram notariis curiæ ipsius Iu/dicis ad quem appellatur, uel coram Iudice a quo appellatur, uel saltem coram autenticis personis officium,& iurisdictionẽ,a regimine cõis lucen. habentibus. Et talis appellatio ualeat, Dũmodo infra triduum intimetur Iudici ad quẽ appellatur, si ipsius Iudicis copia cõmode possit haberi. Et appellatio supradicta debeat per notarium publicum in libro actorum de/scribi,ita ꝙ eis quorum interest,ualeat copia exhiberi. Et teneatur appellãs iurare corporaliter,ꝙ non animo calumniæ,uel executionẽ sententiæ pro/telandi appellationem interponit, Et ꝙ appellatio sibi iusta uidetur, & Nisi sic iurauerit,non ualeat ipso iure,& quæ dicta sunt supra de forma interpo nendæ appellationis,uendicent sibi locũ in querela nullitatis proponẽda.

De Iudicibus ad quos appellari debeat,& quotiens appellari possit. Cap.IIII.

Statuimus,

STatuimus, ꝙ in casibus in quibus appellari,seu de nullitate dici contingeret,a sententiis,seu grauaminibus datis,seu illatis a quibuscunq; Iudicibus, seu uicariis uicariarum, siue a quibuscunq; aliis Officialibus in ciuitate lucen.et eius districtu iurisdictionem exercentibus,debeat appellari ad Iudicem appellationum lucen.ciuitatis,et coram eo de nullitate dici, et nõ ad alium,uel coram alio,Nisi ut infra permittitur,et declaratur. A sententiis autem per ipsum Iudicem appellationũ latis ĩ et super causis ad ipsum per appellationem,seu per uiam querelæ, uel nullitatis deuolutis appellari debeat,et seu de nullitate dici in casibus permissis ad dominum lucen.Potestatem,uel eius Vicarium,et assessorem. Saluo ꝙ ubi ad Iudicem appellationum fuisset prouocatum, uel coram eo de nullitate dictum a sententiis latis per D.lucen.Potestatem,uel per eius iudicem,et assessorem,seu per iudicem ad officium maleficiorum deputatũ,quo casu non possit,nec debeat appellari ad D.lucen.Potestatem, seu coram eo de nullitate dici, sed dicto casu appellari possit ad Magnificos D.Antianos lucen.cõmunis, et coram eos de nullitate dici. Cæterũ Ordinamus,ꝙ a D.Maiore Sindico, et a sententiis,et grauaminibus per ipsum uigore Officii sindicatus prolatis,possit et debeat appellari ad D.lucen.Potestatem,seu ad eius Iudicem, et assessorem,et coram eis de nullitate dici,Nisi sententia,seu grauamen esset lata,uel illatum contra aliquem,qui fuisset de familia Domini Potestatis,quo casu ab ipso Domino Maiore Sĩdico,ad præfatos D.Magnificos Antianos appelletur,et coram dictis Dominis Antianis de nullitate dicatur, Et pro faciliori expeditione causarum Statuimus,ꝙ nemini liceat in una eadẽq; causa secundo prouocare,uel de nullitate dicere. Et hoc apertius Declarantes Decernimus,ꝙ si per Iudicẽ primæ appellationis,seu nullitatis fuerit prima sententia confirmata, Tunc a cõfirmatoria,uel cõfirmata non possit ulterius appellari,supplicari,uel de nullitate dici,uel excipi,uel ad aliquem iudicem contra eas recursus haberi. Verum si prima sententia fuerit per Iudicem primæ appellationis,seu nullitatis pro parte confirmata,et pro parte infirmata, uel in totum infirmata, uel pro parte, uel in totum annullata, tunc pro parte cõfirmata appellari non possit,uel querela nullitatis moueri,uel de nullitate dici,uel excipi,Sed pro parte,uel tota ĩfirmata,uel annullata possit appellari,et de nullitate dici,Dũmodo talis appellatio,seu querela nullitatis ab infirmatoria,uel annullatoria totius,uel partis sit infra summam,infra quam permittitur appellari,seu de nullitate dici. Et si fuerit talis infirmatoria,uel annullatoria sententia confirmata,uel infirmata,uel annullata,tunc ulterius nõ possit appellari,supplicari,uel de nullitate dici,uel excipi,uel ad aliquem iudicem contra eas recursus haberi, Interdicẽtes potentiam secundã appellationem interponendi,et de nullitate dicẽdi,in una eademq; causa ab eadem parte. Et quia supra permisimus a sententiis infirmatoriis,uel annullatoriis latis per Dominũ Iudicem appellationum,seu nullitatũ super causis ad eum per appellationem, seu per querelã nullitatis

deuolutis,a sententiis latis per dominum lucensem Potestatem,uel eius iudicem appellari ad Magnificos Dominos Antianos,& coram eis de nullitate dici si contingat,ꝙ iudex ab ipsis Dominis Antianis delegatus confirmauerit,uel infirmauerit,uel annullauerit sententiam primam,nō possit ulterius appellari,supplicari ,seu de nullitate dici,uel excipi. Et prædictis Adiicimus,ꝙ si per Dominum Lucēsem Potestatē, uel eius Iudicem,qui de causa per appellationem,uel nullitatem ad eum deuoluta cognouisset,sententia Iudicis appellationum primę sententiæ infirmatoria,uel ānullatoria cōfirmaretur,uel infirmaretur,tunc non possit ulterius appellari, uel supplicari,uel,de nullitate dici,uel excipi. Sed si Dominus Potestas, uel eius Iudex sententiam datam a maiori Sindico infirmauerit,uel annullauerit,tunc possit appellari ad prefatos Dominos Antianos,& coram eis de nullitate dici, & dicto casu si contingeret dictam infirmatoriam,uel annullatoriā per delegatum præfatorum dominourm Antianorum confirmari,uel annullari,non possit ulterius appellari,supplicari,uel de nullitate dici,uel excipi. Et in dictis casibus ī quibus ad Magnificos dominos Antianos appellari,& de nullitate dici permisimus,debeat causa delegari in aliquem iurisperitum,q non sit partium aduocatus,et qui de causa non cognouerit. Et donec præfati domini Antiani delegauerint, non currant appellandi, uel de nullitate dicendi tēpora ꝓsequēdæ appellatiōis,uel nullitatis.Cæterū quia parua nō extat dubietas cū per Iudicem appellationis pronunciatur non esse deferēdum appellationi,seu non esse admittendam appellationem,a qua pronunciatur ad Magnificos Dños Antianos appellatur, quid ipsi Magnifici Domini pronunciare debeant cum diuersimode leges super hoc loquātur,& uariæ prudentium uirorum opiniones,& sententiæ sint,Idcirco ad huiusmodi tollendam dubietatem Statutum sit, & esse intelligatur, ꝙ ubicunq; aliqua appellatio, nullitatis dictio,aut querela īterponitur coram ipsis Magnificis Dominis Antianis a ꝓnuncia lata per Dominū Iudicem appellationum Ciuitatis lucensis de non deferendo appellationi,uel de non admittēdo appellationem,uel per similia uerba magnifici Domini Antiani eo casu teneantur,& debeant sub pœna periurii hunc articulum,& totā causam delegare alicui doctori,aut iurisperito de collegio Iudicum lucensis Ciuitatis secundum formam supra traditam infra dies octo a die interpositæ appellationis coram eis. Et insuper Statuimus,ꝙ ad alium quencunq; iudicē Nisi ut supra dictum est,nemo ualeat appellare,supplicare,uel querelā nullitatis mouere tam in ciuilibus, q̄ in criminalibus. Et quicquid aliter fieret non ualeat ipso iure. Possit tamē coram Iudice quo executio peteretur de nullitate excipi solum in casibus a statuto permissis,quo casu si excipiēdo fuisset de nullitate cognitum,& super ea pronunciatum, nō possit postea ulterius coram eo,uel coram alio de ipsa nullitate agi,uel excipi.

De Appellationib.et querelis nullitatū admittēdis,uel refutādis. Cap.V.

Statuimus

STatuimus,q̃ a sentẽtiis corporalibus latis ĩ criminalibus nõ possit appellari,supplicari,uel de nullitate dici,sed debeãt executiõi mãdari,put Dispositimus ĩ Cap.libri Quarti maleficiorũ,sub Rub.De executiõe sententiarũ corporaliũ,qđ Cap.Cõfirmamus.Itẽ a bãnis,uel bannorũ sentẽtiis cõtra cõtumaces in criminalibus latis,nõ possit appellari,uel de nullitate dici,put cõtinetur in Statuto sub Rub.De sententiis in criminalibus latis nõ retractandis,prætextu alicuius solẽnitatis omissę,posito ĩ lib.Quarto maleficiorũ.Sed a sentẽtiis pecuniariis,quarũ grauamẽ excederet summã lib.xxv.bonę monetæ latis in causis criminalib.possit appellari,& de nullitate dici.Dũtamen ꝑtextu alicuius solẽnitatis ommissæ tam ĩ ꝓcedẽdo,q̃ in sententiãdo,sentẽtiæ in criminalibus latę nõ possint retractari,uel nullæ,uel iniustæ dici,nisi in casu,quo nõ fuisset datus terminus ad faciendum defensiões secundũ formã statuti.Et si nõ excedat dictã summam, nõ possit appellari,supplicari,uel de nullitate dici,uel contra eas ad aliquẽ Iudicem recursus haberi.Item si in criminalib.causis in aliquo casu speciali prohibita esset appellatio,uel nullitatis dictio,Volumus q̃ talis statuti dispositio debeat in suo casu firmiter obseruari. Ab interlocutoriis autẽ latis in causis criminalibus appellari,uel de nullitate dici ꝓhibemus,Nisi ĩ casu,in quo pronũciaretur aliquẽ torquẽdũ esse ĩ causa criminali,ĩ qua pœna pecuniaria imponẽda ueniret,Et hoc uendicet sibi locũ,si a diffinitiua ĩ dicta causa ꝑferenda appellari,seu de nullitate dici cõcederetur. In ciuilib. autẽ causis,permittimus a diffinitiua sentẽtia,quæ excederet quãtitatẽ florenorũ.xxv.appellari,seu de nullitate dici. Et idem seruetur si diffinitiua sentẽtia lata foret super facto,uel interesse,cuius æstimatio excederet dictã summã florenorũ.xxv.quo casu a tali sentẽtia appellari,& de nullitate dici possit.Si uero diffinitiua nõ excederet quãtitatem,seu æstimationẽ florenorũ.xxv.tunc ab ea nõ possit appellari,supplicari,uel de nullitate dici,uel cõtra eam ad aliquem Iudicem recursus haberi. Ab Interlocutoriis uero ante diffinitiuam sentẽtiã latis in causis ciuilibus nõ possit appellari,seu de nullitate dici,præcludentes ante diffinitiuã sententiã potentiã appellãdi,& de nullitate dicendi,ubi diffinitiua sententia speraretur.Sed grauamina dictarũ interlocutoriarũ,tam nullitatis,q̃ iniustitię Volumus posse reparari in appellatione a diffinitiua,si in dicta causa cõcederetur appellari,Sed si talis esset interlocutoria,quæ post se aliã diffinitiuã sententiã nõ expectaret, tũc a tali interlocutoria possit appellari,si grauamen,quod ex dicta interlocutoria ĩfertur esset tale,quod excedat summã florenorũ.xxv.alioquin si dictã summã nõ excederet,appellari nõ possit. De Nullitate autem dictarum Interlocutoriarũ corã Iudice appellationis nullatenus dici possit: Permittimus tamen coram eodẽ Iudice,qui Interlocutoriã protulisset in quacunq; causa,uel coram eius ĩ officio successore,posse de nullitate,& iniustitia interlocutorię dici,& excipi,& ꝑ cõtrario imperio reuocari infra tres dies utiles,a die latæ interlocutoriæ numerandos, Dũmodo petatur

parte p̄ſente,uel abſente,legitime tamen citata. Et quæſtio, & cauſa nullita tis,& reuocationis terminetur per eundē Iudicem,qui eā tulit,uel eius ſuc ceſſorē,infra duos dies utiles,a die petitionis numerādos ex eiſdem actis, ita ꝙ ꝓbatiōes nouæ fieri nō poſſint,& nihilominus interim ī cauſa prin cipali procedatur. Et ſi per dictū Iudicē fuerit cōfirmata,uel reuocata, ſeu aliqua,uel nulla pronunciata,tunc dicta Interlocutoria cōfirmata,uel ea,q̄ dictā interlocutoriā confirmauit,uel reuocauit,ſeu aliquā,uel nullā dixit, ſeu declarauit,non poſſit ulterius corā eo annullari,uel reuocari,uel eas po ti corā eodē contrario imperio reuocari,uel annullari. Nec de eis poſſit co rā Iudice Appellationū de nullitate,ſeu iniuſtitia dici,uel proponi. Volu mus tamen,ꝙ dictæ pronunciatiōes in caſibus in quibus diffinitiua ſentē tia reſtaret ferēda,nō præiudicent,uel proſint in ferendo diffinitiuā ſenten tiam,niſi ꝑut de iure cōi,& aliorum ſtatutorum diſpoſitione cōceditur. Et Declaramus,ꝙ ab Interlocutoria ſuper cōpetētia,uel incōpetentia Iudicis lata,appellari non poſſit,ſed ſeruetur qđ diſpoſitū eſt ī libro. Primo ſub Rub. De Exceptiōe Iudicis incōpetētis, Et inſuper Diſponimus,ꝙ ab exe cutione laudi,ſeu ſentētiæ Iudicialis,uel Arbitratorū,uel Arbitrorū nul lo modo ualeat appellari,ſi talis ſententia Iudicis,uel laudum arbitratorū in rem tranſiuerit iudicatā. Ac etiam appellari nō poſſit a ſentētia,qua ꝓ nunciaretur aliquā ſentētiā iudicialē,uel arbitralē,uel arbitramētalem exe quendā,uel nō exequendā eſſe,nec de eius nullitate dici poſſit. Item a gra uaminibus ꝑ Cōſules,Syndicos,ſeu Officiales alicuius Cōitatis illatis oc caſione æſtimi,uel onerum,quæ a Lucen. Ciuitate,uel pro Lucen. Ciuitate īponerētur appellari nō poſſit,ſed ī hoc caſu ſi quis occaſiōe æſtimi,uel ꝓ onerib. īdebite grauaret̄,poſſit habere recurſum ad. D. Maiorē Syndicum ſecūdū diſpoſitionē Statutorū curiæ. D. Syndici. Itē Ordinamus,ꝙ a ſentē tiis,arbitriis,ſeu arbitramētis latis inter cōſortes,& coniunctos,ac etiā īter quoſcūq; per arbitros,ſeu arbitratores ex diſpoſitiōe ſtatutorū,uel aliter electos,non poſſit appellari. Sed poſſit reductio peti ī caſibus a Statuto de materia loquente permiſſis. Item a ſententia lata ſuper reductione ad ar bitrium boni uiri confirmatoria ſentētiæ arbitralis,uel arbitramentalis,nō poſſit appellari,uel de nullitate dici, Sed ſi fuerit īfirmatoria,ſeruet̄ prout Diſponitur ī Statuto poſito ſub Rub. De petendo ſententiam arbitralem redigi ad arbitrium boni uiri. Et generaliter Statuimus,ꝙ appellari non poſſit ubi de iure, uel ex diſpoſitione alicuius Statuti appellatio ꝓhibetur. Et ubicunq; appellatio prohibetur,non ſolum friuola,uel calumnioſa pro hibita intelligatur,ſed omnis prorſus Appellatio ſit prohibita,uel remota: Et ſemper in omni caſu ī quo prohibetur appellari,intelligatur,& ſit etiā prohibitum ſupplicari. Saluo tamen iure nullitatis, Niſi in caſu ī quo repo neretur prohibitum de nullitate dici. Et prædictis Adiicimus,ꝙ appellatio inualida,ſeu prohibita cauſam nullitatis ad ſuperiorem nō deuoluat. Et Iudex appellationis nullam appellationem admittere poſſit in caſibus in

quibus prohibita esset appellatio, nec audire debeat de nullitate dicentem in casibus in quibus prohibitum esset de nullitate dici.

De Prohibitis appellationibus ad alios Iudices, q̃ sit permissum per Statuta Lucen. Ciuitatis. Cap. VI.

STatuimus, q̄ sublata, & abolita sit, & esse intelligatur omnis consuetudo appellandi, uel de nullitate dicendi, supplicandi, uel reductionem petendi ad arbitriũ boni uiri, a sententiis latis per Iudices laicos ciuitatis Lucen. et eius districtus, uel Arbitros laicos aliter, uel ad alios, q̃ sit puisum p formã statutorũ lucen. ciuitatis, Et nemo audeat, uel p̃sumat p se, uel aliũ, seu alios appellare, q̃relare, de nullitate dicere, recursum habere, uel p̃ces offerre ad aliũ Iudicẽ, reductionẽ ad arbitriũ boni uiri petere, & q̃lib̃et, qui cõtrafecerit incidat in pœnã dupli summæ cõtentæ in sentẽtiis, seu laudis, a quib. appellauerit, uel reclamauerit, supplicauerit, de nullitate dixerit, uel reductionem ad arbitrium boni uiri petierit ad alios q̃ sit prouisum per statuta Lucen. Ciuitatis, cuius pœnæ dimidia applicetur parti, contra quam appellaretur, & alia dimidia sit cameræ dicti lucensis communis, & quilibet contrafaciẽs sit, & esse itelligatur icursus ĩ dictas poenas ipso facto, & ipso iure, absque aliqua alia declaratione, & quilibet Officialis sine aliquo processu teneatur exigere dictas poenas, & talis exigens lucretur tertiam partem dictæ poenæ exactæ tam ratæ Lucensis Cameræ, q̃ ratæ applicandæ parti, Et similiter nemo audeat, qui subditus sit lucen. cõmunnis trahere, & conuenire coram alus Iudicibus, quam permissum sit per statuta lucensis communis, etiã sub prætextu perhorescẽtiæ aduersarii, uel quod non speret coram dictis iudicibus consequi iustitiæ complementum sub poena, & ad pœnam ut supra, & applicandam ut dictum est, et hoc in causis prophanis sublata omni consuetudine in contrarium disponente, & in quolibet casu contrauentionis, quilibet contraueniens tã suo proprio nomine, quam nomine tutorio, & procuratorio possit impune offendi, tam in bonis, quam in persona, & etiam occidi, & ulterius ullo unquam tempore non possit habere officium, aut beneficium a lucensi communi, Donec dictas poenas persoluerit, nec ad ius agendo audiri possit, Declarantes etiam quod qui suprascripta, uel aliquod suprascriptorũ prohibitorũ attentaret quoquo modo ipso facto, & ipso iure, et sine aliqua alia declaratione cecidisse intelligatur ab omni suo iure, et applicatum sit, et esse intelligatur parti aduersæ, in quas quidem poenas, et censuras etiam deinceps incidant, et incidisse intelligantur qui se recognouerunt, uel aliquam scripturam fecerint, uel dictauerint contra dispositionem præsentis Statuti, hoc ulterius expresse declarato, præsentis statuti dispositionem non militare, neq; locum habere in rebus spectantibus, & pertinẽtibus ad Consules curiæ Mercatorũ ciuitatis Lucen. uel ad ipsum cõmune Lucen. & eorum Magistratus, & Officiales, Iudex autem ad

declarandum huiusmodi contrauenientes,& illos qui dictæ legi contraue nerint in futurum intelligatur,& sit electus Dominus Lucen. Prætor: Qui teneatur,& debeat huiusmodi cõtrauenientes declarasse infra decem dies proximos a die,quo habuerit notitiã contrauentionis huiusmodi,sub pœna ducatorum quinquaginta applicãdorum ipsi Lucen. cõmuni pro quali bet uice,in quibus sindicari debeat.

De Temporibus prosequendę appellationis,& querelæ nullitatis,in causis ciuilibus. Cap. VII.

QVilibet qui appellauerit,uel querelã nullitatis interposuerit, ab aliqua sententia diffinitiua ĩ causis ciuilibus lata,teneatur,& debeat ipsam appellationem,seu querelam nullitatis prosequi ĩfra dies triginta utiles,post diem appellationis , seu querelæ interpositæ proxime numerandos , infra quos Iudex appellationis teneatur,& debeat Causam dictæ Appellationis, & querelæ nullitatis per sententiam terminare,alioquin appellatio deserta intelligatur,& instãtia querelæ,& nullitatis finita sit. Et sentẽtia a qua fuerit appellatũ,uel de nullitate dictũ,firma,& rata remaneat. Cõcedimus tamẽ Iudici appellationis liberã potestatẽ dicta tẽpora prorogandi usq; in quindecim dies utiles in una uice,uel in pluribus ad eius arbitriũ, quã prorogationem facere possit partibus p̃sentibus,uel saltim citatis. Et p̃dicta uendicent sibi locum in causa primæ appellationis . Verũ si in causa primæ appellationis ĩfirmaretur,uel nulla declararetur sentẽtia diffinitiua,a qua fuisset appellatũ,uel querelatũ,tunc si appellari,uel de nullitate dici contingat, debeat causa ipsius appellationis,uel nullitatis cognosci,& terminari infra uiginti dies,a die motæ,uel ĩterpositæ appellationis,seu nullitatis,& seu delegationis postea subsecute in casu,in quo delegationi locus esset. Possit tamen Iudex apellationis,& nullitatis dicta tẽpora prorogare,usq; dũtaxat ĩ decem dies utiles in una uice,uel in pluribus partibus præsentibus,uel citatis. Et nisi infra dictũ tẽpus dicta appellatio, uel q̃rela nullitatis fuerit,terminata,ĩtelligat̃ appellatio deserta,& instãtia q̃relæ nullitatis finita. Et prædicta tẽpora ordinata intelligant̃,si appellatũ fuerit,uel de nullitate dictũ a diffinitiua sententia. Addentes,ꝙ si causa nullitatis,et iniustitiæ fuerit in eodem libello deducta,dicendo sententiã nullam, et si qua est appello, uel per similia,et equipollentia uerba,siue prosecutus fuerit utraq; s. nullitatem,et iniustitiam,siue alteram tantum,siue nullam,si nõ fuerit terminarę infra tẽpora superius ordinata,appellatio deserta intelligatur,et instãtia iniustitiæ nullitatis finita, Et sententia a qua fuerit appellatum,et de nullitate dictũ, firma,et rata remaneat, et de iniquitate, uel iniustitia, seu nullitate ulterius agi,uel excipi nõ possit,nisi de nullitate dictę sententiæ cõstaret ex actis,ita ꝙ nec altior ĩdago,nec noua ꝓbatio exigeretur,quo casu Volumus de nul-

litate

litate excipi posse,prout iura cõia dictant. Sed si appellaretur ab interlocutoria,a qua appellatio esset permissa,tũc ille,qui appellauerit,teneatur talem appellationem ab interlocutoria prosequi infra quindecim dies utiles,a die interpositę appellationis proxime numerãdos,infra quos Iudex ipsius appellationis teneatur,& debeat super causa dictæ appellationis sententiã protulisse. Alioquin sentẽtia,a qua fuisset appellatum,firma remaneat,& appellatio sit deserta. Et hoc locũ habeat in appellatione ab ĩterlocutoria,sed de nullitate ipsius interlocutorię agi nõ possit corã Iudice appellationum,sed corã eodem Iudice,qui eã tulit,prout in proxime superiori Cap. dictũ fuit.

Item Ordinamus,ꝙ in causa appellationis ab interlocutoria,a qua sit permissa appellatio,Iudex possit dicta tempora appellationis prosequendæ ꝓrogare in una uice,uel in pluribus,partibus præsentibus,uel contumaciter absentibus,usq; in septem dies utiles,& non ultra. Præterea Statuimus,ꝙ in causa appellationis a diffinitiua,seu in causa nullitatis,possint partes prorogare tempora ipsius appellationis,seu querelæ nullitatis diebus quindecim utilibus in una uice,uel ĩ pluribus,ultra tempora superius ordinata,et etiam ultra tempora,quæ possunt per Iudicem prorogari. Si autem fuerit causa appellationis ab interlocutoria a qua sit appellari permissum,tũc partes possint dicta tempora ꝓgare in una uice,uel in pluribus usque in decem dies utiles,& non ultra.

Infra quæ tempora causa appellationis,& nullitatis interpositæ a sententia lata in criminalibus cognosci,& terminari debeat. Cap. VIII.

ET si quis infra tempus decem dierum,ab aliqua sententia criminali appellauerit,uel de nullitate dixerit,in casibus a statuto permissis,teneatur & debeat,qui sic appellauerit,uel nullitatis querelam interposuerit,ipsam appellationem,et querelam prosequi infra dies uiginti utiles,a die moræ querelæ,uel appellationis proximæ computandos,infra quos,Iudex appellationis teneatur,et debeat causam dictæ appellationis,seu querelæ terminare. Alioquin appellatio,et querela nullitatis finita,et deserta intelligatur,et sententia firma remaneat,et executioni mãdetur. Nec de iniustitia,uel nullitate ulterius agi,uel excipi possit,siue is qui appellauerit,uel de nullitate dixerit utranq; .s.causam appellationis,et nullitatis,siue alterã tantũ,siue nullam fuerit prosecutus. Concedimus tamen Iudici appellationũ,et nullitatum liberam potentiam prorogandi dicta tempora,usque in decem dies utiles in una uice,uel ĩ pluribus ad eius arbitriũ,quam prorogationem facere possit partibus ꝓsentibus,uel per contumaciã absentib. Et si per ipsum iudicẽ appellationis,seu nullitatis fuerit sentẽtia ĩfirmata,uel nulla declarata,tũc appellari,et de nullitate dici possit a sentẽtia dicti iudicis appellatiõis,seu nullitatis,quo casu ipsius appellationis,et nullitatis cã debeat terminari

infra dies decẽ utiles a die motæ appellatiõis, uel nullitatis proxime cõpu tandos. Possit tamen Iudex ipsius appellationis,& nullitatis dictum termi num prorogare usq; in dies quinq; utiles,& nõ ultra,in una uice,uel in plu ribus,partibus præsentibus,uel per cõtumaciam absentibus. Disponimus etiam,ꝙ minor Sindicus Lucen.ciuitatis nullam habeat facultatem proro gandi tempora suprascripta,sine expressa licentia Domini Maioris Sindici uel exactoris. Cũ licẽtia uero Maioris Sindici, uel exactoris suprascripta tempora prorogare possit in una uice,uel in pluribus, dũmodo inter pro- rogationem, quæ fieret a Iudice appellationis,& nullitatis,& prorogationẽ quæ fieret a dicto minore Sindico nõ fiat prorogatio maioris temporis, q̃ sit tempus principale præfixũ instantiæ appellationis,seu nullitatis in casu suo. Et nisi infra dictum tempus dicta appellatio,uel querela nullitatis fue rit terminata,intelligatur deserta,& instantia sit finita,adeo ꝙ de iniustitia, uel nullitate ulterius agi,uel excipi non possit,siue is,qui appellauerit, & de nullitate dixerit utrãq; scilicet causam appellationis,& nullitatis, siue alte- ram tantum,siue nullam fuerit prosecutus.

De Temporibus in quibus debeat causa appellationis,& quere læ nullitatis tractari. Cap.IX.

STatuimus,ꝙ de causis appellationũ,& nullitatum in ciuilibus cognosci possit,& super eis procedi illis temporibus,quibus causa principalis tra ctari poterat,seu debebat. In criminalibus autem quãuis in causa principali quolibet loco, & tempore procedi possit,nihilominus ĩ causa appellationis, seu querelæ nullitatis in casibus permissis interpositę a sententia in crimina libus lata procedi non possit diebus feriatis in honorem Dei,sed alio quo cunq; tempore etiam propter messes,& uindemias feriato possit procedi. Et in omnibus,& singulis appellationibus,& querelis nullitatis,tam in ciui libus,q̃ in criminalibus causis uertentibus coram ordinario Iudice appella tionum,& nullitatum, & seu coram quocunq; Iudice delegato illi dies pro utilibus habeantur,qui per notarium prædicti ordinarii Iudicis appellatio num,& nullitatum,& eius curiæ scripti erunt pro utilibus in libro propte- rea ordinato. Et illi dies intelligãtur feriati,qui per ipsum notariũ pro fe riatis scripti erunt in libro prædicto, qui dies descripti pro utilibus in præ dicto libro Iudicis ordinarii appellationum, & nullitatum sint utiles gene raliter in qualibet causa appellatiõis,& nullitatis,quãuis coram dicto ordi- nario causa nõ tractaretur. Et nõ possit Notarius dictæ curiæ per se,uel de mãdato Iudicis scribere,ꝙ dies fuerint utiles,uel ĩutiles in aliqua singulari, uel speciali causa,sed scribere teneaẽ dies utiles,& iuridicos,& feriatos gene raliter in omnibus causis tam priuatis q̃ publicis. Alioquin puniatur ac si dies utiles,& inutiles non scripsisset, Et in hoc seruetur pœna,& forma tra- dita supra libro primo sub Rubrica De Feriis.

De exceptione

De Exceptione, quę opponeretur contra appellationem, uel Querelam nullitatis. Cap. X.

STatuimus, ꝙ si opponeretur appellationi, uel querelę nullitatis, deferendum non esse, uel super ipsa appellatione, uel querela non fore procedendum, uel appellationem, uel querelam non esse admittendam, uel per similia, uel equipollentia uerba, Iudex qui de causa appellationis, seu querelæ cognosceret, teneatur, et debeat dictam exceptionem decidere, & terminare infra tres dies utiles, a die dictę obiectæ exceptionis proxime numerandos, sub poena librarum quinq;, usq; in decem. Et dicti dies, quibus dicta exceptio penderet, non currant appellanti, seu de nullitate dicenti, sed detrahantur de tempore prosequendę appellationis, & nullitatis. Verum si Iudex infra dictum tempus dictam exceptionem nō terminauerit, tunc Volumus, ꝙ dicta exceptione non obstante, post lapsum dictorum trium dierum utilium, procedatur ī causa dictę appellationis, & nullitatis, & dicta exceptio in diffinitiua reseruata intelligatur, & sit. Sed Iudex in dictam poenam incidat, nisi dictam exceptionem terminauerit, ut supra dictum est. Et si de uoluntate partis dictam exceptionem opponentis fuerit reseruata ī diffinitiua Iudex in poenam prædictam non incidat. Sed hoc casu dicti tres dies dati ad dictam exceptionem dirimendam decurrant, & non detrahantur de tempore dictæ instantiæ.

De Casibus in Quibus non decurrant tempora appellationis, & nullitatis prosequendæ. Cap. XI.

STatuimus, ꝙ pendente quęstione, an appellationi, uel nullitati sit deferendum, uel utrum sit super ea procedendum, uel an sit admittēda, non currat tempus instātiæ appellationis, uel nullitatis prosequēdæ, durāte, & pendente dicto termino trium dierum utilium, ītra quos debet dicta exceptio terminari, nisi fuerit reseruata in diffinitiua, prout in superiori proximo capitulo continetur. Item pendente, & durante compromisso in arbitros, uel arbitratores facto de contentis, & deductis in appellatione, seu nullitate, tempus appellationis, & nullitatis prosequendæ non decurrat, sed detrahatur de tēpore īstātię appellatiōis, & nullitatis, dūmō tēpus cōpromissi ī una uice, uel plurib. nō possit excedere tēpus īstātiæ causæ appellatiōis. Et similiť nō labanť tēpora appellationis, seu nullitatis ꝓsequēdę durāte, & pēdēte termino, quo q̄stio pēderet cōsulēda. Et ītelligať q̄stio pēdere cōsulēda, a die factę primę cōmissionis, usq; ad finē termini īfra quē cōsultor q acceptauerit cōsiliū exhibere teneť secūdū formā statuti de hoc loquētis, quo tēpore assignato cōsultori, q acceptasset, elapso, siue cōsiliū sit redditū, siue nō, tēpora instātiæ decurrant. Et similiter etiā de dicto tempore instātiæ detrahātur illi dies, q̄bus ꝓcedi nō deberet ratiōe īhibitiōis factæ p Magnificos D.

Antianos & Vexilliferũ iustitiæ populi,& cõis Lucen. Præterea Ordinamus,ꝙ si per acta causæ appareat per Iudicem stetisse,quominus per sentẽtiam terminauerit causas huiusmodi appellationis,et querelæ nullitatis infra tẽpora superius ordinata,tunc totũ illud tẽpus,quo per Iudicem steterit,auctoritate præsentis statuti appellanti,et de nullitate dicẽti restitutum intelligatꝰ,et sit.Sed Iudex puniatur secundũ formã Cap.proxime ĩmediate sequẽtis.Et prædictis adiicimus ꝙ si pendẽte termino appellatiõis,seu nullitatis prosequẽdę Iudex habuerit in officio successorẽ,tunc si de tẽpore instantiæ successori decẽ dies utiles a die qua in officio successisset nõ superessent,tunc ipsi successori id,quod deficeret auctoritate præsentis statuti supplemus usq; in dictos decem dies utiles.

De pœna imponenda Iudici,qui de appellatione,et querela nullitatis cognosceret,si causam per sententiã nõ terminauerit infra tẽpora superius ordinata. Cap.XII

ORdinamus,ꝙ si quis Iudex ordinarius,uel delegatus,qui de appellatione,uel querela nullitatis cognosceret,causam ipsius appellationis,seu nullitatis nõ terminauerit,puniatur qualibet uice in florenis decẽ,uel ab inde supra usq; in florenos quinquaginta arbitrio iudicis causæ,qualitate pẽsata. Et nihilominus tẽpus,quo per Iudicẽ stetisse apparuerit,appellanti,et de nullitate dicenti restitutũ intelligatur,ut in superiori Cap.cõtinetur,Et ꝓdictis adiicimus,ꝙ cuiuslibet causæ appellationis,& querelæ nullitatis instantia trãseat ad heredes tam actorũ,ꝗ reorũ,tam ante litem cõtestatã,uel habitam pro cõtestata,ꝗ post,ita ꝙ heredes possint procedere,& cõtra eos procedi sicut defuncta persona procedere potuisset,& sicut cõtra eam procedi poterat.Et mortuo actore,decem diebus utilibus instãtia causæ ultra tẽpora,quæ supererãt,auctoritate ꝓsentis statuti prorogata intelligantur.

De Datia in causa appellationis,uel nullitatis soluenda. Cap.XIII.

ET quęcunq; persona appellauerit,uel ꝗrelã mouerit,uel de nullitate alicuius sentẽtię dixerit per se,uel aliũ in ciuili,uel criminali,seu ex causa,uel occasione maleficii,uel quasi,uel quauis alia ratione,teneatur ipsa die morę appellationis,seu querelæ nullitatis,uel saltẽ ĩfra tres dies proxime,& ĩmediate sequẽtes soluere Maiori,& generali Camerario lucen.ciuitatis,uel saltẽ camerario prouentuũ,& Gabellarũ Lucen.Ciuitatis ꝓ datia dictæ appellationis,seu querelæ nullitatis denarios.xii.pro qualibet libra quãtitatis cõtentę in sentẽtia,a qua appellaretꝰ,uel de nullitate diceretꝰ,si certa fuerit quãtitas comprehensa in condemnatione,sententia,seu pronunciatione,a qua fuerit appellatum,seu de nullitate dictum. Et si non pro tota quantitate in sententia cõtenta,sed respectu partis appellaretur,uel de nullitate diceretur sufficiat solutio datiæ,pro ea parte pro qua appellaretꝰ,seu querela nullitatis moueretur.

moueretur. Et si quātitas nō esset certa, sed interesse uersetur, Tunc ipse appellans, uel de nullitate dicēs teneatur tēpora interpositę appellationis, seu nullitatis, uel saltim infra diem sequentē æstimare ualorem rei, uel facti, uel īteresse. Et facta æstimatione teneatur soluere pro datia dictæ appellatiōis, seu nullitatis ad ratione denariorū duodecim ꝓ qualibet libra dictæ æstimationis. Et si Iudici, uel Officiali de causa dictæ appellationis, seu nullitatis cognoscenti secundū suam cōscientiam uideretur, ꝙ dicta æstimatio facta per actorem nō sit iusta, seu sit facta minor ī fraudem datiæ, teneantur æstimatores dictæ curiæ, uel saltē æstimatores curiæ prouentuū, & Gabellarum, uel alii quibus Iudex ipse cōmiserit rem æstimare, & interesse taxare secundū cōem, & iustam æstimationē. Et si facta tali æstimatiōe reperiatur ꝙ æstimatio facta per appellantē, seu de nullitate dicentem nō sit iusta, & ad plenum facta, Iudex ipse cōpellat appellantem, & de nullitate dicentem ad soluendū, & supplendū solutionē datię pro toto eo quod plus fuerit æstimatio facta cū pœna quarti pluris. Et semper Iudex aduertat ꝙ datia integra soluatur de omni, & pro omni eo quod per appellantem, seu de nullitate dicentē fuerit in appellatione, uel nullitate deductū. Et si quis appellans, uel de nullitate dicens morā cōtraxerit nō soluēdo debitā datiam tēporibus supradictis, officialis, siue Iudex, qui de causa cognosceret, ī qua, uel pro qua esset soluēda datia, teneatur cōpellere eum, qui soluere tenerēt ad soluēdū dictā datiā cum pœna quarti pluris. Et si Iudex ꝓdicta nō seruauerit, & seu ꝓdictā datiā cū dicta pœna nō exegerit, puniat̄ in lib. quinq, uel ab inde supra usq in libras. xxv. arbitrio exactoris cōsiderata negligentia Iudicis, & quātitate datiæ. Et ad probandū dictā solutionē datiæ sufficiat cōfessio facta per camerariū, licet aliter de uera solutione non constet. Item sufficiat si Notarius ī actis scripserit datiā fuisse solutā, uel per camerariū cōfessatā. Et quāuis appellans, seu de nullitate dicens datiā nō soluerēt tēporibus supradictis, nihilominus currant sibi tēpora exercēdæ, & prosequendę appellationis, & nullitatis, quia nō debet ex sua cōtumacia comodū reportare. Et omnia, quæ dicta sunt circa datiā soluendā in causa principali, uendicent sibi locū in datia soluēda in causa appellationis, et nullitatis, & hic repetita intelligantur quatenus cōmode adaptari possint.

De Libellis in causa Appellationis, & querelæ nullitatis offerendis. Cap. XIIII.

QVilibet qui appellauerit, uel querelā nullitatis interposuerit ab aliqua sententia, a qua per formā statuti appellari, uel de nullitate dici permittitur in ciuilib. lata, Teneatur offerri facere libellū appellationis, seu nullitatis personis appellatis, & eis, qui ad causam nullitatis uocādi essent infra. v. dies utiles a die appellationis, seu querelæ nullitatis proxime numerādos. In criminalib. autē causis q̄libet ꝑsona, q̄ appellauerit, uel querelā nullitatis

interposuerit in casibus a statuto permissis ab aliqua sententia in criminalibus lata teneatur offerri,& transmitti facere libellum appellationis,& nullitatis infra tres dies utiles a die interpositę appellationis, seu querelæ nullitatis proxime numerandos,quem libellum mitti facere teneatur illis personis de quibus Disponitur ĩfra sub Rubri.De eo ꝙ Officialis,& Iudex possit defendere suas sententias in criminalibus latas a quibus fuerit prouocatum, Et in dictis libellorum oblatiõibus tam ciuilibus q̃ in criminalib.causis seruetur forma statuti positi in libro primo sub Rubrica De citationibus primis fiendis in principio causæ cum libelli oblatione.Sed postea in ꝓcessu in citationibus seruetur forma statuti positi sub Rubr. De citationibus fiendis in processu cuiuslibet causę post primas citationes.Et si quis libellum appellationis,seu nullitatis nõ transmiserit infra tempora supradicta,intelligatur non appellasse,nec querelam nullitatis mouisse,& de iniustitia, uel nullitate sententiæ ulterius agi,seu excipi non possit,nisi de nullitate sententiæ latæ in ciuilibus constaret ex actis, & noua probatio nõ exigeretur,nec altior indago,quo casu de nullitate excipi possit eo modo,quo dictum fuit quãdo de nullitate dicens nõ fuit prosecutus causam nullitatis infra tempora ordinata de quo apparet sub Rub.De tẽporib. prosequendę appellationis,& nullitatis in causa ciuili.Sed in casu quo libelli fuerint infra dicta tempora transmissi,permittimus tam in ciuilibus,q̃ in criminalibus ꝙ causa iniustitię,& nullitatis prosequi possit infra tempora ordinata per formam nostrorum statutorum.

De eo,ꝙ in causa appellationis,& querelæ nullitatis procedi possit, non obstante contumacia appellati. Cap.XV.

STatuimus,ꝙ si appellatus,uel contra quem de nullitate diceretur,citatus,uel a Iudice monitus non cõparuerit ad causam in termino sibi dato ad respondendũ libello,sed fuerit contumax,& expectatus per tres dies utiles suam contumaciam nõ purgauerit,possit appellans,& de nullitate dicens in causa procedere, & sua iura producere, & suas probationes in casu permisso facere,& Iudex de ipsa causa cognoscat,& ualeãt acta,& iuris sortiãtur effectum,nõ obstante ꝙ lis nõ esset cõtestata.Nec sit necesse talem appellatum, seu citatum super causa nullitatis cõtumacem citari ad singulos actus causæ,nisi solum ad sententiam audiendam. Inquãtum uero appellatus,seu super nullitate cõuentus cõparuerit,& cõtumaciam purgauerit ĩfra dictos tres dies utiles,Volumus ꝙ audiatur,& procedatur in causa ordine successiuo,refectis tamen expensis contumacię,sed si post dictos tres dies utiles comparuerit audiatur refectis expensis cõtumaciæ. Volumus tamen,ꝙ acta post contumaciam,& ante comparitionem actitata ualeãt,& appellatus,& eis cõtra quem de nullitate diceretur causam prosequatur in eo statu in quo causam ipsam inuenerit tempore comparitionis,& dicti tres

dies utiles

dies utiles,quibus appellatus,& seu super nullitate conuentus in contumacia steterit,de tempore instantiæ causæ detrahantur.

De eo,q in causa Appellationis,& Nullitatis obseruari debeāt omnia Statuta,& Ordinamenta Lucen.Ciuitatis. Cap. XVI.

STatuimus,q in omnibus causis quarūcunq; appellationum,& querelarum nullitatis obseruari debeant tam in procedendo, q̄ in decidendo omnia,& singula statuta,& ordinamenta Lucen. Ciuitatis,& ab ipsis statutis nullo modo ualeat recedi,intelligendo tamen de statutis facientibus ad materiam,quæ in causa appellationis,seu nullitatis tractaretur.Sed quia in causa appellationis,& querelæ nullitatis breuius est tempus instantiæ,q̄ tēpus instantiæ causæ principalis,ideo Concedimus iudici appellationum,et nullitatum circa modum procedendi liberam potestatem abbreuiandi dilationes probatorias,& reprobatorias,& deliberatorias,& alias quascūq;,q̄ alias per formam statutorum ueniunt in principalibus causis concedendę, quas dilationes possit iudex appellationum,& nullitatum suo arbitrio moderari,& abbreuiare,& dilationes,quæ sibi superfluę uiderentur,resecare, & dilationes non reiterare,prout suæ discretioni uidebitur, non obstantibus quibuscūq; statutis aliter disponentib.ita q infra tempora ordinata possit et debebeat appellatio,& querela nullitatis finiri,et terminari.

De quæstionibus cōmittendis consilio sapientis. Cap.XVII.

STatuimus,q si in causis appellationū,et querelæ nullitatū,quæ in casibus permissis interponerentur a sententiis,et grauaminibus latis in ciuilibus peteretur cōsilium sapientis,seruari debeat Cap. positum in libro primo sub Rub.De consilio sapientis habendo in causis ciuilibus,et ī quibus casibus peti,seu dari possit,et de modo eligendi Consultorem cuius Cap. formā in causa appellatiōis,et nullitatis Volumus obseruari. Declarantes etiam q in causis appellationū,et nullitatum consilium peti, uel dari non possit,nisi quātitas,uel æstimatio,uel interesse excedat quātitatem florenorum centum,prout in dicto Cap.continetur. In criminalibus autem causis,et seu in actionibus descendentibus ex delicto,uel quasi,etiam si ciuiliter ageretur,nullo modo peti,uel dari possit consilium sapientis.

De Probationib. recipiendis in causa appellationis, & nullitatis. Cap.XVIII.

STatuimus,q in causa primæ appellationis,seu nullitatis,quæ in ciuilibus,a sententia in causa principali lata interponeretur,possint fieri nouę allegationes,& nouæ exceptiones,& nouæ probationes pertinētes ad actio-

nem deductam,& intentatam in libello in principali causa oblato, uel cócer nentes exceptiones,& defensiones in principali causa allegatas,& admissas, ita,ꝙ illud quod de nouo allegaretur, seu probari intenderetur,sit de depē dentibus,seu cōnexis,seu cōiunctis,cum his,quę sunt in principali causa de ducta. Super articulis uero in causa principali per unā partē exhibitis,& ꝓ ductis,uel directe cōtrariis per alterā partem exhibitis,& productis,nō pos sint in causa appellationis,seu nullitatis testes recipi,& examinari, quia post aperturam processus factam in causa principali, non permittimus timore subornationis testes super eisdem articulis, uel directo contrariis recipi, et admitti. Et hoc quando testes in causa principali examinati,aliquid depo- suerint super ipsis articulis,uel illis directo cōtrariis. Vbi autem omnes te stes tam super dictis articulis,ꝗ super directo contrariis in principali causa examinati dixerint se nihil scire de contentis,tam in dictis articulis,ꝗ in di recto cōtrariis,tunc Permittimus, ꝙ in causa primæ appellationis,seu nulli tatis,tam super eisdem articulis, ꝗ directo cōtrariis,testes recipi, et admitti possint. Declarantes,ꝙ super aliis,et diuersis articulis,factum in principa li causa deductum respicientibus,seu ex inde dependentibus, et coniunctis recipi,et examinari possint in causa primæ appellationis,seu nullitatis. Cō cedimus etiam,ꝙ si testes in principali causa examinati,causam non reddi derint sui dicti,possint tam in principali causa,ꝗ in causa appellationis,seu nullitatis repeti, et interrogari de modo,et causa scientiæ,et ad concordan tiam reduci,et quod obscurum fuerit declarari. Et super hoc obseruari Vo lumus Cap.statuti positi sub Rubrica De repetendis testibus, qui causam non redderent sui dicti.Sed si testes ultra causam scientiæ,aliquid contra- riū dixerint,uel aliquid addiderint aliter quam declarando his,quæ testi- ficati fuerint in causa principali,pro non dicto habeatur. Verum in causa appellationis,seu nullitatis,nullus audiatur,qui agendo,uel defendendo ꝓ poneret nouum Cap.seu nouum negocium,quod principaliter,uel in con- sequentiam non pertineret ad negocium in causa principali deductum. Cæterum si post primam appellationem,seu nullitatem cōtingeret ab in firmatoria sententia appellari,uel de nullitate dici in casibus permissis, tūc Disponimus,ꝙ nullæ aliæ ꝓbationes,nullæq; aliæ productiones admittā tur,sed debeat ex præcedentibus actis,et actitatis iudicari. Et prædicta om nia intelligimus in nullitatibus,et appellationibus a diffinitiua: Sed in appel lationibus ab illa īterlocutoria,a qua per formam nostrorum statutorum sit appellari permissum,nullæ nouę probationes recipi debeāt,uel admitti, sed ex primis actis debeat iudicari. Præterea Disponimus,ꝙ in causis ap- pellationum,et nullitatum,quæ a sententia in criminalibus lata interpone rentur in casibus in quibus permittitur appellari,uel de nullitate dici,nullę aliæ probationes admittātur,sed iudicari debeat ex actis,et actitatis in cau sa principali. Hoc tamen excepto,et reseruato,ꝙ his,qui appellauerit,uel de nullitate dixerit a sententia lata in criminalibus,possit in causa appellatio-

nis,et

nis,& nullitatis,allegare,& probare se esse ciuem ciuitatis lucensis,& similiter possit allegare,& probare pacem esse factam de delicto pro quo condēnatus esset. Sed in aliis casibus appellans a sententia in criminali lata, uel de nullitate dicens nullas nouas probationes facere debeat,seu possit. Et hæc locum habeant si Iudex principalis causę assignauerit reo terminum ad suas defensiones faciendum,& reprobandū testes,prout forma statuti Dispo nit,qui termini si ut prędicitur dati non fuerint,possit talis persona in causa appellationis, & nullitatis facere de nouo suas defensiones, & probationes. Et idem obseruetur,si per iudicem a quo fuerit appellatum, seu de nullitate dictum stetisset,quo minus recepti fuissent in principali causa testes,uel defensiones,uel probationes inculpatæ personæ.

De Cassando nouitates factas pendente appellatione,uel querela nullitatis. Cap.XVIIII.

ET teneatur Iudex appellationis,seu nullitatis parte petente,& etiā ex suo officio cassare,& ānullare nouitates factas pendente appellatione,seu querela nullitatis,uel factas durante decēnio dato ad appellandū, & de nullitate dicendum,Et prędicta uendicent sibi locum in casibus,in quibus potuerit appellari,seu de nullitate dici. Et prædicta facere possit,etiā finito negocio per suam sententiā,uel prędecessoris sui,& etiam tempore feriato.

De Expensis restituendis ei,qui obtinuerit in causa appellationis, uel nullitatis. Cap. XX.

ET quicunq succubuerit in causa appellationis,seu querelę nullitatis,condemnatus ipso iure intelligatur in expensis , nisi habuerit iustā causam litigandi. Et in dicta condemnatione expensarum Iudex appellationum, seu nullitatum,teneatur etiam habere rationē datæ solutæ,quas expēsas dictus Iudex appellatiōis, seu nullitatis taxare debeat recepto prius iuramēto a parte,q̄ tantum expēdit,& ipsam condemnationem expensarum, & suarum sententiarum,& suorum præcessorum exequi possit. Si uero communitas,uel uniuersitas lucen.districtus,uel alia persona pro eis fuerit cōdemnata,fiat executio ipsius condemnationis expensarum contra cōmune,uel uniuersitatē,& contra Consules,& Officiales ipsius cōmunis, uel uniuersitatis,qui Officiales, & Consules habeant regressum contra tale cōe, uel uniuersitatem de dictis expensis,quas propterea soluerit, cuius regressus executionē dictus Iudex appellationis, seu nullitatis de facto facere teneat̄ absq aliquo processu,uel absq alia solennitate quacunque.

De Executione sententiæ. Cap.XXI.

QVotiens sententia in causa appellationis,uel nullitatis lata in rem trāsiuerit iudicatam. Statuimus,ꝙ siue fuerit appellatum,seu de nullitate dictum ab actore,siue a reo,omni distinctione sublata executio fiat,& fieri possit per primum Iudicem a quo fuerit appellatum,uel de nullitate dictum,uel per eius in officio successorem,uel ꝑ Iudicē appellatiōis,uel nullitatis, uel per eius in officio successorem,in qua executione fiēda seruari debeat forma Statutorū positorum libro Primo sub Rubrica.De Executione sententiæ latæ in actione reali,& sub Rubrica De Executione sententiæ latæ in personalibus actionibus.ita ꝙ unumquodq; dictorum statutorum in suo casu seruetur.

De Auxilio,& obedientia præstandis Iudici appellationum,& querelarum. Cap.XXII.

STatuimus,ꝙ Dominus Lucen.Potestas,& eius Iudices teneantur,& debeant dare auxilium,& fauorem,& familiam Iudici appellationis,& nullitatis pro suo officio exercendo quotiēs ab eo fuerint requisiti. Et teneatur quilibet officialis,& Iudex a quo fuerit appellatum,uel de eius sētētiæ nullitate dictum,appellatione,seu nullitate interposita secundum formam statutorum in principali causa supersedere, & ad executionem nō procedere. Et si secus fieret nō ualeat ipso iure,& nihilominus officialis,qui contrafecerit puniatur in lib.centum in quibus debeat sindicari. Et nihilominus appellatio,siue querela nullitatis suū sequatur effectum,& Iudex appellatiōis, seu nullitatis procedere possit,& debeat in causa ad petitionem partis,prout iuris fuerit.

De eo,ꝙ Appellatio deuoluat totam causam ad Iudicem,ad quem fuerit appellatum. Cap.XXIII.

STatuimus,ꝙ appellatio a tota diffinitiua sententia interposita deuoluat totam causam appellatiōis tam respectu iniustitiæ,q̄ respectu nullitatis, ita ꝙ appellans,licet de nullitate non dixerit,nihilominus in instātia appellationis docere possit de nullitate,& dicto casu ipse Iudex appellatiōis possit primam sententiam reformare,corrigere,& emendare,& supplere,& nullam,uel aliquam declarare,prout iustum fuerit pro utraq; parte,ita ꝙ appellatio ipsa proficiat non solum appellanti,sed etiam parti appellatæ. Sed si appellaretur ab aliquo Cap.sentētiæ,dicta appellatio deuoluat dictum capitulum cum omnibus suis causis,tam respectu iniustitiæ,q̄ nullitatis.Possit tamen dicto casu persona appellata ipsius appellationis uigore petere,ꝙ per Iudicem ad quem fuerit appellatum sententia debeat reformari,nō solum in Capitulo a quo fuisset appellatum, sed etiam in aliis,ita ꝙ suppleri

possit

possit corrigi,& reformari,pront iustum fuerit,Et sic Iudex ipe reformare teneatur. Sed ubi appellatio fuerit inualida,seu nõ admittenda,tũc causam ad superiorem non deuoluat,et nullum producat effectum,tam respectu in iustitiæ,q̃ etiam nullitatis. Et quia superius dictum est,ꝙ appellatio deuoluit causam nullitatis, quãuis in appellatione non fuerit de nullitate dictũ Volumus, ꝙ qualitercunque fuerit finita instantia causæ appellationis intelligatur,et sit finita instantia nullitatis, quãuis super nullitate nihil fuerit actitatum,adeo quod de nullitate ulterius agi,uel excipi nõ possit,Nisi quãdo instantia appellationis esset finita per lapsum fatalium,uel aliter,q̃ per sententiã diffinitiuã,sup ipsa appellatione latã,quo casu excipi possit de nullitate si de ea cõstet ex actis ita,q̃d nec altior indago,nec noua ꝓbatio requirat.

De Danda Copia Actorum appellanti. Cap.XXIIII.

ET teneantur omnes,et singuli Officiales,et Iudices tam intra Ciuitatem lucen.q̃ extra,iurisdictionem exercentes,a quorum sentẽtiis,seu condẽnationibus appellaretur,seu de nullitate diceretur, uel,et seu si de nullitate dici intenderetur. Et notarii,qui de actis,et sententiis rogati fuissent,dare, et dari facere teneantur copiam actorum,et sententię,a qua appellaretur,seu de nullitate diceretur,uel appellari,seu de nullitate dici intenderetur in publica forma,illi personæ,uel uniuersitati,quæ appellationem, uel querelam nullitatis emiserit,seu interponere uoluerit,si pettierit pro precio condecenti infra quartam diem a die ipsius petitionis,uel ꝓcepti sibi per nunciũ,uel literas facti ex parte Iudicis appellationũ,uel nullitatum.De qua præsentatione literarum constare debeat per publicam scripturam, seu per relationem nuncii,qui ipsam præsentationem,uel præceptũ fecerit,et quę præsentatio, seu pręceptum fieri sufficiat in loco ubi dicti officiales curiam tenent,et ius reddunt. Et si sic ut ꝓdicitur dicta acta infra dictum tẽpus exhibita nõ fuerint,condemnentur per iudicem appellatiõis,seu nullitatis dicti officiales iudices,et notarii parti lesę ad interesse,et nihilominus per ipsum iudicem appellationis,seu nullitatis debeant dicti officiales Iudices, et notarii condemnari,et mulctari,prout,et sicut,et quãtum,et quotiens eidem iudici uidebitur,et dictas condemnationes facere possit de facto,nulla iuris,et staturorũ solennitate seruata. Et interim donec qui appellauerit, uel de nullitate dixerit,seu qui appellare, uel de nullitate dicere uoluerit, dicta acta q̃ petiisset habuerit,non currant eidem tempora statuta ad appellandum,uel ad appellationem prosequendum,uel de nullitate dicendũ,uel prosequẽdum,et incipiãt dicta tempora nõ currere post præceptũ factũ ꝑ parte iudicis appellationũ,uel nullitatũ ꝑ se,uel ꝑ nũciũ, uel ꝑ literas. Et debeãt scribi dies actorũ datorũ ꝑ notariũ iudicis, seu Officialis dãtis acta. Cuius scripturę credi debeat,et sic diem non scripserit puniatur in libris decem.

De eo ꝙ Officialis, & Iudex possit defendere suas Sententias in Criminali latas, a Quibus fuerit prouocatum. Cap. XXV.

QVotiēs appellatum fuerit, uel de nullitate dictum ab aliqua sentētia lata ī causa criminali, in casibus in quibus ipsa appellatio, seu querela nullitatis est permissa, debeat libellus transmitti minori Sindico lucen. Ciuitatis, & Iudici, Qui ipsam sententiā tulisset, & etiā parti cuius quomodolibet interesset, Dūmodo si sentētia lata fuerit in curia maleficiorum Domini lucensis Potestatis sufficiat libellum offerri Iudici maleficiorum dicti Domini Potestatis. Et possint dicti Officiales eorū condemnationes, & sentētias defendere coram Iudice appellationis, seu nullitatis, & propterea possint personaliter in Iudicio interesse, & pcuratores constituere, & tales pcuratores debeāt recipi, & admitti, & nō teneant ad aliquas expēsas in causæ processu fiēdas. Sed si appellās, uel agēs de nullitate obtineret, officialis, qui sententiā tulit cōdēnari debeat ī expēsis causæ, quas de suo salario soluere cōpellat.

Explicit Prima Pars huius Quinti Libri Statutorum.

Sequitur Secunda Pars, quæ disponit Officium Domini maioris Sindici Ciuitatis Lucensis.

De Iuramento Domini Maioris Sindici Ciuitatis lucen. Cap. XXVI.

ANteq̄ Dominus maior Sindicus, idemq Iudex appellationū īcipiat Officium exercere teneatur interponere iuramentum in præsentia Magnificorum Dominorum Antianorum, & Vexilliferi iustitiæ populi, et communis lucensis in forma ordinata in tertio libri statutorum, sub rubrica de modo, & forma acceptandi electiones, & officia, quod capitulum, & cōtenta in eo Cōfirmamus. Et dicto iuramēto pstito īcipiat suū officiū Sindicandi exercere. Et ppterea teneat singulis diebus, & horis iuridicis sedere ad Bancū iuris suæ curiæ consuetū portis aptis, & oibus psonis ius, & iustitiā ministare secūdū formā statut. nostrorū, q̄ uinculo iuramēti seruare teneat.

De Officio, & iurisdictione Dñi maioris Sindici. Cap. XXVII.

STatuimus, ꝙ Dominus Maior Sindicus teneat, & debeat Sindicare oēs, & singulos Officiales Magnifici lucē. cōis, depositis eorum officiis, nisi in casibus in quibus possent etiā durāte officio sindicari, & teneat Sindicare suos in officio pcessores, & circa pmissa teneat obseruare statuta, a qb. discedere nequeat ullo modo. Ac etiā cōpellat notarios, & nūcios, & ceteros Magnifici communis Lucensis officiales ut sint contenti Salariis ordinaris, & dirimere debeat Questiones, & Causas, quæ dictorū Salariorum uigore quomodolibet orirentur. Et cōpellat Notarios ad dandum, & exhibendū in publicam formam scripturas, & instrumenta personis quarum interest.

Item

Item audiat,cognoſcat,aq; decidat omnes,& ſingulas cauſas,lites,& quæſtiones,quæ uerterentur inter quoſcunq; comitatiuos, & diſtrictuales occa ſione quorũcũq; onerum realium,& perſonalium,ſeu mixtorum, & eorũ, quæ mediante perſona,uel cum pecunia expediuntur,ſeu ſuſtineri debẽt,q̃ imponuntur a Lucen. ſeu pro Lucen. Ciuitate, ſeu aliter quomodocunq;. Et ſuper p̃miſſis diligẽter ſeruet,& ſeruari faciat oĩa,& ſingula ſtatuta lucẽ. ciuit.et ſtatuta, & cõſuetudines illius cõitatis ĩponentis onera,de quibus q̃ ſtio uerteretur. Et generaliter habeat iuriſdictionem de omnibus,& ſingulis,quæ,per formam ſtatutorum ſibi forẽt ſpecialiter,& expreſſe cõmiſſa. Et circa præmiſſa plenam habeat iuriſdictionem,etiam ſi circa ipſa uerterẽtur ea,quæ ſunt meri imperii. Sed ultra prædicta nullam habeat iuriſdictionem,ita ꝙ non poſſit Maior Sindicus ſe intromittere de his,quæ ad eius officium non ſpectant,uel inquirere,aut procedere cõtra aliquam perſonam, uel uniuerſiatem niſi ei concedatur per formam ſtatutorum aperte, & ſine aliqua interpraetatione, & proceſſus facti contra dictam formam ipſo iure ſint nulli,etiam ſi de uoluntate partium proceſſerit. Nec poſſit recipere aliquam cõmiſſionem,poteſtatem,& baliam per ſe,uel cum aliis,niſi proceſſerit ex forma ſtatutorum.Et ſi contrafecerit puniatur per eius ſucceſſorem in libris uigintiquinque,uel ultra,uſq; in centum arbitrio eiuſdem ſucceſſoris. Et non poſſit Dominus Maior Sindicus toto tempore ſui officii conſulere,uel aduocare in aliqua lite,& quæſtione,quę uerteretur,aut uerti poſſet coram Officialibus Lucen.Cõmunis, ſeu de qua cognitio pertineret ad ipſos Officiales Lucen. cõmunis quouis modo,& ſi ſecus fieret non ualeat ipſo iure, & nihilominus puniatur qualibet uice in libris quinquaginta ad opus Cameræ, Et teneatur, & debeat abſque aliquo præmio conſequendo,præſtare,& impartiri eius conſilium tam uerbo,quam in ſcriptis in omnibus,& ſingulis Sententiis, Deciſionibus, & in quocunq; alio actu fiendis, & fiendo in curia Maiorum Exactorum Lucenſis Ciuitatis,ad õmnem ſimplicem ipſorum Exactorum requiſitionem,ſub pœna Ducatorum uigintiquinque pro quolibet,& qualibet uice,& ſimiliter prohibitum ſit ei acceptare aliquod cõpromiſſum tanquam Arbiter,& Arbitrator & amicabilis compoſitor ſub pœna, & ad pœnam dictarum librarum quinquaginta, Nec poſſit acceptare aliquod pręmium,uel mercedem ab aliqua perſona, niſi quantum ei conceditur ex forma Statutorum ſuper quo intelligatur ablata omnis conſuetudo,uel abuſio in contrarium,& ꝑut etiam Diſponitur ſupra ĩ primo lib.ſtatut.ſub Rub.De iuriſdictione,& officio D.Lucen. Poteſtatis,Declarãtes ꝙ oĩa dicta,& Diſpoſita ibi,quo ad perſonã dicti D. Maioris Sindici,hic pro repetitis habeãtur,& ſint, Et qui poſſit expectare eius ſucceſſorẽ ꝑ mẽſem,& ualeat,& teneat quicq̃d geſſerit,Et ꝙ D.Maior Sĩdicus ſtare debeat ad ſĩdicatũ.x.dieb.cõtinuis depoſito,& reſignato officio,& eo finito,ĩfra quos,x.dies talis ſindicatus ſentẽtia terminari debeat,

De Casibus de quibus Officiales debeát Sindicari. Cap. XXVIII.

ET Maior Sídicus teneatur sindicare omnes,& singulos officiales Lucen. cómunis,et eorum familias de omnibus,& singulis baratrariis,furtis,et illicite ablatis,& de omnibus,et singulis iniuriis factis, et perpetratis contra quascunq; psonas,et uniuersitates, et de omnibus, et singulis factis,gestis,et administratis,cómissis,omissis,uel neglectis,contra formam quorúcunq; statutorum, et reformationú Ciuitatis Lucen.et de aliis quibuscúq; indebite,et iniuste factis, et seu cómissis, et omissis tempore durantis officii eius qui sindicaretur. Et omnes,et singuli officiales Lucen. Ciuitatis sciant se obnoxios,et obligatos huic legi,ita q unusquisq; sui officii rationem reddere compellatur.

De Modo,et Forma Sindicandi Officiales Magnifici Lucen.cóis Lucen.Ciues,seu Districtuales. Cap.XXIX.

STatuimus,et Ordinamus,q Maior Sindicus formata inquisitione contra Officiales Ciues, et Districtuales electos, et deputatos per habentes auctoritatem a cómuni lucen. Et facta responsione affirmatiua,uel negatiua,et receptis fideiussoribus secundum formam statuti positi libro Quarto sub Rubrica,De modo,et forma procedendi in criminalibus contra reú comparentem,teneatur eadem die mittere præconium per ciuitatem lucen. q quicunq; uoluerit aliquid dicere,petere,uel opponere,uel querelam exponere de tali officiali,uel sua familia,ad curiam dicti Maioris Sindici compareat intra decem dies suam petitionem facturus,& recepturus iustitiæ cóplementum,et similiter præconizari faciat infra eúdem terminum bina uice,assignando in quolibet præconio terminum, qui de ipsis decem diebus a die post ipsum præconium restaret,ita q infra decem dies a die incohati processus petitiones,& q̃relæ omnium recipiantur,et audiátur,et ítra alios dies quinquaginta proxime,et immediate sequentes dicti processus,et querelæ auditis probationibus,et defensionibus partium per Maiorem Sindicum terminétur. Et elapsis dictis decem diebus nulla persona,quæ de ipso officiali querelam exponere uellet,audiatur,sed dicto decédio duráte, et finito,nihilominus Maior Sindicus possit diligenter inquirere,et inuestigare ex suo officio de omnibus,et singulis culpis,excessibus,delictis,et aliis quibuscunq; illicite cómissis,perpetratis,et omissis. Et in dictis processibus debeant obseruari solénitates,quæ per formam Quarti libri statutorum contra delinquentes debent obseruari.

De Procuratorib. Vicariorú,Potestatú,et Notariorú,qui tépore sindicatus,p Procuratoré cóparere uellét admitédis,uel nó. Cap.XXX

Statuimus,

STatuimus,q̃ Vicarii,& Camerarii Vicariarum,& Potestates,& Notarii, qui in districtu Officia exercuissent,possint Procuratorem cõstituere ad respõdendum generalibus inquisitionibus,quæ contra eos fierent tempore sindicatus. Sed si de aliquo speciali crimine ĩ officio cõmisso processus fieret contra eos,teneantur per se personaliter comparere, & respõdere,nisi esset infirmus,uel ad aliud officium deputatus, uel ex causa probabili absens a Ciuitate Lucen. & eius Territorio. Et semper post respõsionem affirmatiuam,uel negatiuam possint procuratorem constituere, prout ordinatum est supra libro Quarto sub Rubr. De Procuratoribus,& Defensorib. in criminalibus causis admittendis,uel non,quod Cap. confirmamus.

De Modo, & Forma Sindicandi Officiales Forenses. Cap.XXXI.

ET teneatur Dominus Maior Sindicus in sindicando officiales forenses electos,& deputatos per habẽtes auctoritatẽ a cõmuni Lucen. & eorum familiam depositis eorum officiis hunc ordinem obseruare,Quia eadẽ die qua Officiũ deponerent, uel saltem die sequenti formari debeat inquisitio contra eos,& recipi debeat responsio affirmatiua,uel negatiua secũdum formam statuti positi sub Rubrica De modo, & forma procedendi in criminalibus contra reum comparentem,et demum recipiat fideiussores secundum formã dicti Statuti, Dũtamen Dominus Lucen. Potestas, Dominus Maior Sindicus,officialis custodiæ,& supradictorum officiales quãdocũq; sindicarentur Barigellus,& Exactor, qui depositis eorum officiis sindicarentur,non teneantur fideiussores præstare, sed a dicta fideiussorum præstatione reddantur immunes, Dũmodo loco fideiussorum paga duorum ultimorum mensium sui officii retineatur, donec fuerint de sindicatu expediti. Similiter retineantur eorum equi,libri,& arma,& arnẽsia,quæ disgabellari,& extra Lucen. Ciuitatem portari nequeãt donec fuerint sindicati.

Et facta dicta respõsione affirmatiua,uel negatiua, ut dictum est,ea die teneantur mittere pconiũ per Ciuitat. Lucen. q̃ Quicũq; uoluerit aliqd dicere,petere,uel querelam exponere de tali officiali,uel sua familia,comparere debeat ad curiam dicti Domini Sindici intra tertiam diem, recepturus iustitiæ complementum. Et similiter præconizari faciat die sequenti ad terminum duorum dierum,et successiue post secundum bannum sequenti die præconizzari faciat ad terminum unius diei, ita q̃ intra tres dies a die incohati processus inclusiue petitiones,et querelæ omnium recipiãtur, et audiantur. Et intra septem dies proxime, et immediate sequentes dicti processus,et querelæ,auditis probationibus, et defensionibus partium per Maiorem Sindicum terminentur,ad pœnam librarum.xxv. usq; in cẽtum arbitrio iudicãtis,cõsiderata qualitate facti. Et dictis tribus primis diebus

elapsis, Nulla persona, quę de ipso Officiali querelā exponere uellet, audiatur ciuiliter, uel criminaliter. Sed dictis tribus diebus durantibus, & etiam eis finitis nihilominus Dominus Maior Sindicus possit inquirere, & diligenter inuestigare ex suo officio de omnibus, & singulis culpis, excessibus, et delictis, & aliis quibuscunq; per dictum Officialem, qui sindicaretur, uel per eius familiam illicite perpetratis, cōmissis, uel omissis. Et in dictis processibus statutorū solēnitates non debeant obseruari, nec uitietur ipsi processus ratione alicuius formae, uel solēnitatis omissae. Et q̄ supra diximus de processibus incohandis infra tres dies, & expediendis, & terminandis infra septem dies debeāt obseruari, nisi per formā electionis officialis, qui sindicaretur deberet processus sui sindicatus expediri infra longius, seu breuius tempus, quo casu debeat forma electionis seruari. Et omnes, & singuli Officiales forenses teneantur, & obligati sint pro omnibus, & singulis culpis, excessibus, & delictis, & pro omnibus, & singulis debitis, et cōtractibus, uel quasi cuiuscunq; de sua familia. Possit tamen Officialis excusari a debitis, et cōtractibus factis per quoscūq; de sua familia, si praeconiū mittat publice q; nemo credentiam faciat alicui de sua familia, ita q; non teneatur de debitis per familiam contractis post p̄conium. Et si officialis esset in officio refirmatus teneatur mittere post refirmam praeconium supradictum. Alioquin pro contractibus, et debitis familiae teneatur. Et quia officium praeturę est principalius officium quod dari consueuerit in Lucen. Ciuitate, & ualde Reipublicae interest, q; fideliter administretur, tam per ipsum Praetorem, q̄ per alios Officiales dependentes ab eo. Idcirco Decernimus, q; ipse Dominus Potestas ultra prouisiones supra ordinatas, de eo loquentes finito eius Officio secundum formam suae electionis stare debeat ad sindicatum cum suis Officialibus, & familia decem diebus continuis, deposito, & resignato Officio, intra quos decem dies debeat sententia terminari secundum formam Statutorum Lucen. Ciuitatis, a qua sententia nō possit appellari, nisi, & prout Disponit forma Statut. Lucen. Ciuitatis, & Teneatur ipse Praetor de, & p omnibus, & singulis culpis, excessibus, & delictis, debitis, & contractibus, uel quasi, familiae suae, exceptis casibus in quibus poena corporis imponenda ueniret, & expresse obligatus sit ad soluendum de suis pecuniis omnem cōdemnationem pecuniariam, quae fieret in sindicatu contra eius Vicarium, Iudicem, Notarium, Militem socium pro omissis, uel cōmissis in pertinentibus ad administrationem eorum Officii, Nec releuetur, seu excusetur dictus Potestas, si eos in sindicatu ante sententiam praestaret, uel si post sententiam condemnatoriam consignaret in fortiam, & potestatem Lucen. Cōmunis, sed ipse Potestas debeat tanquā principalis soluere pro dictis suis Officialibus i causis, & casibus praedictis, excusetur nihilominus si praeconium ut supra miserit, & de eius salario retinere debeāt ultimae duę mādatoriae, siue pagę, ut supra, donec fuerit sindicatus.

Caeterum

Cæterum sententiæ dictorum sindicatuum proferri debeant luce clara, ui delicet ante uigesimam quartam diei horam, ita ꝙ ante ipsam horam uige simam quartam diei lecta sit ipsa sententia, sub pœna ducatorum uiginti quinq; auri tam Domino Sindico si cõtrafaceret, q̃ Notario causæ, si post uigesimam quartam horam diei sentẽtiam rogatus legeret, ualeat tamẽ et teneat sententia, q̃uis post dictam horam promulgata, siue lecta foret, sed cõtrafaciẽtes puniatur ut supra, Et ut tollatur materia cauillosis, et calum niatoribus, uexandi indebite officiales forenses ĩ eorum Sindicatibus, San citum sit, atq; Ordinatum, ꝙ quicunque porrexerit contra eos aliquam pe titionem, seu querelam, teneatur eam prosequi usq; ad finẽ sindicatus, sub pœna ad arbitrium Domini Maioris Sindici, Nisi de cõmuni cõcordia cũ officiale sindicando renunciaret liti, seu petitionem, et querelam ãnullaret: Declarando, ꝙ ubi in aliqua petitione, uel querela uerteretur interesse Ca meræ Lucensis cõmunis, respectu pœnæ imponendæ ad opus ipsius Ca meræ, contra dictum Officialem sindicandum, talis petitio, seu querela nul latenus possit per porrigentem annullari, seu dictæ liti renunciari. Item deinceps prohibitum sit, et esse intelligatur aduocatis, causidicis, et procu ratoribus Lucensis Ciuitatis, aduocare, patrocinari, postulare, seu procura re in causis sindicatuum Officialium forensium in fauorem ipsorum, sed ipsi Officiales Forenses debeant se ipsos, et Gesta per eos in magistratu de fendere, et pro eis Aduocare, patrocinari, postulare, uel procurare alius nõ debeat, sub pœna Ducatorum uigintiquinque Auri cuilibet aduocato, procuratori, causidico, uel patrocinatori cõtrafacienti. Et insuper Declara mus, ꝙ si officiales refirmi essent in officio non teneãtur propterea stare ad sindicatũ ulteriori tẽpore, q̃ superius sit expressum. Declaramus etiã ꝙ col legium Magnificorum Dominorum Antianorum ante exitum officialiũ forẽsium sindicãdorum per decem dies eligere, et deputare teneãtur unũ expertum notarium causidicum solitum officium procuratoris exercere ĩ curiis, qui debeat contra p̃dictos officiales forenses sindicandos procura tionis officium exercere, et sibi puideri debeat per Dominos Antianos de hauere Lucen. cõmunis secundum qualitatẽ causarum, et quantitatẽ tem poris, quo procurauerit si pro uulitate lucen. cõmunis postulauerit. si uero pro priuatis personis, et in eorum fauorem postulauerit, ab illis debeat sa tisfieri, et si denegauerit absq; legitima causa procuratoris Officium exer cere priuatus intelligatur, et sit beneficio procurandi, et postulandi in curiis Lucen. et aduocatus Lucen. cõmunis teneatur contra dictos sindicandos pro interesse Lucen. cõmunis aduocare, et si uerteretur utilitas priuatorũ possit, et debeat sibi a dictis priuatis satis fieri, secundum formam statuti lo quentis de salario Aduocatorum.

De Auxilio præstando Maiori Sindico Lucensis Ciuitatis. Cap. XXXII.

STatuimus,& Ordinamus,q̄ Dominus Poteſtas Ciuitatis Lucen. & oẽs & ſinguli alii officiales Lucen.Ciuitatis a Maiore ſindico requiſiti, teneã tur,& debeãt eidem Domino ſindico dare auxilium,fortiam, & fauorem, & familiam,quotiens fuerint requiſiti,pro explicandis omnibus,& ſingulis ad eiuſdem ſindici officium pertinentibus.

De pœna imponenda ei,qui Gabellam exegerit,ultra quam ſit per formam ſtatuti permiſſum. Cap.XXXIII.

STatuimus,& Ordinamus,q̄ nullus poſſit aliquem introitũ,ſeu Gabellã Lucen.Ciuitatis recolligere,petere,ſeu exigere ultra q̃ debeat, & ſibi liceat ſecũdũ formã ſtatuti ciuitatis Lucen. Et ſimiliter nullus audeat,uel præſumat prætextu alicuius officii,uel emptionis factæ de aliquo prouẽtu exigere nouam Gabellã,ſeu aliam quãlibet exactionem,quæ per formam ſtatuti introducta non eſſet.Si quis autem in aliquo cõtrafecerit,puniatur per Dominũ ſindicum de facto in libris uigintiquinque,& ad reſtitutionẽ quãtitatis,ſeu rei,quã exegiſſet in quadruplũ ei,a quo recepiſſet.

De Delictis cõmiſſis in præſentia Domini ſindici. Cap.XXXIIII.

ET Maior ſindicus poſſit procedere,cognoſcere,& punire de omnibus & ſingulis maleficiis,culpis,exceſſibus,ſeu delictis in eius curia, & ſeu ipſo præſente,uerbo,uel facto cõmiſſis,& perpetratis.Et propterea poſſit pœnas imponere ſecundũ formã ſtatutorũ,& de prædictis ſibi Concedimus plenariam poteſtatem,non obſtantibus quibuſcunq; ſtatutis,quæ in hac parte ſibi aduerſarentur.Et poſſit alios quoſcunq; ſibi inobedientes mulctare, prout ſupra de modo mulctarum diſpoſitum eſt.

De Quæſtionibus uertentibus occaſione onerum,quæ a Ciuitate Lucen.imponerẽtur. Cap.XXXV.

ET poſſit,& debeat Maior ſindicus audire,cognoſcere,& fine debito terminare oẽs,& ſingulas cauſas,lites,q̃ſtiones,& controuerſias,quæ quomodolibet uerterentur inter quaſcunq; perſonas,cõia,collegia,& uniuerſitates comitatus Lucen.occaſione onerum,quæ a Lucen. Ciuitate,ſeu pro Lucen. Ciuitate imponerentur, ſeu occaſione æſtimi alicuius cõitatis, uel alicuius ſingularis perſonæ, uel etiam occaſione onerũ,quæ per quodcũq; cõmune Lucen.diſtrictus imponerẽtur,ſeu imponi intenderentur in ſubditos,ſeu tenutos,ſeu homines dicti talis cõis. Et etiam omnes,& ſingulas q̃ſtiones,& cauſas,quæ uerterentur occaſione electionis Conſulũ,ſeu officialium,ſeu ſindicorum cuiuſcunq; cõitatis. Et in omnibus,& ſingulis dictis cauſis,litibus,& quæſtionibus,quæ dictis occaſionibus coram eo quomo-

dolibet

dolibet uerterentur,procedere teneatur summarie,et de plano,sine strepitu et figura iudicii,nulla iuris,et statutorũ solẽnitate seruata,et etiam tempore feriato,et etiam sine processu. Et possit ad petitionem quorũcunq; officialiũ & Cõsulum cuiuscũq; cõmunitatis districtus Lucen. cõcedere eisdem officialibus licentiam,& plenariam potestatem grauãdi,& in ære,et persona cogendi omnes,et singulos de dicta cõitate æstimatos,et tenutos ad onera,q̃ a Lucen.Ciuitate imponerentur,et dicta onera inter sibi subditos distribuẽdi. Et lites,quæ ex inde insurgerẽt,debeat audire,et terminare,ut dictum est supra. Et etiam teneatur D.Maior Sindicus ad petitionem Officialiũ,et Cõsulum cuiuscũq; cõmunis cogere Camerariũ,et ueterẽs Cõsules ad faciendum,et reddendum rationem de omnibus gestis, et administratis per eos in eorum officiis,et ad reliqua,et residua restituenda,procedendo summariæ,et de plano,ac etiam tempore feriato,ut supra dictum est. Et prædicta omnia Declaramus locum habere in causis,quæ dictis occasionibus uerterentur inter comitatiuos,districtuales,et habitãtes ĩ lucen.districtu,et cõia, et Vniuersitates lucen.comitatus. Sed si Ciues Lucen.uel eorũ famuli,seu bona grauarentur quomodolibet in districtu ꝓ oneribus,et collectis, Tũc iurisdictio,et defensio ĩmunitatis ciuiũ pertineat ad D.lucen.Potestatẽ,put continetur supra Sub Rubri.De Immunitate Ciuiũ Lucen.Libro Tertio.

De Officialibus compellendis ad Officia,quæ acceptauerint, personaliter exercenda. Cap.XXXVI.

ET quilibet,qui Officiũ acceptauerit,teneatur illud per se ꝑsonaliter exercere, et ad illud exercendũ ire prima die sui Officii, uel saltẽ ĩfra quinq; dies proxime,et ĩmediate sequẽtes. Nec possit aliũ sibi substituere,cum sua tantum industria sit electa.Si quis autem cõtrafecerit,puniatur qualibet uice in libris cẽtum per D.Maiorem Sindicum,nisi habeat iustam excusationem,prout plene Dispositũ est supra libro Tertio, Sub Rub. De eo, q; officiales teneantur officia,quæ acceptauerint personaliter exercere, cuius Cap. tenorem Confirmamus,& secundum formam dicti Cap.Dominus maior Sĩdicus debeat obseruare,& obseruari facere.Præterea Volumus,q; Dominus Maior Sindicus uinculo iuramẽti qualibet hebdomoda prouideri facere teneatur si Dominus lucen.Potestas, & eius Iudices,& alii Officiales Lucen. Ciuitatis continue horis,& diebus ordinatis stent,& morentur ad eorum officium exercendum,& si ipsa officia exerceant ut tenentur. Et si,quẽ inuenerit contrafacientem punire possit de facto sine processu in libris quinque,uel ab inde infra descensiue, usque in soldos decem, considerata qualitate ꝑsonæ,& officii. Et nisi Dominus Maior Sindicus sic faciat prouideri,puniatur in lib.decem pro qualibet uice, in quibus debeat sindicari.

De non eligendo ad Officia,non Vxoratos a Viginti septem annis supra. Cap. XXXVII.

DDD

STatuimus, ꝙ nullus lucen. ciuis subditus, uel districtualis lucen. cōis, qui nunq̃ fuerit uxoratus, & uxorem habuerit, & duxerit, possit nominari, eligi, uel assumi ad aliquod officium ordinariū, seu extraordinariū lucen. cōis unde haberet, & cōsequeretur salarium ultra florenum unum ĩ mense a lucen. cōi, & si eligeretur talis electio sit ipso iure nulla, & hoc intelligatur de his, qui sunt ætatis annorum. xxvii. & ab ĩde supra, ab annis uero. xxvii. inclusiue citra non comp̃hendantur, in præsenti prohibitione, nec etiam illi qui usq; in præsenti die uxorem nō habuerint, qui sint annorum quinquaginta & ab inde supra. Declarantes ulterius suprascriptam prohibitionem procedere quo ad officia, quæ ordinarie reformantur, & quæ reformanda pertinēt ad Cōsilium. xxxvi. &, et etiam ad officia Castellanorum ciuitatis, & extra, quæ per Magnificos D. & officium conducteriorum reformantur ad alia autem officia lucen. cōmunis, & exercitia eligi possint per auctoritatem habentes, non obstante ꝙ uxoratus non fuerit.

De Matrimoniis contractis per Sponsalia, et uerba de præsenti confirmandis. Cap. XXXVIII.

STatuimus, ꝙ post contractum Matrimonium, et firmatum quādocūq; in Ciuitate Lucensi, et eius comitatu, et districtu teneatur Sponsus pro parte sua, et cōiuncti, et affines Sponsæ secundū gradū parētelæ necessariū pro parte sua, ita et taliter procurare, et facere, ꝙ intra sex dies proximos, ac ĩmediate sequētes a die conclusi, ac firmati Matrimonii numerādos, ipsum Matrimonium confirment, et fiat per Sponsalia per uerba de præsenti, uel anulo solēniter despōsando, Et de spōsalitiis, uel despōsatione īstrumentū fieri facere de iure ualidum, et solenne, et hæc intelligantur fieri debere in masculo Sponso ætatis annorum quātuordecim, et ab inde supra, in Sponsa autem ætatis annorum duodecim, et ab inde supra: Ita ꝙ ambo maiores sint dicto tempore, ac etiam hæc fieri intelligantur debere, quando contrahentes Matrimonium sint præsentes, ubi autem essent absentes unus, uel ambo, tempus dierum sex supra declaratum non currat, nisi a die qua fuerint ambo præsentes, et hæc ut supra dictum est obseruentur, et obseruari debeant, sub pœna florenorum centum auri, soluendorum per illam partem, quæ non obseruauerit, et quæ omiserit sic facere, et applicandorum cameræ Lucen. cōmunis pro duabus partibus de tribus, et pro tertia parte accusatori, et denunciatori. Declarantes ulterius ꝙ sublata sit, et esse intelligatur merces illa, quæ solita erat dari mediatoribus Matrimoniorum secundum formam Decreti propterea celebrati, Quod Decretū cassamus, et annullamus, contrarietate aliqua non obstante.

De Fideiussoribus dandis per Officiales, et Nuncios in curia Domini Sindici. Cap. XXXIX.

Quilibet

QVilibet, qui Officium ad quod fuerit electus per Potestatem habẽtem a Cõi Lucen. acceptauerit, teneatur, & debeat in ipsa acceptatione fide iussores præstare in curia D. Maioris Sindici, & obseruare formã, de qua, & prout Dispositum est supra libro Tertio, sub Rubrica De Modo, et forma acceptãdi electiones, et Officia, cuius Statuti tenorem obseruari Præcipimus. secundũ formã, et distinctionem ĩ eodem Statuto appositam, et ĩsertam. Et oẽs, et singuli nuncii teneantur fideiussores pręstare in curia D. Maioris Sindici secũdum formam Statuti positi lib. Tertio sub Rubr. De Electione, et salario nũciorũ. Et quãuis ipsi nuncii sint subiecti omnibus, et singulis Officialibus Lucen. Ciuitatis, et omnibus Officialibus indifferenter parere, et obedire debeant, nihilominus cogantur obedire mandatis D. Maioris Sindici sub pœnis, et bãnis de quibus eidem Maiori Sindico uidebitur, et placebit. Ac etiam obseruare teneãtur ordines de dictis nunciis disponẽtes. Et si cõtrafecerit per ipsum D. Sindicũ puniri possint, et debeãt de facto ĩ pœnis in statutis cõtentis quolibet tẽpore, absq; alio sindicatu de ipsis nunciis fiendo. Declaramus insuper, ꝙ quilibet nuncius cuiuscunq; curiæ Ciuitatis Lucen. possit in quacunq; curia dictæ Ciuitatis Officiũ nuncii exercere, non obstante ꝙ in aliqua curia foret specialiter deputatus.

De Officio Maioris Sindici circa Carceratos. Cap. XL.

ET teneatur Maior Sindicus prouidere ne Carceratis aliqua Iniuria inferatur per Superstites Carcerũ, uel alios de sua familia, uel per deputatos per eos, pro quibus ipsi superstites teneantur. Ac etiam præfatus D. Sindicus solicite prouideat, ne ab eisdem carceratis plus exigatur, q̃ permittatur per formã statut. de quo supra Tertio libro. Sub Rub. de Officio Superstitis, et Custodis carcerũ, & statuti Gabellę. Et diligenter curare teneaẽ ne in ipsis carceribus male tractentur. Et quod dicta Statuta de Carceribus, seu de Custodibus Carcerum facta inuiolabiliter obseruentur, & Teneantur punire Omnes, et singulos delinquentes circa præmissa, imponendo pœnas in dictis statutis appositas, & cõtentas. Et insuper dictus Maior Sindicus teneaẽ monere saltim singulis sex mẽsibus semel D. Vicariũ D. Lucensis Potestatis, & Exactorẽ Lucẽ. Ciuitatis, quatenus quilibet eorũ uadat ad uisitandũ carceres Lucen. Ciuitatis saltem semel singulis duobus mensibus. Et sufficiat quo ad pœnæ euitationẽ ꝙ Vicarius D. Potestatis, & Exactor uisitẽt dictos carceres saltem semel singulis duob. mensib. nõ obstãte, quod ĩ dictis Statutis de Carceribus, et custodibus Carcerum continetur, Qui Dicti Dominus Vicarius, et Exactor singulo mense dictos Carceres uisitare teneantur. Et similiter teneatur monere saltem per suas litteras semel singulis sex mẽsibus omnes, et singulos Vicarios Vicariarum, ꝙ uisitent, et uisitare debeant, singulo mense Carceres suæ uicariæ, secundum formam dictorũ statut. Et si dictus Sindicus non monuerit dictos uicarium Exactorẽ, et Vicarios uicariarum cõdemnetur in lib. xxv. p qualibet ui

ce in quibus debeat sindicari. Et nisi dicti Vicarii, et Iudex D. Potestatis, & Exactor uisitauerint, ut præfertur, debeāt finito eorum officio sindicari per D. Maiorē Sindicum, & puniri secūdum formam dictorum statutorū. Et quāuis moniti non fuerint per D. Sindicum, nihilominus huius statuti auctoritate moniti intelligātur. Cęterum Declaramus, q̄ prædicta statuta obseruentur in his, quæ præsenti Capitulo non obuiarent, quia Volumus, quod contenta in præsenti Cap. præualeāt Statutis prædictis.

De Officio Notariorum curiæ Domini Sindici. Cap. XLI.

Officium Notariorum Curiæ Domini Sindici, & eorum Potestatem, & mandatum plene descripsimus supra libro Tertio. sub Rubri. De officio notariorum curiæ Domini Maioris Sindici, & Iudicis appellationum, & secundum dicti Statuti tenorem, & formam Disponimus obseruari.

De exhibenda copia scripturarum eis, quorū interest. Cap. XLII.

ET teneantur oēs, & singuli officiales ad quodcunq; Officium deputati, & omnes, & singuli Notarii habentes quæcunq; instrumēta, seu acta, uel rogationes, seu prothocolla, tradere ī publicam formā instrumenta, & acta, et scripturas illis personis, quarum interest, pro precio congruo. Et ad sic tradendum per Dominum Maiorem Sindicum uiribus sui officii compellantur de facto, summarie, et de plano, nulla iuris, et statutorum solēnitate seruata. Et possit etiam quoscunq; sibi inobedientes punire pœna a statutis īposita, et si īposita nō reperiatur, possit mulctare secundū formā statuti positi sub Rubri. De modo Mulctarū libro Quarto. Verū si q̄stio, seu dubium esset, an tales scripturæ uenirent petentibus ædendæ, uel de ipsarū scripturarum precio, uel mercede, talis q̄stio per D. Maiorem Sindicum dirimatur citatis omnibus, qui fuerint propter hoc citandi. Volumus tamē q̄ de p̄dictis D. Lucen. Potestas, et quilibet Vicarius in sua uicaria habeat plenariam iurisdictionem. Et si qua persona instrumenta, uel acta, quæ nō ad sui petitionem, uel eius in cuius locum successisset rogata fuerint peteret sibi ab aliquo Notario exhiberi, citetur persona in cuius præiudicium talis exhibitio uerti posset ut ueniat ad dicendū causam quare ædi non debeat. Alioquin nisi dicta citatio fieret, cōpelli non possit notarius ad ipsam æditionem fiendam. Et circa præmissa præcipimus per D. Maiorem Sindicum obseruari statutum positum supra libro Primo sub Rubri. De Exhibenda copia instrumentorum, quæ in iudicio producerentur. Et Statutum etiam positum libro Primo sub Rubrica De Instrumentis, & actis, quibus aliqua persona in aliqua causa uti uoluerit in formam publicam exhibendis. Et unūquodq; dictorum statutorum in suo casu Volumus obseruari. Præterea Disponimus, q̄ Dominus Maior Sindicus uinculo iuramenti

menti,quotiēs fuerit requisitus copiam actorum in sua Curia actitatorum teneatur dari facere,his quorum interest. Alioquin per suum successorem debeat in sindicatu puniri ī libris decem,uel ultra,usque in libras quinquaginta arbitrio iudicantis. Et nihilominus condemnetur parti lęsę ad emendationem damni.

De Accusatione,& Denuncia recipienda per Sindicum, non præstita fideiussione. Cap.XLIII.

ET quicunq; denunciauerit,seu accusauerit Maiori Sindico,seu eius curię ꝙ aliquis officialis,seu notarius ad aliquod officium deputatus,uel nuncius fecerit,uel omiserit aliquid contra formam iuris,& statutorum, uel aliquid aliud Domino Maiori Sindico denunciauerit de his,quæ ad eius officium pertinent,& spectant, non teneatur cauere, uel fideiussorem præstare, seu pro expensis restituendis aduersario se obligare. Et ipse Sindicus teneatur eum audire sine aliqua fideiussione,uel cautione, seu sumptuum restitutionis obligatione statuto aliquo nō obstante. In expensis tamen causæ possit talem denunciatorem,seu accusatorem condemnare si calumniose,uel falso uiderit eum ad prædicta processisse. Et insuper teneatur,& debeat condemnare accusatorem calumniosum,uel falsum,in pœnis in statuto cōtentis. Et possit etiam Dominus Maior Sindicus,si rei qualitas hoc suggesserit,tenere secretum nomen accusantis,seu denunciantis.

De Compellendis Notariis ad resignandū libros in Archiuo librorum Lucen.Ciuitatis. Cap.XLIIII.

ET teneantur omnes Notarii, qui fuerint rogati de libris æstimi Lucen. districtus,libros dicti æstimi infra octo dies a die qua fuerint de prædictis rogati,præsentare,ponere,& consignare in archiuo librorum Ciuitatis Lucen.sub pœna librarum cētum pro quolibet,& qualibet uice.Et ad prædicta per dictum Dominum Maiorem Sindicum compellantur. Et similiter omnes,& singuli libri mēsurationis terrarum,postq̄ correcti fuerint, debeant exhiberi,& præsentari in archiuo,seu Camera librorum Lucen.ciuitatis secundum formam statuti positi sub Rubrica De libris mēsurationis terrarum ponendis in archiuo Lucen.Ciuitatis. Statuimus insuper ꝙ omnes,& singuli Officiales,& Notarii ad quodcunq; officium Lucensis Ciuitatis electi,& deputati, depositis eorum officiis teneantur,et debeant cōsignare Custodi archiui librorū,seu Cameræ librorum Lucen. ciuitatis omnes, & singulos libros magnos,& paruos,quos fecerint,seu scripserint tempore eorum officii,& ipsius officii occasione uidelicet, illi de Ciuitate Lucen.īfra dies quindecim. Et illi de extra Ciuitatem infra triginta dies post officiū

depositum proxime,& immediate sequentes. Et hoc sub pœna priuationis Officiorum Lucen.cōmunis,tam utilitatis,q̄ honoris ꝑ tempore duorum annorum,& nihilominus compellatur ad mittendum libros in Camera ut supra dictum est.Et de prædictis Dominus Sindicus teneatur inuestigare,& inquirere,& repertos culpabiles cōdemnare. Et in prædictis procedere possit,& debeat,tam per accusam,q̄ etiam per denunciam,& ex officio per inquisitionem. Et insuper Disponimus, ꝙ tam Dominus Sindicus,q̄ Dominus Lucen.Potestas,et uterꝗ ipsorum faciat obseruari statutum positum sub Rubrica De denunciandis in Camera,seu Archiuo Lucensis Ciuitatis libris Notariorum defunctorum,de cuius quidem Capituli executione,tam Dominus Sindicus,q̄ Dominus Lucen.Potestas habeāt plenariam facultatem. Volumus tamen ꝙ prædicta non intelligantur de libris introituum, et de libris Gabellarum, qui pœnes successorem debeāt remanere. Volumus tamen,ꝙ tam Dominus Exactor, q̄ etiam Officiales Gabellarum,et Prouentuum,et salis, et cæteri alii Officiales teneātur ponere ī archiuo publico finito eorum Officio oēs libros causarū ciuiliū, et criminalium coram eis agitatarum tēpore supra scripto, et sub eisdem pœnis.

De Condēnationibus, et Bannis in criminalibus latis non cancellandis,nisi in casibus permissis,et de pœna contrafacientis. Cap.XLV.

QValiter Banna debeant cancellari Descripsimus in libro Quarto sub Rubrica De modo,et forma cācellandi Banna,quod præcipimus obseruari prout ibi continet̄. Et si Dominus Sindicus inuenerit aliquē notarium,uel aliam quācunꝗ personam etiam si in quocunꝗ Officio, uel dignitate constituta foret,qui, et quæ indebite scienter, et dolose cancellauerit aliquam sententiam condemnationis,uel Banni in criminalibus latam teneatur,et debeat talem delinquentem de crimine falsi punire,et condemnare,ac si falsum instrumentum confecisset.Et nihilominus talis cancellatio non ualeat,sed talis de Banno, et condemnatione cancellatus intelligatur condemnatus , et Bannitus , prout primo erat, non obstante cancellatione prædicta.Et a præceptis, processibus,et condemnationibus, quæ per Dominum Sindicum propterea fierent non possit appellari,supplicari, uel querela moueri,uel de nullitate dici.

De eo,ꝙ a Grauaminibus per Sindicum indebite illatis appellari possit ad Dominū Lucen.Potestatē. Cap.XLVI.

SI Dominus Maior Sindicus uigore sui Officii Sindicatus aliquam sen- tentiam

tentiam promulgauerit, uel aliquod grauamen ĩtulerit, tunc nisi per formã alicuius Statuti in aliquo certo casu esset appellari prohibitũ, Permittimus quod a tali sententia, & grauamine appellari possit ad dominum Lucẽ. Potestatem, qui si dictam sententiam confirmauerit amplius appellari nõ possit. Sed si eam ĩfirmauerit possit appellari ad Magnificos Dominos Antianos, & Vexilliferũ Iustitiæ lucen. cõmunis prout continetur supra. sub Rubrica de Iudicibus, ad quos, & quotiens appellari possit.

De Ensenijs, quæ Officiales in modica quantitate recipere possunt impune. Cap. XLVII.

CVm in pluribus statutorum nostrorum capitulis pro utilitate Reipublicę sit prouisum, quod omnes, & singuli Officiales cuiuscunq; gradus existant, stare debeant contenti salariis ordinatis, & nihil aliud recipere ualeant etiam ab offerentibus sua sponte, pœnas debitas contrafacientibus imponẽdo, prout in diuersis capitulis duximus prouidendum, Volentes rigorẽ dictorum, statutorum temperare. Statuimus, quod prædictis statutis nõ obstãtibus, possit quilibet Officialis, & quilibet de familia Officialium impune recipere a sponte offerentibus ex causa donationis esculenta, & poculenta in modica quantitate, quæ infra paucos dies uerisimiliter cõsumi possint, quæ autem dici debeat quantitas modica discretioni, & arbitrio Domini Maioris Sindici duximus relinquendum. Sed si quis Officialis huiusmodi donaria, & Ensenia ad cibum, & potum pertinentia receperit in quantitate nõ modica, uel aliud quod ad cibum, & potum non pertineat, puniatur secundum formam Capituli proxime, & imediate sequentis.

De eo, quod quilibet Officialis stare debeat contentus salario sibi ordinato. Cap. XLVIII.

STatuimus, & Ordinamus, ꝙ quilibet Officialis cuiuscũq; status, uel conditionis existat, stare debeat contentus salario sibi ordinato, & nil ultra possit ipse, uel aliquis de sua familia accipere ĩ pecunia, rebus, uel promissionibus modo aliquo, uel ingenio per se, uel aliũ directe, uel per obliquũ nisi, put, & quatenus permittitur per formã Cap. proxime præcedẽtis. Et de ꝓdictis Maior Sindicus teneatur inquisitionẽ facere. Et si quis inuentus fuerit contrafacere, uel contrafecisse puniatur ad opus Cameræ Lucen. cõmunis per dictum Dominum Maiorem Sindicum in quadruplum eius, quod acceperit, uel promissum fuerit, & nihilominus condẽnetur ad restitutionẽ rei, uel pecuniæ habitæ uel receptæ ei, a quo habuerit, uel receperit. Et qui promissionem fecerit liberetur inquantum dans, uel promittens denuncia

uerit,et de prædictis noticiam, uel fidem fecerit Domino Maiori Sindico. Si autem alius denunciauerit, tunc dicta pecunia, & res data debeat dari, & assignari eidem denuncianti. Et nihilominus ipse dans, uel promittens, qui non denunciauerit, condemnetur ad utilitatem Cameræ præfatæ in tátúdem, quantum dedit, uel promisit officiali, uel alicui de familia officialis. Et prædicta fieri debeant infra quindecim dies, postquam ad noticiam dicti Domini Maioris Sindici peruenerint. Et quod dictum est supra in datione, uel promissione, idem intelligatur in deposito facto pro dándo eidem officiali. Et similiter procedatur, et fiat cótra Prosenetas, siue Mediatores, ut dictum est supra de recipiente rem, uel pecuniam, uel promissionem. Et unicuiq; datori, uel denunciatori credatur usq; in soldos quadraginta bonæ monetæ cum sacramento, si fuerit bonæ códitionis, et famæ, de quo stetur arbitrio Domini Sindici inspecta qualitate accusati, et accusantis, uel denunciantis. Et cum dicto sacramento, et cum probatione unius testis, seu alijs indicijs, et præsumptionibus credatur usq; in libras uiginti quinque, de quibus præsumptióibus, et indicijs stetur arbitrio Domini Maioris Sindici, et ab inde supra quátacunq; fuerit summa, credatur cum probatione duorum testium, et iuramento talis denunciátis, seu dantis, ut supra dictú est. Et prædicta omnia intelligantur tam in datis, q̃ in dari promissis ipsis Officialibus, uel alicui pro eis, uel alicui eorum, seu depositis directe, uel per obliquum, siue fide aliqua habita de dato, uel promisso occasione sui officii. Et possit Dominus Sindicus indicijs, et præsumptionibus præcedentibus, inuestigare, et inquirere, et inuenire de prædictis per tormenta, uel per alios modos, de quibus, et prout sibi uidebitur. Et in casu quo procederet ad tormenta, Teneatur seruare Statuta de Tormentis loquentia. Et si contrafecerit, sindicetur per eius Sindicum, ut in dictis statutis continetur. Et a præceptis sententia, uel condemnatione, uel a processu, uel executione propterea latis appellari non possit, nec de nullitate dici, uel querela moueri, aut supplicari, uel per uiam aliquam contrauenire. Et etiam possit in prædictis Dominus Maior Sindicus arbitrari, put suæ discretioni uidebitur, utrum res, uel pecunia fuerit data, uel promissa occasione officii, considerata conditione personæ dantis, uel promittentis, et mediatoris, et qualitate facti, et consideratis alijs indicijs, de quibus sibi uidebitur. Et in hoc casu suam conscientiam Oneramus. Et cuilibet qui fuisset Officialis, uel de familia alicuius Officialis in casu, in quo de prædictis contra eos, uel aliquem eorum procederetur per accusam, uel per inquisitionem, uel aliter, detur omnino si petatur copia processus, & testium, & competens terminus ad defensionem faciendam. Et si contrafieret processus non teneat ipso iure. Et cótra dictos Officiales, quibus diceretur pecuniá, uel rem aliá esse datá, uel promissam, seu alteri eorú nomine idé Maior Sindicus possit procedere, & punire etiá duráte eorú Officio. Sed cótra D. lucen. Potestaté, &

eius

eius familiam durante eius officio procedere nõ possit de prædictis nisi in casibus expressis ab aliquo statuto concessis. Et prædicta generaliter Volumus obseruari, nisi in aliquo casu aliter esset specialiter prouisum, quia Volumus q specialis prouisio debeat in suo casu firmiter obseruari.

De Collegio Iudicum, seu Iurisperitorum, & Collegio Notariorum, & ipsorũ Collegiorum consulibus. Cap. XLIX.

STatuimus, & Ordinamus, q quolibet ãno eligatũ, & eligi debeat unus doctor iuris ciuilis, uel unus saltem iurisperitus solitus patrocinio, seu aduocationis officio publice fungi, qui nõ sit solitus, & consuetus exercere officium procurationis, seu postulationis publice apud tribunalia, qui sic electus appelletur, & sit consul collegii iudicum, & iurisperitorum. Ac etiam quolibet anno eligantur tres periti tabelliones, seu iurisperiti, nec hoc casu exercentes officium procurationis, seu postulationis excludantur, qui tres appellentur, & sint Consules collegii notariorum. Qui omnes prædicti Cõsules scilicet collegii Iudicum, & collegii notariorum sint, & esse debeãt Ciues Lucen. Qui sic electi cogi, & compelli possint per Maiorem Sindicum ad dicta officia acceptanda, & exercenda, & in eorum, & cuiusq; ipsorũ acceptatione teneantur iurare se fideliter dicta officia exercere singula singulis referendo. Ac etiam specifice quilibet ipsorum iurare teneatur, q nullum in collegio Iudicum, seu in collegio notariorum admittet, uel recipiet, nisi eum, uel eos, qui sibi secundum suam conscientiam idonei, et sufficientes uidebuntur. Ad quorum Consulum Officium una cum Domino Vicario Domini Lucen. Potestatis spectet, et pertineat collegio iudicum admittere, et recipere omnes, et singulos Doctores iuris ciuilis, uel iuris canonici, et omnes, et singulos iurisperitos, siue in iure ciuili, siue in iure canonico, qui dictis Domino Vicario, et Consulibus prædictis, aut maiori parti prædictorum modo infrascripto idonei, et sufficiẽtes uidebuntur ad officia Iudicum exercenda, dũmodo in dicto collegio iudicum nullus admittatur, seu recipiatur, nisi in eius approbatione, uel acceptatione, uel receptione interuenerit auctoritas, & expssus consensus, aut dicti Domini Vicarii, aut Consulis Iudicum, & maioris partis consulum notarium, nec in dicto Collegio Iudicum recipi, aut admitti possit aliquis, qui solitus, aut consuetus sit exercere officium procurationis, seu postulationis publice apud tribunalia. Declarantes, q illi, qui in dicto Collegio Iudicum fuerint admissi, approbati, & recepti, debeant in libro propterea ordinato secundum formam statuti proxime subsequentis describi per notarium dicti collegii. Et qui in dicto libro descripti reperirentur sint, habeantur, & intelligantur de Collegio Iudicum, & fruantur, & frui debeant omnibus emolumentis prerogatiuis, honoribus, & imunitatibus, priuilegiis cõpetẽtibus existẽtibus de dicto Collegio Iudicũ. Et eis, & cuilibet ipsorũ possint causæ consulẽdę

cōmitti, & delegari per officiales Lucen. Ciuitatis, et Districtus in casibus
in quibus consulendæ, uel delegēdæ uenirent ex dispositione statutorum.
Illi uero qui in dicto libro propterea ordinato iter descriptos in Collegio
Iudicum non reperirētur descripti non sint, nec habeantur de collegio Iu-
dicum, nec pro Iudicibus collegii tractentur, aut reputentur, nec eis consulē
da cōmitti, aut delegari possit, aut debeat aliqua causa per Officiales Lucē.
Ciuitatis, seu eius districtus, nec fungi debeant, aut possint aliquibus cōmo-
dis, honoribus, priuilegiis, immunitatibus, & prærogatiuis competentib. Iu
dicibus existentibus de Collegio. Et similiter ad dictos Consules dictorū
Collegiorum coniunctim, una cum dicto Domino Vicario Domini lucē.
Potestatis spectet, & pertineat ī Collegio, seu Matricula Notariorū admit-
tere, & recipere omnes, & singulos Notarios, & Tabelliones, qui dictis Do-
mino Vicario, & dictis Cōsulib. aut maiori parti omnium prædictorū ido
nei, & sufficientes uidebuntur ad Officia Notariorum, & Tabellionum exer
cenda. Declarantes, q illi, qui ī dicto Collegio Notariorum fuerint admis
si, approbati, & recepti debeāt in libro propterea ordinato secundum dispo
sitionem statuti proxime subsequentis describi per Notarium dicti Colle-
gii. Et qui in dicto libro descripti reperirentur, sint, habeantur, & intelligā
tur de Collegio Notariorum, & habeantur pro idoneis, & sufficientibus, &
fruantur, & frui debeant oībus cōmodis, emolumētis, prærogatiuis, hono
ribus, imunitatib. et priuilegiis cōpetentibus Notariis existentib. de Colle-
gio prædicto, seu Notariis Matricularis, et eligi, et assumi possint ad oīa, et
singula officia ad, quę eligi cōsueuerunt publici, et autentici Notarii, seu Ta
belliones, et ea exercere ualeant, et possint. Ac etiam possint cōficere publi-
ca instrumenta, et ultimas uoluntates, et omnia, et singula exercere, quæ ad
Officium tabellionatus spectant, et pertinent. Et instrumentis, et ultimis uo
luntatibus, et actis, et quibuscunq; aliis scripturis publicis per eos confectis
de quibus rogati fuerint, adhibeatur plena fides. Illi uero qui in dicta ma
tricula, seu libro propterea ordinato non reperientur descripti, nō sint, nec
habeātur, nec reputētur pro matricularis, nec de ipsorum notariorum col-
legio, seu consortio, nec frui possint, aut ualeant cōmodis, honoribus, imu-
nitatibus, seu priuilegiis, seu prærogatiuis competentibus ipsi collegio, seu
notariis matricularis, seu existentibus de collegio. Nec eligi possint aut ua
leant ad aliqua officia, quę notarii eligi consueuerunt. Et si electi fuerint, ea
non debeāt, seu possint acceptare, seu exercere quouis modo, sub pœna flo
renorum uigintiquinq; applicandorum Cameræ lucensis Communis pro
quolibet, et qualibet uice, qua contrafactum fuerit. Et nihilominus quic-
quid per eos gestum, aut actum fuerit in dictis Officiis, non ualeat ipso iu
re, nec fidē aliquā faciat. Et ultra hoc, teneātur ad interesse eorū, q ex eorū
scripturis, seu actis per eos cōfectis in dictis officiis qūolibet lęderentur ex
eo, quod nō matriculati officia acceptauerint, seu exercuerint. Nec etiā ali
qua instrumenta, uel ultimas uoluntates, uel alias scripturas publicas extra

officia

Officia conficere debeant, nec aliquid ad Officium notariatus exercere sub pęna Florenorum decem applicandorum Cameræ præfatæ pro quolibet et qualibet uice, qua per eos contrafactum fuerit. Non tamen uitientur instrumenta per eos confecta, uel ultimę uoluntates, uel aliæ scripturæ publicæ, de quibus extra dicta officia rogati fuerit si aliud impedimentū nō obsistat. Declarantes q̄ in receptione, uel admissione, seu approbatione fienda de dictis Iudicibus, seu notariis in dictis Collegiis, dictus Vicarius, & prædicti Consules procedere possint per examinationem fiendam de ipsis matriculandis, uel aliter de eis informationem accipiendo, prout eis cōuenentius uidebitur. Declarantes q̄ nullus possit, aut debeat in dictis Collegiis recipi, uel admitti, qui non esset ciuis Lucen. aut de comitatu Lucen. fortia, uel districtu, uel nisi esset de terris Domini Lucen. Episcopi, uel Lucen. Capituli. Et si secus fieret nō ualeat ipso iure. Et nullus admitti, seu recipi possit, qui nō ualeat sub Domino Lucen. Potestate, uel aliis officialibus lucen. cōmunis in causa ciuili, uel criminali conueniri, & si secus fieret non ualeat ipso iure. Et nullus de cætero ultra primos eligendos eligi possit in Consulem alicuius Collegii, nisi fuerit de ipso Collegio. Ac etiam tam primi Consules eligendi, q̄ ulteriores esse debeant Ciues Lucen. Insuper Statuimus q̄ de receptione, uel approbatione fienda de aliquo in aliquo de suprascriptis Collegiis fiat instrumentū publicum, & alia seruētur, quæ Disposita sunt in statuto proxime sequenti.

De Officio Notarii Collegii Iudicum, & Collegii Notariorum Ciuitatis Lucen. Cap. L.

STatuimus, & Ordinamus, q̄ singulo anno eligatur, & eligi debeat unus peritus Notarius ī arte notariæ, & tabellionatus, qui sit, & appelleť Notarius Collegii Iudicum, & Collegii Notariorum, ad cuius Officium spectet & pertineat cōficere publica instrumenta de omnibus, & singulis iurisperitis, seu tabellionibus, qui fuerint per D. Vicarium D. Lucen. Potestatis, & p Cōsulem collegii iudicum una cum consulibus notariorū, uel maiori parte ipsorum approbati, & recepti in collegio iudicum, seu notariorum secundum formā proxime præcedentis Cap. Ac etiam teneatur, & debeat oēs, & singulos, qui tempore sui officii durantis fuerint approbati, & recepti, de quibus ipse fuerit rogatus describere in libro matriculę, cōficiendo per eū qui primus fuerit ad hoc Officiū deputatus qui liber debeat perpetuo stare, & remanere ī curia Dñi lucen. Potestatis, ita q̄ publice uideri possint, qui in dicta matricula descripti fuerint. In qua descriptione seruet hunc modum, quia separatim describat receptos, & approbatos in collegio iudicum ab his, qui recepti, & approbati fuerint in Collegio notariorū. Ac etiā describat diē, & annū, quib. quilibet matriculatorū fuerit approbatus, & receptus, asserendo nomen, & pronomen ipsius notarii dictorū collegiorū, qui

de dicta approbatione,et receptione cōfecerit instrumentum. Ac etiam te neatur,postq̄ de acceptatione,& approbatione alicuius ex suprascriptis fue rit rogatus,infra tertiā diem transmittere,& denūciare Notario Archiui li brorū cameræ nomen,& pronomen,seu cognomen dicti approbati,& rece pti. Declarādo diem,& annum,quibus fuerit receptus,& approbatus,& no mina Cōsulum prædictorū, & Vicarii per quos extiterit approbatus,& in quo collegio extiterit receptus,& asserendo nomen,& pronomen ipsius no tarii,qui de dicta approbatione,& receptiōe fuerit rogatus. Qui Notarius archiui incōtinenti dictos receptos, & approbatos debeat describere ī libro per eum ad hoc ordinādo,qui perpetuo maneat in dicto archiuo. Et in de scribēdo hunc ordinē teneat,ut describat seperatim receptos ī collegio Iu dicum,ab his qui recepti fuerint in Collegio Notariorū,& describat diem, & annum,quibus quilibet receptus fuerit,& per quos Consules,et nomen Vicarii,denotando nomen,et pronomen Notarii,qui de receptione, & ap probatiōe cuiuslibet fuerit rogatus. Ac etiam ad officiū Notarii dicti Col legii spectet, et pertineat cōficere instrumenta publica de approbationibus quæ cōtingerent fieri per Vicariū D. Lucen. Potestatis,& Consules Colle gii Iudicum,et alios requisitos super cedulis notariorū absentiū,uel defun ctorum secundū formā Statuti positi sub Rubr. De cedulis,seu prothocol lis notariorum absentiū,uel defunctorū. Ac etiam ad officiū dicti notarii spectet,et pertineat conficere publica instrumenta,acta,et scripturas publi cas,seu priuatas,prout res exegerit,de omnibus,et singulis,quæ fierent, seu actitarentur per dictos Consules Collegii Iudicum, et Notariorū in dictis officiis,et eis in dictis officiis obedire teneantur. Et teneantur dictos Cōsu les congregare in Palatio Domini Lucen. Potestatis quando aliquid colle gialiter expediendum esset. Et dictus Notarius possit, et sibi licitum sit de quibuscunq; instrumētis,seu actis,uel scripturis publicis,uel priuatis per eū conficiendis,in dictis officiis facere sibi satisfieri de debita mercede ab his,ī quorum fauorem conficerentur,uel quorum interesse concernerent,seu ad quorum instantiam fuisset rogatus.

De Salariis,et Mercedibus Aduocatorum,et Procuratorū cau sarum,et patrociniū in causis præstantium. Cap. LI.

STatuimus,et Ordinamus,q̄ quilibet Aduocatus,siue causarum patro nus possit,et sibi licitum sit accipere infrascriptas quantitates pecuniarū in causis,in quibus patrocinium,siue aduocationem præstiterit hoc modo uidelicet. Pro primo patrocinio præstito in instātia cuiuslibet principalis causæ ciuilis,cuius ualor, quātitas, siue iteresse esset a florenis uiginti quinq; infra descensiue,possit ī totum pro suo patrocinio accipere florenū unum auri cum dimidio. Et si ualor,quātitas,seu interesse dictæ causæ ascende ret summam Florenorū uigintiquinque quātacunq; fuerit summa dictæ

causæ

causæ usque ad summam florenorum cẽtum ualoris dictæ causæ, possit accipere pro patrocinio præstito in prima instantia florenos tres auri. Et si fuerit de florenis centum, usq; in ducentos, possit accipere florenos quattuor auri, pro patrocinio præstito ĩ primaĩ stantia. Et ultra hoc, possit accipere florenũ unũ auri, si libellũ dictauerit. Et si ualor quãtitas, seu interesse dictę causę excesserit quãtitatem florenorum ducentorum, tunc ultra dictos florenos quatuor, & ultra florenum, quem accipere potest pro dictatura libelli, accipere possit florenum unum auri pro quolibet centenario, et ad rationem centenarii, usq; ad ualorem florenorũ mille ualoris dictæ causæ, et a summa florenorum mille supra, quantaecunq; fuerit summa ultra salarium quod accipere potest pro dicta summa florenorum mille, possit accipere dimidium florenum auri pro quolibet cẽtenario, quod esset supra mille. Si uero causa non haberet instantiã, ut puta in casibus in quibus proceditur ad executionem sententiarum, uel laudamentorum, seu executionem publicorum instrumentorum, uel similium causarum, tunc si petatur executio sententiæ latæ in Iudicio, uel laudi ab Arbitris, seu Arbitratorib. lati, et ille idem in executione aduocatus interueniat, qui ĩ causis principalibus, siue in Iudicio, siue corã arbitris, uel arbitratorib. patrociniũ p̃stiterit, possit accipere p patrocinio in dicta executione p̃stito tertiã partẽ eius, quod pro ĩstãria principalis causę potuisset accipere, Sin aũt nõ fuisset aduocatus in causa principali, uel quia non interuenit, uel quia nulla pręcessit controuersia, nisi super sola executione, possit dicto casu accipere pro patrocinio in dicta executione præstito medietatẽ eius, quod sibi licitum esset accipere pro ĩstantia causę ordinarię similis ualoris. Et prædicta procedant in causis ciuilibus. In criminalibus uero causis si ex delicto pœna ueniret imponẽda pecuniaria, seruentur ea, quæ supra statuta sunt in causis ciuilibus, uidelicet attendẽdo quantitatem, et ualorem pœnę imponendæ, et secundum dictã quantitatem pœnæ imponẽdæ accipere possit pro salario secundum ordinem suprascriptum, pro patrocinio præstito in instantia prima causę criminalis. Si uero poena imponenda esset ultimi supplicii, possit accipere pro patrocinio præstito ĩ instantia dictæ causæ a florenis quinq; usq; in florenos uiginti arbitrio Domini lucensis Potestatis, consideratis qualitate, et conditione personæ defensæ, et qualitate causæ, et facundia aduocati. Si uero poena imponenda esset ultimi supplicii, sed aliter in corpus imponenda esset, uel poena exilii, uel relegationis, possit accipere pro dicto patrocinio præstito a florenis duobus cum dimidio, usq; in florenos decem arbitrio domini Potestatis consideratis prædictis. Pro patrocinio uero, quod p̃stiterit in causis appellationũ quaruncũq; čausarum licitum sit ei accipere pro qualibet instantia causę cuiuslibet appellationis dimidiam eius, quod licitũ esset sibi accipere pro prima ĩstantia dictæ causę, referẽdo singula singulis. Et hoc uendicet sibi locum si aduocatus, qui ĩ causa appellationis patrocinium præstiterit in instantia principali dictę causę patrocinium pręstitisset

Si uero solũmodo in instãtia causæ appellationis patrocinium præstitisset, & nõ in instantia prima, accipere possit duas partes eius quod sibi licitum fuisset accipere pro patrocinio principalis instantiæ dictæ causæ.

Procuratores uero causarũ procurationis, seu postulationis Officiũ exercentes. i. hi qui in curiis, uel coram arbitris, uel arbitratoribus acta clientulis uerbo dictant, uel in scriptis proponũt, etiam si iudicium fundaretur in persona clientuli, uel eius nomine non procuratorio nomine causa ageretur accipere possint pro eorum labore, & patrocinio, seu postulatiõe duas partes eius, quod aduocatus accipere licitum est secundum ordinem supradictũ.

Solutiones uero fiant, & fieri debeant in infrascriptis tẽporibus uidelicet, quia pro libello soluatur dictus Florenus supra Statutus, anteq̃ libellus in iudicio producatur, Residuum uero dicti salarii distribuatur in quatuor pagis, diuidendo totum salarium per quatuor tempora dictæ instãtiæ, ita q decursa quarta parte temporis instantiæ, fiat solutio quartę partis salarii, & sic successiue procedatur usq; ad integralem solutionem. Vbi uero a statutis non esset præfixum tempus instantiæ, fiat solutio ĩ quatuor pagis ut dictum est pro rata temporis, cõsiderato tempore, quo posset dicta causa uerisimiliter durare, de quo stetur declarationi Potestatis, uel Maioris Sindici, coram quo salarium peteretur. Et ultra suprascriptas quantitates ex supradictis causis, nullus causarum Patronus, Aduocatus, Procurator, seu Postulator possit aliquid accipere etiã a sponte offerentibus, & si quid ultra acceperit puniatur qualibet uice in libris quinque applicandis Cameræ lucensis Cõmunis. Et ad restitutionem eius quod plus acceperit in duplum ei, a quo acceperit. Et de prædictis stetur iuramento clientuli, quid diceretur plus soluisse, si fuerit bonæ conditionis, & famæ, qui uerisimiliter non procederet ad iurandum de quo Dominus Lucen. Potestas possit se extraiudicialiter informare, & ex conscientia procedere, & iuramentum admittere, uel non admittere, prout suæ discretioni, seu conscientiæ uidebitur. Nec in prædictis procedi possit, nisi tantũmodo per accusam, quæ fieret clĩetulo, qui diceretur plus soluisse, quæ accusatio admittatur durante dicta causa, seu finita. Et postq̃ dicta causa ĩ qua patrocinium præstitum fuerit, siue procuratio transiuerit in rem iudicatam, inde ad quattuor menses, & nõ ultra quibus quatuor mensibus elapsis, postq̃ causa in rem trãsiuerit iudicatam dicta accusatio nullatenus admittatur. Et prædicta non referantur ad esculenta, et poculenta modico tempore duratura, nec ad modica donaria, quę a sponte dantibus ultra suprascriptas quantitates licitum sit accipere impune. Et quæ dicãtur modico tempore duratura, uel modica donaria arbitrio Domini Lucensis Potestatis relinquantur. Nec etiam referantur ad palmaria, id est ad salaria, siue dona, quæ obtenta uictoria a clientulis sponte darentur dictis Aduocatis, Procuratoribus, siue Patronis, quæ ultra suprascriptas quantitates a sponte offerentibus impune accipi possint.

Et ad tollendũ dubia, quę occurrere possent Statuimus, q quilibet clientulus in

tulus in actis causæ declaret eos, qui sibi i causa patrocinium, procurationem seu postulationem præstant, seu præstaturi sunt. Et nisi sic describi in actis fecerit suprascriptarum quantitatum Taxatio in præiudicium dictorum Aduocatorum, seu Procuratorum non ualeat, nec illas Patroni, seu Procuratores causarum eo casu inuiti ad dictam obseruātiam teneātur. Et dicta declaratio facta in actis per clientulum fidem plenissimam faciat contra ipsum ꝙ declarati per eum fuerint in dicta causa aduocati, uel Procuratores. Non autem fidem aliquam faciat cōtra Aduocatos, uel Procuratores qui negarent se fuisse Aduocatos, uel Procuratores, seu Postulatores in causa. Declarantes, & Statuentes ꝙ tam Dominus Lucensis Potestas, quā Dominus Maior Sindicus possint, & debeant dictis patronis, & Procuratoribus, seu postulatoribus de eorum patrociniis, seu procuratiōibus, seu postulationibus in causis præstitis de facto satisfieri facere ab eorum clientulis, secundum taxationes superius factas, & temporibus supra ordinatis. Et in prædictis procedant sumarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, nulla iuris, & aliorum statutorum solēnitate seruata, & sine processu. Et ad solutiones clientulos cogant, & astringant temporibus suprascriptis secundum suprascriptas taxationes.

De Salariis Consultorum, & Iudicum delegatorum, & arbitrorum, seu arbitratorum. Cap. LII.

STatuimus, & Ordinamus, ꝙ Consultoribus, quibus causæ consulendæ ex dispositione statutorum cōmittuntur, salaria constituantur hoc modo uidelicet. Quod in nulla causa minor, uel maior quātitas floreno uno auri pro cōsilio Consultoris taxetur, aut taxari debeat. Et hoc si ualor causæ fuerit infra summam florenorū centum. Si uerò fuerit ualor causæ florenorum centum, tunc ultra dictum florenum pro quolibet cētenario etiā pro primo usq; ad summam florenorum mille taxetur florenus unus auri. Et a summa florenorum mille supra quantacunq; fuerit summa ultra salarium taxatum pro mille, taxetur dimidius florenus pro quolibet centenario, quod esset ultra mille Cum hoc intellectu ꝙ quātecunq; quantitatis fuerit ualor dictæ causæ, non possit salarium dicti Consuloris taxari ultra florenos quindecim auri soluendos. Et Officiales coram quibus causæ uertuntur faciant dicta salaria præsentari Curiæ infra tempora in statutis ordinata ad acta præsentanda Consultoribus transmittenda. Et simili modo per delegantes Iudicibus delegatis salaria taxentur, & constituantur secundum taxas prædictas, & partes cogantur, & astringantur ad dicta salaria præsentandum Iudicibus delegatis. Declarantes ꝙ si pluribus Iudicibus delegatis fuerit causa cōmissa pro quolibet Iudice delegato, non possit taxari minus uno floreno auri, & ultra dictum florenum, qui pro quoli

bet Iudice delegato taxari debet,salaria supraſcripta pro rata diſtribuantur ſecundum numerum Iudicum delegatorum,non computato in supraſcripta taxa floreno uno,qui pro quolibet aſſignatur. Et idem in omnibus,et per omnia ſeruetur,et ſalaria conſtituātur arbitris,ſeu arbitratoribus ex diſpoſitione ſtatutorum electis,et compromittentes ad ea ſoluēda cogantur, prout ſtatutum eſt in Iudicibus delegatis. Arbitri uero,ſeu arbitratores de uoluntate partium extra iudicium electi,qui non conguntur,nec aſtringūtur acceptare electionem de eis factam,non poſſint aliqua ſalaria petere, uel quouis modo conſequi ab ipſis compromittentibus, niſi dicti compromittētes ante acceptationem factam per arbitros, ſeu arbitratores ſalaria dictis arbitris,ſeu arbitratoribus conſtituiſſent,quo caſu exigi poſſint ab ipſis cōpromittentibus.Dūmodo ſalaria non poſſint conſtitui ultra taxam ſuperius declaratam. Et in prædictis oībus ſalariis exſoluendis Dominus lucēſis Poteſtas,et quilibet Iudex,prout ad ſuā iuriſdictionē ptinuerit ꝓcedāt ſūmarie,et de plano, nulla iuris,et ſtatut.ſolēnitate ſeruata,et ſine proceſſu, Ita ꝙ dicta ſalaria ſupraſcriptis tēporib.et ī ſupraſcriptis caſibus ſoluātur.

Et nullus Conſultorū,ſeu Iudicū delegatorū,uel arbitrorū,uel arbitratorū audeat,uel ꝓſumat aliqd ultra ſupraſcriptas taxas etiā a ſpōte offerētib. accipere ſub pœna librarū.v.applicādarū Cameræ ꝓfaræ ꝓ quolibet,& qualibet uice,& ad reſtitutionē eius qđ ultra accepit in duplū ei a quo accepint. Et de prædictis ſtetur, & credatur iuramento cuiuſlibet litigatorum ſi fuerit bonæ conditionis,& famæ, qui uerisimiliter nō ꝓcederet ad iurandū ſine iuſta cauſa de quo Dominus Lucen. Poteſtas poſſit ſe extraiudicialiter informare,& iuramētum admittere,uel non admittere,prout ſuę diſcretioni,ſeu cōſcientiæ uidebitur. Nec procedi poſſit in præmiſſis niſi per accuſam litigantis,qui diceret ſe ſoluiſſe,quę accuſatio admittatur durante cauſa coram conſultore, uel Iudice delegato , uel arbitro , uel arbitratore ſingula ſingulis referendo. Et poſtq̄ redditum fuerit Conſilium,uel ſententia data , uel laudum prolatum inde ad quattuor menſes, admittatur dicta accuſatio,& non ultra. Et prædictæ pœnæ non intelligantur īpoſitæ pro acceptatione eſculentorum,& poculentorum,quæ modico tempore duratura eſſent,nec ad modica donaria prout in aduocatis ſtatutū fuit. Et declaratio prædictorum an fuerint modica,uel modico tempore duratura arbitrio domini Lucen. Poteſtatis relinquatᷣ,ut ī proximo præcedenti cap.dictū eſt. Declarātes,ꝙ ſi quis reperiretᷣ eodē tēpore eſſe Iudex delegatus,uel arbiter,ſeu arbitrator ī duabus cauſis,uel ī una cauſa delegatus,& ī alia arbiter,ſeu arbitrator,ex neceſſitate iuris,uel Statutorū aſſūptus,nō poſſit cogi, uel cōpelli durātib.dictis cauſis corā eo acceptare aliquā aliam delegationē,uel cognitionē cauſę ꝑ uiā cōpromiſſi,uel alterius electiōis ī eū fiendam.

De Preciis actorum cauſarum ciuilium. Cap.LIII.

Omnes,&

OMnes,et singuli Notarii,tam Ciues,q̃ Comitatiui,seu forenses,ad quod cunq; officiũ deputati in quacunq; curia in Ciuitate Lucẽ.uel eius comitatu,teneãtur,et debeãt in exigendo salario sui laboris pro actis, & scripturis quas fecerint in causis ciuilib.diligenter obseruare,et nõ excedere quantitates inferius declaratas,& per nos congrua deliberatione taxatas, usq; in quas licite possint accipere,prout infra parebit. Hoc tamen Declaramus,q̃ tanq̃ generale possit, & debeat ab omnib. Notariis generaliter obseruari ,si tñ p aliud speciale capitulũ esset ĩ aliqua certa curia aliter puisũ,Volumus q̃ specialis prouisio debeat ĩ suo casu seruari,quia nõ intendimus,q̃ per genus,derogari debeat speciei, Igiẽ Taxamus,& Ordinamus,q̃ ipsi Notarii

De qualibet citatione,q̃ fieret sine libelli oblatione,siue fiat ĩ pricipio causę siue postea ĩ processu,possint accipe soldos tres,si fuerit unica psona citata.

Et si plures fuerint personæ citatæ,possint ultra dictos tres soldos,accipere soldum unum pro qualibet persona citata.

Et si fuerit citata Vniuersitas,uel Commune,et Consul,uel Sindicus cõmunis,accipere possint soldos sex.

Et si fuerint hæredes nõ nominatim citati possint accipe usq; in sold. sex.

De qualibet relatione citationis factę p nunciũ,possint accipe soldos tres

De Reclamo uero,simplici cũ citatione propterea facta, et cum relatione nuncii,& cũ cõparitione actoris,et de petitione simplici,quæ oretenus propterea fieret, possint accipere in totum soldos tres.

De quolibet libello,seu petitione continẽte rẽ ,& causam,unde agitur,possint accipere soldos sex.

Et si libellus dirigatur cõtra plures personas, possint accipere p qualibet persona,quæ in libello cõuenitetur,ultra dictam summam,soldum unum. Sed ubi agitur cõtra hęredes nõ nominatos,possint accipe p duab. psonis.

Et si libellus excederet unã faciẽ scripturæ,possint accipe de eo,qđ unã faciẽ excedit, soldos duos cũ dimidio p qualibet facie,ad rationem faciei.

De oblatione,& porrectione libelli,si cõtra unã personã porrigeretur,possint accipere sold. tres. Et si cõtra plures porrigeretur,possint pro qualibet psona,ultra dictã summã,accipere soldũ unũ. Et si porrigeretur cõtra Vniuersitatem,uel cõmune, possint accipere de ipsa porrectione in totum, usq; in soldos sex.

Et si contra hæredes non nominatim declaratos, possint accipere usq; in soldos sex,dũmodo si libelli porrectio excederet unã faciem scripturę,possit de eo,quod excederet, accipere soldos duos cum dimidio pro qualibet facie,& ad rationem faciei.

De qualibet comparitione possint accipere a qualibet persona comparente,soldum unum.De qualibet responsione,seu oppositione soldos tres. Et si excederet unam faciem,possint accipere ultra primam faciem,soldos duos cum dimidio pro qualibet facie ad rationem faciei.

De qualibet dilationę danda per Iudicem,uel officialem curię, possint ac

cipere a qualibet parte soldum unū, si dilatio sit utriq; parti communis.

De qualibet dilatione danda solum uni parti litiganti, possint accipere ab ipsa parte, cui daretur, soldum unum.

De qualibet cōtumacia accusata, possint accipere soldū unū, sed si plures fuerint personæ cōtumaces, possint pro qualibet persona contumace, ultra unam, accipere denarios sex.

De qualibet monitione fienda per Iudicem, de comparēdo, uel respondēdo, uel de procedendo in causa, uel simili, possint accipere soldum unum.

De litis cōtestatione, si fiat sine sacramento calumniæ, possint accipere soldos duos a qualibet parte. Et si fiat cū sacramēto calumniæ, possint p ipsa cōtestatione, et p sacramento accipere a qualibet parte soldos tres.

De quolibet termino ad pbādū, possint accipe a qualibet pte soldos duos

De qualibet positione possint accipere a pducente, seu ponente, soldū unū usq; in sex positiones, & ab inde supra denarios sex pro qualibet.

De qualibet responsione ad quamlibet positionem, possint accipere a parte respondente soldum unum.

De publicatione testiū cū termino reprobatorio a qualibet pte soldos tres.

De productione cuiuslibet instrumenti descripti pro producto i actis curiæ, possint accipere a producente soldos tres, usque in tria instrumenta, & ab inde supra pro quolibet instrumento soldum unum.

De qualibet conclusione causæ, soldos tres a qualibet parte.

De qualibet cōmissione quæstionis in iurisperitum ad consulendum, possint accipere soldos sex a qualibet parte.

De qualibet sententia interlocutoria, possint accipere a parte, pro qua proferetur, soldos tres.

De qualibet charta procurationis, & mādati, quæ fieret ad causas, et apud acta causæ, possint accipere soldos sex.

De qualibet apodixa licentiæ prædandi unam personam tantum, possint accipere soldos tres.

Et si plures fuerint personæ, uigore eiusdem apodixæ prædandæ, possint etiam ultra accipere soldum unum pro qualibet alia persona.

De qualibet litera licentiæ cōcessæ Consulibus communitatum prędādi suos ęstimatos, & tenutos, possint accipere soldos sex.

De qualibet licētia pdandi, data super instrumēto possint accipere sol. sex

Et si emanaret similis licentia prædandi, uel capiendi, possint accipere soldos nouem.

De qualibet relatione prædæ unius faciei, uel ab inde infra, possint accipere soldos quattuor.

Et si fuerit ultra unam faciem, possint accipere, ultra primam, de qualibet alia facie, & ad rationem faciei soldos duos cum dimidio.

De quolibet præcepto fiendo per Iudicem de soluendo, uel de satisfaciendo debitū, uel alio simili fiendo, si fuerit de soldis quadraginta, uel ab inde

infra,

infra, possint accipere soldos quattuor. Et si excederet soldos quadraginta usque ad libras uigintiquinque, possint accipere soldos sex

Et si excederet libras uigintiquinq;, usque in quinquaginta, possint in totum accipere soldos nouem.

Et si excederet lib. quĩquagĩta, uel ab ĩde supra, quãtacunq; fuerit summa in totũ accipere possint soldos decem & octo,

De qualibet prorogatione termini reprobatorii, uel ꝓbatorii, possint accipere a qualibet parte soldum unum.

De qualibet petitione, q̃ fieret ꝑ dãno, & guasto possint accipe sol. q̃ttuor siue agatur cõtra unum, siue cõtra plures.

Et si excederet unã faciẽ scripturę possint ultra primã, accipere de qualibet facie, & ad rationẽ faciei soldos duos cũ dimidio.

De qualibet apodixa solutionis datię soldum unum.

De quolibet intesimento, uel sequestro cum relatione nuncii unius faciei, uel ab ĩde ĩfra, soldos nouẽ, & si esset ultra unã faciẽ, possint accipere de qualibet alia facie, & ad rationem faciei soldos duos cum dimidio.

De qualibet inquisitione, seu oblatione, siue deposito, si fuerit unius faciei, uel ab inde infra, possint accipere soldos duodecim, & si ultra unam faciem esset, possint accipere pro qualibet alia facie, ultra primam, ad rationem faciei soldos quattuor.

Et de quolibet deposito de florenis uiginti, uel ab inde ĩfra possint accipere soldos duodecim, sed si florenorũ uiginti excederet q̃titatẽ, q̃tacunq; fuerit sũma, possint accipere in totum soldos decẽ & octo.

De qualibet cassatione intesimẽti cũ datione fideiussoris soldos nouẽ cũ fideiussione, quæ ꝓpterea præstaretur.

De qualibet cassatione prędę, si fiat sine fideiussione, possint accipere sold. tres, & si fuerit cũ fideiussione possint accipere soldos sex.

De quolibet deposito expẽsarũ ad purgationẽ cõtumaciæ soldos tres.

De qualibet fideiussione, quæ aliter, quam pro cassatione intesimenti, uel prædæ in iudicio præstaretur usque in libris quinquaginta, uel ab inde infra, uel contineat factum, uel interesse, quod ascendat usque in libras quinquaginta, uel ab inde infra, possint accipere soldos duodecim, & ab inde supra, usque in libras centum, possint accipere in totum soldos decem & octo, & ab inde supra, quantacunque fuerit summa, possint accipere in totum soldos uigintiquattuor.

De qualibet fideiussione præstanda per Sindicum, uel Officiales alicuius Cõmunis Officialib. Lucẽ. Cõmunis, uidelicet pro cõmuni habẽti a uigintiquinq; hominib. infra, possint accipere soldos nouem.

Et pro cõmuni habente homines, xxv. uel ab inde supra, usq; ĩ quĩquaginta, possint accipere usq; in soldos duodecim.

Et si fuerit pro Cõmuni habente homines quinquaginta, uel ab inde supra, quotcunque fuerint, possint accipere soldos quindecim.

Et prædicta ĩtelligãtur ĩ casib. ĩn quib. p tali fideiussione non esset phibitũ aliquid accipere ex forma statutorum.

De capitulis, siue articulis, sup qb. debẽt testes examinari, si fuerit unius faciei, uel ab ĩde ĩfra, possint accipe sold. nouẽ. Et si fuerit ultra unã faciẽ, possint accipe p q̃libet alia facie, & ad rationẽ faciei, soldos quattuor.

De iuramẽto cuiuslibet testis possint accipere soldos duos.

De citatione uero testis, possint accipere sold. tres. Et si plures fuerit citati testes simul possint accipere ultra pdicta p quolibet teste citato soldũ unũ.

De Examinatione testium possint accipere a producente de qualibet facie soldos quattuor.

De copia attestationum dãda, si petatur a qualibet parte, quę copiã habere uoluerit, possint accipere pro qualibet facie soldos tres.

De qualibet tenuta, siue pnũciatione de mittẽdo ĩ possessionẽ ex primo decreto, si emanauerit p quãtitate, uel interesse librarũ uigintiquinq;, uel ab inde infra, possint accipere soldos duodecim.

De Charta danda possint accipere soldos decem, & octo.

Et si excederet summam librarũ uigintiquinq;, usq; ĩ lib. cẽtũ possint accipere soldos decẽ, & octo ĩ totũ de tenuta.

Et de charta dãda possint accipere soldos uigintiquattuor.

Et si excederet summã librarũ cẽtũ usq; ĩ libras ducẽtas possint accipere de tenuta soldos uigintiquattuor in totum.

Et de charta dãda soldos trigintasex.

Et si excederet summã librarum ducentarum, usq; ĩ libras quĩgentas, possint accipere de tenuta libras duas.

Et de charta danda libras tres. Et a libris quingentis supra, quantacunq; fuerit summa, possint in totum accipere de tenuta libras tres.

Et de Charta danda libras quinque.

De Qualibet denunciatione tenutæ de Scriptura in libris possit accipere Soldos nouem.

Verum de tenuta quæ contineret ultra duas petias terrarum possint accipere pro qualibet petia terræ soldos duos.

De cassatione cuiuscunq; tenutæ cũ fideiussione propterea prestanda possint accipere soldos decem & octo.

De qualibet diffinitiua sententia lata post litem contestatã, uel habitam p cõtestata cũ lectura, & missione in libro q̃ fuerit librarũ.xxv.uel eius æquiualẽtiæ, uel ab inde infra possint accipere soldos quindecim.

Et si excæderet summam librarũ uigintiquinque, usque in quinquaginta, possint accipere in totum soldos uiginti.

Et si Excederet libras quinquaginta, usque in centum, possint accipere soldos uigintiquinque in totum.

Et si Excederet libras centum, usque in libras ducentas, possint accipere soldos triginta in totum.

Et si exce-

Et si excederet libras ducentas usq; in quingentas,possint in totum accipe-re soldos quinquaginta.
Et si excederet summam librarum quingentarum usq; in libras mille, pos-sint accipere libras quinque in totum.
Et si excederet libras mille,possint, ut dictum est,accipere libras quinque, sed p qualibet decima librarũ a dictis mille supra,possint accipe soldũ unũ.
De cõsilio scribẽdo tẽpore diffinitiuę sentẽtię si fuerit unius faciei,uel ab in de infra possint ultra dictas summas pro sententia recipiendas accipere pro consilio soldos decem & octo,si fuerit unius faciei.
Sed si fuerit ultra unam faciem possint accipere de qualibet alia facie adra tionem faciei soldos quattuor.
Et de charta sentẽtię danda in publicã formã,possint accipere tantũ, quã tũ dictum est supra pro sentẽtię prolatione, singula singulis referendo.
De qualibet assignatione insolutũ,quæ emanaret pro libris.xxv.uel ab in-de infra,possint accipere soldos.xv. & tantũdem de charta si petatur.
Et si excederet sũmã librarũ.xxv.usq; i quinquagita possint accipere sol dos.xx.in totum,& tantũdem de charta danda i publicã formã si petatur.
Et si excederet libras quinquaginta usque i centũ,possint accipere soldos xxv. in totum,& tantũdem de charta danda in publicam formam.
Et si excederet libras centum usq; in libras ducentas,possint accipere sol-dos triginta in totum,& tantũdem de charta danda in publicã formam.
Et si excederet libras ducẽtas usq; in quingentas,possint accipere soldos quinquaginta in totum,& tantũdem de charta danda, si petatur.
Et si excederet summã librarũ quingentarũ usq; in libras mille,possint ac cipere usq; in libras quinq; in totum.et tantũdem de charta danda.
Et si excederet libras mille quãtacũq; fuerit sũma possint accipere libras sex in totũ,et tantũdem de charta danda in publicã formam.
De qualibet appellatione, quæ nõ excederet unam faciem scripturę possint accipere soldos decem et octo.
Et si excederet unam faciem,possint accipere pro qualibet alia facie, quæ esset ultra primam ad rationem faciei soldos quattuor.
De copia quorũcũq; actorũ, quarũlibet scripturarũ,et quorũcũq; istrumẽ torum danda,possint accipere pro qualibet facie soldos duos cũ dimidio.
Itẽ possint de qualibet subscriptione,quã facerent redigẽdo acta in publi-cam formam accipere ultra precia supra declarata soldos sex.
Declarantes q; in omnibus,et singulis supradictis ubi de facie scripturæ fe cimus mentionem,et in quolibet alio casu,ubi ad copiam esset solutio faciẽ da,intelligatur,et intelligi debeat facies de lineis triginta,et quęlibet linea in telligatur de octo dictionibus, intelligẽdo dictionem plurium syllabarum ita q; dictio sit completa quotcũq; syllabarum existat, et linea non comple ta habeatur,et reputetur pro perfecta,et completa.

Et omnes,& singuli Notarii,qui in Iudicio rogauerint aliqua acta iudicia lia,uel Iudiciales scripturas teneantur illas in libro actorum propterea ordinato scribere, & ponere infra tres dies a die qua exinde fuerint rogati sub pœna librarum quinque pro qualibet uice. Et de hoc teneantur,et debeant Dominus Lucen.Potestas,et Dominus Maior Sindicus I Ciuitate Lucen. & quilibet Vicarius in sua curia, et quilibet eorum singulo mense inquisitionem facere,et reuidere libros,et filsas notariorũ, & eos,quos inuenerint negligentes,in dictis pœnis punire. Alioquin quilibet dictorum Officialiũ puniatur in lib.uigintiquinque in quibus debeant sindicari.

Et omnes,& singuli Notarii teneantur,& debeant dare, & tradere petentibus,quorum interfit in publicam formam,uel etiam nõ publicatam,prout petentibus placuerit,omnia,et singula acta,et copias actorum,et scripturas, et sententias,et tenutas,et alia,quæ in Iudicio agerentur intra secũdam diẽ a die qua petita fuerit si talis sit, quæ intra dictum tempus cõmode scribi posset.Sed si scriptura esset adeo prolixa ꝙ ĩfra dictum terminum dari nõ possit,tunc teneatur dare infra congruum terminum considerata prolixitate scripturæ copiãdę arbitrio Domini Lucen.Potestatis, uel Domini Maioris Sindici, uel cuiuscũq; Vicarii in sua Vicaria. Quod si non fecerint,puniantur ipsi notarii,et quilibet eorum,qui sic non fecerint,et seruauerint in lib.decem pro qualibet uice per Dominum Potestatem,uel per Dominum Sindicum,uel per quẽlibet Vicarium in sua Vicaria.

Et inquantum aliqua partium aliquod damnum passa fuerit,eo ꝙ notarius scripturas sibi congruo tempore non tradiderit,uel I libro ponere omiserit,teneatur parti læsæ ad emendationem damni,de cuius damni æstimatione stari debeat sacramento partis læsæ taxatione Iudicis præcedente.

Et omnes,et singuli notarii curiarum teneantur obseruare taxationes superius ordinatas,et si quid ultra,uel plus acceperint,puniãtur qualibet uice de facto in lib.quinque per Dominum Potestatem,uel per Dominum Sindicum,uel per quẽlibet Vicarium in sua Vicaria,et nihilominus teneantur in duplum reddere quod plus acceperint ei,a quo acceperunt,et de prædictis possit quilibet contrafacientes accusare , et stetur iuramento accusantis si fuerit homo bonæ conditionis,et famæ,qui uerisimiliter non procederet ad iurandũ sine iusta,et uera causa de quo stetur arbitrio iudicantis,qui se possit extraiudicialiter, et sine scriptis informare de conditione , et fama iurantis,et iuramentum admittere,uel non admittere,prout suę discretioni seu conscientiæ uidebitur.

Sed ne Notarii habeant materiam querelandi de eorum salario,seu mercede Dominus Lucen.Potestas,et Dominus Maior Sĩdicus,et quilibet Vicarius in sua Vicaria,cuilibet Notario de congruo salario secũdum dictas taxationes satisfieri,et solui a partibus faciat de facto,et cum effectu .

Et si quis casus in iudicio cõtingeret de cuius solutione taxatio supra facta,non

ta non esset tunc fiat solutio secundum illum de prediĉtis casibus, cui magis possit assimulari,& ultra non possit exigi sub diĉta pœna.

De preciis aĉtorum causarum Criminalium. Cap. LIIII.

OMnes,& singuli notarii deputati in Ciuitate Lucen.& eius comitatu, & maxime Notarii curiæ maleficiorum Domini lucen. Potestatis,& curiæ prouentuum,& Gabellarum,& Notarii curiæ cuiuslibet Vicariæ teneantur,& debeant de eorum salario,& mercede pro aĉtis,& scripturis,quas fecerint in causis criminalib.nō, excedere quātitates inferius Declaratas,& per Nos cōgrua deliberatione Taxatas,put īfra per Ordinē declarat̄ uidelicet.

De citationibus reorum,& quorumcūq; aliorum,& de comparitionibus, & de fideiussionib.& responsionib.affirmatiuis,uel negatiuis, uel etiā defensionib.& de accusationibus,& aliis primis scripturis, q̄ in Iudicio criminali aĉtitarentur,uel producerēt̄ur,etiā ad īstantiā partis,& de pcessu, qui propterea fieret,& de testibus,qui producerentur, & examinarēt̄ur etiā ad īstātiam partis, uel de sententia absolutoria,uel condemnatoria, nihilominus accipere ualeant etiam ab offerentibus sua sponte, quia sufficere Volumus salaria,q̄ pro talibus officiis percipiunt,de quibus salariis diĉti Notarii sint contenti,& siquid contra prædiĉta acceperint condemnēt̄ur de faĉto p maiorem Sindicum in libris quinq; pro qualibet uice, in quibus durante officio possint Sindicari, & condemnēt̄ur ad restituendum id,quod acceperint in duplum ei a,quo acceperint.

Sed de Secundis scripturis idest de copia aĉtorum,& Instrumentorum,& aliarum scripturarum permittimus,quod licite accipere possint impune soldos duos cum dimidio pro qualibet facie scripturę,& ad rationem faciei put diĉtum est supra in Capitulo proxime præcedenti. Et si contrafecerint puniāt̄ur put in proximo,etiam præcedenti Cap.diĉtum est.

Decernentes,q̄ de copia,& extraĉtione testium,uel illorum ostēsione merces, & precium diuidi debeat inter ipsum Notarium maleficiorum,& notarium Damnorū datorum,salua tamen mercede copiantis,qui solui debeat communibus expensis,& quæ obseruari debeant sub pœna librarū, quinq; pro qualibet uice per Dominum Lucen.Potestatem, & quencunq; aliū Officialem Ciuitatis Lucen.& distriĉtus,etiam si diĉtæ causæ eis,et cuilibet ipsorum per Consilium Generale delegarentur, et quæ condemnatio fiat de faĉto per Dominum Maiorem Sindicū Lucen. ciuitatis,pro qua pœna etiam durante officio Sindicari possint,et ultra hoc condemnēt̄ur ad restituendum id,quod acceperint in duplum ei,a quo acceperint. Insuper permittimus,q̄ si ī iudicio diĉti Notarii rogarent̄ de Instrumētis pacis,uel mādatorū,uel similiū,licite, et īpune p talibus chartis possint solutiones recipe nō excedēdo ppterea taxationes ordinatas p cap. pxime,pcedēs,et pmittimus etiā,q̄ notarius maleficiorū de qualibet q̄rela, q̄ sibi porrigit̄ occasione maleficii ab ipso q̄relante,accipe possit soldos q̄tuor ex eo q̄ ipse copiā de eo

transmittere tenetur Domino Exactori: De qualibet apodissa,quæ fit cõparere uolenti pro se defendendo intra sex dies soldos duos: & de pcepto quod fit custodi Cameræ de cancellando Bannum pro cõparere uolente intra dictum terminum dictorũ sex dierũ soldos quatuor: et soldos octo quando dictum præceptum fieret ex aliis causis: De petitione capiendi aliquem de minis suspectum cum iuramẽto,& licentia capiendi in totum soldos quatuor: & de fideiussione præstanda per ipsum captum soldos sex: expensæ uero factæ ex causa dictæ capturæ solui debeant per ipsum, qui aliquem capere fecerit pro suspecto:nisi obtinens capturam de minis,& suspicione iustificauerit ante,uel post,saltẽ per unum testem,quo casu ipse capiens dictas expensas soluere teneatur: Et quia parum esset condere legem, nisi esset,qui eam executioni mandaret,uel custodiri faceret,ideoq; ad illos accusandum,uel denunciandũ cum iuramẽto hoc præsenti Statuto astringimus,& obligamus omnes,& singulos Aduocatos,Procuratores,Causidicos,& Notarios Ciuitatis Lucen.& approbatores dictæ Ciuitatis,& omnes alios,qui interfuerint, & interesse solent, dictis indebitis exactionibus q; teneantur statim q; prædicta sciuerit,uel saltem intra tres dies inde proxime futuros sub uinculo iuramẽti,& sub pœna periurii ea omnia denunciare Domino Maiori Sindico,qui incontinenti teneatur,uel saltem intra terminum trium dierum proxime futurorum pr̨missa unica citatione de facto condemnare dictos contrafaciẽtes accusatos,uel denunciatos,& pœnã exegisse ad utilitatem Cameræ Lucen.Cõmunis,& parti ut supra in duplũ restituere fecisse,& sub pœna ipsi Domino Sindico ducatorum decem,pro quolibet,& qualibet uice qua contrafecerit,in qua finito officio debeat sindicari. Declarãtes q; omnes notarii curiæ damnorum datorum Ciuitatis Lucen.& eius districtus teneantur ,et debeant de cætero describere saltem unam citationem,et relationem cum uno teste in qualibet denuncia, seu accusatione ante sententiam secundi Banni,ad pœnam,& sub pœna librarum decem bonæ monetæ pro quolibet contrafaciente,& qualicet uice.

De preciis,et mercedibus Notariorum Curiæ Fundaci,et Sindici,et Iudicis appellationum. Cap.LV.

ET possint Notarii Curiæ Fũdaci Appellationum,et Maioris Sindici lucen.Ciuitatis accipere pro eorum labore,et mercede pro actis,et scripturis quas fecerint in dicta Curia,quantitates inferius Declaratas,et Taxatas, quas excedere nequeant ullo modo. Et Maior Sindicus prædictos Notarios cõpellat ad obseruantiã huiusmodi taxationũ, q̃ sunt hæc uidelicet.

De qualibet fideiussione cuiuslibet Consulis, siue Sindici cuiuscunq; cõmunitatis si qua occurreret præstanda quã scriberent, siue unus fideiussor fuerit,siue plures super eodem negocio possint accipere soldos nouem.

De quolibet iuramento cuiuslibet testis a producente soldos duos.

Et de

Et de examinatione testium,q̃ darentur ad defensionem,seu ad reprobandũ,seu ad probãdum,possint accipere a producẽte ꝑ scriptura examinationis soldos quattuor ꝑ qualibet facie testiũ receptorũ ad petitionẽ alicuius,

Et de titulo,siue articulis,sup quibus testes examinari peterẽtur,& de aliis actis,& scripturis,quas fecerint,uel dederint,uel receperint,quæ ĩ hoc capitulo specificata nõ sunt,accipiãt prout accipere possunt alii notarii curiarum,prout supra cõtinetur sub Rub.De preciis actorũ causarũ ciuilium.

Et pro aliqua denuncia,uel monitione fienda Furnariis,seu Pistoribus de pane faciẽdo ad certũ pondus,nihil accipere possint quouis modo,uel pro aliqua scriptura,quæ inde fieret.

Et similiter de præceptis factis Furnariis de fulciendo Plateam,uel de pane coquendo,uel pro huiusmodi,et similibus causis nihil omnino accipere debeant quouis quesito colore.

Et similiter de præceptis factis Macellatoribus,q̃ debeant fulcire macellum,uel occasione simili nihil prorsus accipere debeant.

Et generaliter de oĩbus p̃ceptis,quæ emanarẽt ex officio dictæ curiæ quibuscunq; dictæ curiæ subiectis,& nõ ad petitionem alicuius personæ nihil prorsus exigi debeat.

Cõcedimus tñ,q̃ de copia dictorũ p̃ceptorũ si petaẽ,possit solutiões recipe,secũdũ formã statut.ædirorũ sub Rub.De p̃ciis actorũ causarũ ciuiliũ.

De apodixa cuiuscunq; licẽtiæ,quæ cõcederẽ pistoribus,tabernariis, uel aliis quibuscunq; subditis dictæ curiæ,quacunq; causa, quæ licentia per formam statutorũ concedi deberet,seu posset,accipere possint soldum unum.

De qualibet solutione condẽnationis,q̃ fieret usq; in soldos centum,possint accipere soldos sex.

De qualibet solutione cõdemnationis,quæ fieret ab inde supra,possint accipere soldos nouẽ,Et ꝑ dictis quãtitatibus teneanẽ dictas condẽnationes, & bãna cãcellare,facta primo solutione secũdũ formã bãni,uel cõdẽnatiõis

De apodixis uero dictarum solutionum,si petantur,possint accipere medietatem dicti precii ad dictam rationem.

Et de qualibet examinatione,& responsione cuiuslibet inq̃siti,denunciati, uel accusati,siue alterius,contra quẽ ꝓcederẽ ex officio dictæ curiæ. Et de fideiussionẽ,q̃ propterea præstarẽ,possint accipere a libris decẽ infra,sold. sex,et a libris decẽ,usq; in uigintiquinque soldos nouem,et ab inde supra, quantacunque sit summa ,soldos duodecim.

Et insuper Declaramus,q̃ pro aliqua denunciatione bestiarũ,curruũ,piscatorum,uel artificũ,uel personarũ, uel alterius rei,quæ p sindicos,seu consules alicuius cõmunitatis denunciãda ueniret,siue dicta denũciatio fieret cum scriptura,uel sine scriptura,nõ possit accipi per dictos notarios,uel aliquem eorum,etiam a sua sponte offerentibus,ultra soldos tres.

Item non possint aliquid accipere ab aliquib.consulibus,sindicis,seu officialibus alicuius communitatis pro aliquibus cõparitionibus,uel denuncia

citationibus,quas facerent, uel darent in scriptis, uel sine scriptis dictæ curiæ ex forma alicuius statuti,uel ordinaméti,uel ex aliquo pcepto, uel monitione eis,uel Communitati facto,uel facta ex aliqua causa soldos tres.

Et dicti Notarij diligenter,& uinculo iuramenti studeant obseruare capitulum Libri Tertii, positum sub Rubrica De Comparitionib. Consulum sublatis,quod obseruari Præcipimus, sub pœnis i dicto capitulo declaratis.

Ac etiam seruare debeant Capitulum Libri Tertii, positum sub Rubrica De eo, quod aliquis Notarius alicuius curiæ non possit aliquid exigere ab aliquo Consule,quod obseruari Præcipimus,sub pœnis in dicto capitulo declaratis,nisi prout supra commissum est.

Et de quolibet iuraméto,& fideiussione,cum approbatione præstandis p Vicarios,& alios Officiales ciuitatis,& districtus lucen.quando acceptát officia,ad quæ essent electi.

Et similiter de quolibet iuramento,& fideiussione præstandis per Molendinarios, uel Lauandarias, & per Artifices, & per alios dictæ Curiæ subiectos,quæ secundum formam statutorum ipsius curiæ præstanda uenirent, possint accipere hoc modo uidelicet.

Quod ubi Approbatoribus ex forma statutorum soluitur usque in soldos decem pro Approbatione,in illis casibus possint accipere Notarii soldos duos.

Et ubi dictis Approbatoribus soluitur a decem soldis usque in uiginti, in casibus illis possint notarii accipere soldos quattuor.

Et in casibus in quib.soluitur approbatoribus a soldis uiginti,usq in triginta,Notarii accipere possint soldos sex.

Et a soldis triginta,usque in quadraginta soluendis Approbatoribus,possint accipere soldos octo.

Et a soldis quadraginta usque in centum,soluendis Approbatoribus,possint accipere soldos decem.

Et a soldis centum supra soluendis Approbatoribus,quantacunque fuerit summa,possint accipere soldos sexdecim.

Et in prædictis casibus, si dictum iuramentum esset sine præstatione fideiussoris,possint accipere soldos tres.

Et de qualibet litera mandatoria,uel monitoria cum sigillo,uel sine sigillo registrata,quæ emanaret ex officio dictæ curiæ Sindici,uel ad petitioné alicuius cómunitatis,uel singularis personæ,possint accipere soldos sex. et ul tra,usq in sold.nouē,ad arbitriū dñi Sindici,cósiderato labore ipsius literę.

Item Declaramus,q de aliqua denuncia,uel accusa,quam famuli deputati super defectibus artificū facerét,uel referrét,nihil accipere debeát,seu possint,& nihilominus eas recipere, & rescribere teneantur, et debeant in libro propterea ordinato,sub pœna soldorum quadraginta pro qualibet uice.

Et Volumus,q de quolibet casu ,superius non expresso,fiat, & disponat secundum casum,cui magis de prædictis assimilari posset,ut sic procedatur

de simili

de simili,ad simile.

Et non possint Notarii dictæ curiæ aliquid, ultra dictas quātitates supra taxatas,accipere,etiam ab offerentibus sua sponte,sub pœna librarum quinque ꝑ qualibet uice,in quib.possint de facto,etiam durante officio,sindicari.

Et nihilominus teneantur in duplum reddere, quod plus acceperint,ei,a quo acceperint.

Et de prædictis possit quilibet contrafacientes accusare.& stetur iuramento accusantis,si fuerit homo bonę conditionis,& famæ,qui uerisimiliter nō procederet ad iurandum sine iusta,& uera causa,de quo stetur arbitrio iudicantis,qui se possit extraiudicialiter, & sine scriptis informare de conditione,& fama iurantis,& iuramentum admittere,uel non admittere,prout suæ discretioni,seu conscientiæ uidebitur.

De Ordine tenendo per Notarium curiæ Exactoris in solutionibus ibi fiendis ꝑ precio scripturarū,& actorū dictæ curiæ. Cap.LVI.

POssit Notarius curiæ Exactoris Lucensis Ciuitatis accipere pro eius labore,et mercede pro actis,& scripturis,quas fecerit in dicta curia,quantitates inferius declaratas,& taxatas, quas excedere nequeat ullo modo: et maior Sindicus notarium prædictū compellat ad obseruantiam huiusmodi taxationum,quæ sunt hæc uidelicet.

Pro comparitione officialis,consulis, seu sindici cuiuscunq; cōmunitatis, & districtus lucen.et contratarum ciuitatis lucen. quæ comparitio fieri debeat ad dictam curiā semel in anno,de mense Ianuarii cuiuslibet anni, habeat soldos tres,non obstantibus statutis in contrarium loquentibus.

Pro assignatione, & denunciatione bonorum cuiuscunq; bāniti, uel condemnati,uel malefactoris per dictos officiales,consules,seu sindicos, facienda ipsi curiæ,habeat soldos nouem,non obstantibus statutis, in cōtrarium loquentibus.

Et pro qualibet apodixa pagarum prouentuū,qui soluuntur in dicta curia,& pro scripturis propterea necessariis,habeat hoc modo uidelicet.

Si paga ascendit usque ad quantitatem florenorum quinquaginta, recipiat soldos sex.

Et si paga ascendit a florenis quinquaginta supra,quātacunq; fuerit summa,accipiat soldos duodecim.

Pro apodixa solutionis compositionum uicariarum Castilionis,et Camporegianæ,& pro qualibet apodixa salarii Vicariorum,& aliorum officialium,et subsidii Rocharum, et pro Scripturis propterea necessariis, recipiat hoc modo uidelicet.

Quia si solutio fit ab uno floreno usq; in quinquaginta,accipiat sold.sex.

Sed si solutio fit a florenis quinquaginta usq; ī centū, accipiat sold.nouē.

Sed si solutio fit a florenis centum supra,quantacunque fuerit summa,ha

beat soldos duodecim.

Pro apodixa affictuũ,& scripturis cuiuslibet pagamẽti affictuũ sold.tres.

Pro apodixa solutionis,pensionis domorũ, et scripturis solutionis, quæ fiat quolibet semestri,habeat soldos tres.

Pro qualibet fideiussione Camerarii Generalis,et Camerarii Maioris Gabellæ,& Macelli,& Farinæ,et gabellæ Petrasanctæ,soldos quindecim.

Pro qualibet alia fideiussione extraordinaria,percipiat soldos tres.

Pro auscultatura cuiuslibet inuentarij Castellanorum,& Fortilitiorum recipiat soldos triginta sex.

Pro qualibet locatione domorum ad pensionem, seu aliorum bonorum ad affictum soldos sex.

De qualibet apodixa pagamenti,quam quis uellet pœnes se habere,possit accipere soldos sex.

De quolibet contractu,& scripturis,quę fierent de uenditionibus bonorum Bannitorum,& aliorum Bonorum Lucensi Cameræ habeat in hunc modum uidelicet.

Si precium ascendit usque in florenos quinquaginta supra habeat soldos quindecim,& a florenis quinquaginta supra,habeat pro qualibet decina florenorum soldos tres.

Pro cassatione cuiuslibet sequestri facti in dicta curia soldos sex.

Pro cassatione cuiuslibet fideiussionis habeat soldos tres,

Pro qualibet litera,quam faceret ad instantiam singularium personarum habeat,& accipere possit a tribus soldis usque in sex soldos,cõsiderata quantitate laboris,& scripturæ.

Pro quolibet termino assignato,seu progato ad soluendũ per exactorem de quo fieret scriptura habeat soldos tres,

De quolibet termino alicuius pagamenti,quod fieri debetur ad certum diffinitum tempus prorogatum per Magnificos Dominos Antianos, & Vexilliferum Iustitiæ Lucensis Communis de quo fieret scriptura possit accipere soldos duodecin.

Pro Actis uero,& scripturis,causarum,quæ Ventillarentur in dicta Curia tam in Causis ordinariis quam extraordinariis.

Et pro Copiis scripturarum instrumentorum, & Actorum Publicorum, & simplicium, quæ fierent in dicta curia,habeat, & Capere possit, prout supra continetur sub Rubrica De Premiis actorũ causarum ciuiliũ.

Item habeant tam ipse Notarius, quam alii Officiales dictæ Curiæ præmia,& mercedes,de quibus mẽtio fit in Decreto,celebrato die Septima mẽsis Decembris,Millesimo Trigesimo quarto,ad quod Decretum relatio habeatur. Declarantes expresse,ꝙ in casibus expressis ibi,obseruari debeant contenta in dicto Decreto,in aliis uero dispositio huius Statuti.

Et generaliter de qualibet alia scriptura, quæ fieri contingeret in dicta curia, quæ supra declarata non esset, habeat secundum quantitatem scripturę iuxta solutiones, precia, & quātitates supra declaratas de simılib. ad similia.

Et si quęstio aliqua nasceretur de dictis preciis non taxatis, stet in declaratione Exactoris: quam tam Notarius, q̄ pars aduersa debeat obseruare.

Et omnes, et singuli denarii, qui per Notarium dictæ Curiæ exigerentur, intelligantur esse, & sint exactoris, et pro una dimidia, & p̄ alia dimidia Notarii dictæ curiæ.

Et non possit Notarius prædictus aliquid, ultra quantitates supra taxatas, accipere, etiam a sponte offerentib. sub pœna librarum quinque pro qualibet uice, in quibus de facto possit etiam durante officio sindicari. & ad restitutionem eius, quod plus acceperit.

Et de prædictis possit quilibet contrafacientes accusare, & stetur iuramento accusantis, si fuerit homo bonæ cōdicionis, et famæ, qui uerisimiliter nō procederet ad iurandum sine iusta, et uera causa, de quo stetur arbitrio iudicantis, qui possit se extraiudicialiter, et sine scriptis informare de conditione, et fama iurantis, et iuramentum admittere, uel non admittere, prout suę discretioni, seu conscientiæ uidebitur.

Et non possit de dictis pecuniis, quas secundum dictas taxationes recipere potest, aliquid sibi retinere, abscondere, uel fraudare, sub pœna soldi unius pro quolibet denario, quem fraudauerit, uel in capsa ponere omiserit.

Et prædicta non intelligantur de eo, q̄ dictus Notarius receperit de copiis, et exemplis instrumentorum, et actorum, quæ fierent in causis ciuilibus dictæ curiæ, quod esse Volumus proprium dicti Notarii: Nec illud teneatur ponere in dicta capsa, non obstantibus suprascriptis.

De Ordine tenendo per Notarium introituum Lucensis Cameræ, in solutionibus faciendis pro precio scripturarum ad dictum officium spectantium. Cap. LVII.

Pro qualibet apodixa solutionis pagarum Prouentuum, qui ponuntur ad introitum Cameræ per dictum Notarium, si paga ascendit usque in florenos quinquaginta, accipere possit soldos quattuor.

Et si paga ascendit a florenis quinquaginta supra, quātacunq; sit summa, possit accipere soldos octo.

Pro qualibet apodixa solutionis, compositionis Vicariarum Castilionis, et Camporegianæ, siue subsidii rocharum Vicariorum, et aliorum officialium, et p̄ scripturis p̄pterea necessariis, possit accipere hoc modo uidelicet.

Si solutio esset ab uno floreno, usq; in quinquaginta, soldos quattuor.

Et a florenis quinquaginta, usq; in centum, soldos sex.

Et a florenis centum supra, quantacunque fuerit summa, soldos octo.

Pro solutione cuiuslibet affictus,& pensionis,soldos duos.

Et habeat etiam dictus Notarius præmia,& mercedes,de quibus mentio fit in Decreto, celebrato de Anno Millesimo Quingentesimo Trigesimo Quarto,Die Septima mensis Decembris, cuius Decreti dispositio in expressis ibi obseruari debeat, in aliis uero præsentis Statuti dispositio locum habeat.

Et generaliter de qualibet alia scriptura, quæ fieri contigerit per ipsum Notarium in dicto eius officio,habeat iuxta solutiones,precia,& quãtitates, supra declaratas de simili,ad simile.

Et ultra summas supra taxatas,non possit idem Notarius accipere,etiam ab offerentibus sua sponte,sub pœna librarum quinque pro qualibet uice, in quibus possit etiam durante officio sindicari.

Et condemnetur ad restitutionem eius,quod ultra acceperit, in duplũ ei, a quo acceperit. Et quilibet possit contrafacientes accusare.

Et de prædictis stetur,& credatur iuramento accusatoris, si fuerit homo bonæ conditionis,et famæ,qui uerisimiliter non procederet ad iurandum, sine uera,& iusta causa,de quo stetur arbitrio iudicantis,qui se possit extraiudicialiter informare,& sine scripris,de conditione, & fama iurantis,& iuramentum admittere,uel non admittere,prout suæ discretioni,seu conscientiæ uidebitur.

Teneatur insuper idem Notarius de omnibus denariis,qui sequestrarentur,seu de uoluntate debitorum describerentur, uel promitterentur alicui, seu retinerentur super pagis,et mandatoriis Officialium Stipendiariorum, & Castellanorum,quauis occasione,ad utilitatẽ alicuius priuatæ personæ, etiam si dicta retentio fieret super mandatoriis,uel alio quocunque modo, solui facere immediate ab illis,ad quorum petitionẽ dicti denarii sic sequestrarentur,uel describerentur,seu promitterentur,debitam Datiam uidelicet,Bononenum unum pro quolibet floreno,de qua datia computũ tenere debeat in libro uno propterea ordinato.

Et Denarii dicta occasione exigendi, poni debeant in quadam Capsettina propterea ordinata.

Et habeat dictus Notarius pro suo labore soldos duos per libram omnium denariorum propterea exactorum,uel exigendorum.

Et Notarius prædictus,qui dicta sequestra,retẽtiones,& promissiones,scripserit,dicta Datia immediate nõ soluta,teneatur de suo proprio soluere dictam Datiam,& ultra in libris duabus,usque in quinque,arbitrio Exactoris,condemnetur.

De Ordine tenendo per Officialem Restaurorum in solutionibus fiendis pro scripturis ad eius officium pertinentibus. Cap. LVIII.

De qualibet

DE qualibet paga Capitanei Comitatus,quę fieri debet singulis duobus mensibus a quolibet Communi sex milliariorum,si fuerit usq; i libras quattuor possit accipere unum soldum cũ dimidio.

Et si fuerit a quattuor libris usq; in decem soldos tres.

Et si fuerit a libris decem usq; in uiginti,soldos quattuor cũ dimidio.

Et abinde supra quantacunq; fuerit summa soldos sex.

Et similiter a quolibet communi sex milliariorum Lucensis Ciuitatis pro solutione pagę restauri, quæ fieret singulo ãno usq; in libras quattuor,habeat soldum unum cum dimidio.

Et a libris quattuor usq; in decem soldos tres.

Et a libris decem usq; in uiginti,soldos quattuor.

Et abinde supra quantacunq; fuerit summa soldos sex.

De qualibet appodixa restitutionis pignorũ soldum unum cũ dimidio.

De quolibet termino,siue prorogatione termini,quæ fieret de conscientia exactoris soldum unum cum dimidio.

De qualibet fideiussione soldos tres,

De Pagis,& solutionib. capitanei comitatus fiendis a uicariis lucensis districtus,quę fieri debent lucensi camerę singulis tribus mensibus possit hoc modo accipere uidelicet.

De qualibet appodixa solutionis salarii dicti capitanei fiendę,si fuerit de florenis octo,uel ab inde infra soldos sex.

Et ab octo usq; in quattuordecim soldos nouem.

Et a Florenis quattuordecim supra, quantacunque fuerit summa, soldos duodecim.

Et teneatur idem Notarius restaurorum camerariis,seu Sindicis dictarũ Vicariarum, & cuiuslibet earũ, uel aliis personis soluentibus pro ipsis Vicariis tradere Appodixas dictarum Solutionum Factarum, pro Preciis supra declaratis.

Et si dicti camerarii Sindici,uel alię personæ sic soluentes dictã appodixã factarum solutionum habere uoluerint soluant minus summis supra declaratis denarios decẽ & octo in quolibet suo casu.

Et de qualibet alia scriptura, quæ fieri Contingeret per dictum Officialem in dicto Officio possit accipere iuxta solutiones superius Declaratas de simili ad simile,

Et nõ possit Notarius prędictus aliquid ultra taxationes superius declaratas,accipere etiam ab offerẽtibus sua spõte,sub pęna librarũ quinq;,in quibus possit etiam de facto durante officio Sindicari.

Et ultra Condemnetur ad Restitutionem eius, quod ultra acceperit in duplum ei, a quo acceperit, & quilibet possit contrafacientes accusare.

Et stetur, & credatur iuramento accusantis si fuerit homo bonę Conditionis,& famæ,qui uerisimiliter non procederet ad iurandum sine uera, &

iusta causa de quo stetur arbitrio iudicantis, qui se possit extraiudicialiter, & sine scriptis informare de conditione, & fama iurantis, & iuramentum admittere, uel non admittere prout suę discretioni, seu conscientiæ uidebitur. Nec liceat dicto Notario dictas taxationes excedere, siue solutiones prædictæ factæ fuerint i una uice, uel in pluribus, sub pœna suprascripta, de quibus stetur iuramento prædicto, modo, & forma prædictis.

De Salario, et Mercede Notariorum Prouentuum, et Gabellarum. Cap. LIX.

STatuimus, q Notarii Prouētuū teneātur stare cōtenti salario eis taxato. Et ultra, nil aliud ab aliqua singulari persona, Communi, uel Vniuersitate, petere possint, uel habere, etiam ab offerentibus sua sponte, sub pœna librarum quinque pro qualibet uice, et restitutionis eius, quod accepissent in duplum ei, a quo accepissent.

Verum si facerent apodixas solutionum factarum, quas petentibus dare teneantur, tunc accipere possint usq; in soldos duos, & non ultra, pro qualibet apodixa, considerata quantitate pecuniæ, quæ solueretur.

Et si dictam apodixā dare recusauerint, uel aliquid ultra plus acceperint, puniantur in dicta pœna.

Item notarii Gabellarum salario eis statuto sint contenti, & aliquid ultra exigere nequeant, quouis modo, prætextu sui laboris, uel scripturæ,

Sed a singularibus personis exigere possint, put infra cōtinetur uidelicet

De comparitionibus Consulum, & denunciationibus, quas ipsi Consules facerent de rebus dictæ Curiæ denunciandis accipere possint usque in soldis sex, & non ultra, sub pœna de qua continetur in Statuto De superfluis comparitionibus Consulum sublatis.

De Solutionibus cuiuscunq; Gabellæ, nil prorsus accipere possint, sub pœna librarum decem prò qualibet uice: Et sub dicta pœna teneātur dare apodixam factarum solutionum quibuscunque petentibus, sine aliquo salario, uel mercede.

De Comparitionibus uero, & de Responsionibus, & de Testibus, et de responsionibus, quę fierent ad processum, & generaliter de omnibus, et singulis actis, quę in dicta curia quomodolibet actitarentur, exigere, uel recipere possint eo modo, et forma, prout statutum est supra, De Preciis actorum causarum ciuilium, et criminalium in curia Domini Lucensis Potestatis, et ultra nihil accipere possint, etiam ab offerentibus sua sponte, siue agatur ciuiliter, siue criminaliter. Et si quis contrafecerit, puniatur qualibet uice in libris quinque de facto, et compellatur ad restitutionem eius, quod recepisset, in duplum ei, a quo accepisset. De Copiis uero, siue secundis scripturis Permittimus, q accipere possint, put alii Notarii Curiarum, prout supra in

præcedenti

præcedentibus capitulis continetur.

De scribendo in actis Curiæ pannos, qui extra Ciuitatem portarētur ad fullandum, et pannos, qui portarentur extra territorium ad tingendum, & eis remittendis in ciuitatem, possint accipere soldum unum.

Et de apodixa licentiæ propterea concessæ soldum unum.

Et de Cassatura dictæ Scripturæ, quando dicti Panni remitterentur, soldum unum.

Et de Licentia Bestiarum, quæ conducerentur in Districtu sex millia riorum pro Pasturando Videlicet, pro eis Scribendis in Actis Curiæ, soldum unum.

Et de Appodixa dictæ Licentiæ, si petatur, quorcunque fuerint Bestiæ, soldum unum.

Et pro Cassatura dictæ Licentiæ, in Reconducendis dictis Bestiis, soldum unum.

De Literis Præceptorum, quæ fierent ex Officio, & non ad petitionem alicuius, nihil percipere possint.

Sed si fiant ad petitionem alicuius, possint accipere usque in soldos quatuor, considerata quantitate literæ.

De Licentia occidendi Porcos extra Ciuitatem, pro insalando, si exinde nulla solueretur Gabella, possint accipere soldum unum.

Sed si Gabella soluenda ueniret, tunc nihil de tali Licentia percipi possit.

De Licentia uero macellandi extra Ciuitatem in Districtu quascunque alias Bestias, nihil omnino recipere Valeant, etiam ab offerentibus sua sponte.

Sed de aliis quibuscunque scripturis nihil accipere possint quouis modo, uel ingenio, sub quocunq; colore

Et de Qualibet Appodixa Prouentuum, & solutione, seu Occasione prouentus, quæ fieret, possint accipere usque in soldos Tres.

Et in fideiussionibus, quæ ibi præstarentur, & aliis, possint accipere, prout Notarius Curiæ Exactoris.

Et si Notarii Gabellarum, & Prouentuum, prædicta non Seruauerint, puniantur per Dominum Sindicum de facto, & sine aliquo Processu, uel scriptura, in libris quinque pro qualibet uice, & ad restitutionem eius, quod indebite accepissent in duplum ei, a quo receperunt.

Et possit quilibet contrafacientes Accusare, & Credatur Iuramento accusatoris, si fuerit bonæ Conditionis, & famæ, qui uerisimiliter non procederet ad Iurandum, sine iusta, & uera causa, de quo stetur arbitrio Iudicantis, qui possit se Extraiudicialiter, & sine scriptis informare de conditione, & Fama iurantis, & iuramentum admittere, uel non admittere, prout suæ discretioni, & conscientiæ uidebitur.

De Salariis, quæ Nunciis debētur a singularib. personis. Cap. LX.

NVnc congruum locū esse prospeximus Disponere de Salariis, quę Nunciis publicis debentur a singularibus personis pro eorum uia, seu labore. Declarantes, atq; taxantes, prout infra continetur uidelicet.

De qualibet citatione, seu reclamatione, et de qualibet citatione, notificatione, uel ambaxiata, quæ fieret in Ciuitate Lucensi, possit nuncius accipere soldum unum cum dimidio.

Et si fieret in Burgis nonmuratis, soldos duos.

Et si fieret i suburgis, uel alibi, intra unum milliare, possit accipere soldos quattuor, et denarios sex.

Et pro quolibet alio milliari, ultra primum, possit accipere soldos tres.

Et si in eadem Contrata, uel Communi plures essent personæ citatæ, possit ultra prædicta, pro qualibet alia persona, ultra unam, citatam, uel monitam, uel cui fieret ambaxiata, uel notificatio, accipere soldum unum.

Et si fuerit Communitas, uel Vniuersitas citata, possit accipere ultra prædicta, soldos duos.

Et si Hæredes non nominati, fuerint citati, uel moniti, uel eis fuerit facta notificatio, uel ambaxiata, possit accipere pro duabus personis.

De qualibet libelli oblatione, possit accipere pro quolibet libello, quem obtulerit, soldum unum cum dimidio, ultra id, quod sibi ꝑ citatione deberet.

De prædis, et sequestris, et præceptis, quæ propterea fierent, possit accipere soldos tres pro qualibet præda, uel sequestratione, ultra id, quod pro citatione deberetur,

De præceptis uero possit accipere soldos duos, ultra id, quod pro citatione, uel ambaxiata accipere potest.

Verum si præceptum emanaret in consequentiam præcepti, uel prædæ, uel missionis in possessionem, uel alterius similis actus, de quo sibi solui deberet, tunc de talibus præceptis non debeatur.

De missione in possessionem accipere possit, prout supra de citationib. dictum est, cum tertia parte pluri, si fuerit una petia terræ.

Sed si plures fuerint, possit accipere de qualibet petia terræ, ultra primam, denarios duodecim,

Pro custodia uero faciēda de aliqua persona capta, uel detēta mādato alicuius officialis, pro debito, causa, uel facto ciuili, in palatio, uel curia, uel alibi ubicunq;, nihil possit nūcius, uel aliquis berroarius accipere, siue persona capta fuerit custodita in cippis, siue in carcerib. siue aliter quomodocunq;.

Verum pro ducendo personam captam ad Carceres publicos, uel de ipsis carceribus ad curiam, uel ad officialē, ex cuius officio persona capta fuerit, nihil prorsus accipere possint, uel debeant ullo modo.

Et similiter nullus officialis possit pro custodia alicuius capti pro debito, uel facta

uel facto ciuili aliquid exigere uel recipe,quouis quęsito colore. Sed unusquisq; officialis contentus existat salario,quod percipit pro officio.

Insuper Declaramus,q tam dominus lucen.Potestas,q̄ quilibet alius officialis lucen.Cōmunis,qui familiam teneat,teneatur quemlibet captum p debito lucen.Cōis sibi præsentatū p nunciū tenere sub bona custodia,uel illū captū mittere ad carceres lucen.cōmunis custodiendum.

Si uero fuisset captus pro debito priuato præsentetur illi officiali,ex cuius officio captus fuisset,qui ad dictam custodiam teneatur,uel illum captum ad carceres publicos custodiendum transmittat.

Et dictæ quantitates soluantur nunciis per illas personas,ad quarum petitionem citatio,monitio,sequestratio,præda,libelli oblatio,præceptum,captura,uel alius actus processerit.

Et si quis casus contingat,qui supra declaratus nō esset,fiat de eo solutio,secundum illum de prædictis casibus,cui magis assimilari posset.

Nunc restat prouidere de salariis,quę Nunciis deberentur,de iis,quæ gesserint,non ad petitionem alicuius personæ,uel Vniuersitatis,sed de mandato,uel ex officio quoruncunque officialium Lucensis Ciuitatis,et maxime de mandato Exactoris,Officialis Restaurorum,& officialis Prouentuum,et Gabellarum,et officialis Fundaci,et Abundantiæ,et officialis Douanæ Salis,uel alterius cuiuslibet,quacunque iurisdictione fungenti.

Declaramus igitur,q in huiusmodi casibus Nuncii faciant sibi solui ab illis personis,contra quas suum officium exercerent,secundum taxationes,et declarationes infrascriptas uidelicet.

De citationibus,monitionibus,notificationibus,ambaxiatis,præceptis,& de prædis,& pignorationibus,& intesimentis,& sequestris,& accomandigiis,& similibus,possint ipsi nuncii accipere tantū,quantum dictū,et taxatum est supra,de citationibus,quas facerent ad petitionem singularium personarum.Saluo eo,quod supra dicitur,quod de quolibet milliari ultra primum accipere possit soldos tres,quod in hoc casu locum non habeat,sed sufficiat si pro quolibet milliari accipiat denarios duodecim,& ultra capere nō possit,sed ubi personæ cōtra quas in eadē andata officiū exerceret,essent decē,aut ultra,tunc p huiusmodi locorū distantia nihil possit accipere,sed tūc a qualibet persona possit accipere solummodo soldos tres.

Et in quolibet casu cuiuscunque capturę non possit aliquis Officialis,quocunque fungantur officio,aliquid recipere,etiā ab offerentibus sua sponte pro custodia alicuius capti,si persona fuerit in Carceribus,uel in Vinculis custodita. Cæterum quilibet nuncius in quolibet casu Prædæ,sequestrationis,citationis,capturæ,monitionis,& præcepti,teneatur,& debeat huiusmodi prædam,sequestrationem,capturam,citationem,& præceptum,referre,& scribi facere Notario illius Curiæ,cuius mandato facta foret,quam citius,& cōmodius poterit,& Personam captam immediate præsentare ad curiam coram Officiali,cuius mandato,uel Officio facta esset,sub pœna

possit officialis,cum nuncio mittere suam familiam. Et inobedientes, & resistentes punire,& condemnare,prout rei qualitas exegerit,secundum formã statutorum. Et saluo, in capturis personarum in casibus,in quibus captura conceditur,tũc enim possit impune cum nunciis mittere suos famulos.

De Salariis, seu Mercedibus Officialium, et Executorum. Cap. LXI.

STatuimus, Officiales,seu Exactores Lucen.Cõmunis teneantur,et obligati sint capturas,& pignora facere,sicuti,& prout ipsis,et cuilibet ipsorũ iniunctũ fuerit ab agentibus lucen.Cõis, recepta postea mercede ordinata per formã Statuti dicti Cõis,excepto, non possint pignora facere occasione debitorũ æstimi Salis,& Stipẽdii Barigelli,nisi quodlibet pignus ascẽderet ad minus ad ualorẽ bononenorũ decem: Ac ẽt pro quolibet pignore capere nõ possit pro eorũ,& nuncii mercede nisi bononenos duos, excepto de qualibet bestia grossa pignorata, qua habere debeat bononenos quattuor, & non ultra: Et de prædictis mercedib.nuncii petere,uel habere nõ possint nisi quattrenos tres quolibet dictorum pignorũ,Et pro qualibet captura Lucæ facta de debitoribus lucen.communis petere, nec habere possint nisi bononenos sex,et si dicta captura fuerit extra portas Ciuitatis infra unum milliare habeant solum bononenos octo,Si uero ultra unũ milliare habeat usq; in bononenos duodecim,in quibus præmiis inclusa intelligatur merces,& præmium nuncii interuenientis in dicta captura,Et teneantur dicti Officiales,& Executores cum eorum familiis pro uiribus eorũ officii,si cõmode id fieri poterit,procedere ad pignora, & capturas contra Officiales communium debitores occasione æstimi,salis, & stipendii Barigelli ut supra. Deinde contra alios homines ipsorum cõmunium,cum hac declaratione, occasione dictorum debitorum nõ possint capi nisi usq; in duos homines de communi,excepto si Officiales ipsorum cõmunium ostẽderent plures esse debitores,quo casu ad instantiam dictorum Officialium præfati Officiales,& Executores cedere teneantur, & debeant ad prædã, uel capturam contra omnes tales debitores,& habeant suprascripta prǽmia a præfatis debitoribus,& non a dictis officialibus super dictis pignoribus, & personis debitoribus. Item a quolibet capto pro debito lucensis cõmunis capere nõ possint pro carcere,nisi bononenũ unũ, & fideiussione dictũ captum prǽstanda nisi bononenum unum, Et qui Officiales,& Executores pro capturis,& pignoribus fiendis in Ciuitate lucẽsi,et contra Ciues,& habitatores in dicta Ciuitate,& debitores lucensis communis habere debeant, & consequantur illud præmium,seu præmia,quod,& quæ fuerint declarata per spectabile Officium super introitibus dicti Communis, Cui Officio hoc casu suprascripta præmia declarandi authoritatem Damus, ac Cõcedimus. Quæ tamen præmia solui non possint nisi post exactionem fa-

ctam, & soluantur de propriis pecuniis dictorum debitorum, & non de pecuniis Lucensis Communis, & hoc usq; in quattrenos tres pro qualibet libra de bononenis decem pro qualibet libra, ad arbitrium, & declaratio- nem dicti Officii.

Insuper Statuimus, & Ordinamus, q tam Miles socius Domini Lucensis Potestatis, & Notarius Capitanei comitatus, & quilibet alius Executor, qui nunc sunt, & qui per tempora erunt tam in ciuitate Lucensi, q̃ in toto eius territorio secundum iurisdictionem eis, & cuilibet ipsorum attributam, tene antur, & debeant facere cum effectu omnem executionem realem, uel per- sonalem, aut mixtam, super quacunq; re, & quacuq; causa, ad instantiam cu iuscunq; personæ, & loci, subditæ, & subditi iurisdictioni Lucensis commu nis, & non aliter in Ciuitate Lucensi, & eius Comitatu, & Districtu, Quæ executio fieri debeat hoc modo:

Quia petente parte, a suprascriptis, seu altero ipsorum, cui concessa execu tio sit, secundum formam Statutorum, Dictus Miles, Socius, uel Notarius, & quilibet alius Executor, teneatur immediate, sine longa dilatione exequi, illa forma, & modo, prout, & qualiter executio concessa est, & Statuta Dispo nunt, & non aliter, uel alio modo:

Et ubi Præda, Intesina, uel Sequestrum denegata essent tali Executori se- mel tantum, possit dictus Executor, teneatur, & debeat, dictam prædam, In- tesinam, uel Sequestrum realiter, & cum effectu auferre, seu eleuare de do- mo, hipoteca, uel alio loco, etiam manu militari, & rem sic eleuatam Curiæ præsentare, ut de ea disponi possit, quod uult forma Statutorum Ita tamen q executio non differatur in Ciuitate Lucensi ultra octo Dies. In sex mil liaribus ultra quindecim Dies. Et in Vicariis ultra mensem, a die quo requi siti fuerint de executione prædicta,

Et habeat, & habere debeat dictus Miles, Socius, seu Notarius, & quilibet alius Executor ut supra, sic executionem faciens, realiter, & cum effectu Denarios sex pro qualibet libra eiusdem Monetæ, & ad illam rationem, quæ fieret, usq; in libras centum, cũ declaratione, q si executio fiat pro sum ma librarum Quinquaginta, & ab inde infra quantacunq; sit summa, di- ctus Executor inter se, et Nuncium habere debeat bononenos Duodecim.

Et a dictis libris Quinquaginta supra, usq; in libras Centum, habere debe at dictos denarios sex pro libra, ut dictum est.

Et a libris Centum supra Denarios Tres pro qualibet libra, inter ipsum et Nuncium, quantacunq; sit summa, prima Tassa firma remanente,

Quas pecunias habere debeat ipse Executor antequam Personæ, uel res dimittantur, expensis eius, contra quem fieret executio, reseruato ta- men partibus iure expensarum hinc inde soluendarum in sententia super dicta executione ferenda, si qua ferri contingat,

Et casu quo dicti Executores sic requisiti a parte petẽte executionẽ, nõ fuerit executi,

executi,secundum formam prædictam,condemnentur ad Opus Cameræ Lucen.in duplum eius,quod habere deberent p executione prædicta, et totiens,quotiens facere omitterent,uel negligerēt facere,parte petente:In qua pęna possint ēt de facto grauari,& et exigi per Exactorē lucen.cōis durāte officio.Et de executione petita fieri debeat nota p suprascriptos requisitos in libro per ipsos propterea ordinando,notando diem petitæ executionis, a quo,& cōtra quem registrato effectu dictæ licētiæ,& eius tenore,ita q posthea de tali requisitione sic facta credatur notæ prædictę cū iuramēto eius, qui petiit.Et per prædicta nō intelligatur derogatum aliis statutis de Exactionibus loquentibus,Sed cuilibet licitū sit executionē facere secundū formam statutorū,qui primo in exequendo præuenerit. Et tales executiones præsentari,et dari per suprascriptos debeant illis officialibus,et curiis,ex officio quorum cōmissa est executio,uel Camerario pignorum,uel alio loco, ubi per officiales,ex quorum authoritate concessa est,committeretur.

De Salariis,q̄ Pręcones recipe possunt a singularib. psonis.Cap.LXII.

QVotiens Præcones facerent aliquam præconizationē ex officio alicuius officialis,et non ad petitionē alicuius personæ, nihil debeant tunc accipere,quia sufficit eis salarium ,quod de publico habent.

Si autē facerēt aliquod p̄coniū ad petitionē cuiuscunq; psonæ,tūc accipe possint ut infra cōtinet̄,ab iis,ad quorū petitionē,seu utilitatē p̄coniū fieret.

De qualibet Citatione, quæ per præconium fieret, possit accipere soldos decem et octo.

De qualibet subastatione rerū,quæ uendi deberent ad incantū pro pręconio,quod propterea fieret,possint accipere soldos uigintiquattuor.

De quolibet præconio,quod fieret ad instantiam usurariorum,possint accipere soldos triginta.

De quolibet pręconio cuiuscunq; luminarię fiēdę possint accipe sold.xv.

De qualibet denunciatione Donationis,uel Comperæ,uel alterius cuiuscunq; contractus,possint accipere soldos quindecim.

De præconizatione cuiuslibet Inuentarii ab Hærede conficiendi, possint accipere soldos quindecim.

De qualibet præconizatione,quam facerent de serua,uel bestia,uel alia re smarrita,possint accipere soldos decem et octo.

De quolibet præconio,quod fecerint pro officialibus sindicandis, possint ab ipsis officialibus,qui sindicarentur,recipere soldos duodecim.

De quolibet banno pecuniario,pro ipso bāno possint exigere soldos duodecim,et dicta quantitas eis soluatur tempore cancellationis dicti banni.

De quolibet Banno personali,possint accipere tempore cancellationis, si cassari contigerit,soldos triginta.

A quolibet Conestabili pedestri,qui cancellatus esset pro pręconio sui sin

dicatus possint accipere soldos duodecim.

A quolibet Stipendiario equestri, qui cancellatus esset a stipendio pro preconio sui sindicatus, possint accipere soldos decem et octo.

Et si quis casus preconii cõtingeret, qui supra declaratus nõ esset, fiat exactio secundum taxationem supra factam i casu, cui magis possit assimulari.

Sed si dicta præconia, quæ fierent pro sindicandis stipendiariis equestrib. uel pedestribus, fierent per tubicinem, officio conductæ deseruienté, & non p præconé, tũc similiter dictus tubicen teneať dictas taxationes obseruare.

Si quis autem præco, uel tubicen plus exegerit, uel receperit, puniatur pro qualibet uice a soldis quadraginta, usq; in libras quinq; de facto, et quod plus exegerit, in duplum restituere cogať ei, a quo acceperit, et quilibet possit contrafacientes accusare. Et credatur iuramento accusantis, si fuerit homo bonæ cõditionis, et famæ, qui uerisimiliter non procederet ad iurãdũ, sine uera, & iusta causa, de quo stetur arbitrio iudicãtis, qui se possit extraiudicialiter, & sine scriptis informare de cõditione, & fama iurãtis, et iuramẽtũ admittere, uel nõ admittere, put suæ discretioni, seu cõsciẽtiæ uidebitur.

De Salariis Extimatorum. Cap. LXIII.

EXtimator Curiæ Prouentuum, & extimatores bonorũ, quæ dari debent in solutum, teneantur, & debeant diligenter, et bona fide extimare bona, prout ad eorum officium pertinebit, pro qua extimatione possint accipere, prout infra declarabitur, uidelicet.

De qualibet extimatione bonorum fienda, usq; in summam librarum uigintiquinq;, possint accipere inter ambos extimatores soldos decẽ et octo.

Et si fuerint ab inde supra, usque in libras quinquaginta, possint de tota summa accipere soldos uigintiquattuor.

Et ab ipsis libris quinquaginta supra, usque in libras centum, de tota summa possint accipere soldos trigintasex.

Et a libris centum supra, usque in ducentas, possint accipere de tota summa libras tres.

Et ab ipsis lib. ducẽtis supra, usq; i trecẽtas, possint i totũ accipe lib. q̃ttuor

Et ab ipsis libris trecentis supra, usque in quingentas, possint in totum accipere florenum unum.

Et a libris quingentis supra, usque in libras mille, possint accipere in totum florenum unum, & soldos triginta,

Et a libris mille supra, possint accipere de quolibet centenario librarũ, soldos sex, dummodo quantacunq; fuerit summa, nõ excedat florenos duos.

Notarius autem extimatorum, ultra prædicta, de extimatione possit pro apodixa extimationis in publicam formam danda, capere usq; in soldos nouẽ.

Et si oporteret unum ex dictis extimatoribus ire extra ciuitatẽ lucensem ab uno milliari ultra, p extimãdo aliquas terras, uel possessiones, aut bona,

 et iuerit,

& iuerit,et steterit per totā diem,possit accipere ultra suprascripta precia,in quolibet casu,secundum suprascriptas distinctiones, p suis expensis, si sine equo iuerit,soldos uiginti quattuor,et si cum equo iuerit,libras duas & soldos decē. Et si ultra unam diem steterit dicta occasione, possit accipere ad eandem rationem, Et si extra ciuitatem ab uno milliari,uel quasi citra,accipere possit ultra prædicta supra declarata,& cōcessa pro extimationibus fiendis usque in soldos nouem.

Et omnes,& singuli extimatores teneantur non excedere dictas taxationes,et si quid ultra receperint,cōdemnentur p qualibet uice in libris quinque de facto,& sine aliquo processu, et ad restitutionem eius,quod plus acceperint,in duplum ei,a quo acceperint:et quilibet possit contrafacientes accusare,& credatur iuramento accusatoris,si fuerit bonæ conditionis,et famæ,qui uerisimiliter non procederet ad iurandum, sine uera,& iusta causa, de quo stetur arbitrio iudicantis,qui uerisimiliter se possit extraiudicialiter & sine scriptis,informare de conditione,& fama iurantis,et iuramentum admittere,uel non admittere,prout suæ discretioni,seu conscientiæ uidebitur.

Verum si prætextu amplioris salarii denegaret extimationem facere,quę alias facienda esset,cōdemnetur de facto in libris uigintiquinque. Et utrum sub prætextū prædicto sic denegaret,possit dominus Sindicus,etiam secundum conscientiam,iudicare.

De mercede Approbatorum Fideiussorum. Cap.LXIIII.

STatuimus,ꝙ nullus de cętero Approbatorū audeat,uel præsumat aliq̄d, ultra quātitates inferius declaratas,exigere,uel a sponte offerētib. recipere,uel in fraudē amplioris salarii aliquid attentare per se,uel per aliū,quo uis q̄sito colore,quas quidē quātitates sic taxamus,& declaramus,uidelicet

Pro approbatione fideiussorum Camerarii Generalis tēpore acceptationis officii,libras tres.

Pro approbatione Fideiussorum Camerarii Douanæ,et Abundātiæ, tempore acceptationis officii,libras tres.

Pro approbatione fideiussorum cuiuslibet alterius camerarii tempore acceptationis officii,libras duas.

Pro Approbatione fideiussorum Massarii Lucensis Cameræ tempore acceptationis officii,libram unam.

Pro Approbatione fideiussorum cuiuslibet approbatoris tēpore acceptationis officii,libras tres & soldos duodecim.

Pro Approbatione Fideiussorum cuiuslibet Notarii,qui acceptaret officium,soldos decem.

Pro Approbatione Fideiussorum cuiuslibet extimatorum insolutorum, tam laici, q̄ notarii tempore acceptationis officii,soldos sex.

Pro Approbatione fideiussorum cuiuslibet Molendinarii, libram unam.

Pro approbatione Fideiussorum cuiuslibet lauandariæ, libram unam.

Pro approbatione testiũ cuiuscunque sarti, seu Sutoris lib. unã, et sold. sexdecĩ.

Pro approbatione Fideiussorum cuiuslibet Calsaioli, soldos duodecim.

Pro approbatione fideiussorũ cuiuslibet Giubbonerii, soldos duodecim.

Pro approbatione fideiussorum cuiuslibet Pacterii, soldos duodecim.

Pro approbatione fideiussorum cuiuslibet Nuncii tempore acceptationis officii, soldos duodecim.

Pro approbatione fideiussorũ cuiuscunque Aurificis, librã unã, et sold. decẽ.

Pro approbatione fideiussorũ cuiuslibet Cimatoris, soldos sexdecim.

Pro approbatione fideiussorum cuiuislibet Superstitis Carcerum, libram unam et soldos decem.

Pro approbatione fideiussorum cuiuslibet Prouisoris Macelli, soldos sex

Pro approbatione fideiussorum cuiuslibet Superstitis deputati ad portas pro gabellis exigendis, soldos quattuor.

Pro approbatione fideiussorum cuiuslibet Prouisoris in Gabella maiori, soldos sexdecim.

Pro approbatione fideiussorum cuiuslibet prouisoris Vini, quod uẽditur ad minutum, soldos duodecim.

Pro approbatione fideiussorũ cuiuslibet prouisoris Furnorũ sold. octo.

Pro approbatione fideiussorum officialis Burgorum, & portæ Burgi tẽpore acceptationis officii, libram unam et soldos decem.

Pro approbatione fideiussorum cuiuslibet alterius officialis ad portas deputati, libram unam.

Pro approbatione fideiussorum officialis Salis, et Abundãtiæ tempore acceptationis officii, libram unam.

Pro approbatione fideiussorum cuiuslibet Vicarii cuiuslibet Vicariæ tempore acceptationis officii, libram unam, & soldos decem,

Pro approbatione fideiussorũ cuiuslibet prouentualis in districtu sex milliariorum, tempore acceptationis officii, libram unam & soldos quattuor;

Pro approbatione fideiussorum Potestatis terrarũ ultra Iugum, tempore acceptationis officii, libram unam, et soldos quattuor.

Pro approbatione fideiussorũ Potestatis uillæ Basilicæ tempore acceptationis officii, libram unam, et soldos quattuor.

Pro approbatione fideiussorum potestatis pro Aduentia tempore acceptationis officii, libram unam et soldos quattuor,

Pro approbatione fideiussorum aliorum potestatum alicuius terræ Lucẽsis districtus tempore acceptationis officii, soldos sexdecim.

Pro approbatione fideiussorum cuiuslibet Textoris, et textricis pannorũ lini, soldos duodecim.

Pro approbatione fideiussorũ prouẽtus Vicariæ Massæ, libras quattuor.

Pro approbatione fideiussorũ prouẽtus Vicariæ Camaioris, lib. quattuor.

Pro approbatione fideiussorũ prouẽtus Vicariæ Vallis Arianę, libr. tres.

Pro appro-

Pro approbatione fideiussorum prouētus Montis Caroli,libras duas.
Pro approbatione fideiussorum prouentus Villæ Basilicæ,libras duas.
Pro approbatione fideiussorū prouētus uicariæ Vallis Limæ,lib.quinq;
Pro approbatione fideiussorum prouētus Vicariæ Coreliæ,libras sex.
Pro approbatione fideiussorum Vicariæ Gallicani,libras tres.
Pro approbatione fideiussorū,qui darentur pro maleficiis,& etiā pro causis,& negociis ciuilibus,si fideiussio præstetur pro summa librarum uiginti quinq;,uel ab inde infra,accipiant soldos sex.
Si fideiussio præstetur ꝑ summa librarū quinquaginta, uel ab inde infra descensiue,usq; in lib.uigintiquinq;,accipiāt in totum soldos duodecim.
Et si fideiussio præstetur pro summa librarum centū,uel ab inde infra descensiue,usq; ad libr. quinquaginta,accipiāt in totū lib.unā,& sold.quattuor.
Et si fideiussio prestetur ꝑ summa librarū quingentarū,uel ab inde infra descensiue,usq; ad libras centū,accipiāt ultra taxā debitam pro primo centenario,soldos decē pro quolibet centenario,a primo centenario supra.
Et a summa librarum quingentarū usq; ad mille,ultra dictas summas accipere possint pro quolibet centenario soldos octo.
Et a summa librarū mille supra,quantacunq; fuerit summa,accipere possint soldos quattuor pro quolibet cētenario,ultra summas debitas ꝑ mille
Et de his,quæ hic declarata nō forent,fiat solutio, habita consideratione de similib.ad similia,arbitrio domini maioris Sindici. Si qs autē approbator,ultra dictas taxatas quantitates reciperet,uel aliquid in fraudem salarii ausus fuerit exigere,puniatꝰ qualibet uice per dominū maiorem Sindicum de facto,sine processu,uel scriptura,ī libris quinq;. Et teneatꝰ reddere in duplum,quod plus acceperit ei,a quo acceperit. Et de prædictis possit quilibet contrafacientes accusare,& stetur iuramento accusatoris,si fuerit homo bonæ conditionis,& famæ,qui uerisimiliter non procederet ad iurandum sine uera,& iusta causa,de quo stetur arbitrio iudicātis,et se possit extraiudicialiter informare de conditione,& fama iurantis,& iuramentum admittere,uel nō admittere,prout suæ discretioni,& conscientiæ uidebitur.
Verum si approbator sub amplioris lucri spe,aliquem idoneum fideiussorem recusauerit approbare, puniatur qualibet uice in libris decem, & ultra, usque in uigintiquinque,arbitrio domini Sindici. Et utrum in dicto casu fideiussor esset,uel reputari deberet idoneus,stetur declarationi domini Sindici,qui possit,etiam nullis factis probationibus,secundum conscientiam iudicare. Et prædictis adiicimus,ꝙ prædictę approbationes fiant,& fieri debeant per dictos approbatores,qui sint numero tres,uel saltem per duos ex eis,& quicquid secus fieret,sit irritum,et inane.

De preciis Rogationum Chartarū,et Instrumentorum,de quibus Notarii extra iudicium fuerint rogati. Cap. LXV.

TAxationes salariorum,& mercedis,quæ Notariis deberentur pro rogationibus chartarũ,& instrumentorum,de quibus ipsi Notarii rogati fuerint,diligenter ipsi notarii obseruare procurẽt, easq; nemo excedat quouis quæsito colore,sub infrascripta pœna, quæ quidem taxationes,& preciorũ declarationes sunt hæc uidelicet.

De quolibet Contractu Mutui,Depositi,Cambii pecuniarum,& Venditionis Mercantiarum, & Cessionis iurium,& Actionum, et similium.

Si fuerit de florenis quinque,uel ab inde infra,possint accipere soldos sex.

Et si fuerit a florenis quinque supra,usque in florenos decem,possint accipere in totum soldos nouem.

Et si fuerit a florenis decem supra,usque in uigintiquinque,possint accipere in totum soldos duodecim.

Et si fuerit a florenis uigintiquinque supra,usq; in quinquaginta,possint in totum accipere soldos decem et octo.

Et si fuerit a florenis quinquaginta supra, usq; in centum, possint in totũ accipere soldos uigintiquattuor.

Et si fuerit a florenis centum,supra,usque in ducẽtos,possint in totum accipere soldos triginta.

Et si fuerit a florenis ducentis supra,usque in quingentos,possint in totũ accipere soldos quadragintaquinque.

Et si fuerit a florenis quingentis supra,usq; in florenos mille,possint in totum accipere libras tres.

Et si fuerit a florenis mille supra,possint accipere dictas libras tres. Et de quolibet centenario florenorum,quod excederet dictos florenos mille,possint etiam accipere soldos quattuor.

Et in quolibet dictorum casuum si fideiussor præstaretur,possit notarius accipere tertiam partẽ plus cuiuslibet summæ, supra in suo casu declaratæ.

Et possint accipere de charta tantundem.

De charta danda in publicam formam possit accipere duplum dictarum summarum supra taxatarum,in suo casu,singula singulis referendo.

Et si in prædictis contractibus apponerẽtur pacta,uel alia,propter quæ labor esset prolixior,quam cõmuniter consueuerit,possit plus recipere,prout iustum fuerit,considerata quantitate laboris,& scripturæ ad arbitrium duorum notariorum a partibus eligendorum,dummodo nõ possit excedi duplum dictarum summarum in suo casu.

De quolibet contractu Venditionis,Permutationis,& Donationis rerum immobilium,& mobilium,et se mouentium,& animalium,& iurium cohærentium rebus immobilibus,& similium,et si precium,uel extimatio fuerit florenorũ decẽ,uel ab inde infra, possint accipere sold. sex a qualibet parte.

Et si precium,uel extimatio fuerit a florenis decem supra,usque in uigintiquinque,possint accipere in totum soldos nouẽ a qualibet parte.

Et si fuerit a florenis uigintiquinque supra, usq; in quinquaginta, possint in totũ accipere soldos duodecim a qualibet parte.

Et si fuerit a florenis quinquaginta supra, usque in centum, possint accipe in totũ soldos .xv. a qualibet parte.

Et si fuerit a florenis centũ supra, usq; in ducẽtos, possint in totũ accipe librã unam, & soldos quattuor a qualibet parte.

Et si fuerit a florenis ducentis supra, usq; ĩ quingentos, possint accipe ĩ totum libras duas a qualibet parte.

Et si fuerit a florenis quingẽtis supra, usq; in florenos mille, possint accipe libras tres a qualibet parte.

Et si fuerit a florenis mille supra, possint accipere ultra dictas libras tres, soldos quattuor a qualibet parte pro quolibet centenario florenorũ, quod excederet dictos florenos mille.

Et de Charta danda in publicam formã possint accipere a qualibet parte petente duplũ eius, quod ab ambabus partibus recipe possunt in suo casu, secũdũ dictam taxationẽ, singula singulis referendo.

Et si uenditio fieret cum pactis utilibus, uel si aliquis de dictis contractibus fieret cũ aliis pactis ultra cõmunem formam, possit Notarius exigere, prout iustum fuerit, considerata industria, & quantitate laboris, & scripturæ ad arbitrium duorum Notariorum ut supra dictum est eligendorum, dũ modo non possit excedi duplum dictarum summarum in suo casu.

Et si uenderentur, uel donarentur, seu permutarẽtur plures petiæ terrarũ simul, possit accipe notarius ultra summas prædictas, tam de cõtractu, q̃ de charta, soldos duos de qualibet petia terræ.

De quolibet contractu Societatis, Sententiæ arbitralis, Diuisionis. Transactionis, & Pactorum. Quia de talibus contractibus non possumus certam considerare formam, cum dependeant a subiecta materia nobis penitus incerta .id est ab hominum uariis uoluntatibus. Ideo certam taxationem declarare non possumus. Et ideo Declaramus, q; notarius tam de rogatiõib. dictorũ cõtractuũ, q̃ de charta danda, possit accipe secũdũ suã discretionẽ, cõsiderata q̃titate laboris, & qualitate facti. Et si notarius excederet iustã q̃titatẽ, tũc debeat reduci ad congruã q̃titatẽ p dñum Sindicũ, q debeat taxare, cõsiderata q̃titate laboris, & qualitate facti, & cõsiderato pcio statuto p contractib. suprascriptis, qbus magis cõformant̃, ita q; nullo modo excedat preciũ taxatũ p suprascriptis cõtractib. qbus magis assimilat̃.

De quolibet contractu Locationis domus ad pensionem.

De quolibet contractu locationis operarum.

In quibus solet interuenire obligatio ab utraq; parte, possit notarius accipere soldos sex ab utraq; parte, & pro cassando tantundẽ. Et de charta dãda possit accipere soldos decẽ et octo. Verũ si plures fuerint domus locatæ, possit accipere, ultra dictum precium, soldos duos pro qualibet alia domo.

De cõtractu conseruationis indemnitatis, possit accipere soldos duodecim.

Et de charta dãda, possit accipe sold. uigintiquattuor. Et plus, tã de cõtractu, q de charta, inspecta qualitate, & quãtitate laboris, & facti, ad arbitrium duorũ notariorũ, ut supra dictum est eligendorum, dummodo non excedat duplum preci proxime statuti, singula singulis referendo.

De contractu soccitæ, & locationis ad uecturam possit accipere notarius a qualibet parte soldos sex, & de Cassatura tantundem, & de Charta danda possit accipere a parte petente soldos uigintiquattuor, & plus, tam de contractu, quam de charta, inspecta qualitate, & quantitate laboris, & facti, & numero Bestiarũ ad arbitriũ duorũ Notariorũ, ut supra dicitur, eligendorũ, Dũmodo nõ excedat duplũ pcii pxime statuti, singula singulis referẽdo.

De quolibet cõtractu locationis terrarũ, & prediorũ, si fuerit de una petia terræ, possit accipere a qualibet parte soldos sex.

Et si plures petiæ terræ locarẽtur, possit accipe de qualibet alia petia, ultra primã, soldũ unũ inter ambas partes, & p cassando quorcunq; fuerit petiæ terrarũ, siue una, siue plures, possit accipere soldos sex a qualibet parte.

Et de Charta danda si fructus, redditus, seu prouentus rei locatæ sint ualoris florenorum quinque pro quolibet anno, uel ab inde infra, possit accipere soldos decem, & octo.

Et si ualor annuæ redditæ sit a florenis quinq; supra, usq; in decẽ, possit accipere de charta danda soldos triginta.

Et ab inde supra, quantacunq; fuerit summa redditũ, & prouẽtuũ possit in totum accipere soldos uigintisex.

De quolibet cõtractu doris si fuerit ĩ pecunia numerata, si fuerit de florenis decem, uel ab inde infra possit accipere soldos duodecim.

Et si fuerit a florenis decem supra, usque in florenos.xxv. possit in totum accipere soldos decem & octo.

Et si fuerit a florenis uigintiquinq; supra, usq; in florenos quinquaginta, possit accipere in totum soldos uigintiquattuor.

Et si fuerit a florenis quinquaginta supra, usq; in centum, possit accipere in totum soldos triginta.

Et si fuerit a florenis centum supra, usque in tercentos, possit accipere in totum soldos quadragintaquinque.

Et si fuerit a florenis tercentis supra, usque in quingentos, possit accipere in totum libras tres.

Et si fuerit a florenis quingentis supra, quantacunq; fuerit summa, possit accipere ultra dictas libras tres, de quolibet centenario florenorũ, quod fuerit a dictis florenis quingentis supra, soldos nouem.

Et de chartã danda in publicam formam, possit accipere duplum dictarum summarum, in suo casu, singula singulis referendo.

De quolibet contractu Doris, quæ consistat in rebus mobilibus, possit notarius accipere quartã partẽ plus eius, quod accipere debet de cõtractu do-

tis in

tis in pecunia datę, ut supra, per singulos casus dictum est.

Et si res immobiles darentur inextimatæ, tūc p notariū consideretur dis crete extimatio, secundum quam solutionem recipia ut dictum est supra.

Et si contractus dotis consistat tam in pecunia numerata, quam in rebus immobilib. tunc possit accipe medietatē plus eius, quod accipere potest de cōtractu dotis in pecunia datę, ut supra declaratum est per singulos casus.

Et de Charta danda possit accipere medietatem plusq̄ de charta danda p dote, quæ esset in pecunia numerata tantum, Et ultra possit accipere de qua libet petia terræ, quæ daretur in dote, soldum unum.

De quolibet contractu simplicis procurationis ad causas, possit accipere soldos nouem.

De Charta danda, possit accipere soldos decem et octo.

De Contractu uero procurationis ad causas, & negocia, si fuerit ad certa negocia, possit accipe sold. uigintiquattuor. Et de charta dāda, sold. xxxvi.

Sed si fuerit generale ad causas, & negocia, possit accipere sold. triginta.

Et de Charta danda possit accipere libras tres.

De quolibet contractu Sindicatus, qui fieret ab uniuersitate, uel collegio, uel communi, si fiat ad causas tantum, possit accipere soldos decem et octo.

Et si fiat ad negocia, & nō ad lites, possit accipere sold. uigintiquattuor.

Et si fiat ad causas, & negocia simul, possit accipere soldos quadraginta.

Et de Charta danda, possit accipere tertiam partem plus cuiuslibet summæ in suo casu.

De quolibet contractu pacis inter singulares personas, si de leui negocio, uel excessu, possit accipe sol. nouē. Et de charta dāda, possit accipe sol. xviii.

Si uero de graui excessu, uel enormi maleficio, possit accipere de contractu sold. decē et octo. Et de charta danda, soldos trigintasex.

Et si fuerint plures contrahentes ex una parte pacē, possit accipere de quolibet, soldos duos, ultra prædicta, tam de charta, q̄ de contractu.

Et si darentur fideiussores pro pace seruanda, possit accipere tam de contractu, q̄ de charta, tertiā partem plus eius, quod supra dictum est.

De quolibet contractu finis, & liberationis, quæ fieret, non pro cancellando aliquod rogitum, sed pricipaliter de per se, Et si fiat de certa re, uel causa si sit de florenis decē, uel ab inde infra, possit accipere soldos quindecim.

Et si fuerit a florenis decem supra, usq; in uigintiquinque, possint accipere soldos uiginti.

Et si fuerit a uigintiquinque supra, usque in quinquaginta possint accipere soldos uigintiquattuor.

Et si fuerit a florenis quinquaginta, usque in centum possint accipere soldos triginta.

Et si fuerit a florenis cētū supra, possint accipere soldos trigintasex.

Et de Charta danda possint Accipere duplum dictarum summarum in suo casu declaratarum.

Et si fuerit cõtractus finis, et liberationis generalis possit accipere soldos xxxvi. Et de charta danda possint accipere duplum.

De quolibet cõtractu cõpromissi, q esset ĩ forma cõi, possint accipe a qualibet parte soldos nouẽ. Et de charta dãda possint accipe sold. trigintasex.

De quolibet cõtractu cõpromissi, q esset ultra formã cõmuuẽ possint accipere a qualibet parte soldos duodecim.

Et de charta danda, possint accipere libras duas, & soldos octo.

De qualibet rogatione Emancipationis, possint accipere soldos triginta.

Et de Charta, similiter soldos triginta.

Et si in præmiũ Emancipationis assignarentur bona immobilia, siue mobilia, possint accipere tam de contractu, q̃ de charta, medietatem plus.

De quolibet cõtractu Manumissionis, possint accipere soldos decẽ et octo

Et de Charta, similiter possint accipere soldos decem et octo.

De quolibet Contractu oblationis, et Protestationis, et Inquisitionis, quę fieret extraiudicium, possint accipere soldos quindecim.

De quolibet contractu Professionis, possint accipere soldos decẽ et octo

Et de Charta, possint accipere soldos triginta.

De rogito Tutelæ cũ decreto administrationis, possint accipere libr. tres.

Et de Charta danda possint accipere libras tres.

De rogatione Inuentarii conficiendi ab Hærede, uel a Tutore, seu Curatore, uel ab alia quauis persona, possit notarius accipere, ut sibi uidebitur, inspecta qualitate laboris, & facti, duntamen excedere possit libras quinque.

Et de Charta similiter, dummodo non possit accipere ultra libras quinq.

De qualibet aditione hæreditatis simpliciter aditæ, soldos decem et octo.

Et de Charta danda, soldos uiginitiquattuor.

Et de qualibet aditione hæreditatis cũ beneficio inuẽtarii, possit accipere de ipsa aditione soldos uiginti quattuor. ultra quos de Inuẽtario accipere possit, prout de Inuentario dictum est.

De rogito appræhensionis possessionis, possit accipere soldos nouem.

Et de Charta possit accipere soldos decẽ et octo. Et nihilominus de quolibet petio terræ possit accipere tã de rogito, q̃ de charta soldum unum.

De quolibet contractu supra non declarato, sed omisso, qui possit prædictis assimilari, accipiat secundũ taxationẽ de illo factã, cui assimilari potest.

Sed si alicui prędictorum assimulari non posset, tunc accipiat quantum, et prout sibi iustum uidebitur, considerata quantitate laboris, & scripturæ.

Et si quæstio esset de precio, et mercede, stetẽ declarationi, & taxationi domini maioris Sindici, qui considerare debeat quãtitatem laboris, et scripturæ, & ualorem contractus, & precia statuta pro aliis contractibus, quib. magis assimilantur.

Et nullus Notarius cogatur inuitus ad sumend, uel faciendũ aliquã chartã pro ea danda in publicam formã, nisi primo fuerit sibi de dimidia precii chartæ, quæ peteretur satisfactum.

Et si qua

Et si qua charta peteret̃ ab aliquo notario, q̃ alias data fuisset ĩ publicã formã eidẽ, uel eius pcessori, si talis sit, q̃ iterũ dari debeat, seu possit, nõ possit accipere nisi medietatẽ quãtitatis, q̃ supra p tali charta dãda taxata est.

Et teneatur quilibet notarius ĩ libro suarũ rogationũ uidelicet, aut ĩ libro protocollorũ, aut in libro instrumentorũ extensorum notã facere de instrumentis in publicã formã per eũ traditis, & de anno, & mense, & cui tradita fuerũt, cui notę adhibeat̃ plena fides, & si dictã notã facere omiserit, puniat̃ de facto p qualibet uice usq; in libras quinque arbitrio Sindici.

Nullus insuper Notarius cogatur inuitus ad producendũ ĩ iudicio libros suarũ rogationũ, & similiter non teneatur ad tradendũ copiã nõ publicã alicuius chartę, sed cogi possit ad tradẽdũ ĩ publicã formã iis, quorũ interest, p cõgruo pcio chartas, quæ peterent̃. Et insup Volumus q teneat̃ notarius ad petitionẽ eius, ad quẽ spectauerit, ostẽdere sapientib. & literatis uiris, ut uideatur tenor, & cõtinẽtia, recepto tñ congruo precio, dũmodo nõ excedat tertiã partẽ eius, quod sibi deberet̃ p charta dãda ĩ publica forma. Prętera Declaramus q si a notario peterent̃ aliqua istrumẽta, q̃ rogata fuissent a quinq; annis retro, a die qua peterẽtur proxime cõputandis, tũc possit accipere de custodia librorũ de tali cõtractu denarios sex p annum.

De rimaturis autẽ librorũ notarius faciat sibi solui, prout iustũ fuerit, dũmodo nõ excedat soldos tres p quolibet libro puo, & p magno sold. sex.

Item ne ex notariorũ negligentia aliquis pateret̃ detrimẽtũ, Statuimus q q̃cunq; notarius oĩa rogita de quib. rogatus extiterit, q̃ in libro protocollorũ receperit, teneatur ĩ libro suorũ cõtractuũ infra mẽsem trãstulisse, & descripsisse ĩ publicã formã, & auctenticã, put natura talis rogiti requirit, put supra disponit̃ sub Rub. De fide adhibẽda protocollis in publicam formam redactis, & ne notarij de eorũ salario materiã habeãt q̃relãdi, Statuimus, q de eorũ salario, seu mercede Dñs lucẽ. Potestas, & Dñs Maior Sindicus, et q̃libet Vicarius in sua Vicaria cuilibet notario de congruo salario satisfieri, & solui faciat de facto, & cũ effectu a ptibus, secundũ suprascriptas taxationes.

Et pdicta intelligãtur, et locũ habeant, etiã si peterẽtur chartę dari ĩ publicam formam a Notariis de contractibus, & instrumentis, de quib. etiam ãte præsentia statuta rogati fuissent.

Et omnes, & singuli notarii Ciuitatis lucẽ. et eius districtus teneãtur seruare taxationes superius ordinatas. Et si quid ultra, uel plus receperit, puniant̃ qualibet uice de facto ĩ libris. v. per. D. Potestatem, uel per dñm Sindicũ, uel per quẽlibet Vicariũ ĩ sua uicaria. Et teneãtur nihilominus reddere ĩ duplũ quod plus acceperint ei, a quo acceperint. Et de prædictis possit quilibet contrafacientes accusare, et stetur iuramẽto accusantis, si fuerit homo bonæ conditionis, et famę, q uerisimiliter nõ procederet ad iurandũ sine uera, et iusta causa, de quo stetur arbitrio iudicantis, qui se possit extraiudicialiter, et sine scriptis informare de conditione, et fama iurantis, et iuramentum admittere, uel non admittere, prout suæ discretioni, seu conscientiæ uidebitur.

De preciis pro ultimis uoluntatibus a Notariis exigendis. Cap.LXVI.

DE rogatione cuiuslibet testamēti possit notarius accipe,prout sibi uidebitur,cōsiderata qualitate facti,dūmodo excedere nō possit q̄titatē unius floreni.Pro codicillis uero nō possit excedere quātitatē dimidii floreni.

Et nō possit notarius,testatore uiuēte ultimā uoluntatē ostēdere alicui,nisi solū ipsi testatori,uel cui ipse testator iusserit. Alioquī tanquā falsarius teneatur,nisi testator in ipsa ultima uoluntate fuerit confessus se debitorē alicuius psonæ,quo casu seruari debeat statutū loquēs de dicta materia. Post mortē uero testatoris notarius nō teneat̄ alicui testamētū ostēdere,uel īde copiā aliquā facere, nisi primo fuerit solutū,ac si carthā daret in publicam formā,de quibus quidē chartis testamētorū,& ultimarū uolūtatū accipere possit,prout infra continetur uidelicet.

De quolibet legato,seu alio quocunq; titulo relicto ad pias causas,uel ascēdentib.seu descendentibus testatoris,q tamē ab intestato nō succederent,si testamentū factū nō fuisset,possit notarius accipe,ut infra cōtinet̄ uidelicet.

Si legatum,uel relictū esset quātitatis,seu ualoris librarum decē,et ab inde infra,possit notarius accipere denarios duodecim,pro qualibet libra.

Et a dictis libris decem supra,usque in uigintiquinq;,possit accipere denarios octo pro qualibet libra,multiplicādo supra id,quod debetur pro dicto legato librarum decem.

Et a uigintiquinq; libris supra,usq; in q̄nquaginta,possit accipe denarios septē p qualibet libra,multiplicādo supra id, quod debet̄ p dictis lib. xxv.

Et a quinquaginta supra,usq; in cētū,possit accipere denarios quattuor p qualibet libra,multiplicādo id,quod debet̄ pro dictis quinquaginta libris.

Et a centū libris supra,usq; in tercentas,possit accipere denarios tres pro libra,multiplicando id,quod debetur a dictis centum libris supra.

Et a tercentis libris supra,usq; in quingentas, possit accipere denariū unū & dimidium pro qualibet libra,multiplicando semper supra id,quod debetur pro tercentis.

Et a quingentis supra,usq; in mille,possit accipere denariū unum p librā, cumulando semper supra id ,quod debetur pro quingentis.

Et a libris mille supra,possit accipere denarium mediū pro qualibet libra multiplicando semper,& cumulādo supra id,quod p dictis mille debetur.

De legatis autem,institutionibus,& relictis,quæ nō fierent ad pias causas, sed aliis personis,quæ ab intestato succedere non deberent,si testamentum factum non fuisset,possit notarius accipere hoc modo uidelicet.

Quia si legatum sit a libris decē supra,gradatim ascendendo p singulos gradus supra declaratos,possit notarius accipere tertiā partem plus. ultra summas in suo casu supra declaratas.

De legatis autem institutionibus,& relictis factis personis,quæ ab intestato successissent, si testamentum factum non fuisset, possit notarius accipere

medietatē

medietatem summarum supra de relictis ad pias causas factis declaratarũ & taxatarũ, singula singulis referẽdo. Ab heredib. aũt in testõ institutis, & substitutis, q alias ab intestato successissent, si testm̃ factũ nõ fuisset, possit notarius ut supra pxime dictũ est, accipe de, & p ualore hereditatis medietatẽ summarũ, & quãtitatũ supra i relictis ad pias causas factis declaratarũ, singula singulis referẽdo. Sed si heres scriptus esset psona pia, uel locus pius, uel ascẽdẽs testatoris, q tñ ab itestato, nõ cõdito testõ nõ fuisset successurus, tũc soluere teneat notariis p eorũ salario put supra dictũ est de legatis, & relictis factis ad pias cãs. Si aũt heredes i testamẽto scripti essent aliẽ psonẽ, uel loca, quẽ alias ab intestato nõ successissent, si testamentũ factũ nõ fuisset, possit notarius accipere p ipsa institutione tertiã partem plus eius, qd supra per singulos actus declaratum est de legatis, & relictis ad pias causas.

Et si de ualore hereditatis, uel legati esset questio, stari debeat arbitrio duorum bonorum uirorũ a partibus eligendorũ, quod possint de hoc secũdũ conscientiã iudicare, & eorum declarationi stari debeat.

Declaramus tamen q ab his, q ab intestato successissent, pro ipsa institutione non possit accipere notarius ultra summã florenorũ uigintiquinq; quantacunq; fuerit hereditas locuplex, uel opulenta.

Sed ab aliis hæredib. scriptis, q alias ab itestato nõ successisset possit exigere quãtũ ascẽdit secũdũ suprascriptas declaratiões. Et nõ teneat Notarius heredib. tradere legata i publicã formã, nisi ipsi heredes ultra id, qd p institutione soluere debeãt, soluant etiã qtũ debet p ipsis legatis. Sed legata tradere teneat heredib. nõ publicata, sine aliq̃ mercede, si p mercede istitutionis ei satisfactũ fuerit. Et nõ possit notarii ciuitatis, uel districtus suprascriptas excedere taxatiões, sub pena posita i superiori cap. et oĩa q̃ ibi dicta sunt, hic i telligant repetita qtenus hic adaptari possunt, Et pdicta seruari debeãt etiã si peterẽtur dari chartẽ ultimarũ uoluntatum, de quibus notarii fuissent rogati etiam ante præsentia statuta.

De Declaratione Monetarum. Cap. LXVII.

AD remouẽdũ oẽ dubiũ, qd ex tẽporũ uariatione forsitã oriri posset sup monetis, de qb. fit mẽtio i pñti lib. v. Statuimus, et declaramus, q ubicũq; dicta Stat. loquunt d mercede alicui psonẽ soluẽda ad soldos, uel libras, sol. itelligat, et sit d qtrenis duob. nũc, et i futurũ semp p tẽpore currẽtib. p quolibet soldo, libra uero itelligat, et sit de. xx. soldis pfatis, aliẽ aũt monetẽ quarũ respectu plus, uel minus ueniret soluẽdũ secũdũ formã dictorũ statutorũ itelligant, et sint de bona moneta, uidelicet q̃libet libra de bonon. xx. ad rationẽ qtrenorũ sex pdictorũ p quolibet bonone. et ubicũq; i pfatis Stat. quocũq; respectu fieret mẽtio de floreno simpliciter absq; alia adiectione, itelligat d flore. auri, et florẽus. auri itelligat, et sit scutũ auri d italia, seu eius ualuta, q̃ semp p tpe curret, et pdicta pcedãt i oĩb. et singulis statut. suprascriptis, excepto statut. cap. v. sub Rub. d appella. et qrelis nullitatũ admittẽdis, uel refutãdis, i quo flore. respectu grauaminis sentẽtiarũ itelligit, et itelligi debet de floreno ad trigitasex, uidelicet ad boñ. xxxvi. p quolibet floreno.

Index Capitum Sexti Libri Statutorum Lucensis Ciuitatis.

LVCENSIS CIVITATIS STATVTORVM LIBER SEXTVS.

De Immunitate Sabbati. Cap. I.



CVM intersit Reipublicæ, Comitatiuos, et Districtuales, & Incolas Lucensis Ciuitatis Comitatus, et Districtus, saltem semel in hebdomada, & maxime in diebus Sabbati, ĩ quibus communiter fiunt mercata, posse libere, & tute ad ipsam Ciuitaté accedere, omni prorsus impedimento, ac suspicione cessante: ut cum Ciuib. et Mercatoribus, ac Artificibus dictæ Ciuitatis cõmercium habeant, in ciuitatemq; ipsam afferant res uenales, pro necessitate dictæ Ciuitatis, & ciuiũ, et aliorum, ac alia eorum negocia exercere: Et ne uexentur a nũciis, et officialibus in ipsis diebus Sabbati, Ideo hac lege Sancimus, ꝙ aliqua persona comitatiua, & de comitatu, aut districtu Lucensi, uel incola, aut habitatrix eiusdem, diebus Sabbati, intelligendo diem a media nocte præcedenti, usq; ad mediã noctem sequẽtẽ, in persona, uel in bestiis, quas secum haberet, dicto tempore capi nõ possit, detineri, molestari, prædari, grauari, uel atrestari, occasione alicuius debiti publici, in quo, uel in quibus aliquo modo, tã per officiales Gabellę, q̃ Salis, Aestimi, aut aliter quomodolibet teneretur nũc, uel in futurũ, Cameræ Lucen. Cómunis, aut ipsi communi, nec occasione alicuius mulctæ, uel condemnationis factæ, uel faciẽdæ pro pignore uetito, uel qualibet alia inobediẽtia aliquibus officialib. lucen. cõis, et etiã pro condemnatione, aut mulcta ab officialibus ꝓuisorib. syluarũ lata, nec ex eo ꝙ nõ paruerit præceptis factis uel faciendis in fodiendo, uel aggeribus faciendis, uel aliis rebus, ei aut alicui ipsorum iniunctis, uel iniungendis quomodolibet a quolibet officiali lucen. cõis, uel officialibus ordinariis, uel extraordinariis, uel a Cõsilio generali, aut a dominis Antianis electis, et deputatis, seu deputandis, uel ab eis, aut aliquo, quibus, uel cui a talibus electis, aut eligendis potestas aliqua, aut executio, uel iussio concessa fuisset, uel daretur, nec pro aliqua alia qualibet inobedientia facienda, et facta alicui officiali, uel mãdatario, aut cõmissario, uel executori Lucen. cõis, nec pro aliquibus rebus ipsis talibus occasione eorũ officii dandis, consignandis, uel restituẽdis, aut denũciandis, nisi pro inobedientia solum, quã fecerit quælibet persona Magnificis Dominis Antianis, et Vexillifero Iustitiæ Populi, et Cõis lucen. Quã inobedientiã solum Nolumus in præsenti lege compræhẽdi, nec ipsum talẽ inobedientẽ, inquãtum ipsam inobedientiam cõcernit, præsentis legis beneficio frui, Et pręsens immunitas se extẽdat, et locũ habeat ĩ fauorem dictorum Comitatiuorũ, tam Lucæ, q̃ in sex milliaribus Vicariis, et Potestariis, et ĩ quocũque loco, et ditione Lucen. Cõis, et etiã extẽdi Volumus, et ĩ ea comprehendi oẽs cõdemnationes, et bãna, cõdẽnatos, et bãnitos, et bãniẽdos per curiã damnorũ

HHH

datorum,factas,& fiendas,ut ipsi etiã talibus diebus Sabbati nequeant ipsis de causis arrestari,inquietari,capi,uel molestari in bonis ,uel in persona, ut supra. Nec liceat domino Potestati,aut alicui alii officiali,ipsis diebus præce ptum facere,uel fieri facere alicui ex prædictis,de nõ discedẽdo de Sala, uel alio loco,in quo talis officialis residentiã faciat,uel ius dicat,uel alio quouis loco,nec eos arrestandi,aut impediẽdi,taliter,ꝙ eis, & alicui ipsorum liceat uenire Lucã, & inde discedere,omni prsus ĩpedimento cessante ex quauis causa ciuili,uel mixta,quæ dici,uel excogitari possit. Itẽ nec ipsa die Sabba ti p officiales Salis, Exactores Lucen. Cameræ.officialẽ Fundaci,nec Gabel læ,possit fieri præceptum,aut monitio pęnalis,ut alia die cõpareant ad effe ctum ut die habili capi,uel molestari possint,ut grauentur ĩ personam pro oneribus,& causa onerũ Lucen. Communis: Sed quicqnid fuerit in fraudẽ hoc modo factum,totũ sit irritum,& inane. Item nec similiter dictis diebus liceat aliquẽ ex prędictis comitatiuis,ĩcolis,uel districtualibus,uel in distri ctu habitantibus,intelligẽdo habitãtes,qui cũ familia effectualiter tũc tẽpo ris ĩ cõitatu uel districtu habitabit, capere,uel capi facere ĩ dictis dieb. sabba ti,pro ,& occasione alicuius debiti priuati hucusq; facti,uel in futurũ facien di,nisi summa,in qua talis teneretur,excederet florenos triginta, ad triginta sex,quia a dicta summa infra, Nolumus,etiã si de fuga essent suspecti,di ctis diebus sabbati posse capi,nec iurari,nec prædari,nec molestari,ut supra, nec si antea essent iurati,tũc capi,uel ullo pacto detineri,uel grauari, ut su pra,quia tales dies pro ipsa solum summa Volumus eis,& unicuiq; ipsorũ in bonis,et personis esse liberos,nec tali beneficio Volumus posse renuncia ri,et si renũciatũ fuerit,talis renunciatio nõ ualeat ipso iure,a dicta uero sũ ma supra eos,in puris primis terminis iuris,et statutorũ Relinquimus. Et ne ipsi nostræ legi fraus aliqua fiat, Declaramus,ꝙ si quis,ut impediat præ sentẽ commoditatem,et beneficiũ concessum,et ĩmunitatem,ac franchigiã, fecerit,aut dixerit per se,uel aliũ eius nomine,se creditorẽ ĩ maiori summa florenorum triginta,et capturã cõsequeretur,ut talem debitorẽ ipsa die sab bati capi faceret,et postea re uera reperiatur,et Iudici constet, ipsum talẽ ca ptum nõ teneri,nisi a dicta summa florenorũ triginta infra,teneatur incõ tinenti dominus Potestas declarare ipsum talẽ, ad cuius instantiã talis ca ptura esset concessa,cecidisse ab omni iure,et actione,ac credito,quod cõtra talẽ captũ habere prętẽderet,et ex nunc ẽt ipso facto,et iure præsentis legis auctoritate,talis debitor sic in fraudẽ captus,uel grauatus ut supra,sit a tali debito liber, et absolutus, nec amplius dicta occasione ab aliquo Officiali possit capi,uel molestari in bonis,uel in persona, ad pęnã infrascriptã. Item similiter in dictis diebus sabbati nõ liceat ipsos supranominatos comitati uos,et alios ut supra,pro,et occasione minarũ,quas aliquis iuraret in eũ illa tas,et timere offendi,nec statuti de hoc loquentis beneficiũ impetrari a qua libet persona,nec capi,detineri,uel arrestari,dicta occasione,uel causa,nec ẽt occasione Candeli,uel opæ sanctę Crucis,capi,uel ĩ bonis grauari,ut supra.

Declarantes,præsentis legis beneficiũ non se extendi,nec in ea cóprehendi códemnatos,uel bãnitos,pro occasione aliorum maleficiorum,pro quibus siue códemnati,uel bãniti fuerint,siue non,siue processus inchoatus sit,siue nó,possint capi,arrestari,& detineri, exceptis casibus supra expressis, & declaratis,p quibus Nolumus ullo pacto posse capi,ut supra, et eo casu,quo ad hoc,Nolumus in nomine maleficiorum cõtineri. Si quis autẽ famulus, uel alius executor lucen.Cõmunis,ausus fuerit aliquid cõtra prædictam legem facere,uel attentare,et si esset nuncius alterius cuiuscunq; curiæ in Ciuitate,siue in districtu lucensi,& aliquem,uel aliquos cõtra legem,& beneficium supradictũ cœperit,uel in bonis,aut persona molestauerit,si fuerit nũcius,uel famulus,quotcunq; fuerint incidant,& incidisse ĩtelligantur,& quilibet ipsorum contrafacientiũ incidisse intelligatur ipso iure,& ipso facto in pœnã amissionis eius officii,& standi ad Berlinas publice ĩ platea Lucẽ.Cõmunis per duas horas,& ad sic ponendũ,& poni faciendum,uel ponendos, si plures fuerint teneãtur tam dominus Lucẽ.Potestas, q̃ dominus Capitaneus,cum primum eis,aut alicui ipsorum de prædicta cõtrafactione constiterit,uel ad ueram notitiam peruenerit: Et liceat unicuiq; de Populo prędictam contrafactionem,& ipsos contrafacientes denunciare,& notificare,etiã sine scriptis ipsi domino Potestati,seu Capitaneo,qui statim,cũ primũ, siue ad eorum notitiã peruenerit,uel alicuius ipsorum peruenerit,teneãtur,& debeãt,& unusquisq; ipsorum teneatur,& debeat ipsum,uel ipsos sic contrafacientes capi facere incõtinenti oĩbus uiribus sui officii,et cũ cęperit,& ipsum cõtrafecisse constiterit,statĩ sine aliquo processu,uel scriptura,ad dictas berlinas per dictum tempus poni faciat:et ex nunc talis contrafaciens,siue plures fuerint,siue unus,quotcunque fuerint ad berlinas positi,intelligantur,& sint ab eorum officiis cassi,& cancellati,et remoti: Si autem eos capere non possent,statim teneantur ipsos tales contrafacientes condemnare ad ipsam pœnam,si in fortiam lucen.communis peruenient,sine aliquo processu, seu scriptura,sed solum facta annotatione contrafactionis,in quo,& quibus,et per quẽ,et ipsum sic condemnatum teneantur de facto mittere,et denunciare domino Exactori lucen.communis,et ultra ipsam pœnam,ipse talis nõ captus contrafaciens non possit ullo tempore auctoritate præsentis legis assumi ad aliquod officium lucen.Communis,et nisi præfatus dominus Po stas,et Capitaneus pro uiribus sui officii,prædictos contrafacientes non fuerit persecutus,et cæperit,si potuerit,ac ut supra dictum est,puniuerit, incidat,et incidisse intelligatur in pęnam ducatorum quinquaginta,in quibus finito officio debeat sindicari,et sufficiat,si per alterum ipsorum sit facta punitio,Si uero fuerit alius officialis,uel executor,qui contrafecerit legi,et beneficio suprascripto,incidat,et incidisse intelligatur ipso facto in pęnã librarũ ducentarũ cameræ lucen.communis applicandarum, in quibus finito officio debeat sindicari.

De Nouo Decreto Cap. II.

STatuimus, q quilibet Iudex, et Officialis, tam Ciuitatis, q̃ Territori, & districtus Lucen. secundũ suã iurisdictionẽ teneatur, & debeat p suã sententiam, uel pronunciam concedere, & committere petenti quancunq; executionem realem, personalem, uel mixtam, uel eam denegare, secundum q iuri conueniet, & hoc facere teneatur infra illud tempus, infra quod, ex forma statutorum Lucen. Ciuitatis, dictam executionem concedere, uel super ipsius petitione pronunciare, uel sententiare debet. Vbi uero Statutum non præfigit tempus Iudici ad ita faciendum, & tunc ĩ casibus, in quibus ex forma Statutorum Lucen. Cõmunis, in ipsis petitionibus executionum termini probatorii, & reprobatorii assignari debẽt, debeat ipse Iudex infra sex dies utiles, post decursum reprobatorium tempus proxime numerandos, sententiasse, pronũciasse, uel concessisse, aut denegasse, ut prædictũ est: Et prædicta quidẽ procedant in casibus, in quibus pars aduersa aliquo modo est citãda, uel uocanda, aut sibi aliqui dies debẽt assignari ex forma statutorũ, ad opponẽdum, & cõtradicendum. Vbi uero in petitione, uel concessione, aut commissione executionis, siue renouationis iam cõcessæ, aut commissæ ex forma statutorũ nõ requireret partis aduersæ ulla citatio, denunciatio, aut termini assignatio, teneat ipse Iudex talẽ executionẽ, iure, & iustitia mediante, concedere, & cõmittere, uel per suã pronunciã extraiudicialiter denegare eodem die dictæ petitæ executionis, etiam sine ulla partis aduersæ citatione, aut denunciatione, sin autem in ipso casu citationis, uel denunciationis fiendæ ut supra, nihil allegatũ, uel oppositũ fuerit, ppter quod executio petita concedi non debeat, uel committi, Iudex ipse die postea proxime sequenti iuridica, post lapsum termini dictæ citationis, uel denũciationis, teneatur etiam absq; alia citatione de parte fienda, executionem petitam concedere, et cõmittere, uel per suã pronunciã extraiudicialiter denegare, prout iuris erit: De qua quidem denegatione, et recusatione, casu quo ipse Iudex recusare, et denegare uellet, in casibus prædictis singula singulis cõgrue referendo, Notarius ad ciuilia deputatus, rogatus etiam esse debeat, sicut de cõcessione, et commissione rogatur, quicquid uero Iudex prædictorum contentor elapsis terminis prædictis, et ĩ quolibet ex prædictis casibus nõ pronunciauerit, nõ commiserit, aut non concesserit, uel non denegauerit executionem petitam intra tempora supra statuta, singula singulis cõgrue referẽdo, incidat, et incidisse intelligatur ipso facto, et ipso iure, in quolibet casu, et qualibet uice in pœnã florenorũ uigintiquinq; ad trigintasex, pro dimidia applicãdorum Lucẽ. Cameræ, et pro alia dimidia parti, cui non fuerit talis executio cõcessa, uel denegata ut supra, et ultra hoc teneatur ad īteresse partis. Verum ne Iudex huius constitutionis inscius modo aliquo circumueniatur. Adiicimus, q ita demum Iudex ipse in prædictas pœnas, aut pœnã incurrat, cùm per partem petentẽ executionem huius constitutionis, quam

quoque

quoque ad excitandam nominamus, beneficium fuerit imploratum:

Sed quia frustra huiusmodi & aliæ executiones, et licentiæ cõmitterentur a Iudice, nisi essent, qui eas executioni mãdarent, Ideo Statuimus, ꝙ Miles socius, et Notarius Capitanei comitatus, & quilibet ipsorũ cum omni diligentia, etiã exactissima, intra tempora declarata in statuto posito supra Lib. Quinto, sub Rubr. De Salatiis, seu mercedibus Officialiũ, et Executorum, Teneantur dictas commissiones, & executiones executioni mandasse: Nec propterea ullus ipsorum ualeat se excusare quoquo modo, ꝙ Potestas, uel Capitaneus familiam ei denegauerit, uel ꝙ ei præceperit, ꝙ de Palatio non discedat, uel de Ciuitate pro tali Executione fienda, nec allegare, aut dicere possit, se in aliis negociis maioribus, uel minoribus, uel in scripturis fore, uel fuisse impeditum: Onerantes tamen per hanc Legem nostram Prętorem ipsum, et Capitaneum ad familiam eorum ipsi militi, et Notario cõcedendam: Miles autem socius, et Notarius, qui prædicta, uel prædictorum aliquid neglexerit, & cum diligentia suprascripta exequutus non fuerit, incidat in pœnam in dicto Statuto appositam, Et ultra hoc, teneatur ad interesse partis, ipsam executionem petentis, de quo quidem interesse, stetur iuramento ipsius, taxatione Iudicis præcedẽte, uel ad interesse, quod ipse petens probauerit: Cum nostræ sit intentionis probationũ materiam ampliare, & nõ angustare: Ad probandũ autem, ꝙ quis dictam commissionẽ, et licentiam dederit, et relaxauerit militi socio, uel notario, et ꝙ petierit per eum exequi, et qua die, et tempore, stetur, et credatur iuramento ipsius petentis, et qui diceret executionem fieri petiisse una cum uno teste.

Successiue formam Executionum seruando tam circa personas exequentium, q̃ circa Iudicum, et Tribunalium dignitatem, tam ciuilium, q̃ criminalium, tam ecclesiasticorum, q̃ laicorum, tam extraordinariorum, q̃ ordinariorum, quib. a iure nostro municipali, uniuersali, aut speciali lege, uel decreto, aut iure ciuili, uel canonico, specialibus, synodalibusue cõstitutionibus exequẽdi, uel in bonis, uel in personis, uel mixte datum, aut cõcessum est: Et saluis his ẽt, quæ quacunq; lege dantur, circa tẽpora, loca, et personas, quæ, uel in quib. pro debito priuato, uel publico, capi prohibẽtur, quæ tanq̃ bene disposita, intacta, et illęsa esse Decernimus, hac lege Sancimus, ꝙ quicunq;, siue ciuis, siue aduena, siue foretanus, comitatiuus, siue districtualis, aut forensis, seu ĩ dignitate cõstitutus, siue nõ, siue mas, seu fęmina, in casib. in quibus fœmina psonaliter capi potest, ætatis, et sensus perfecti, secundũ Lucen. ciuitatis mores, et leges, qui cõcessa a suo Iudice licẽtia, uel non, de capiendo, siue sit summa, siue nõ, pro qua permittitur captura, siue in tẽpore, siue extra tempus, cũ nũcius, uel alius legitimus executor, a legibus nostris datus, qui talem licẽtiam scriptã habeat, ipsum coram uno teste monuerit, quẽ testem secũ habere teneatur tẽpore monitionis, ut secũ ad Iudicẽ, uel ad carcerem uadat, occasione unius capturæ, uel p similia, aut equipolẽtia uerba, ẽt absq; eo, ꝙ ipse nuncius, uel executor teneatur licẽtiam, uel cõmissionẽ ostendere

sibi datā,teneat talis sic monitus stati,uel infra quattuor horas,ut infra,ipsum executorē seq,& intrare ī carcerē illius curiæ: & officialis,ex cuius officio talis licētia pcesserit,uel ad,et ī carcerē saxi,et casu quo monitus qs esset ex officio curiæ Mercatorū lucē.ciuitatis,tūc seq,ire, & intrare debeat ad,& in carceres. D. lucē.Potestatis,uel saxi,& secūdū stilū curię,ex officio cuius licētia emanasset: Qui monitus,& carceratus ī ipsis carcerib.stet,& persistat, et p executores,& officiales,qb.consignabitur detineatur, & seu ad carceres publicos ducatur,secūdū formā statutorū,& stilū curiæ,ut prædictū est.Et si talis, cui nuncius,uel alius Executor, ut supra, fecerit talem monitionem uel notificationem,audire dissimularet,uel nollet,uel se elongando,uel fugiendo,habeatur,reputetur,et sit,ac si non paruisset, & non parens indicetur, & condemnetur pœnis,de quibus infra. De qua quidem monitione credatur,& stetur relationi nuncii,uel alterius executoris,ut supra,una cū uno teste,quem ipse exequutor in relatione cum nomine , & pronomine referre teneatur notario illius curiæ,ex officio cuius captura,uel talis licentia emanasset,& consignationē de debitore factā, casu quo ipsum secutus fuerit , & cui cōsignauerit,& quādo,& pro qua summa, et monito nō comparēte monitionē factam,et tali tēpore factam,et corā tali referre teneatur.Duntamen cū monitus fuerit districtualis,aliqs de uicariis,aut potestariis ex officio alicuius iudicis,officialis,aut iudicis lucen. ciuitatis, illę quattuor horę,de quibus mentio fit supra,datæ monito ad comparēdū,cōputent̄,prout etiā iuri cōsonū uidetur,a die,et hora relationis nūcii. Declarātes tamē ꝙ si comitatiuus,foretanus,aut aliquis forensis incola comitatus,aut districtualis,monitus,et citatus secundum præsentis Decreti dispositionem, et tenorem,nō paruerit,tunc ultra pœnas,& cēsuras,de quibus supra,debeat quoqꝫ declarari p ipsum Iudicē,ex officio cuius monitio, et citatio pcesserit, incurrisse in pœnā standi ī carcerib.ipsius curiæ p unū mensem cōtinuū, et ultra hoc,in pœnā ducatorū duorū ꝓ qualibet uice, et ēt esse priuatū beneficio cōcesso, ut die sabbati pro debito capi nō possit.quia Decernimus,ꝙ nō parendo,ut supra,ad instātiā priuatorū tātū,et nō aliter capi psonaliter possint die sabbati,nō obstāte beneficio legis ꝑpterea æditæ, a quo quidē carcere liberari, neqꝫ relaxari possit,etiā mense elapso,nisi solutis,aut satisfactis ipsis ducatis duob.Quicunqꝫ uero officialis uel executor,aliquē ipsorū ceperit,uel ī forciā lucē.cōis pręsentauerit,lucret̄, & cōsequat̄ medietatē totius cōdēnationis pecuniariæ exactæ,nec relaxari aliquo pacto possit, nisi etiam cōcordato eo,qui eum cœperit,& creditore,ad instantiam cuius monitus fuerit.

Et ut facilius allicianī homines ad parēdū,et ex obediētia aliquis fructus pcipiat̄.Decernimus,ꝙ qcunqꝫ fuerit detētus,ꝓcedēte monitiōe suprascripta,et ēt in actu eūdi,dū paret mādato exequēns,ut supra,nō possit ex alia ꝗuis causa,siue ciuili,siue criminali, seu mixta,seu p debito publico, uel priuato arrestari,recōmēdari,intesiri, uel sequestrari, uel cōfirmari ad instātiā cuiuscūqꝫ psonę priuatę,siue publicę,nisi pęna corpis afflictiua pricipaliter, uel defectu pecuniarię ei esset īserēda,sed satisfacto,uel cōcordato debito,ꝓ

quo

quo paruiſſet,et detineretur,debeat relaxari,et ad domũ ꝓpriã,uel cõductã libere poſſit ꝑuenire,et redire,nec in itinere poſſit ꝑ aliquẽ executorẽ ꝓ alio quocũq; debito capi,moneri,ſeu arreſtari, Saluo ſemp caſu ſupra exceptuato,qñ pęna corpalis,ſeu corporis afflictiua prĩcipaliter,uel ſecũdario ĩponẽda ueniret,quo caſu detineatur,ſequeſtrari ualeat,et recõmẽdari.Inſup Statuimus,ꝙ qlibet nũcius,cũ fuerit reqſitus de capiendo,uel mouẽdo aliquã ꝑſonam,ipſique Nuncio licentia in ſcriptis data fuerit,teneatur ipſam monitionem,ſeu capturã facere,& exeq̃,ſi fuerit ĩ ciuitate lucẽ.uel ſuis burgis nõ muratis,infra dies octo a die licẽtiæ ĩ ſcriptis ſibi datę:In ſex milliarib.autẽ infra duodecĩ dies a die reqſitionis.Si uero qs uenerit monendus,uel detinẽdus ĩ Vicariis,aut Poteſtariis ad inſtãtiã ꝑſonę ſubiectę Vicario,aut Poteſtati dicti loci,tũc id,qđ de monitionib.& capturis ĩ ciuitatẽ,et burgis dictũ eſt,uẽdicet ſibi locũ ĩ Vicariis,et Poteſtariis:Si uero ad ĩſtãtiã ꝑſonę nõ ſubiectæ emanauerit licẽtia infra duodecĩ dies,a die reqſitionis, ut ſupra de comitatu dictũ eſt,id exequi teneaẽ.qbus dieb.octo,aut duodecĩ elapſis in ſuo caſu,et potuerit ꝓbari ſaltẽ ꝑ unũ teſtẽ,ꝙ ipſe nũcius facultatẽ habuerit monẽdi,uel capiẽdi ipſum debitorẽ,& nõ cœperit,uel nõ monuerit,ꝓut requiſitus fuit,tũc ipſe nũcius intelligaẽ,& ſit cõdemnatus,& ſic declareẽ,ĩ ducatis decẽ auri ꝓ qualibet uice,& nihilominus ſemp,et qñcunq;,tã ante tẽpus decurſum octo,et duodecĩ dierũ,ǭ poſtea,qñ creditor,uel alius de eius mãdato,de quo mãdato ad hoc mãdãti ipſi nũcio credaẽ, oſtẽderit nũcio ſuum debitorẽ,& ſibi dixerit,& eũ requiſiuerit,ꝙ moneat,teneaẽ ipſe nũcius ſtatĩ et illico monere ipſum debitorem,ſub pęna ducatorũ decẽ auri,applicãdorũ ꝓ tertia pte lucẽ. Cõi,et ꝓ alia tertia pte creditori,a quo fuerit reqſitus, uel ad cuius inſtãtiã monere debeat,& ꝓ alia tertia parte officiali,q exegerit, & ad ꝓdictã declarationẽ & cõdemnationẽ faciẽdã ille intelligaẽ iudex, ex officio cuius captura,& ſentẽtia emanauerit,q qdẽ iudex infra tres dies,ſub pœna ducatorũ decẽ,teneatur ipſam declarationem feciſſe,& in quibus poſſit, & debeat ſindicari. Et caſu quo nuncius aliquis fuerit adeo pertinax, ut ſecundo requiſitus a creditore,uel eius mãdato ut ſupra, et oſtenſus fuerit debitor,& in ipſum ꝑtinax fuerit bis,ſiue ad inſtantiã plurĩũ, ſiue unius creditoris diuerſis diebus, ꝙ debitorẽ oſtenſum nõ monuerit,hoc ꝓbato ꝑ duos teſtes,ultra pęnas,& cenſuras ſupraſcriptas,ponaẽ,et poni poſſit,& debeat ad berlinas ĩ platea per eundẽ Iudicẽ,ex officio cuius captura ꝓceſſerit,& ad quas berlinas ſtare debeat ab hora Tertiarũ,uſq; ad horã Nonã: Et qui Iudex hoc debeat exequi,& iudicare infra quinq; dies,ſub pœna ducatorũ decẽ,applicandorũ ut ſupra,et in quib.poſſit,& debeat ſindicari.Qui quidẽ Iudex poſſit in ipſa declaratione,et cõdẽnatione ꝓcedere,et iudicare,ſola facti ueritate inſpecta,dummodo de ueritate cõtrauentionis conſtet.

Præterea Statuimus,ꝙ Nuncii,tam Ciuitatis,quam Diſtrictus,pro monitione,quam facient in executionem præſentis decreti, infraſcripta præmia & mercedes pręterire non ualeant,nec plus petere poſſint, niſi a ſponte dare offerentibus,uidelicet pro monitione fienda, ſeu facta in Ciuitate Lucenſi,

et suis burgis non muratis bononenós quattuor pro qualibet monitione, p monitione in sex milliaribus, et communibus sex milliariorum, pro quali/ bet monitione Bononenos duos, et ultra hoc bononenum unum pro quo libet milliario, et in primo milliari pro monitionibus, quas nuncii facient, quando ibunt in Vicariis, aut Potestariis ad instantiam alicuius ciuis lucē. habeat bononenū unum pro quolibet milliari ex sex milliaribus, et quatre nos tres p quolibet milliari a sex milliaribus supra: Item bononenos duos pro ipsa monitione. Nuncii uero uicariarum, et potestariarū pro monitione facta ī Vicariis, et Potestariis accipere ualeāt bononen. duos, et ultra p quo libet milliari quatrenos tres, & ut prædictum est, plus petere nō possint, nisi a sponte offerentibus, sub poena Ducati unius pro qualibet uice, applicandi pro tertia parte Lucen. Cameræ, pro alia tertia parte officiali exigēti, & pro alia tertia parte creditori, a quo plus petierit: In captura uero, & aliis, seruen/ tur statuta de salariis dispo nētia. Cū hac declaratione, ꝙ quicunq; bānitus, seu condemnatus uirtute præsentis decreti pro pignore uetito, uel pro mo nitione spreta, qui capietur in ciuitate lucen. siue intra rastellos, et cattos ex/ tra portas ipsius ciuitatis, aut ī oppidis, siue terris, in quib. Vicarii, et Potesta tes residētiam faciunt, cogi non possint ad soluēdum, nec talis officialis, uel executor lucretur nisi bononenos decem et octo, extra uero dicta loca flo/ renum unum ad trigintasex.

Quicunq; uero sic monitus, requisitus, & seu cui notificatum fuerit ut su/ pra, nō paruerit, statim eundo cum nuncio, uel expectatus per quattuor ho/ ras, ut supra, post monitionem proxime sequentes, nō se præsentauerit spō te ad, & in carceres, ut supra, uel in eis nō manserit adeo, ꝙ nō esset in fortiā officialis illius, ex officio cuius licentia processisset, intelligatur, & sit ipso fa/ cto priuatus omnibus, & singulis emolumētis, officiis, dignitatibus, & hono ribus, quæ undecunq; a ciuitate Lucē. ordinarie, uel extraordinarie dantur, seu conceduntur, utilitatis, uel honoris, etiam officio Antianatus, nisi quis iā esset electus, & electio facta ab ipsis nō ualeat ipso iure, nec eis solui possit ali qua mādatoria de publico, nec reintegrari possit ad ꝑdicta, uel ad aliquod prędictorū, nisi per Consiliū Generale, & nisi soluta prius taxa Ducatorū quinq; auri: Similiter non parens ut supra, nō possit unq̄ audiri ad ius agē do, uel exequēdo, uel accusando ī aliqua curia lucen. districtus, nisi prius so lutis ducatis uigintiquinq; lucē. Cameræ, & cōcordato creditore, et quæ ex ceptio, ꝙ nō audiatur ad ius obstet quoq; cessionario, ex quocunq; titulo, tā lucratiuo, q̄ oneroso, & cuilibet successori, et heredi, tā uniuersali, q̄ particula ri in ipso iure, et notarius actorū teneatur, & debeat, sub pęna ducatorū quī quagita, ī quib. ipso facto incurrisse intelligaī, notificare oēs inobediētes Iu dici, ex officio cuius talis licentia emanasset, et qui Iudex teneatur eosdem infra duos dies declarasse Condemnatos in pœnis, & censuris, de quibus su pra mētio fit, facta tantum semel de suprascripto monito citatione ī perso nam, uel ad domum, secundum formā Statutorum, ad dicendum causam

quare

quare pro suprascripta inobedientia non debeat declarari condemnatus in suprascriptas pœnas, et censuras, referendo se ad præsens decretum: Et qui citatus expectari debeat per unam diē naturalem, post citationē proxime secutam, cursuram de momento ad momentum: Qui quidem citatus non comparendo infra ipsam diem, declaretur condemnatus in pœnis, et censuris suprascripris, Si uero infra diem prædictam comparuerit, et in carcerem intrauerit, et ī eo steterit, et remanserit ut supra, secundum quod fuerit monitus, non ualeat condemnari, neq; declarari cōdemnatus in suprascriptas pœnas, & censuras, nec ī aliquam ipsarum: Sed per eius suprascriptam comparitionem, & introitum, et mansionem in carcerē, admissa intelligatur purgatio moræ, & gaudeat priuilegio, ut intesiri non possit, et ac si paruisset, ut supra dictum est. Post diem uero comparēdo, nulla admittatur moræ purgatio, et sit, ac si non paruisset, quo casu declaretur condemnatus ut supra, et nihilominus incarceretur, et in carceribus detineatur, non obstante, q́ sit in loco curiæ, et in ipso loco curiæ fuerit captus, nec gaudeat priuilegio, quod supra parentibus conceditur, Notarius autem actorum teneatur sub eadem pœna denunciasse infra dies octo proxime sequentes omnes suprascriptos inobedientes, et cōdemnatos, in Cancellaria dominorum Antianorum, sub pœna Ducatorum quinquaginta prædicta: et quorum quidem denunciatorum nomina per Cancellarios, sub pęna Ducatorum uigintiquinque, debeant poni in Tabula una, ut palam legi possint, et nullus ualeat prætendere ignorantiam.

Declarantes tamen, q́ Forenses, et Comitatiui, qui ad præsens sunt in Ciuitate Lucensi, et qui in futurum uenerint ad habitandum in præfata Ciuitate, etiam si tales personæ adeptæ fuissent, uel acquirerent Priuilegium Ciuilitatis, siue per habitationem, siue a Magnifico Consilio Generali, non possint, nec ualeant gaudere priuilegio, et beneficio præsentis Decreti, nec illo uti possint: et similiter talium forensium filii, intelligendo tātum de primo gradu, excludātur a beneficio huius Statuti: dato q́ fuerint nati, uel nascantur in Ciuitate, et etiam a priuilegio, et beneficio huius Legis excludantur omnes personæ, siue Collegia, et Vniuersitates, quæ non essent subditæ officialibus Lucensis Communis, et coram eis cōueniri non possint, exceptis infrascriptis, uidelicet Hospitali Misericordiæ, Capitulo Canonicorum, et Capellanorum Ecclesię sancti Martini, et sancti Michaellis, Monasteriis Monialium Ciuitatis Lucensis, quolibet Clerico ciue originario Lucensi, quæ suprascriptæ personæ intelligantur compræhensæ in præsentis Decreti beneficio, et illo uti possint, et ualeant.

Cæterum quicunque concessa præda cū familia, et cū ipsa familia data licentia prędandi, nō permiserit se prędari, uerbo pignora phibendo, uel nō patiēdo ī domo pquiri, uel alius p eo id fecerit, uel prædā deferri nō pmiserit, uiolēter, seu aliter, si hoc in ciuitate lucen. uel in burgis nō muratis extra

Decernentes insuper, quod omnes illi, qui reperientur in posterum incarcerati occasione præsentis decreti, possint supplicare, et gratiam, & liberationem consequi cōcordato creditore, uel facto deposito in iudice solum, & duntaxat de eo, pro quo fuerint capti, & soluta datia ī casu, in quo soluitur datia refectis tamē in omnē casum expensis legitime factis, & dūmodo huiusmodi condemnati, & banniti, declarati incidisse, & incurrisse in pœnis, & censuris pñtis decreti p̄ monitione spreta, uel p̄ pignore uetito, teneātur, & debeāt soluere opæ. s. Crucis, & mōti Pietatis, hoc modo uidelicet, Pro pignore uetito nuncio cum familia, secundum dispositionem præsentis decreti, pro summa floreni unius ad trigintasex, a floreno uno supra bononenos decem et octo p̄ quolibet, & a floreno uno infra bononenos duodecī tantū, pro monitione, quia tantum monitio fieri potest pro summa unius floreni ad triginta sex, & ab inde supra bononenos decem et octo: et prædictas summas soluere teneatur pro quolibet, & quolibet loco pro taxa, & nomine Taxæ, & sic in hac parte, & partibus decretum, & decreta, quæ sunt in cōtrarium, intelligātur, & sint limitata, & correcta, firmis, & ī suo robore remanentib. aliis taxis pro aliis casibus, & quo ad cōdemnatos, uel declaratos in executionem præsentis legis, & suprascripta correctio etiam locum habeat ī iam declaratis, & condemnatis, Et Magnifici Domini Antiani una cum spectabili Officio super introitibus lucensis communis habeant, & habere intelligantur authoritatem, & potestatem liberandi, & ad gratiam reducendi oēs, & singulos bannitos, & condemnatos, & banniendos, & cōdemnandos occasione præsentis decreti, tā in carcere existentes, q̄ extra, pro debito ciuili tantū, etiā sine solutione aliqua fienda operæ sanctæ Crucis, & monti Pietatis, dūmodo sint prius ī concordia cum eorum creditoribus, & nō aliter, Cū declaratione etiam, quod huiusmodi carcerati, uel carcerandi nil etiam soluere teneantur Lucensi Cameræ p̄ huiusmodi eorum liberatione, illi uero q nō sunt, uel erūt ī carcere p̄ causa suprascripta soluere teneanē p̄ fabrica Palatii Lucē. bonone. decē & octo p̄ quolibet ipsorū, licet pluries incidissēt in dictas pœnas, & censuras ad īstantiam unius, uel pluriū personarū. Declarando etiā, quod præfati banniti, & condēnati possint liberari, & ad gratiā reduci, licet creditores nollēt fidē facere de cōcordia, dūmodo, & nō aliter iuridice deponaē id totū, p̄ quo fuerit p̄ ipsos creditores soluta datia, & refectis & ī omnē casū expensis legitime factis. Hoc insup declarato, quod maiores exactores lucē. cōmunis, & eorū notarii p̄ relatione cuiuslibet supplicationis huius decreti nō possint, aut ualeāt accipere, nisi bononenos duos p̄ cassatione gratię habitę a dicto bāno, et cōdēnatione noui decreti.

Insup quia sępius cōcedūtur licētiæ, et executiones mittēdi ī possessionē, tā ex primo, q̄ ex secūdo decreto, et tā uigore publicorū īstrumētorū, q̄ sententiarum, et laudorum, tam in urbanis prædiis, quam in rusticis, et prohibentur, uel impediuntur, ideo Statuimus, quod concessa licentia immittendi in possessionem, nuncius, et quilibet legitimus Excutor Teneatur,

amputationem capitis,ita q moriantur,et contra ipsum, uel ipsos militent, & locum habeant omnia,& singula Statuta,quæ de Bannitis ad mortẽ loquuntur. Et dominus,siue conductor,uel possessor domus,uel loci, in quo tales fuerint,siue fuerit unus,siue plures,siue masculus,siue fœmina,si in dicta domo,uel loco habitaret,debeat perpetuo relegari a ciuitate, & territorio Lucensi. Et si fuerit inuentus,et captus, debeat perpetuo stare in carcere Lucen. Communis. Et ne de facili concedantur licentiæ contra formam iuris,& statutorum,Statuimus,q Iudex,qui concesserit aliquam licentiam indebite,uel iniuste,& non seruata forma iuris,et statutorum,tam circa personas,& summas,q̃ res,loca,& tempora,et appareat in actis curiæ sic declaratum,intelligatur in quolibet prædictorũ casuum incidisse in pœnam florenorum quinquaginta,ad triginta sex,ad utilitatem eius,contra quem fuerit talis captura,aut executio,aut licẽtia iniuste,uel indebite cõcessa,et in quibus ipse Iudex debeat sindicari. Et ultra hoc, teneatur ad emendationem damnorum,& interesse partis,contra quã ita fuerit concessum. Et nuncii,siue executores,qui aliquam falsam relationem in prædictis casibus,uel aliquo prædictorũ fecerint,debeãt per Iudicem, in cuius curia facta fuisset relatio,puniri,ac si falsum testimonium cõmisissent,& contra ipsos exequi,secundum formam statutorum de perhibẽtibus falsum testimonium. Et nihilominus tales nuncii intelligãtur,& sint perpetuo priuati omnibus,& singulis officiis Lucen. Cõmunis,& perpetuo relegati a Ciuitate, et territorio Lucensi. Cum hac tamen declaratione,q per prædicta aliquo modo nõ intelligatur concessa authoritas,ius,neq facultas iudicibus concedendi licentias,uel cõmissionem capiendi personas prohibitas capi pro debitis ciuilib; tã de iure,q̃ ex forma statutorum,nec ad petitionem,& instantiam eorum,a quibus nõ potest,nec in locis,summis,aut temporibus prohibitis a iure, uel a statutis. Et quod per prædicta,uel aliquod prædictorum non intelligatur sublatus modus, & uia capiendi debitores cum familia, & executoribus, & exequendi tam executiones reales, quam personales, & mixtas; ut per alia Statuta concessum est. Quo casu Captus non gaudeat beneficio,& priuilegio,ut non possit inteseri,ut supra dictum est, quia illud Volumus tantum intelligi concessum in fauorem monitorum parentium,secundum quod supra dispositum est.

De Prouisoribus Castanea riis,et Syluis nõ incidendis. Cap. III.

Statuimus, et Ordinamus,q singulis annis de mensibus Nouembris, et Decembris,eligi debeant per Magnificos Dominos tres Ciues Lucen. unus per Terserium,qui uocentur Prouisores Castanearii,qui habeant uacationẽ ab eorum officio per annos sex,& nullum impedimentum,seu uacationem habeãt a quocunq alio officio,& spectet,et pertineat ad eorum officium eligere,& mittere exploratores ad uisitandum,et prouidendum,et

III

intelligendũ,ſi per aliquem quouis modo contrafieret diſpoſitioni præſen
tis ſtatuti,& habeāt ipſi prouiſores plenā authoritatē,poteſtatem, & baliam
mulctandi,& cōdemnandi,et cōdemnatos exigēdi,atq; exigi faciēdi,dum-
modo in pœnis,et mulctis nō excedant taxationes,& quātitates inferius de
claratas. Et quicquid per tres,uel duos ipſorũ factũ fuerit,ualeat, et teneat,
ac ſi ab oībus factum eſſet,nec poſſit ab eorũ mulctis, grauaminibus,et pœ
nis,ac declarationibus ullo modo appellari,quærelari,aut reductio peti,uel
ad aliquē iudicem recurſus haberi, Et quicunq; Iudex admiſerit aliquā re-
ductionē,querelam,ſiue recurſum,intelligatur ipſo iure,et ipſo facto incidiſ
ſe in pœnam florenorũ quinquaginta,applicādorum pro una dimidia Ca-
meræ Lucen.communis,et pro alia dimidia ſuprascriptis prouiſoribus ca
ſtanearis,et nihilominus talis admiſſio ſit ipſo iure nulla, niſi ut īfra dicē,

Inſuper pro maiori ubertate,et copia ſyluarũ, et caſtanearum Statuimus
q; nulla perſona cuiuſcunq; gradus,aut cōditionis exiſtat,audeat,uel preſu
mat incidere,ſeu incidi facere aliquā ſyluam,uel boſchũ lignorũ caſtaneo-
rum a media cultra ſupra quolibet anno,in una uice, ſeu plurib. in uno ſeu
diuerſis locis in ſex milliaribus, Vicarijs,et Poteſtariis pro carbonib.facien-
dis ad uſum fabricarũ,ſiue pro lignis comburendis pro fornacibus,aut uē
dendis ad minutum,uel quauis alia cauſa,niſi prius habuerint licentiam ab
officio prædictorum prouiſorũ,de qua licentia apparere debeat in cancella
ria Lucen.cōmunis,in quodā libro propterea ordinato,et deſcribatur quā
titas,et menſura terræ,de qua uoluerit habere licentiā incidēdi,ſub ſuis uo
cabulis,et cōfinibus,et promittere debeat,q; infra triēnium inſetari faciet ſu
per dicto loco,a quinquaginta uſq; in cētũ pedes caſtaneorum pro cultra,
ad arbitriũ dicti officii,et etiam promittet,q; poſt ipſam inſetationē purga-
ri,ſeu extirpari,uel euelli faciet pro tempore annorũ quattuor omnes arbo
res infructuoſas,et ſpinas,ac prunos,aliaſq; malignas herbas, et lapides oc-
cupātes locum inſitum,ad hoc,ut quantũ ſit poſſibile,paſcua ibi herbarum
ſint meliora,aut ſi uoluerit reducere ad uſum uinearũ,oliuorum,uel aliarũ
arborum magis fructuoſarum,promittat locum ipſum gubernare,cultiua
re,diſponere,prout opus fuerit ad eā perfectionem,quā promiſerit,ad pœ-
nam florenorum decē pro qualibet cultr,aet amiſſionis terrę,ſuper qua fa-
cta fuerit inciſio ſine licentia,ſi fuerit propria incidentis,uel incidi facientis,
alias amittat ligna inciſa,uel cōdemnetur ad ualorē ipſorũ,ſecundũ ęſtima
tionē,et iudiciũ officii ſuprascripti, et applicetur pœna p una quarta accuſa
tori, pro una quarta officio prouiſorum ſuprascripto,et pro alia quarta par
te officiali, qui eam exegerit, et pro alia quarta parte Lucenſi Communi.
Et ſi condemnatus non fuerit habilis ad ſoluendum , carcerari debeat ad
rationē mēſiũ duorũ,uel triũ p qualibet cultra inciſa,ſecūdũ arbitriũ dicti
officii,et qui eũ capi fecerit,habeat a lucē.cōi libras quinq; de bononenis de
cem p qualibet libra,quæ libræ quinq; reſtituantur a tali carcerato prius,q̄
de ſua liberatione tractari poſſit, de qua etiam nequeat aliquid diſponi per

aliquod consiliũ Lucẽ.Cõis,nisi prius supplicãs soluerit ad rationẽ flore-
ni unius ꝑ cultra,ad utilitatẽ suprascripti officii,et accusatoris,et officialis,q
eũ cœperit.De obseruãtia autẽ ꝑmissionũ,q̃ fiẽt ab illis,qb. dara erit licẽtia
ĩcidẽdi,ꝑ̃stari debeat fideiussio,ap ꝓbãda solũ ab officio ꝓuisorũ ꝓ̃dictorũ.
Si uero aliqua terra trãsferetur,seu traderetur,seu quocunque titulo alie-
naretur,tam fundus,q̃ ligna super eo existentia,& tam simul,q̃ de per se,ali
cui personæ,uel loco non subdito iudici sæculari,præsumatur factũ in frau
dem huius legis,si talis terra fuerit infra decẽ annos,siue ligna super ea exi
stentia fuerint post talem alienationẽ factam incisa,et contra ipsam syluam,
& terram,et contra eum,qui ipsam alienauerit,uel ipsius ligna,uendicẽt sibi
locum disposita in præsenti statuto,& condemnetur talis alienãs in florenis
quinque pro qualibet cultra,diuidendis ut supra.Et res,& ligna etiam intel
ligant̃ applicata Fisco,nisi in alienatione fuerit facta mẽtio specialis,ꝙ intelli
gat̃ alienata cũ onere,& obseruãtia p̃ñtis statuti,cui ex nũc obligamus,et ta
li oneri astrictas ẽẽ Declaramus habẽtes eas,tã ĩ Potestariis,Vicariis, et sex
milliarib. Et teneatur ipsum officiũ quolibet ãno de mẽse Maii,et Iunii,re
uidere librũ licẽtiarũ,et prouidere facere loca descripta,pro incidendo,et in
serendo:et nisi fuerit inseratio facta,et remundatio,et alia cõtenta in promis-
sione,et ordinibus suprascriptis,declarare cõdemnatos oẽs,qui non obser-
uassent promissa,et ab eis cõdemnationes exigere,illas diuidẽdo in quattu
or partes,unam Cõi lucensi,aliam dicto officio,aliã illi,qui loca prouiderit,
etiã si fuerit officialis,et aliam officiali exigenti,facta prius integrali solutio
ne totius dictæ condemnationis.

Et nihilominus,qui licẽtiã petierit incidendi aliquã syluã pro inserẽdo,se
cundũ formã præsentis statuti,teneatur infra tẽpus,et terminũ sibi ad inse-
rẽdum datũ,fidẽ fecisse saltẽ per duos testes cum iuramẽto corã notario,ꝙ
syluã ipsam inseruerit,et ea fecerit,ad que ꝑ formã præfatorũ statutorũ te-
netur:quia Volumus,onus hoc casu ei,qui licẽtiã petierit,incidẽdi incumbe
re,et nõ officio præfato,quã quidẽ fidẽ si quis infra tẽpus,et modo prædi-
cto nõ fecerit,incidisse intelligatur in eas pœnas,et cẽsuras,in quas incurrũt
hi,qui infra tẽpus nõ inseruerint,modo,et forma suprascriptis,singula sin-
gulis cõgrue referẽdo:et nihilominus tã facta fide,q̃ nõ facta,liceat officio
præfato Triũ Ciuium ꝓuisorum ꝓcedere cõtra prædictos,qui licẽtiã inci-
dẽdi obtinuerint,et eos repertos culpabiles punire,modo,et forma,et secun
dum authoritatẽ eis ut supra attributã,ne ꝑ subornatorum forsan testium
assertionẽ,manus ipsius officii sint ligatæ,quominus ueritatẽ indagare que
at,quæ poterit ꝑ meliores forsan testes,uel loci inspectionẽ haberi.Declarã-
tes etiã,ꝙ ultra pęnas,et cẽsuras suprascriptas,q̃cunq; de cętero,ultra tres
arbores castaneorum domesticas inciderit,uel incidi fecerit tã super suo,q̃
alieno loco,et tam cum licẽtia dñi,uel possessoris,aut coloni ipsius loci,uel
nõ,ĩcidat quoq; ĩ pœnã librarũ uigitiquinq; pro qualibet arbore domestiça
ut supra,ultra tres prædictas incisas,quam pęnã si nõ soluerit infra decem
dies a die condemnationis proxime numerandos,stet in Carcere Lucensis

Cómunis per annum unũ,& ultra, donec ipsas libras uigintiquinq; nõ sol uerit,& a quo carcere liberari nõ possit,nisi ipsis solutis prius,et sic in cõde mnatione fienda ut supra dictũ est,exprimatur: Et in quã pœnã, & pœnas incurrant hi quoq;,qui syluam nõ inseruerint,quã uigore licentiæ obtentę incidere eis licuit:Quod quidẽ etiam dispositũ esse intelligatur,& sit cõtra eos,qui sine licentia inciderint syluam aliquam castaneorũ etiam syluestri um,ultra quantitatem supra permissam.

Insuper Statuimus,et Ordinamus,q; oẽs, & singuli custodes,et officiales, et syndici, uel consules,tã in sex milliaribus,q̃ in Vicariis,et potestariis tene antur,et debeãt denunciare dicto officio oẽs,et singulos damnificatores hu iusmodi syluarum,et æstimationem damni æstimandi per eos,si fuerit a li bris tribus supra,ab inde uero infra solus Custos,Officialis, Syndicus, seu Consul possit,et debeat denunciare ,et æstimare, et ubi non sit custos,tenea tur officialis, consul, seu syndicus , et nihilominus quilibet damnificatus possit uti aliis remediis iuris,et statutorum, prout uoluerit.Et si custos,uel officialis,consul,uel syndicus fuerit negligens in denunciãdo infra tempus statuti,condemnetur in libris decẽ.Pœnæ autẽ contra huiusmodi damnifi catores castanearũ duplicatę intelligãtur,et redactę sint ad duplũ eius sum mæ,quæ disponiẽ per formã statutorũ,de dãnis datis ĩ syluis, et castaneis.

Item Statuimus,et Ordinamus,q; nulla persona præsumat tenere,custo dire,uel mittere ad pascendũ aliquã,seu aliquas bestias ĩ syluis, tẽpore quo castaneę sunt maturæ,uidelicet,a die sancti Matthæi,de mense Septembris, usq; ad totã diem decimamquintam mensis Nouembris, tam in sex millia ribus Lucẽ.Ciuitatis,q̃ in Vicariis,et Potestariis dictæ ciuitatis,quãuis syl uę essent propriæ,seu cõductæ,sub pęna bononenorũ quinq; p qualibet be stia grossa, et bononenorũ duorũ p qualibet bestia minuta qualibet die, et qualibet uice, nisi p aliud statutũ de maiori pœna esset prouisum,quo casu dicta maior pęna attendi debeat,et ad emẽdationẽ dãni teneaẽ in quadru plũ, et cuilibet liceat accusare, eiusq; nomẽ teneaẽ secretũ, et habeat quartã partẽ pœnæ exactæ Cõmunis lucen.aliã quartam, officiũ supraścriptũ,aliã quartã,officium exigens aliam quartã,facta prius integrali exactione:et oĩa Cõmunia tã in Vicariis,et Potestariis,q̃ in sex milliaribus,teneantur, et de beant parere,et obedire officio suprascriptorũ prouisorũ,in inserendo illam quantitatẽ castaneorũ,quæ uidebitur dicto officio,et tã in locis cõmunalib. q̃ in propriis,sub pœna ad arbitrium dicti offici.

Et ut facilius alliciãtur coloni ad inserẽdas dictas syluas,Statuimus,et Or dinamus,q; si conductor,colonus,seu inquilinus de uoluntate domini præ dii, de qua appareat, seu apparere possit per legitimas pbationes, inseruerit aliquã quantitatem castaneorũ syluestrium ĩ et super prędio,quod condu cit,ex nunc authoritate præsentis statuti,omnes fructus prouenientes ex di cta sylua sint,et intelligantur spectare,et pertinere ad ipsum colonũ, et eius hæredes per annos octo proximos sequẽtes a die insetationis factæ:et si lo

catio

catio prædii finiretur,aut tẽpore,aut alia quauis causa,aut culpa ipsius colo ni,ante dictos octo annos finitos possit,& liceat dicto colono,& eius hæredibus consequi melioramenta facta in dictis syluis,& debeat cogi dominus fundi ad petitionẽ coloni per dominũ Potestatem lucensem ad cõpromittendũ de dictis melioramẽtis,secundum formam statuti positi sub Rubrica De cõpromissis ad petitionem rei conuenti,Libro Primo,et a laudo lato p arbitros,sic electos,unum uel plures,nõ possit appellari,supplicari,queerelari,reductio peti,uel ad aliquẽ Iudicem recursus haberi,et hæc oĩa procedant,nisi colonus,& inquilinus fuerit obligatus a domino,ad sic inserẽdum quo casu conuentio seruetur,& non præsens dispositio.

Cęterum Statuimus,ꝙ si quocunq; modo immitteretur ignis in syluis castanearum,statim officialis,syndicus,seu consul,aut custos,si officialis nõ ad esset illius cõis,ubi sunt syluæ,teneatur pulsare,aut pulsari facere campanã, pro igne immisso,ut moris est, pro domibus,quãdo cõburuntur. Et si ipsi nõ essent domi,uel in cõi,familia ipsorum debeat hoc facere,ad pœnam librarum decẽ,si dicta pulsatio ommitteretur, et oẽs homines illius cõis, ab annis decem et octo,usq; in sexaginta,teneãtur currere ad dictum ignẽ extinguendum,ad pœnam soldorum uiginti bonorum p quolibet,iusto impedimẽto cessante,ad iudicium dictorum triũ,aut domini lucen. Potestatis,seu Vicarii in Vicariis,et Potestatis in Potestariis, & locum habeat præuentio,Et teneatur officialis,siue custos,uel ut supra,denunciare inobedientes,ad pœnã soldorum quinq; bonorum pro quolibet nõ denunciato:et q accusauerit officialem,seu custodẽ sic delinquentẽ,habeat dimidiã dictæ pęnæ exactæ,& nomen eius sit secretum, et pœnæ de igne ĩmisso intelligãtur duplicatæ,uidelicet,ꝙ in duplum imponãtur eius summę,quæ a statuto disponitur.Hoc expræsse declarato,ꝙ si quis in syluis prædictis, post annos quattuor,a die incisionis præfatæ ꝓxime numerãdos,ignem modo aliquo ĩmiserit,si fuerit masculus,& maior ãnis decem et octo,ultra alias pęnas statutorum,et ordinamentorum lucen.Cõis,intelligatur incidisse in pœnam librarum centum bonæ monetæ,quas si non soluerit infra decem dies, oĩa eius bona intelligãtur cõfiscata,et positus ĩ exilio perpetuo a ciuitate,et territorio lucen.a quo exilio liberari nõ possit quoquo modo,nisi demum solutis libris centum præfatis,quarum tertia pars sit domini,et patroni ipsius syluæ,alia tertia pars accusatoris,seu denunciatoris,et alia tertia pars cameræ lucen.Cõis.Si uero talis immittens ignem,fuerit masculus, et minor ãnorum decem et octo,et fœmina maior annis quattuordecim, oẽs habitatores illius domus teneãtur,secundum formã statutorum, et decretorum lucen.Cõmunis,et ultra hoc in libris uigintiquinq;,soluendis pro una tertia accusatori,pro alia tertia domino syluæ,pro alia tertia lucen.Cameræ,et prædicta quidẽ ultra emẽdationẽ dãni,quod ꝓpterea dominus syluæ passus fuerit,de quo Nolumus ullo pacto dominum ipsius syluæ defrandari, et his casibus incẽdii,et ignis,habeat locũ Statutum libro Quarto,sub Ru-

brica, q͏̃ dominus teneatur pro quolibet de sua familia, et teneatur etiã pro pubere, & proximo pubertati, et proximo infantiæ, & adulto.

Et quia homines cõis Rotæ uiuunt, & se alunt magis industria laborerio rum lignaminis castaneorum, q̃ de agricultura, pp̃ter inopiam agrorum, et terrenum infructiferum, & se nutriunt de fructibus castaneorũ, ideo ut ma gis sint astricti, q̃ cæteri agricolæ ad custodiã syluarum, Statuimus, q͏̃ nulla persona ipsius Cõis, uel aliunde, audeat, uel præsumat incidere, uel incidi fa cere, aut p̃mittere aliquam suam syluam, uel alterius, uel locum, ubi sint ca stanei, sub pœna librarum uigintiquinq; bonarum, si fuerit minor cultrarũ trium, si uero fuerit maior, cõdemnetur pro rata ad rationem florenorum trium pro qualibet cultra: et ligna incisa efficiantur communia, uidelicet ad usum hominum dicti communis, et etiam aliorum occupantium, & si ligna nõ extarent, condemnetur incidens ad æstimationẽ, et ualorem ipsorum li gnorum, diuidendum inter officium Prouisorum suprascriptum, accusato rem, & officium exigens, et cõmune lucense, et prædictæ condemnationes uendicent sibi locum, nisi incisio facta fuerit de licentia obtenta a Dominis Antianis, et officio Trium Prouisorum, per supplicationem eis porrectam per illum, qui uult incidere, cum relatione Officialium cõmunis Rotæ, qui officiales habeant deliberationem dicti communis, de incisione ipsius syl uæ, et loci. et talis licentia dari non possit, nisi cum onere, q͏̃ sylua remaneat pro inserenda, aut pro lignamine incidendo ad necessaria eorum laboreria, prout in relatione fuerit expræssum, et uidebitur magis utile. Possint tamẽ dicti homines Rotæ incidere ligna castaneorum superfluorum, et inutili um pro eorum usu, et pro fornacibus, et pro eorum ædificiis faciendis, sed non pro uendendis, seu tradendis extra eorum commune, uel alienigenis. Et omnes delinquentes condemnentur ultra pœnas alias, a libris duabus, usque in quinq;, ad utilitatẽ dicti cõis, prout dictis ciuib. p̃uisoribus uidebiẽ.

Et hæc non referantur ad Ciues Lucenses habentes syluas in dicto com muni Rotę, qui tamen ciues sint subiecti aliis dispositionibus suprascriptis, Soldi autem, et libræ de quibus mentio fit in præsenti statuto, intelligantur ad rationem bononenorum decem pro libra. Et si in aliquo prato, oliueto, uel campo essent usque in quattuor pedes castaneorum, nõ intelligatur syl ua, uel terra boschiua castaneorum, nec cõpræhendatur in dispositione prę sentis statuti. Et possint, teneantur, et debeant suprascripti officiales, seu pro uisores in, et super prædictis omnibus, et singulis procedere per simplicem denunciationem, seu notificationem eis factam, et per querelam, accusatio nem, uel inquisitionem ab eis, et eorum officio factam, etiam nullis præcedẽ tibus indiciis, summarie, et sine strepitu, et figura iudicii, et sine p̃cessu, & scri ptura, dũmodo reũ citari facere teneãtur in scriptis semel ĩ personã, uel ad domũ suæ habitationis, in præsentia unius testis per unum ex nũciis Lucẽ sis Ciuitatis, uel eius Comitatus, in qua citatione cõtineri debeat causa pro

pter quam

pter quam citatur,et ad dicendum causam ,quare non debeat condemnari ob dictam causam,et terminus,et locus in quo comparere teneatur. Et si cõparuerit,et causam aliquam allegauerit,ipsi Prouisores excusent omnia,secundum allegata,et probata,et eorum conscientiam,sine scriptura,et procedant ad sententiam,de qua sententia apparere debeat scriptura manu notarii,ad haec per eos deputãdi. Et teneantur ipsi Iudices,uel saltem duo ex eis,tẽpore ferendae sententiae,iurare in praesentia notarii praedicti tactis scripturis,quod eis constet talem reum commisisse,et per quae eum condemnant,si ad aliquam condemnationem procedere uoluerint,in totum, uel in partem,et etiam quod eis non constet commisisse ea,de quibus inculpatus erat,si eum absoluere uoluerint. Si uero in termino citationis non comparuerit,tunc expectatis tribus diebus post dictum terminum,in quibus dictus reus cõparere possit,ut supra,possint dicti Prouisores;teneantur,& debeant talem reum contumacem,& non comparentem condemnare,tanquam confessum,& conuictum de his,de quibus in dicta citatione fit mẽtio,in pœnis,& mulctis supradictis in suo casu. Si uero probationes in scriptis facere uoluerint,tunc dicta unius testis faciant indicium ad torturã,quãuis pœna non excederet summam librarum uigintiquinque, dictum uero duorum testium simul concordantium faciat plenam probationem. Et a sententiis, mulctis,grauaminibus,pęnis,declarationibus,& aliis per eos fiendis nõ possit appellari,quaerelari,& supplicari ut supra, nisi tantum a sententiis possit haberi recursus infra octo dies ,a die latę sentẽtiae,seu condẽnationis,& seu banni,ad officium super introitibus,quod officium possit huiusmodi sentẽtias,seu condẽnationes reuidere,& eas confirmare,seu infirmare,aut ĩ melius reformare ,in totum,uel in partem,prout eis uidebitur, & placebit, infra quindecim dies,a die facti recursus. Et nisi infra dictum tempus tales sentẽtias,seu condemnationes, seu banna confirmauerint,seu infirmauerint, aut reformauerint,seu super eis nihil dixerint,condemnando, seu absoluendo, tales sententiae,seu condemnationes,seu banna,firmae remaneant,& executioni mandentur per eosdem Prouisores, et per quencunque alium Iudicem,et executorem Lucensis Ciuitatis,& eius comitatus.

Mandantes tam domino Lucensi Potestati,quam Capitaneo Comitatus, & quibuscunque Vicariis,et Officialibus Lucensis Cõmunis,& nunciis quibuscunque, quod debeant,et teneantur eisdem officialibus praestare omne auxilium,et fauorem,domus, Carcerum,et familiae,et eis obedire in omnibus,quae ad eorum officium spectant,et pertinent,sub pęna florenorum decem pro quolibet,et qualibet uice. Quę pęna debeat de facto,sine aliqua scriptura,uel processu,pro dimidia applicari Camerae Lucensis Communis,et pro alia dimidia dictis Officialibus,et Prouisoribus castanearum,per dominum Syndicum,etiam pendente ipsorum officio.

Caeterũ Declaramus,ꝙ in arbitrio ipsorũ trium Ciuiũ Prouisorum sit in

concedendis licentiis,quod syluæ,quæ ad septentrionē uergunt,incidi pos-sint,absq; eo q inserantur,prout melius expedire dictis Ciuibus uisum fue-rit,cum plerunq; huiusmodi ligna castaneorum nō insita magis deseruiant in necessitatibus ciuitatis pro ædificiis construendis, quod quidē totum,ut prædictū est,discretioni,& arbitrio ipsorum Ciuiū intelligatur cōmissum, Et quæ supra sunt dicta,q non inserentes incidāt in pœnā,intelligatur,si in ciderint,alias nō incidendo,etiam si inserere promiserint,nō propterea inci dant in pœnam,cū causa propter quā inserere promiserint,secuta nō fuerit. Reseruātes in omnibus prædictis,ut supra dictū est,immunitates,& ea,quæ sunt disposita in fauorem hominum Rotæ Lucen.Comitatus,qui ut pluri mum ex industria lignaminis castaneorū uiuunt.

Decernentes etiam tres Ciues prædictos fore, & esse Iudices,ubi pecuniaria pœna tantum uenit imponēda,ubi uero pœna ueniret corporalis imponen da principaliter,uel in defectum,Volumus eo casu Dominum Prætorē lu cen.eiusq; Iudicē maleficiorū,de eo iurisdictionem habere,cum obseruantia oium,& singulorum suprascriptorum, Volumus tamen, q præfati tres Ci ues,& eorum officium authoritatem habeāt prædicta inuestigandi,explora tores,& reuisores mittēdi,exemplo, & eo modo,& forma,& prout dispositū est, & cōcedit,et licet,et ius cōpetit tribus ciuib. sup honestate,in materia rei sodomiticę,secūdū ipsorū sup uitio sodomitico statutorū formā,& tenorē.

De Bestiis Caprinis intra certū tēpus ī sylnis insitis nō īmittēdis.Cap.IIII.

STatuimus,q quicunq; deinceps pmitter,aut faciet bestias aliquas eius ca prinas ītrare ī syluis castaneorū,īfra annos quattuor,postq arbores ca-staneorū erūt incisæ,ultra alias pęnas,& cēsuras statutorū aliorum lucē.cō-munis,siue ipsę capræ fuerint pprię,siue cōductæ, ipsæ bestiæ statī p pie, q ad īmittētē,uel sinentē ītrare ptinebunt,& spectabunt,ītelligant dépdite,ap plicatæ,& cōfiscatæ,hoc mō uidelicet,p tertia parte lucen.cōmuni,eiusq; fis co,& camerę,p alia tertia parte accusatori,inuentori,uel denunciatori , & pro alia tertia parte dño,uel possessori ipsius syluæ,& ultra pœnas pdictas,ille q ipsas bestias ī ipsis syluis tēpore pdicto īmiserit,uel ire dimiserit,īcidat ī pœ nā librarum decem bonę monetæ p qualibet capra,cū plerunq; huiusmodi capræ sarmēta,et pollessoras deuastēt,et a qbus qdem libris decē nō possint liberari ab aliquo cōsilio,uel ordine luc.cōis,nisi facta fide,q ratas prędic tas accusatori,inuentori,denūciatori,et dño pdicto satisfecerit,uel cū eis fue rit in cōcordia. Et ad quā pęnā teneant patres p filiis,et filiab.et patroni p famulis,et puellis maiorib. annorm sex, q huiusmodi capras immisissent, uel siuissent ire in ipsis syluis tempore prædicto,cum culpa carere nō uideā tur huiusmodi patres, et patroni,curam hanc huiusmodi hominibus ætā-tis cōmittēdo,et Iudices cōpetentes sint tres Ciues prouisores super syluis modo,et forma ut in superiori statuto continetur.

De Fabricis,

De Fabricis Ferri fieri prohibitis in toto Territorio, Comitatu, et Districtu Lucensi. Cap. V.

STatuimus, quod deinceps in toto Territorio, Comitatu, et Districtu Lucensi, nulla persona, cuiuscunque status, et conditionis existat, possit aliquam fabricam ad fabricandum ferrum de nouo construere, uel aedificare, et iam inceptam aedificari ad finē perducere, sine expressa licentia Magnifici Consilii Generalis Lucen. Ciuitatis, sub poena Ducatorum Centū pro quolibet & qualibet uice, et repositionis rei in pristinum statum, nec in ipsis fabricis ferri de nouo constructis, & refectis, laborare, uel laborari facere aliquo modo, uel causa, sine licentia dicti Consilii, sub poena Confiscationis, & applicationis Camerae Lucen. Cōmunis aedificii ipsius fabricae, & supellectiliū, & utēsiliū ipsius, et dictorū Ducatorū Centū auri pro qualibet persona ita laborante, & exercente in ipsis fabricis, aut laborari faciente ipsas fabricas: In quas quidem poenas, & censuras, qui contrafecerint, intelligātur incurrisse ipso iure, & ipso facto, absque alia declaratione: nō obstāte quocunque Statuto, Decreto, et iure tertiarū personarū, quibus expresse intelligatur derogatū, Et Magnificis Dominis p tēpora existentib. authoritate praesentis Statuti sit sublata facultas, et potestas cōcedendi licentias ędificādi, seu ad finē producēdi aliquā fabricā, nō obstāte Statuto de materia loquēte, cui statuto, in quantum tribuit facultatem ipsis Dominis, concedendi licentiam aedificia noua faciendi, et construendi, quantum ad fabricas ferri tantum, non quo ad alia aedificia, intelligatur, et sit perpetuo expresse derogatum. Et potestas concedendi licentias, dictas fabricas aedificandi, sit in totum, et omnino reseruata ipsi Magnifico Consilio, Insuper, si quis licentiā incidendi ligna Castaneorum obtinuerit pro fabricarum usu, & ea non adimpleuerit ad quae tenebatur uigore statuti, & ordinamētorum super syluis, modo, & forma, & tempore prout in ipsis continetur, uel absque licentia ligna ipsa pro usu fabricarum inciderit, uel incidi fecerit, tunc, & in dictis casibus, & quolibet ipsorum dictis fabricis, & in dictis fabricis, & ad quarum usum huiusmodi ligna fuerunt incisa, uel consumpta, sit, & intelligatur interdictum perpetuo laborare, tam ad instantiam Domini qui illo tempore fuerit, quam alterius ad quem quomodolibet quocunque iure, & titulo ipsae Fabricae una siue plures peruenerint, quia Volumus, & expresse Declaramus huiusmodi Fabricam, & fabricas ex nunc tali uitio esse affectas, ut in his perpetuo amplius laborari non possit: Quis quis uero post huiusmodi uitium contractum ausu temerario in his fabricis, ut supra interdictis, laborauerit, uel laborari fecerit, tam Magister, quam Laboratores, & Famuli, intelligantur incidisse in pęnam Librarum Mille pro quolibet, applicandam Lucensi Camerae, et in poenam Exilii perpetui a Ciuitate Lucensi, & eius Districtu: Et in praedictis, & circa praedicta, ubi poena pecuniaria ueniret imponēda, Volumus tres Ciues prouisores super syluis fore, & esse Iudices competentes. Vbi uero pę

na corporalis imponenda esset principaliter, uel in defectum, Volumus eo casu dominum Prętorem lucen. eiusq; Iudicẽ maleficiorum de eo iurisdictionem habere cũ obseruatione omniũ prædictorũ, & aliorũ statutorum lucensis Cõmunis. Volumus insuper q̃ tres Ciues prouisores prefati, & eorũ officium habeãt authoritatem inuestigãdi prędicta, modo, & forma, & p ut dispositũ est, & conceditur tribus ciuib. super honestate, Et quia superius mentio fit de territorio lucen. ad omnẽ tollendã ambiguitatẽ sit decretũ, q̃ territoriũ lucense sit, & esse ĩtelligatur hoc casu id tñ, quod de pręsenti obedit, & pacifice subiacet, & in futurũ pacifice obediet præfato cõmuni lucẽsi.

De lignis Castaneorum non Comburendis ad Fornaces, seu Fornellos. Cap. VI.

STatuimus, q̃ ligna Castaneorum in futurũ comburi non possint ad fornaces, seu fornellos, in toto comitatu, & districtu Lucen. Ciuitatis. Itẽ q̃ ligna cuiuscunq; qualitatis, seu carbones ex ipsis lignis facti exportari nõ possint extra lucen. territorium, & districtũ, sub pœna confiscationis Cameræ lucensis Cõmunis bestiarum deferentium huiusmodi ligna, & cuilibet incidẽti, uendenti, emẽti causa transportandi extra territoriũ, & districtũ, & ipsi deferẽti, standi in Carcerib. lucen. Cõis, mensib. sex. Si uero ligna castaneorũ in fornacib. aut fornellis cõburenꝫ cõtra pñtis statuti dispositionẽ, ipsæ fornaces, & fornelli, si fuerint illorũ, qui ita comburere faciũt contra legem, publicẽtur, & publicatæ, & cõfiscatæ intelliganꝫ cameræ lucẽsis communis. Si uero fuerint alterius, tũc æquiualẽtia ualorum ipsius fornacis, & fornelli confiscatę, & cõfiscati intelliganꝫ, & sint, ĩ quibus quidẽ pœnis, & censuris supra scriptis, cõtrafacientes ĩcidisse, & incurrisse intelligãtur, ipso iure, & ipso facto, absq; alia declaratione fienda, & quilibet possit, & admittatur ad accusandũ, & lucreꝫ tertiã partẽ eius rei, & bonorũ, quæ ex accusatione cõsequeꝫ Saluo tñ, & reseruato in omnib. suprascriptis his, quæ sunt supra disposita, & ordinata, p hominib. cõmunis Rotæ, cũ ex industria lignaminis uiuant.

De prohibitione Porcorum. Cap. VII.

STatuimus, & Ordinamus q̃ quilibet possit habere, & tenere ubiq; in toto Territorio, & districtu lucensi in locis suis ppriis tã domesticis, & cultis, q̃ aliis quibuscunq; quãcunq; quantitatẽ, turmam, uel gregẽ porcorũ licite & ĩpune, saluis, & reseruatis locis ĩfra ãnotatis, dũmodo ad stabulãdũ de nocte nõ possint teneri, uel stare ĩ aliquo loco ppiquo, & nõ distãti a locis uicinis, & circũstãtib. alterius cuiuscunq; psonę domesticis, & cultis, ad minus p brachia centũquinquaginta circũ circa, sub pęna ĩ casu contrauẽtionis bonorũ duodecĩ p quolibet porco ultra tres numero, cuius dimidia ps sit cuiuslibet inuẽtoris, & accusatoris, & alia dimidia Cameræ lucẽ. cõis. Declarãtes sex milliariorũ, et cõium sex milliariorũ Lucen. cõitatus duas pcipue esse species locorũ, & ptes, una ps, quę est mõtuosa, & altera ĩ plano, ĩtelligẽdo planum

do planum illud, quod secundũ cõmunem usum loquendi uocatur planũ sex milliariorũ, et cõmunium sex milliariorum, ubi nõ ascendit, nec descenditur, incipiendo igitur a plano, tanq̃ a digniori, et ubi maior ratio oĩum infrascriptorum est habẽda, Statuimus, ꝙ in sex milliaribus, et in cõmunibus sex milliariorum lucen. comitatus in plano, intelligendo planum, secũdum suprascriptum modũ, nullus cuiuscuq; status, aut conditionis existat, audeat tenere porcos, uel turmã porcorũ tam ad pasturandũ, q̃ ad stabulãdum, uel pernoctandum, tã de die, q̃ de nocte, sub pœnis infrascriptis, et cũ limitationibus, et exceptionibus uidelicet, Primo ꝙ inter loca supra ꝓhibita, porcos teneri in plano, nõ compræhẽdantur loca, quæ sunt ab aqua, quæ appellatur el Quinto, usq; ad stratam Capannori, et usq; ad stratã, quę uadit uersus ecclesiam Porcarii uersus Porcariũ, licet ipsa loca uersus porcariũ sint plana, et in sex milliaribus, et seu cõmunib. sex milliarroiũ lucen. comitatus, sed bene sint prohibita loca plana ab aqua prædicta uersus Lucã. Item ꝙ prædicta prohibitio, & supra disposita, nõ habeat locũ ꝓ tribus porcis, non tamẽ troia, quos porcos usq; tres numero ꝓ qualibet familia impune, etiã in sex milliaribus, & plano tenere deceat. de una familia intelligẽdo esse oẽs qui stant sub eodẽ tecto, & ad unum ignẽ, troiam autẽ tenere non liceat, etiã cum, et de numero triũ porcorũ sub infrascripta pœna: Si quis uero prædictis cõtrafecerit, & porcos ultra tres numero in locis supra prohibitis sex milliariorũ tenuerit, incidat in pœnã bononenorum duodecim ꝓ quolibet porco, cuius dimidia pars sit cuiuslibet inuẽtoris, & accusatoris, & alia dimidia Cameræ Lucẽ. cõis: et ultra dictã pœnã liceat etiã præsentis statuti authoritate, cuilibet, qui porcos inuenerit in suprascriptis locis ꝓhibitis in plano, cũ duobus testibus, uel uno idoneo, in suis propriis bonis, uel possessis, uel cõductis, ipsos porcos propria authoritate capere, uel ipsis nõ captis ipsos uẽdicare, & in iudicio acquirere, ita ꝙ ex eo solo, ꝙ ipsi porci super solo, aut bonis alicuius, uel p ipsum possessis, aut cõductis in plano suprascripto fuerit, & facta ꝓbatione modo saltẽ suprascripto, dñs, uel possessor, aut conductor, aut partiarius ipsorũ bonorũ dominus dictorũ porcorũ ꝓ medietate tñ pro indiuiso effectus intelligatur, & sit, et tanq̃ medietatis ipsorũ plenũ ius sibi fuerit acquisitũ, medietatẽ ꝓ indiuiso possit in iudicio uendicare, & sibi acquirere, ita tñ ꝙ ĩ utroq; casu prædicto, siue porci fuerint capti, siue uẽdicati, liceat dño, uel possessori, aut detẽtori, uel custodi ipsorũ porcorũ æstimationẽ ipsius medietatis offerre, & soluere, secundũ cõmunẽ æstimationẽ, quo casu inuẽtor, uel q uẽdicauerit, ut supra ipsam accipere teneaẽ: Si uero capitaneus cõitatus, uel alius officialis, aut executor, aut stipẽdiarius lucẽ. cõis, aut alia quęuis priuata ꝑsona ipsos porcos, ultra numerũ triũ ut supra, inuenerit ĩ loco supra ꝓhibito, ẽt si locus fuerit ꝓprius, uel possessus, uel cõductus p tenẽtẽ ipsos porcos, possit ĩpune capere, et ducere ad ciuitatẽ lucẽ. uel ad aliũ locũ, et q inuẽtor lucreẽ bononenos sex ꝓ quolibet porco, ultra tres numero, firmo remanente iure, et actione dño uel possessori, uel colono, aut

partiario loci in quo fuerint inuẽti, casu quo porci nõ essent sui, medietatẽ ipsorũ acquirendi, & uẽdicandi, uel medietatẽ æstimationis, modo, & secũ dum formam supra traditam, & habitis, et factis probationibus prædictis, satisfacta prius rata sua officiali executori, stipendiario, uel alii inuentori suprascripto, uidelicet bononienos sex pro quolibet porco, cuius ratæ Nolumus ullo pacto ipsum inuentorem defrandari.

Quibus prouisis, quo ad planum suprascriptũ, superest prouidere de prohibitione in locis montuosis in ipsis sex milliaribus, & cõmunibus sex milliariorum, ubi ascenditur, & descenditur, in quibus locis, et aliis locis in toto districtu lucensi tenentes porcos, & damnum dantes, condemnentur modo, & forma, & habita distinctione temporum, et locorum, prout in præsenti statuo continetur. Declarantes, q̃ Troia in numero porcorum trium teneri non possit, & pro qua troia tenitor puniri possit, tanq̃ pro porco supernumerario, secundum quod dispositum est de reliquis nõ teneri permissis. Hoc tamen expresse Decernentes, q̃ pœnæ prædictæ, & modus acquirendi, uendicandi, & capiendi, & quæ supra ordinata sunt, tam in plano, quam in toto territorio lucensi locũ non habeãt, neq; disposita intelligantur contra personas, uel porcos per transitum inuentos, & transeuntes per territorium, & agrum Lucensem, præter q̃ pro damno dato tantũ, et pro pœna præsentis Statuti, ad cuius æstimationẽ domini, & possessores, aut conductores locorum agere, & accusare, & aliis remediis uti possint contra dominos, detẽtores, aut custodes porcorum transeuntium, secundum formam statutorũ Lucensis Communis, & præsentis statuti.

Insuper Statuimus, et Ordinamus ad hoc ut boni custodes adhibeantur ad porcos custodiendos in territorio, & districtu lucensi, quod quicunque dederit damnum cum porcis in calpistrando terram, siue in ruminando in locis cultis, & domesticis ultra emendationem damni, ad quod emendandum teneatur secundum formam statutorum, debeat condemnari in bononenis sex pro quolibet porco damnum dante, & in dictis locis cultis reperto, quorum medietas debeat applicari parti, alia uero medietas Cameræ Lucensis Communis.

Verum quia non solum est facienda distinctio locorum, sed etiam temporum, Statuimus, q̃ si porci dederint damnum in Vineis tempore quo est in eis uua, uel in Oliuetis tempore quo incipiunt cadere oliuæ, & etiam duráte tempore oliuarum, uel in campis cultis tempore quo est in eis granum, seu alia species bladi, uel in pratis, & in ortis omni tempore, ultra emendationẽ damni, ad quod emendandum teneatur secundum formam Statut. debeat condemnari pro quolibet porco damnum dante, uel in dictis locis reperto in bononenis duodecim, quorum medietas debeat applicari parti, alia uero medietas Cameræ Lucensis Communis, et suprascriptæ pœnæ duplicẽtur in suo casu, si damnum fuerit factum de nocte per porcos.

De damno uero dato per porcos, stetur, & credatur iuramento Ciuis Lucensis

censis bonæ conditionis,et famæ,una cum iuramento coloni dicti ciuis,uel unius alterius testis,de et ꝑ qualibet summa dãni,quãtacunq; fuerit, et de quocunq; numero Porcorum,et iuramento comitatiui,et foretani, siue forensis bonæ conditionis,et famæ,etiam stetur,et credatur de omni quantitate damni,et de quocunq; numero Porcorum concurrente iuramento,et probatione unius testis,etiam bonæ conditionis,et famæ,et quilibet prædictorum intelligatur bonę conditionis,et famæ,nisi cõtrarium probaretur, reseruatis tamen aliis modis probandi damna data,tam ex forma Statutorum,q̃ iuris,quia materiã probationum in hoc casu intendimus ampliare, et non restringere.

Circa uero exactiones cõdemnationum damnorum datorum per Porcos,Statuimus ꝙ Notarii damnorum datorum teneantur in libro propterea ordinato scribere omnes sententias condẽnationum latas occasione dãnorum datorum ꝑ Porcos solum absq; processibus de dictis cõdemnationibus factis,sed ꝓcessus,et sententiæ cõdemnationum,etiã dicta occasione debeant etiã describi in libris ordinariis ꝑut solitum est fieri ante præsens Statutum,et secundum formã aliorum Statutorum,et quas sententias condemnationum solum ut supra teneãtur dicti notarii describere in dicto Libro propterea ordinato,infra duos dies,a die dictæ sententiæ cõdemnationis latæ,sub pœna librarum decem pro qualibet uice,qua omiserit describere dictas sententias, ut supra,quarum decem librarum medietas debeat applicari parti,alia uero medietas cameræ lucen.cõis,et nihilominus infra alios duos dies scribere teneantur,sub pœna aliarum decem librarum,et teneantur ad dãna,et interesse parti, et quas pœnas librarum decem Dominus lucen.Potestas teneatur exigere etiam ad petitionem partis de facto, absq; aliquo processu,sola facti ueritate inspecta. Ac etiam Statuimus,et Ordinamus,ꝙ Dominus lucẽ.Potestas teneatur uiribus sui officii exegisse omnes, et singulas cõdemnationes,ut supra factas, infra mensem unũ proximum, a die quo fuerit scripta in dicto Libro sententia condemnationis suprascripta occasione lata,ad pœnã tertiæ partis cuiusq; condemnationis, quæ pœna debeat retineri sibi per dominum exactorem de suo salario,i casu dictæ negligentiæ,Et cum præmia soleant homines etiam diligentiores reddere, ad hoc ut non solum metu pœnæ cõpellantur, sed etiam spe præmii, et ad celeriter exigendum Dominus lucen.Potestas inuitetur,Statuimus,et Ordinamus,ꝙ ipse Dominus Potestas habere debeat soldos quattuor ꝑ libra oĩum pecuniarũ,quas exegerit occasione suprascripta, et ad hoc ut res ad effectum deducantur,et omnes deludendi uiæ tollantur,Statuimus,ꝙ Dominus exactor in fine officii Domini lucen.Potestatis,et tempore sui syndicatus teneatur reuidere dictum librum,de quo supra,et uidere an sint exactæ omnes condemnationes,et si inuenerit aliquas nõ fuisse exactas de his, quas exigere tenebatur ipse Dominus Prætor,præfatus exactor faciat retineri de eius salario pro non exactis,ut supra dictum est. Et ad hoc ut Do-

minus Potestas nullam ignorantiam saltem iuste prætendere possit Volumus, ꝙ Notarii damnorũ datorum teneantur ad pœnã librarũ decem ĩ principio officii dicti Prætoris, seu saltẽ infra quindecim dies prædicta ipsi dño Potestati notificare.

Decernentes insuper, quod Nullus possit Conducere, & tenere ad pascendum aliquam turmam, seu Gregem porcorum in Syluis Communalibus, aut priuatarum personarum, in quibus solitæ sunt recolligi Castaneæ ab Hominibus, contra uoluntatem communium aut dominorũ, et possessorum a medio mése Septembris, usq; ad medium mensem Nouembris, quia dicto tempore, et infra dictũ tempus Declaramus dictas syluas haberi p locis domesticis, et cultis, et de eis iudicari debere sicut de locis domesticis, et cultis, et in illas pœnas incidant contrafaciẽtes, in quas incidunt tenentes porcos in locis domesticis, et cultis, Quæ pœnæ esse intelligantur, & sint, ꝙ quilibet tenens Porcos in locis domesticis, siue cultis, in toto territorio, districtu, & sex milliaribus Lucen. Ciuitatis, ultra tres numero, incidat in pœnam bononenorum duodecim, & sic effectualiter condemnetur pro quolibet Porco sic teneri prohibito, Cuius pœnæ dimidia pars sit cuiuslibet inuentoris, & accusatoris, alia uero dimidia cameræ Lucensis cõis, ultra amissionem Porcorum in plano, & alias pœnas suprascriptas, Cũ declaratione ꝙ in numero dictorum trium Porcorum non compræhendatur Troia, quæ sit, et esse intelligatur teneri prohibita, ut supra, et pro qua Tenitor puniri possit tanquam pro Porco supernumerario, quemadmodum supra Dispositum est, de reliquis non teneri permissis.

Decernentes etiam, et Ordinantes, quod nullus Sindicus alicuius Communitatis, uel Vniuersitatis possit recipere in pascuis suæ Communitatis, uel Vniuersitatis aliquam turmam porcorum aliquorum Forensium non habitantium in territorio, et districtu Lucensi, nec ipsis forensibus dare possint licentiam aliquam pascendi aliquam turmam Porcorum in dictis pascuis sine expressa licentia suæ Communitatis, et Vniuersitatis, quia quantum ad hoc nolumus ualere mandatum Generale factum dictis Sindicis tempore quo fiunt dicti Sindici, Sed Volumus, quod requiratur speciale mandatum.

Item uolentes prospicere fertilitati Ciuitatis ipsius, Districtus, et Fortiæ, et ne tollatur facultas Mercatoribus talium animalium illa posse conducere pro uendendo tam ad Ciuitatem ipsam, ꝙ ad alia loca ipsius Comitatus, et Fortiæ, seu per transitum de extra ipsum Comitatum ipsa animalia, etiam extra Comitatum conducere, seu causa eadem conducendi ad collocandum in pasturis, et ex inde eadem uendendi, uel alio conducendi, Statuimus, ꝙ quicunq; habens in locis permissis infra sex milliaria Turmam, seu Gregem Porcorum, et nolens illos ad Ciuitatem conducere causa uendendi, uel de loco permisso ad locum permissum conducendo, uel conducendum de territorio Lucensi extra territorium Lucense, si habuit Apodixã

manu

manu Officialium,seu Officialis Gabellæ maioris,in qua de effectu contine atur,q per eosdem sit ipsis, uel ipsi data licentia Porcos ipsos conducendi ad Ciuitatem dicta de causa,uel de loco permisso ad locum permissum,uel de Territorio extra territorium,ut dictum est,& fuerit inuentus ipsos Por cos habere,uel conducere per stratam publicam,seu iuxta,& prope stratam ueniendo uersus Lucensem Ciuitatem, non ligetur pœnis, de quibus in præsenti Statuto continetur. Et hoc casu, quo inuentus fuerit infra tri duum,a die dictæ licentiæ concessæ,quando conducerent ad dictã Ciuita tem Lucen. pro uendendo,uel de loco ad locum intra Territorium, ut su pra. Et infra octo dies quando conducerentur de territorio extra territo rium,ut præfertur. Et quæ licentia per ipsos Officiales Gabellæ non pos sit concedi pro uice qualibet,nisi cum dilatione trium dierum,accessu, mo ra,& redditu computatis, & pro maiori tempore per ipsos Officiales facta in una uice,nullius sit momenti,& non prosit tali conducenti. Et nihilomi nus ipse Officialis licentiam cõcedens ultra dictum tempus trium dierum in una uice,incidat in pœnam librarum Vigintiquinq; pro quolibet,& qua libet uice, qua fuerit contra dictam formam concessa. Et quæ licentia ea dem die qua concessa fuerit,debeat per ipsos Officiales in eorum libris Ga bellæ registrari sub dicta pœna.

Qui uero de locis pmissis existẽtibus in Vicariis, uel Potestariis extra sex milliaria uellet conducere Porcos ad ciuitatem ut supra, si fuerit inuentus habere apodixam manu Notarii Curiæ,seu Gabellæ illius Vicariæ,seu Po testariæ unde Porcos conduceret,sigillatam sigillo Vicarii,& seu Potesta tis, non intelligatur contrafecisse præsenti Statuto, et contentis in eo, nec in infrascriptas pœnas incidat, dummodo sit inuentus, uel habeat ipsos Porcos in locis prohibitis infra octo dies,a die sibi datæ licentiæ ut supra, et dummodo ueniat per stratam,uel iuxta,& prope ut supra. Et quæ licen tia pro maiori tempore in una uice non possit dari per præfatos,& data nõ ualeat ut supra. Et debeat per Notarios Curiæ,seu Gabellæ uicariarum,& potestariarum ipsa die,qua concessa fuerit,registrari in libris Gabellæ ut su pra,sub pœnis pro quolibet,& qualibet uice ut supra.

Qui uero conduceret Porcos de extra Comitatum,seu territorium causa illos mittendi in pascua existentia in ipso Comitatu in locis permissis, si fuerit inuentus ipsos Porcos habere in locis prohibitis infra duodecim dies proxime numerandos,a die quo intrauerit ipsum territorium Lucen se, non intelligatur contrafecisse Statuto, & declarationibus suprascriptis, nec in illorum pœnas incidant,dummodo de tali suo ingressu in ipsum ter ritoriũ fidem faciat per apodixam Notarii Curiæ,uel Gabellæ loci,ad quẽ primo deuenerit ipsius territorii,sigillatam sigillo Vicarii,uel Potestatis ip sius loci ut supra,uel aliter legittime fidem fecerit.

Qui uero conduceret de extra territorium Porcos pro uendendo Lucæ

uel i Comitatu īfra uiginti dies, a die quo Territorium ipsum intrauerit, proxime numerãdos, de cuius introitu fidem facere teneatur ut supra, proxime non ligetur, si fuerit inuentus Statuto, & declarationibus, de quibus supra, nec illorum pœnas incurrat.

Hoc tamen declarato, ꝙ licet conducentes Porcos in casibus prędictis excusentur modo, & forma, & in casibus supra expressis, hoc nihilominus nõ procedere, nec locum habere pro dãnis datis, seu occasione damnorum datorum a personis, seu porcis, ut supra conductis, seu conducendis, quo casu dãnorum datorum conducentes porcos quomodocunq; extra stratas publicas ut supra, teneantur, & obligati sint huiusmodi damna emendare, & resarcire, & incidant in pœnam, & pœnas prout, & quẽadmodum disponitur p formam Statutorũ lucen. Cõis, & prout etiã supradictũ, & Dispositũ est cõtra psonas, uel porcos p transitum inuentos, & trãseuntes p territorium, & agrũ lucen. ad quorum damnorum ęstimationem Dñi, & Possessores, aut Conductores locorũ agere, & accusare, & aliis remediis uti possint contra Dominos, Detentores, Conductores, aut Custodes dictorum porcorũ, prout forma dictorum Statutorum requirit.

Sic enim mediam quãdam uiam eligentes fertilitati Ciuitatis, quo ad frumenta, & alia blada sata, qbus ut plurimũ in plano dãnum inferẽ, & ad carniũ suillarũ abundantiã, quibus Ciuitas lucen. plerũq; iudicet saluberrima hac Lege, seu Statuto prospicere curauimus,

De prohibitis Aucupiis, et Venationibus. Cap. VIII.

STatuimus, ꝙ nullus Comitatiuus, Districtualis, foretanus, aut forensis, aut comitatus, uel districtus incola, aut habitator de cætero audeat, uel præsummat quoquo modo aucupari, uel uenari in sex milliaribus Lucensis Comitatus, nequæ in aliquo loco, aut communi sex milliariorum, ad qualeas, coturnices, starnas, phasianos, lepores, capreolos, damas, aut coniglos, nec ad aliquam ipsarum auium, ferarũ, aut aĩaliũ, tam cũ retibus, balistis, quam cum tenderis, aut laqueis, uel alio quouis modo, aut genere aucupandi, uel uenandi, tam usitato, et apto, quam non usitato, aut non apto, nec aues ipsas, animalia, aut feras interficere, capere, accipere, aut retinere per uiam uenationis, aut aucupii, aut ĩ fraudem quoquo modo, sub pęna ducatorũ decẽ auri applicandorũ p una tertia parte lucen. camerę; et p alia tertia parte officiali, q exegerit, et p alia tertia accusatori, cũ fuerit exacta, et hoc proquolibet, et qualibet uice, qua fuerit contrafactum. Et cuilibet liceat accusare, et nomen eius teneatur secretum, et accusatori credatur cũ suo iuramento, et uno teste, etiã rustico, foretano, et forense, et seu habitatore comitatus, et districtus, Volumus tamẽ pdictis nõ obstãnb. ꝙ unicuiq; lucẽ. ciui liceat, quãdo sibi uideret, et placeret, ducere, et habere secũ, tã ad aucupandum, ꝗ uenandum, tã ad suprascriptas aues, feras, aĩalia, ꝗ ad alias, unum,

uel

uel plures comitatiuos,foretanos,distri&uales,forenses,& incolas, quo casu ratione adiuncti in nullam pœnam incidant ipsi foretani,districtuales,forēses,comitatiui,aut habitatores. Verum quia reperiuntur quædā genera aucupandi,quę nimis exterminăt Qualeas,Pernices,et Coturnices,& propter quod ipsarum copia haberi non potest,Idcirco maiorum nostrorum uestigiis inherendo Decernimus,ꝙ interdictum,& prohibitū sit penitus cuicunque personæ tam ciui,ꝗ comitatiuo,districtuali,forensi,& incolæ, aucupari ad qualeas,ad qualerium,& ad pernices,starnas,& coturnices ad buccinum & ad quodlibet genus ipsorum aucupiorum,tam in sex milliaribus,ꝗ in uicariis,& potestariis,sub pœna florenorum trium,ad trigintasex,pro quolibet ciue,& qualibet uice,& ducatorum decem auri pro quolibet foretano, districtuali,forense,seu incola,& quæ pęnæ applicentur modo,& forma,ut supra dictum,& declaratum est.

Insuper quia nōnulla tempora,& partes anni sunt, in quibus aues prædictæ cubant,quibus temporibus aucupari ad eas, quantam similium auium penuriam regionibus afferat,retroacti temporis experientia docuit, Eapropter nihil intentatum relinquere uolentes,hac nostra lege,seu statuto,Prohibemus unicuiq; personę cuiuscunque gradus,priuilegii,seu dignitatis sit, uęl extiterit,aucupari de mense Aprilis,Maii,& Iunii ad phasianos, starnas, & ad quanlibet ipsarum auium,quocunq; aucupii genere,sub pœna florenorum triū,ad trigintasex,pro qualibet uice,& persona,applicandorū modo,& forma ut supra tradita. Volumus nihilominus,ꝙ pro nuptiis celebrādis,uel alia causa,liceat Magnificis Dominis Antianis per tempora existentibus licentiā concedere unicuiq; lucensi ciui aucupandi temporibus suprascriptis ad præfatas aues,& quanlibet ipsarum, quo casu in nullam pęnam ciues præfati incidant. Et quas quidē causas arbitrio,& discretioni ipsorum Magnificorū Dominorum arbitrio Cōmittimus,firma semper,& illęsa remanente prohibitione buccini,& qualerii,quæ nullo pacto sub præsenti licentia compræhendatur.

Et ad remouendā præterea oēm causam,et occasionē contraueniendi alicui capitulo prædictorū,præcipue comitatiuis,in quibus maiorē fraudem suspicamur propter locorū,et nemorū uicinitatem,Ideo salubriter prouidēdo Statuimus, ꝙ nullus comitatiuus,aut habitator, et incola sex milliariorum lucen.cōitatus,aut forensis,in ipsis sex milliarib.possit,aut ualeat quouis modo tenere,aut habere in sua domo,capanna,loco,aut alia habitatione propria,seu cōducta,uel in qua gratis habitaret,aliquod genus retis,neque aliqua retia,laqueos,aut tenderas aptos,uel apta ad aucupandū,uel uenandū ad suprascriptas feras,aues,aut animalia,uel ad aliquod ipsorum,et cū quo,uel quibus retibus,laqueis,uel tenderis possit prædictas aues, feras, aut animalia,aut aliquam ipsarū retinere,capere,uel interficere,ad pœnā ducatorum decē auri pro qualibet uice,ut supra applicandorū.Cum hac declaratione,ꝙ liceat Comitatiuis,et aliis,de quib.supra,impune tenere,et ha

bere tramaglatas,et tenderas pro aucupãdo ad Turdos,et ad Merulas,sed non ad alias aues ut supra prohibitas. Et quæ prohibitio ut supra non se extendat,seu locũ habeat pro quattuor petiis calaiolarum pro qualibet familia,quia usq; ad dictum numerum liceat unicuiq; familiæ in domo impune habere,et tenere,et quicunq; fuerit requisitus in eius domo,uel habitatione,querere retia,laqueos,aut tẽderas ut supra,et recusauerit,et hoc pbetur per duos testes,habeatur,et sit pro confesso,dũtamẽ tales testes nõ sint famuli et familiares in domo inuentoris,et talis querentis.

Declarantes & ꝙ liceat unicuiq; Ciui Lucensi de cætero tenere, et habere in eius domo,et habitatione in sex milliaribus,& si per foretanũ,aut incolã comitatus ipsa domus sit habitata,et habitetur,retia,et tẽderas cuiuscunq; generis,et qualitatis,de quo uidelicet ꝙ retia ipsa,et tenderæ,aut laquei sint ipsius ciuis,credatur,et stetur iuramẽto ipsius ciuis, qui iurare teneatur ꝙ tempore inuẽtionis erãt sua,duntamen ipse ciuis sit bonæ conditionis, et famæ,quod in dubiũ præsumatur,nisi contrariũ probetur.In quo casu iuramenti præstiti per ciuẽ ut supra,foretanus ipse,uel incola comitatus, habitator ipsius domus,uel habitationis in nullam pœnã incidat.

Cæterũ ad euitãda scandala,quæ sepissime occurrũt,Ordinamus, ꝙ nullus comitatiuus,aut incola comitatus,aut forensis possit,aut ualeat aucupari modo aliquo,aut uia,aut aliquo genere aucupii ad turdos,aut merulas, in aliquo retario alicuius ciuis,sub pęna florenorũ duorum ad trigintasex qualibet uice,et persona,applicandorũ pro dimidia lucẽ.Cõi,et pro alia dimidia domino,uel possessori ipsius retarii,nisi de cõsensu domini,uel possessoris ipsius retarii aucupasset.quo casu docto ,de cõsensu in nullã pœnã incidat.et de quo quidẽ consensu sufficiat probatio facta per unum testẽ & foretanum,et forensẽ,uel cõfessio domini,seu possessoris dicti retarii. Et ad remouenda dubia,et altercationes,quæ possent oriri super nomine retarii, Ideo Declaramus,ꝙ appellatione retarii,ueniat locus,nemus uidelicet, aut sepes manu facta ꝑ aucupando,et qui locus secundũ cõmunẽ usum loquẽdi nuncupatur il retaio. Addentes postremo,ꝙ nulli forenses uidelicet,qui nõ obediant lucẽ.cõi,possint aucupari ad turdos ĩ Marinis lucen. ciuitatis, sub pęna amittendi retia,cũ quib.aucuparẽtur,uel iã aucupati fuissent,quę liceat unicuiq; capere propria authoritate,et quæ sint inuentoris,et capiẽtis. Et quas quidẽ cõstitutiones,et ordines,unusquisq; ut supra seruare teneatꝰ, et Iudices cõpetentes sint,et esse intelligãtur dñs lucen.Prætor,Capitaneus Comitatus,et Officiales Fundaci pro his,quæ erunt commissa in sex milliaribus,aut cõibus sex milliariorũ.et quilibet Vicarius in sua uicaria,et Potestas in sua potestaria in casibus,in quibus aliquid supra ꝓhibitũ est in uicariis,et potestariis.et ille intelligatꝰ de officialib.ciuitatis Iudex cõpetẽs,qui prius iurisdictionẽ pręoccupauerit per citationem de reo factã.Saluo semꝑ Potestati lucen.iure procedendi post mensem,a die scientiæ super his, quæ ad officium Vicariorum spectant in odium negligentis Vicarii,prout sta-

tuta disponunt: Qui quidem Iudices & quilibet ipsorũ possint, teneantur, & debeãt in prædictis & circa prædicta procedere summarie de plano, & so la facti ueritate inspecta, & absq; alia solennitate iuris & Statutorum, tam in procedendo, q̃ in iudicando, Dũmodo in omni casu de delicto & contrauentione constet.

De Ordinibus pro euitanda Peste. Cap. VIIII.

STatuimus, q̃ nemo ueniens ex locis infectis pestis intromitti possit, aut intrare audeat in ciuitatẽ Lucen. aut in ea morari, nisi prius steterit absẽs ab ipsa ciuitate p spaciũ dierũ triginta, a die qua discesserit de loco infecto, & toto tẽpore dictæ absentiæ stare debeat distans ab ipsa ciuitate ad minus p spaciũ unius milliaris, & casu quo appropinquando contrafaceret, intelligatur, q̃ iterũ stare debeat distãs p unum milliare etiam diebus triginta, & sic quotiens appropinquaret ante diẽ constitutũ, semper tunc incipiat tẽpus mensis, quo stare debeat absens, & distans ut supra.

Si quis autẽ de ipsa ciuitate Lucen. iret ad uisitandũ tales uenientes de locis infectis ipsis appropinquando p spacium sex brachiorum, tunc debeat talis uisitans de ciuitate Lucen. licentiari, & mitti ad obseruantiã absentiæ, et habitationis suprascriptæ, ad quã si ire recusauerit, seu nõ seruauerit, incidat in pœnas ducatorũ. XXV. exigendorum de facto ad opus Lucen. cõis, et nihilominus stare debeat absens mense uno ut supra, et hæc locum habeãt in ciuibus, comitatiuis, et districtualibus lucensibus. Forenses autem qui nõ sint de ciuitate, comitatu, et districtu expelli debeãt de toto territorio si uenerint ex locis infectis peste, nec receptari possint in comitatu, et districtu sine expressa licẽtia Magn. Dominorũ, sub pęna ducatorũ decẽ cuilibet receptatori inflingẽda, aut duorũ tractuũ funis, aut quattuor uerberũ cũ bastone, ad arbitriũ p̃fatorũ Dominorũ, uel triũ ciuium sup sanitate: et quilibet sciens receptatores huiusmodi teneatur eos statim notificare dictis Dñis, uel tribus ciuibus, sub pœna librarũ decẽ, Et p̃dicta nõ se referant ad hospites, qbus sit licitũ receptare quascunq; psonas solum p transitũ, nisi ab ipsis Dñis fuerit eis expresse p̃hibitũ, reseruata dictis Dñis authoritate cõcedendi licentiã ueniendi, et acceptãdi eã in ciuitate Lucen. quoscunq; Oratores, et alias quascunq; dignas psonas exteras, quæ nõ sint de ciuitate, uel comitatu lucẽ. de qbus, et put ipsis Dñis uidebit, obtẽto prius inter eos partito secundũ formã Statuti. Et ad euitandã oẽm suspicionẽ pestis Statuimus, q̃ nemo audeat ire ad uisitandũ eũ, uel eos q uenirẽt de locis infectis a Magn. Dñis declaratis sine expressa licẽtia ipsorũ Dñorum, obtẽto prius inter eos partito, ad pęnã ducatorũ. XX. auri cõtra cõtrafaciẽtes, et absentię p. XXX dies a ciuitate lucẽ. ut supra, et qua licẽtia data p p̃fatos Dños teneat̃ talis uisitator ducere secũ unũ targettinũ, uel aliũ quẽ uoluerit ipsi Mag. Dñi et eo ipso q̃ quis iuerit ad uisitandũ aliquos de suprascriptis uenientibus de locis

infectis declaratis ut supra absq; licētia Dominorū p̄sumat̄ esse locatus cū illo iuxta & ppe sex brachia, & sic puniat̄ pœna suprascripta appropinquantis ad sex brachia,& quæ præsumptio sit iuris , & de iure,contra quam non admittatur probatio in contrarium.

Insup si casus accideret,q̄ aliqs intraret in ciuitatē Lucen.ante tēpus,& cōtra formā de qua supra,ueniendo de loco declarato infecto peste,pater,frater,& filii ipsius inobedientis nō possint ipsum inobedientē acceptare ī eius domo,neq; habitatione in ciuitate Lucen. neq; aliqs possit ei subministrare panē,uinū,aut aliquos cibos,neq; aliud,neq; loqui secū,sub pœnis, & censuris suprascriptis,& sub pœnis,& censuris in decretis ornamentorū , & ultra hoc in pœnā ducatorū centū auri p quolibet,in qbus pœnis,& censuris,secuta declaratiōe dictorū Dn̄orū intelligant̄,& sint cōdēnati, & trāsmittant̄ statim ad exactores,p sic condēnatis,et ī omni casu suprascripto, tā secuto, q̄ sequēdo,Pretor,& qlibet Officialis executor,datis sibi nominibus,teneat̄ exequi,& executioni mādare,quātum in p̄senti lege cōtinetur , cōtra eos,q contrauenerint,& comprahensi sunt,est dispositum.

Et in futurum dicti Magn. Dn̄i teneantur, & debeāt in ppetuum iurare obseruantiā decretorum ęditorum,& in futurum ędendorum sup peste,ī introitu ipsorum Dominorū in palatio. Et casu quo p̄dicti in casibus supra secutis non obedierint ut supra,tunc p̄fati Domini teneātur,& debeant pro positam de huiusmodi re facere in Cōsilio Generali per eos congregando ad effectum,ut dictum Cōsilium deliberare possit sup tali re id,quod sibi opportunum esse uidebitur.

Et qnicunq; adueniēs,& interrogatus negauerit se ex loco infecto uenisse,& postea inueniretur non dixisse ueritatem , puniatur ad opus Lucensis cōis ī florenis decē auri,de facto,& sine aliquo pcessu,soluēdis ipsa die factę condēnationis,quos si ipsa eadē die nō soluerit,puniatur p.D.Potestatem, uel p Capitaneū comitatus in duobus tractibus funis,aut quattuor uerberibus,seu pcussionibus cū bastone,et similiter puniatur, siquis fraudulēter, aut uiolenter intrauerit,ueniendo ab huiusmodi locis. Et ultra prædicta,in quolibet suprascriptorū casuū talis p̄sona , si fuerit de ciuitate,comitatu,& districtu Lucen.illico extra ciuitatē expellat̄,& mittatur ad obseruantiā absentiæ,& distātię ut supra,p termino unius mensis,cum cōditionibus,& pęnis,ut supra in principio Statuti cōtinetur, et si fuerit forensis,qui nō sit de ciuitate,comitatu,& districtu Lucen.illico extra districtum expellatur.

Decernētes ulterius,q̄ nullus de ciuitate Lucen.comitatu,uel districtu,aut ibi habitās audeat quoquo modo ad aliqua loca infecta peste ire,uel accedere,sine expressa licētia Mag.Dn̄orum,sub pęna ducatorū decē soluendorū ut supra a die latę cōdēnationis,alias duorū tractuū funis,uel quattuor uerberū cum bastone,& expulsionis extra ciuitatē,& obseruationis absentiæ,& distātiæ ut supra. Et si fuerit forensis,expellatur etiā de toto territorio,ultra pœnas suprascriptas. Et ea intelligātur loca infecta,& p infectis habeātur,& tractentur,quo ad p̄dicta,q̄ dicti Magni.Dn̄i declarauerint esse infecta,& p

infectis

infectis haberi mãdauerint. Q næ loca sic declarata publice debeãt appare re in cãcellaria ipsorum. Dñorũ,& in allodio plateæ,& ad portã. S. Petri, ut magis nota esse possint, et liceat cuilibet accusare delinquẽtes in quolibet su prascriptorũ casuũ,& eius nomen teneatur secretũ, et ipse accusator, cuius ac cusatio uera repta fuerit, lucretur florenos tres ad. xxxvi. q sibi soli debeãt de pecunia Lucen. cõis, p manus ꝓpositi sex, p modum secretũ. Et ꝑdicta debeãt dicti. D. Antiani inuiolabiter obseruare,& obseruari facere, Et simili ter. D. Lucen. Potestas,& Capitaneus teneãtur ea exeq̃,& obseruari facere sub speciali uinculo iuramẽti,& sub pęna ducatorũ decem auri p quolibet Antiano cõtrafaciente,& sic ipsi Domino Potestati,& Capitaneo, quotiens cõtrafacerent, in q̃bus ipsi Domini Antiani,& Potestas,& Capitaneus, de beãt finito officio sindicari.

Et quãdocunq; accideret casus pestis ĩ ciuitate, uel comitatu lucen. tenean tur,& debeãt Magn. Dñi, q tunc ꝓsidebunt eligere tres ciues sanitatis,& sup ꝓuisionibus pestis seruato, uel nõ seruato ordine terseriorũ ĩ electione quo rum ciuiũ electio duret postea anno uno, a die electiõis,& ipsis ciuib. possit p dictos Dños, q fuerit p t̃pa cõstitui merces,& salariũ p illis tantũmodo mensibus, q uidebunt periculosi, aut laboriosi ad iudiciũ ipsorũ Dñorum, et habeãt ipsi ciues authoritatẽ expẽdẽdi de pecuniis lucen. cõis usq; ĩ sum mam florenorũ ducentorum quolibet anno,& ultra etiã expẽdere possint usq; ĩ ducatos quĩgentos auri, de cõsensu tamẽ expresso dictorũ Dñorum, intelligẽdo dictas expẽsas fieri posse p medicis, cõsoribus,& aliis ꝑsonis re putãdis ad curã,& seruicia infirmantiũ,& cõtagiosorũ,& p habẽdis religio sis, si opus fuerit, et si aliter p clerũ nõ foret prouisum, et p medicinalib. etiã rebus, et alimẽtis infectorũ, et p mãsionibus, et pro aliis q̃buscunq; ꝓuisioni bus, et remediis necessariis faciẽdis. De expẽsis autẽ, quas facerent p ꝑsonis q̃ nõ essent pauperes, et miserabiles, debeãt dicti ciues dare cõputum officio super introitibus, ut ĩ totum, uel in partẽ, secundum discretionẽ dicti officii exigãtur postea a dictis personis, uel ab heredibus ipsorum.

Pro cõseruanda autẽ sanitate, atq; pro euitãda, siue cauẽda pestis infectio ne, tributa sit ipsi officio dictorũ ciuiũ plena, et libera potestas, nullis Statutis astricta, et tãta, quantã habet CõsiliumGenerale ciuitatis lucen, cõtra oẽs, et singulos forẽses, districtuales, et comitatiuos, infectos, siue q cũ infectis con uersati fuerit, ita q̃ se nõ ĩmisceant, sed ab aliis maneãt segregati: Et ꝑpterea ꝓcepta q̃libet facere possint, et pœnas quascunq; imponere cõtra nõ parẽtes, et alia oĩa remedia, et ꝓuisiones opportunas facere, sicut eis uidebitur expe dire, ad hoc ut pericula contagionis euitentur: Et similem authoritatem habeant contra portantes in ciuitatem, uel territorium, aut per territorium Lucense, pannos, aut alias quascunq; res infectas; et morbo epidimiæ con tagiosas. Sed cõtra ciues Lucen. nullã dicti tres ciues habeant potestatẽ, nisi in casibus de q̃bus infra, sed ea reseruata sit dictis Dñis, quorũ Dñorũ ꝓce ptis ẽt ciues lucen. parere teneãtur, in nõ exeũdo de domibus cum ipsorum

familiis,quãdo ipsis Dñis uideretur,ꝙ ipsorum cõuersatio esset periculosa, & si dicti ciues fuerint renitẽtes,possint de facto puniri,mulctari,et condẽnari quacunqꝫ pœna pecuniaria,aut psonali,sicut dictis Dñis uidebit̃,cõsiderata obstinatiõe,et psumptione obedire nolẽtis,liceat tamẽ dictis ciuibus exire impune de ipsorũ domibus,causa eũdi extra ciuitatẽ ad cõmorandũ in ipsorũ pdiis,uel in pdiis cõductis,aut cõmodatis,ex qbus expelli nequeãt dũmodo debeãt honeste habitare ĩ ipsis pdiis,et nõ se indiscrete immiscere cũ uicinis:liceat etiã unicuiqꝫ ciui Lucen. tẽpore quo uigeret pestis ĩ ciuitate Lucen.redire in ipsam ciuitatẽ,etiã si esset infectus,et repelli nequeat,dũmodo ingrediẽs ciuitatẽ declaret conestabilibus portarũ se esse infirmũ,uel ĩ familia sua esse contagionem,et recta uia tẽdat ad domũ suæ habitãdis,uel ad eũ locũ,ubi manere intẽdit,et inde postea nequeat exire,sine expressa licẽtia dictorum Dominorum sub pęna ad arbitrium ipsorum imponenda.

Et tunc intelligat̃ uigere pestẽ, et esse ciuitatẽ infectã,cum fuerit de infectione facta declaratio p dictos Dños,ꝙ declaratio apparere debeat ĩ cãcellaria,et etiã in scriptis apparere debeat ĩ uel apud allodiũ plateæ in loco manifesto,tẽpore uero quo ciuitas esset libera a peste, nullus q sit infectus,aut de infectione suspectus,possit,aut debeat ullo modo intromitti in ciuitatẽ, nec intrare possit dictã ciuitatẽ,sub pęna arbitrii dictorũ Dñorũ p tpa existẽtium imponẽda,secundũ qualitatẽ casus: Et habeãt etiã dicti Dñi authoritatẽ,et baliã mittẽdi extra ciuitatẽ oẽs,et singulos ciues infectos cõtagione pestis,sicut qui suspecti essent ob dictã pestẽ,p cõmorando una cum eorum familiis in eorum pdiis ppriis,seu cõductis,uel cõmodatis,siue in aliis locis ad declaratiõnẽ ipsorũ deputãdis,sub pœna tã psonali citra mortẽ, ꝙ pecuniaria,cõtra illos,q essent renitẽtes,prout ipsis Dominis uidebitur.

Habeãt insuper authoritatẽ pfati Dñi,quotiẽs,et quãdo uigeret pestis in ciuitate Lucen.et facta declaratione ut supra,prouidendi,ꝙ Officiales,et Stipendiarii eorum officiis,et custodiis debite satisfaciant, et nõ parentes ipsis Dominis,et nõ faciẽtes ipsorum debitum,possint mulctare,et remouere,et alios substituere,seu de nouo eligere,atqꝫ etiã salaria,et stipẽdia augere,si eis uidebitur,ad hoc ut debite sit puisum officiis ordinariis,et custodiæ ciuitatis,Et penes eosdẽ Dominos in dicto casu pestis uigẽtis sit plena,et lata authoritas expẽdendi,et obligandi introitus,et prouentus Lucen.cõis præsentes,et futuros,p satisfaciẽdo Officialib.et aliis deputatis ad custodiã ciuitatis,atqꝫ etiã p interesse pecuniarũ accipiẽdarũ ad cãbium p dicta causa,si necessitas postulabit,possit expẽdere usqꝫ ĩ sũmã ducatorũ qngentorũ auri.

Et ut in prõptu habeãt aliqua summa pecuniarum p tẽpore pestilentiæ, ex nunc ĩtelligat̃,et sit statutum,et ordinatum, ꝙ deinceps omnis introitus macelli reponi debeat in Tarpea,usqꝫ ad summã ducatorum triũ milliũ auri,neqꝫ inde possit extrahi,aut expẽdi alio tpe,ꝙ tpe pestis uigentis,sub pœna ducatorum centum cuilibet Antiano,qui consensum præstaret de ipsis extrahendis, aut qui consensum præstaret de recurrendo ad Consilium

Generale

Generale,pro habenda licentia extrahendi dictas pecunias.

Sit etiam ad præfatos Magnificos Dominos delata omnis authoritas,secretariorũ,sex super custodia,& Officii super introitibus,& conducteriorũ, quando dicto tempore pestis uigentis præfata Officia honorũ,& Magistratus,haberi,aut congregari commode non possent. Et si quo casu dicto tempore pestis abesset Potestas lucen.uel Capitaneus, possint præfati Dñi eligere,& deputare aliquẽ Officialem, siue Barigellũ,qui præsideat in criminalibus,& authoritatem habeat,sicut Dominus Potestas,& capitaneus, ne delicta committantur,& remaneant impunita. Et talis officialis deputatus procedere possit summarie,& de plano,reiectis solennitatibus,& terminis iuris & statutorum,dummodo in impositione pœnarum non excedatur taxa, et quantitas a Statutis ordinata.

Si uero tempore dictæ pestis uigentis accideret casus,ꝙ aliquis ex Antianis metu pestis,uel alia causa discederet ex Palatio,uel si aliqs extractus Antianus non ueniret,et propterea deesset numerus septẽ Antianorũ ĩ Palatio nihilominus Potestas totius collegii restet penes illos Antianos, qui restabũt,et remanebunt ĩ Palatio,dũmodo sint quinq; ad minus, et possint omnia facere,quæ facere posset totum collegium,ad hoc ut salus reipublicę nõ deseratur,sed adsint perpetuo qui tanquam caput,regant corpus Ciuitatis ad libertatis cõseruationem. Et nihilominus quicunq; Antianus discesserit, sine expressa licentia collegarum, siue non uenerit ad exercendum Officiũ Antianatus, intelligatur ipso iure,et ipso facto,absq; alia declaratione cõdẽnatus in ducatis centum auri,quemadmodũ disponit forma statuti,et intelligatur,et sit priuatus omnibus dignitatibus, honorib.officiis, et Beneficiis Lucensis cõmunis,et audiri nequeat ad ius,agendo,quandiu steterit ĩ mora soluendi cum effectu dictos ducatos centum,quibus solutis cessent contra eum omnes suprascriptæ priuationes,prohibitiones,et deueta.

Insuper ut etiam in sex milliaribus,et comitatu sint qui uigilent,et prosint curę infectorum,Sancitum intelligatur,et sit, ꝙ unumquodq; pleberiũ sex milliariorum teneatur eligere, et deputare omni anno tres homines ipsius pleberii,qui aduenienre casu contagionis in aliquo cõmuni dicti pleberii,teneãtur facere puisiones opportunas, et puidere de alimentis infectorum,et eorum,qui cum infectis Conuersati essent,ne coacti necessitate se immisceant cum reliquis non infectis , et Omnia Notificare debeant Tribus Ciuibus super sanitate , seu dictis Dominis,ut ad alia remedia, et prouisiones ꝑcedi possit,si Opus fuerit.

Expensæ autem,quas fecerint dicti tres homines de pleberio,debeant resarciri,et restitui p personas ĩfectas,uel per heredes ipsarũ,in totũ, uel in partem,sicut uidebitur officio ciuiũ super sanitate,uel ĩponi debeãt inter homines illius cõis,ubi fuerit ĩfectio, sicut imponunt̃ cætera onera puenientia de Mandato lucen. cõis, et similiter obseruari debeat p homines cõtratarũ, et brachiorum,et suburbanorum,qui omnes censeantur ad instar unius plebe

tres homines,ut supra,cũ authoritate,& conditionibus suprascriptis, teneã tur etiam omnia dicta pleberia infra terminum unius mensis,a die præcepti faciendi pro parte triũ Ciuiũ super sanitate fecisse, & construxisse in aliquo loco remoto,& tuto,ubi melius,& commodius uidebitur,in ipso tamen plebeio unam capannam idoneam,& sufficientem,& bene tectam,ita quod cõmode possit habitari,ad arbitrium trium ciuium super sanitate, ad quã mitti possint illi,qui infirmarentur,uel qui conuersati essent cum infectis,& ipsa capanna manuteneri debeat bene cooperta,& clausa,ita quod parata sit,& commoda temporibus necessariis,& sic obseruetur in brachiis,contratis, & suburbanis,ubi sufficiat una tantum Capanna pro omnibus,& si dicta plebaria,contratę,brachia,& suburbana prædicta nou fecerint,atq; obseruauerint, puniantur de facto per dominum exactorem,ĩ ducatis decem auri, ad opus camerę,& de pręceptis suprascriptis fiat nota in curia exactoris.

Et ut pœnæ impositæ per formam præsentis statuti facilius exigatur,Statutum,& Sancitum sit,& esse intelligatur, ꝙ omnes illi, qui declarabuntur per collegium præfatorum Dominorum incidisse iu aliquam ex suprascriptis pœnis, intelligantur priuati omnibus hosoribus, officiis, & beneficiis Lucensis Communis, atque prohibiti sint eligi, nel assumi, quandiu steterint in mora soluendi pœnas eis impositas,& ultra hoc audiri uequeant ad ius agendo,donec effectualiter soluerint ipsas pœnas,quibus solutis cessent omnes suprascriptæ prohibitiones,& deueta cõtra eos.

Decernentes ulterius, ꝙ dicti tres ciues super sanitate,qui per tẽpora erũt, possint prohibere quibuscunq;,tam ciuibus,& habitatoribus lucensis ciuitatis, quam comitatiuis, districtualibus,& forensibus,quod exire nou possint territorium lucense, Item quod forenses uenientes de extra territoriũ nou recipiãtur,seu hospitentur,sub illis pęnis,& censuris,quę eis uidebũtur, & eodẽ modo data esse intelligatur, & sit authoritas præfatis Ciuibus, mulctandi,& condemnandi omnes,& singulos officiales ciues ab eis eligendos, in illis pecuniarum pœnis,& priuationibus officiorum, de quibus eis uidebitur,& placebit,Considerata qualitate delictorũ,seu inobedientię, dummodo mulcta,& cõdemnatio pecuniaria nou excedat summã ducatorũ quinquaginta,ꝑ quolibet ab eis coudemnando.

Et ultra suprascriptam authoritatem possint quoq; dicti ciues condẽnare, & punire omnes,et singulos purgatores,et uespiliões,et alios ab eis ad dictũ exercitium electos, tam mares,quam fœminas quacunque pœna personali, usque ad mortem inclusiue,et pecuniaria, prout eis uidebitur, et placebit,et omnes officiales,ac stipendiarii Lucẽsis. Cõmunis Teneantur parere dicto officio in executione prædictorum sub pœna ducatorũ quinquaginta auri, nisi a præfatis Dominis esset eis ꝓhibitũ expræsse aliqua rationabili causa.

De Bonis Communalibus non alienaudis,occupandis, seu diuidendis. Cap.X.

Statuimus,

CVm loca,& bona cōmunalia fuerint ab initio cōcessa, et data cōmunibus sex milliariorum,et Vicariarum,non ut ab ipsis cōibus alienarentur,sed ut cōtinue remanerentur ad ppetuos usus habitantium in ipsis cōibus,tā p pascuis pecorum,et armētorum,q̄ pro aliis agricolarū,et colonorū Ciuium necessitatib.et quia nōnulla p̄senti tm̄ ac momentanea cōmoditate decepti de futuris necessitatib. pro se,et posteris,nō considerātes ipsa bona cōmunalia ī totum,uel ī partem alienare p̄sumpserūt,siue īter se ipsos partiri, aut aliter occupare,seu usurpare cōtra iustitiā,& cōe bonū,Ideo uolētes huiusmodi malo occurrere,& salubre adhibere remediū,Statuimus,q̄ oēs,& singulę uēditiones,cessiōes,partitiōes,usurpatiōes,occupatiōes,& alienatiōes dictorū bonorū cōaliū factę ab anno .M.CCCC.XII.citra p ipsa cōia,uel p particulares p̄sonas quocūq; modo,&causa,exceptis alienatis,uel diuisis,seu acquisitis,& occupatis quomodocūq; ex pmissu,seu de licētia Magni. Cōsilii Generalis,etiā si dictę alienatiōes factę essent sub noīe donatiōis,uel emphiteosis,aut liuelli,seu locationis ad lōgū tēpus,uel sub alio quouis titulo,ītelligant,& sint rescissę,& p uanis,irritis,& inanib. declaratę,ita q̄ nullius momēti,roboris,& efficacię sint,nullumq; omnino effectū cōsequātur,sed ipsa bona,et loca remāneāt,et cēseantur cōmunalia,sicut erāt ante ipsas alienationes,uēditiones,partitiones,seu occupationes, et ī eis pateat accessus,et usus unicuiq; habitanti in cōi,cuius erāt,et sunt dicta bona cōialia,ac si nunq̄ alienata,diuisa,occupata,seu translata fuissent,reseruato tamen emptoribus dictorum bonorum iure repetendi ab illis,q̄ dicta bona alienauerūt,uel ab eorum hęredibus totum p̄cium,quod ī rei ueritate exbursasse,et numerasse p bauerit,de qua numeratione stetur declarationi Dn̄i lucen.Potestatis p rebus existentibus ī sex milliaribus.Pro rebus autem existentibus ī Vicariis, et ī potestaria Mōtis tignosi stetur declarationi uniuscuiusq; Vicarii ī sua uicaria,et Potestatis Mōtis tignosi ī ipsa potestaria,saluo tamen priuilegio forī tā p ciuibus,q̄ pro districtualibus,uidelicet q̄ cōueniant, et cōueniantur corā Iudicibus suis ordinariis,et ī p̄dicto casu declarationis faciendę procedāt,et cognoscant summarie,et de plano,sine strepitu,et figura iudicii,et secundum eorū conscientiā iudicent,nec possit ab eorū sententia,et declaratione appellari.Et ne ī futurum aliquis p̄sumat emere,aut quouismodo partiri,sibiq; acqrere,uel appropriare,aut p̄sumat alteri uēdere,donare, cedere, uel alienare,quouis titulo,seu causa,bona,et loca cōialia sine licentia pręfati Cōsilii,sit deinceps imposita poena ducatorū centū auri cuilibet cōtrafaciēti ī aliquo suprascriptorū modorū,uel dādo,uel recipiendo,et nihilominus oēs cōtractus,q̄ fierent de alienationib.ipsorū bonorū cōialium sint ipso iure nulli,inanes,nulliūq; possint,aut debeant cōsequi effectū.Declarātes insuper,q̄ oīa bona pro cōialibus descripta,q̄ nō fuerīt hodie redacta ad cultura,et acq̄sita ut supra,intelligant,et sint ipso iure, et ipso facto reuersa cōialia,et ad usum hoīum habitantiū,et ī possessionē existentiū ī dictis cōibus, in quibus dicta bona sita sunt,Et si p possidētes ea de p̄senti,eisdē homini-

bus dictis bonis cōalibus sic utētibus,seu uti uolētibus,aliquod datū fuerit impedimentū,quominus dictis bonis uti,& frui possint,intelligant ipso iure,& ipso facto illi,q dictū impedimentū dederit,aut pstauerint,seu dari,& pstari fecerit,incidisse ī pęnā ducatorū.XXV.p quolibet,& qlibet uice,qua dictū īpedimentū dederit,aut pstauerit,seu dari,& pstari fecerit,& usque quo nō soluerit suprascriptos ducatos.XXV.fiat,& esse intelligant ad speculū: Et officiū triū ciuiū puisorū sup syluis teneatur diligentissimā inquisitionē,& inuestigationē facere de oibus,& singulis occupātibus,nō relaxātibus,& seu impedimentū pstantib.& pstari faciētibus ut supra, et teneātur, et debeāt uinculo iuramēti oēs delinquētes cōtra formā, et dispositionem psentis legis ad eius notitiā puenientes denūciare,seu p eius notariū denūciari facere Dño lucen.Potestati,seu Exactoribus infra decē dies,a die scientię sub pęna piorii,q Dñs Potestas,et Exactores, et qlibet ipsorū officialiū habeāt ordinariā authoritatē,et potestatē ipsos ingrēdi,puniēdi,cōdēnādi, et seu condēnatos declarandi secundū formā, et dispositionē psentis legis, summarie,tā p testes,q per instrumenta,et p loci ad oculos subiectionem,et prout eis,uel alteri eorū officii procedentiū iustum,et æquum uisum fuerit, pro obseruatione præsentis legis, a quorum grauaminibus non possit appellari,supplicari,querelari,uel ad aliquem iudicem recursus haberi,nisi tantum de iniustitia illata præter,et contra formam,et dispositionem pręsentis Statuti,in quo casu appellari possit ad maiorem Syndicum,et Iudicem appellationum ciuitatis Lucensis,et in dicta appellatione seruētur Statuta curiæ ipsius Syndici De appellationibus loquentia, et liceat unicuiq accusare, et denunciare omnes culpabiles tam suprascriptis Ciuibus, q Domino Lucensi Potestati,et maioribus Exactoribus,et nomen eius teneatur secretum,et lucretur si denunciauerit dictis Ciuibus super syluis quartam partem condemnationis fiendæ,seu declarandæ, alia quarta pars sit Ciuium præfatorum super syluis, et reliqua medietas sit Lucensis Communis, et ubi per dictum Lucensem Potestatem,seu Exactores fuerit processum ad accusam,uel denunciam,q per officium super syluis, in dictum casum accusator lucretur tertiam partem condēnationis fiendæ,seu declarandæ,et aliq duæ partes sint præfati Lucensis communis, et in dictum casum officium. Prouisorum super syluis de dictis condemnationibus nil lucretur. Et prædicta omnia non se extendant,seu aliquo modo se referāt ad illa bona,quę licet sint,aut fuerint alicuius communis,non tamen sint,aut fuerint cōmunalia bona,si fuerunt aliquo iusto titulo per ipsum commune acquisita, Decernentes pro tollenda omni dubietate circa bona communalia, de quibus in præsenti Lege mentio fit,q illa intelligantur fuisse bona cōmunalia,quę pro communalibus descripta reperiuntur in Libris mensurarum Archiui publici Lucensis,et in Libris æstimorum Vicariarum, et Potestariæ Mōtis rignosi,singula singulis referendo, Non derogādo p prædicta Dispositis per Magnificum Consilium Generale super bonis communalibus.

De autho-

De Authoritate Magnificorum Dominorum, circa Cōmunia Districtus Lucensis inter se occasione Confinium litigantia. Cap.XI.

STatuimus, q contra Comitatiuos subditos, et districtuales, et Communia Ciuitatis, et Districtus lucē, quæ cōtenderēt ad inuicē, uidelicet unū commune contra aliud occasione finium terreni, siue territoriorum, habeant Magnifici Domini Antiani plenam authoritatem, et liberam potestatē puidendi omnibus modis, uiis, atq remediis opportunis, et prout ipsis Dominis uidebitur pro tollendis, et dirimendis dictis contentionibus, et litibus, et ipsa communia, uel aliqui homines ipsorum communium, uel pro ipsis communibus sumerent arma, uel insultus facerent, aut terminos euellerent, possint præfati Domini eos punire, et condemnare, et poenas, et puni tiones quascunq imponere, et facere, et exequi, atq exequi facere per quoscunq Officiales, ac Stipendiarios lucensis communis. Item pro ipsis litibus seu contentionibus dirimēdis, possint dicti Dñi eligere commissarios, et diffinitores, seu terminatores unū, siue plures, habitis primo suspectis, et cō fidentibus a partibus, quas partes cogere possint ad dictos suspectos, et cō fidentes præsentandum, et habeant etiam ipsi facultatem imperandi, et pro uidendi, q numerus suspectorum refrenetur, et ipsis commissariis satisfieri debeat non expensis lucensis communis, sed sumptibus, et expensis com munium litigantium, et contendentium, secundum quod taxauerint, et declarauerint prædicti Domini, et si contigerit q aliqua ex partibus uellet infra decem dies, a die latę sententiæ appellare, seu reductionem petere ab ipsa sententia cōmissariorum, siue cōmissarii ut supra electorū, seu electi nō possit ad aliū Iudicem recurrere, nisi ad dictos Magnificos Dños Antianos, & Vexilliferum iustitiæ, qui in dicto casu teneantur eligere alium, siue alios Commissarios, habitis suspectis ut supra, & mittendos expensis litigantium, & contendentium ut supra, Et si primam sententiam confirmauerit, seu confirmauerit, non possit ulterius appellari, uel reductio aliqua peti, etiā si allegaretur enormis, uel enormissima lęsio: Si uero prior sententia fuerit infirmata, tūc possit per eam partem, quæ alias non appellauerit, haberi recursus ad dictos Dominos infra decem dies, a die latæ secundæ sententiæ, & in dicto casu eligi debeant per suprascriptos Dominos tertius, siue tertii commissarii modo, & forma ut supra, & sumptibus litigantium ut dictum est, a quorum, siue cuius tertii Cōmissarii sententia, nequeat postea ullo modo per aliquam partem appellari, uel reductio aliqua peti, etiam si allegaretur læsio enormissima, sed ipsa tertia sententia debeat omnino inuiolabiliter obseruari, Et prædicta omnia, & singula intelligantur, & sint addita Statuto posito Libro Primo, sub Rubrica De Quęstionibus, quæ uerterentur inter Cōmunia Lucensis Districtus occasione territoriorum, seu terminorum, seu occasione alicuius Fluminis, seu Riui.

Quomodo Forenses, & Comitatiui Ciuilitatem adipiscantur. Cap.XII.

STatuimus,& Ordinamus,ꝙ Filii,& filiorum Filii,uidelicet Descendentes usq; in secundam generationem inclusiue omnium Forēsium,& Exterorum,qui ab annis duodecim proxime preteritis citra,uenerunt,& in futurum perpetuis successiuis temporibus uenient ad habitandum in Ciuitate,Comitatu,Districtu,& Territorio lucensi,tam hucusq; nati,q̄ qui in futurum nascentur in dicta Ciuitate, Territorio, Comitatu,& Districtu nullo unquā tempore adipiscantur,nec adipisci intelligantur, & possint ciuilitatē lucensis Ciuitatis,quo ad omnes dignitates,magistratus,et omnia officia, tam honoris,q̄ utilitatis,quæ,et qui dantur,et conferuntur per Lucense cōmune,aut ipsius communis,et Ciuitatis quamlibet uniuersitatem, Sed huiusmodi Filii,et Descendentes ut supra,in omnibus,et per omnia a prefatis Dignitatibus,Magistratibus,et Officiis sint penitus exclusi,nec ullo unquā tempore ad ipsas,ipsos,et ea admitti,aut eligi ualeant. Et si per aliquem errorem ad præfatas Dignitates,Magistratus,et Officia admitterētur, aut eligerentur,aut aliquis eorum admitteretur,aut eligeretur,huiusmodi admissio,siue electio non ualeat ipso iure,et poenitus sit nulla,nullius roboris, efficaciæ,uel momēti,et pro non facta habeatur,et in omnibus aliis casibus,dictis Dignitatibus,Magistratibus,et Officiis tā utilitatis,q̄ honoris exceptis, sint,et esse intelligantur Ciues.

Item,ꝙ Descendentes prædictorum Forensium,et Exterorum ultra secundum gradum suprascriptum,nati in Ciuitate,sint,et esse intelligātur in omnibus,& per omnia Ciues,& habiles ad consequendum prædictos magistratus,Dignitates,& Officia,& fruantur,& frui possint dicta ciuilitate,tā circa Dignitates,& Officia prædicta,q̄ etiam circa omnia alia,& quæcunq;, quæ conceduntur,& permissa sunt Ciuibus originariis Lucensis Ciuitatis per formam Statutorum dictæ Ciuitatis.

Et quia multoriēs occurrit,ꝙ Comitatiui lucensis Ciuitatis habētes uxores prægnantes,dedita opera appropinquante tempore pariendi,ipsas uenire faciunt ad parturiendum in Ciuitate lucensi,ut ipsorum filii,etiam ꝙ postea habitent in Comitatu,adipiscantur ciuilitatem,quod redundat in graue damnum,& præiudicium aliorum hominum eorum Communium ,ac etiam communis lucensis,occasione æstimi,& aliorum grauaminum,a quibus se excusant,allegando ciuilitatem,et Ideo,ut huiusmodi fraudibus obuietur,Statutum sit,ꝙ Filii Comitatiuorum,& Districtualium territorii lucensis,qui in futurum nascentur in lucensi Ciuitate,non adipiscātur, nec aliquo modo adepti esse intelligantur ciuilitatem, nisi postquam in dicta Ciuitate continue habitauerint per annos quinq; continuos,a die eorum natiuitatis computandos,& numerandos,quo casu sint,& esse intelligantur Ciues originarii,cum declarationibus tamen, & limitationibus infrascriptis ,

uidelicet,

uidelicet, ꝙ si transactis, & finitis dictis annis quinq; ut supra, redirēt ad habitādum in Comitatu, ibiq; habitarent, & starent per sex menses, aut ultra, ipso facto, & ipso iure amittant ciuilitatem, quam tamen adipisci iterū possint, & adipiscantur, si denuo redierint ad habitandū in ciuitate lucensi, ibiq; habitauerint per tres annos continuos, & ita successiue redeundo in Comitatu, & ibi habitando per sex mēses, aut ultra, amittant ciuilitatem ut supra, quam non possint adipisci, nec adipiscantur, nisi redierint ad habitandum in ciuitate, ibiq; habitauerint per tres annos continuos, a die eorum reditus computādos, & sic successiue ut supra dictum est, semper in supradictis casibus respectiue amittant, & adipiscantur ciuilitatem.

Et quia experiētia docet, ꝙ declarationes, quæ fiunt per Dominum maiorem Syndicum, siue alios Officiales lucēsis communis habentes authoritatem de illis Comitatiuis, & Districtualibus lucensis Ciuitatis, qui per septēnium continuum exercuerunt aliquam artem in capite, ꝙ huiusmodi adipiscantur, & adeptos esse intelligantur ciuilitatem, secundum formam Statutorum lucensis communis, sæpe sæpius fiunt in fraudem, & in huiusmodi declarationibus non adhibetur ea diligentia, quæ adhiberi deberet, Ideo Statutum intelligatur, & sit, ꝙ omnes Comitatiui, & Districtuales lucen. territorii, qui in futurum, allegando exercuisse per septennium continuum aliquam artem in capite fuerint declarati adeptos fuisse ciuilitatem, aut beneficio, & priuilegio ciuilitatis uti debere, et ad eam admittendos esse nō possint ea uti, frui, nec ad eam, et ipsius priuilegium admitti possint, nec huiusmodi declaratio præfatis, aut alicui ipsorum prosit, aut prodesse possit, nisi prius declaratio sic ut supra facta, fuerit reuisa, examinata, et approbata in honorando Consilio triginta sex per tres partes de quattuor existentium in dicto Consilio, et propterea nulla taxa solui debeat. De qua examinatione, et approbatione apparere debeat publica scriptura in Cācellaria Magnificorum Dominorum Antianorum, cum declaratione, ꝙ nullo unquam tempore aliquis prędictorum Comitatiuorum, et Districtualium possit ad priuilegium ciuilitatis admitti, nec ea uti, et frui possint, nisi prius fuerit declarati Ciues, et huiusmodi declaratio examinata, et approbata ut supradictum est.

Itē prohibitū intelligatur, et sit omnibus Comitatiuis, et Districtualibus lucensis Ciuitatis, qui uenerunt, aut in futurum uenient ad habitādum in ciuitate lucensi portandi per Comitatum, et Districtum lucen. aliquod armorum genus, donec non fuerint declarati Ciues, et beneficio, aut priuilegio ciuilitatis uti debere, secundum formam Statutorum lucensis communis, et huiusmodi declaratio fuerit examinata, et approbata ut supra, nō obstante ꝙ essent habitatores lucensis ciuitatis, et non obstātibus aliquibus Legibus, Statutis, aut Consuetudine, et Abusu in contrarium facientibus, quibus in hac parte intelligatur, et sit expresse derogatum.

Et prædicta omnia, et singula Disposita in præsenti Statuto, quia sancita

fuerunt,postquam Statuta omnia de materia loquentia impressa fuerunt, idcirco addita intelligantur,et sint dictis Statutis,et præsertim Statuto posito Libro Tertio,sub Rubrica De eo ꝙ Comitatini,et Districtuales ciuitatis lucensis,habitantes Lucæ,et subeuntes onera,et exercentes artem septem annis,efficiantur lucenses Ciues, et Statuto posito Libro Quarto,sub Rubrica De Ciuium,et Forensium qualitate ,et Differētia,et eodem Libro Statuto sub Rubrica De pœna portantis Arma, singula singulis congrue referendo.

De quibusdam Additionibus,& Mendis. Cap. XIII.

QVia ut experientia iam diu docuit,In imprimendis Statutorum Voluminibus, errandi semper lapsus fuit pronus,atq; facilis,tum propter ipsorum Statutorum multiplicem uarietatem, tum quia ex se,multos affert errores impressio ipsa,quos uiri etiam eminentissimi omni studio cauere non ualuerunt,quamobrem in præsenti Statutorum uolumine imprimendo,cum in aliquibus,& si exiguæ importantiæ fuerit erratū, præsertim propter maxima,plurimaq; antiquorū statutorū errata,tamen quia(testante Iure consulto)quolibet legis uerbum,legis pars est: Idcirco ut leges ī presenti Statutorū libro scriptæ ad suā reducātur sinceritatē Imprimis Declaramus,q̄ oēs,& singulæ infrascriptę Additiones,& Mendæ addendæ, uel detrahendæ sunt de locis infra annotatis, & successiue Statuimus q̄ dictæ Additiones,& Mendæ ad singula Statutorum,& chartarum loca,ut infra annotatæ, eiusdē sint effectus,& roboris, sicut cætera Statuta huius libri,& perinde ac si suis locis specifice positæ,& impressę essent,quæ Additiones,& Mendę sunt ut infra, Videlicet.

Charta.ii.a tergo linea .xxxiii.de pœnis,pro de puris

charta.vii.linea prima atergo exactæ forent,pro exactę non forent.

charta.xxii. linea xi.a tergo post uerbum teneatur,addenda sunt ista uerba,facta prius æstimatione de suo interesse,prout supra dictū est, & tanto minus soluere teneatur.

charta .xxxv. linea .xxxv.a tergo,post uerbum actionibus, primo,deficit uerbum petitoriis.

charta. xxxxi . linea . xviii . post uerbum fama addenda sunt ista uerba, nulla possit fieri condemnatio,licet ipsa positio de publica uoce,et fama,

char.xxxxvi.linea.vi.post uerbum propter,deficit uerbum hoc.

char.lxvii.linea.xxxii.a tergo post dictionem tam,deficit in ciuilibus,quā

char.lxix.linea.xvi.superfluunt uerba,et non ultra.

char.lxxix.linea.xii.a tergo terminum,pro triennium.

char. lxxxvii. linea antepenultima a tergo, post uerbum intendimus,deficit uerbum derogare.

char.cx.linea.xvii.descendentes pro ascendentes.

char.cxv.linea.xxviii.competere,pro comperæ.

char.cxvii.linea.xxix.a tergo,petitionem,pro pensionem

char.cxxii.linea.xxxiii.a tergo efficiatur,pro efficaciter.

char.cxxvi.linea xxvii.a tergo,protestationis,pro præstationis, et linea sequenti,protestatio,pro præstatio.

char.cxxxiii.linea penultima principaliter,pro principalis.

char.cxxxxv.linea.xii.cęterum,pro item.

char.cxlii.linea.xxv.post uerba mobilia,et immobilia,addendum est,et se mouentia.

char. cxxxxiii. linea.v.a tergo,maiorem annis ſeptuaginta,pro minorem annis ſeptuaginta.

char.diiii.linea xxxi.ſolennitate,pro ſolutione.

Et eadẽ charta.linea.xxiii.a tergo poſt uerbũ ſecretũ,addẽda ſunt uerba iſta,et ꝑ alia tertia parte officiali exigenti, et ꝑ alia tertia parte cõi lucen.

char.clxv.linea.ix.a tergo poſt uerbũ executio,addi debet inſoluti.

char. clxxxxviii. linea xxxi. a tergo,poſt uerbum proceſſũ,deficiunt iſta uerba,ad conſulendum uſque ad diem reſtitutionis dictorum libro- rum,ſeu proceſſuum.

char.ccxi.linea.vii.legitimantibus,ꝑ limantibus,Et ibi linea.xxix.a tergo poſt uerbũ pręſumat,deficiunt uerba eandem rem,uel.

char.ccxiii.linea.xxx.a tergo,quinquaginta,pro Quingentis.

char.ccxix.linea.xxxvi.uigintiquinque,pro quindecim.

char.ccxxix.linea.xx.a tergo,poſt uerbum ſcribere,deficiũt uerba,uel ſcri bi facere,& ibi linea.xxvii.conferantur pro referantur.

char.ccxxxxvi.linea.xxxviii.dictæ,pro die, & dum ibi dicit̃ incipiant in ſtantiam,legi debet,incipiat inſtantia.

char.cclix.linea.xxviii,ab ea,pro ad ea.

char. cclx. linea .xiiii.tunc,pro nunc,& ibi a tergo linea.xxxii. ſuperfluit uerbum ciuis.

char.cclxxviiii.linea.viiii.a tergo poſt uerbum confirmaretur,addendum eſt,uel annullaretur .

char.cclxxxvii.linea ultima,ante dictionem ſic,deficit dictio ſi.

char.ccxcvii.linea.xxxiiii.poſt uerbum imponenda , deficit dictio non.

char.ccciiii . linea . xxxviii,a tergo,poſt uerbum milleſimo,deficit quin- genteſimo ..

char.cccvii,linea.v.a tergo citatione pro monitione.

char.cccix.linea.vii.exatores pro executores,& char.ſequenti linea.x. exa ctionibus,pro executionibus.

char.cccxi.linea ii.a tergo,teſtium,pro fideiuſſorum.

charta. cccxii.linea.v. poſt uerbum fideiuſſorum,addi debet uerbum pro uentus .

et ibi linea.xxviii.a tergo,charta,pro caſſatura.

char.cccxiii.linea.xxiii.uiginti ſex,pro triginta ſex.

char.cccxiiii.linea.xxii,a tergo,poſt uerbum excedere,deficit dictio non.

char.cccxvi.linea.xvi,poſt uerbum in perſona,deficiunt uerba,aut bonis.

char. cccxxxiii.linea ultima,ubi dicitur plebe,legi debet pleberii , poſt qđ uerbum addenda ſunt iſta uerba,& ſic eligere debeant.

Et aduertat̃ ad Statutũ numero.cxxxx. Secundi libri,ſub Rub.De eo ꝙ nulla pſona laborare &c. quod ex quo poſt impreſſionẽ dicti Statuti fu it immutatus alueus dicti fluminis ab officio ad id deputato,Diſpoſita in dicto Statuto locũ habeant,in caſu quo flumen Serchii decurrat ꝑ al ueum conſuetum ante dictam immutationem , uel ea non obſtante ad ipſum alueum conſuetum redeat,& non aliter.

OPERIS REGESTVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM
NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ.

AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK
LLL.

Omnes sunt Terni exceptis.AAA, & GGG. qui sunt Quaterni, & kkk qui est ternus,& cum dimidio folio.

Leges has Municipales,seu Lucensis Ciuitatis Statuta Ioannes Baptista Phaellus Bononiensis
Lucensi Aere publico Lucæ impressit, sub Anno a Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi
MDXXXIX.
Cal. Martiis.

Approbata,Confirmata,Emologata,& Conualidata fuerũt omnia,& singula suprascripta Statuta per Maius,& Generale Consilium Lucen. Ciuitatis,celebratum Die.VI.Iunii.Anni ab orbe redempto M.D.XXXIX. hoc addito ꝙ ipsorum robur,uigor,& obseruantia incipiant in Calendis Septembris dicti Anni, prout in libro Reformationum Ciuitatis eiusdẽ sub Die, & Anno suprascriptis latius continetur.

Bonauentura Barilius Iur.V.Doctor,et
Cancellarius Reformationũ Luceñ.Cõis.



Henricus Buccellius Iu.V.Doct.Magnificis DECEMVIRIS, ac Ciuibus omnibus Lucensibus. S. D.



ABETIS Magnifici DECEMVIRI, ac Opt. Ciues Leges has formis meliorib.descriptas, et accuratius ca stigatas, et quidē non eas, quas Aegyptiis tulit Osiris, Carthaginiensib.Charinūdas, Atheniēsibus Solon, Lacedęmoniis Lycurgus, sed quas uosmet ipsi summa religione sanxistis, ac ratas semp esse uoluistis, haud equidē sum nescius, uos omni studio iamdiu in hāc curā incubuisse, ut saluberrime Reip. uestrae leges, quae prudēter tū a maiorib. uestris, tū a uobis latae fuerūt, cū uariis cācellarię(uti uulgo aiūt) publicę libris sparsę essent, expurgarenē, expurgatæq; demū, atq; auctæ in unū corpus redigerenē, quod tādem cū iussu uestro a nobis ꝑ nostra ī patriā singulari pietate, et egregia erga uos uolūtate factū sit, Superest, ut uosipsi Statuta hęc(sic enim iā ab omnibus appellanē) obseruādo, aliis obseruādi iter demōstretis. Iā uero qd tutius Reip. lucēsi esse potest, quā si uos optimis legibus freti, et casus, et oēs fortunæ ictus nō extimescatis? quādoquidē iura publica certissima sunt humanę uitę ꝑsidia, infirmorū auxilia, potentū frena, unde, et securitas existit, et tranqllitas otiē. Estote igiē æqui, et boni, et animaduertetis quā ampli ex æquitate, & iustitia fructus capiantur. Abstergite ex animo oēm labem, sic enim fiet, ut Ciuitas uestra(quod nunc facit) dulcissima fruatur libertate, et uos perbeati sitis, quod aliter cōsequi nō potestis, nisi iustitiā colueritis, eam itaq; colite, leges uestras obseruare, nō immemores, cū homines leges transgressi fuerint, & uiolarint, atq; oīa ex propria libidine, et uoluntate egerint tonus politię ordinem peruerti. Cęterū o Sanctiss. Legū administratores, quibus dictū est a Deo Opt. Max. Diligite iustitiā, qui iudicatis terram, uestrum nosse est, propriū esse munus Magistratuū intelligere, se gerere psonam ciuitatis, debereq; eius dignitatē tueri, leges conseruare, et(quod iustitiæ propriū est) unicuiq; suum tribuere. Et prorsus ita existimate, eos tantum laudandos esse Magistratus, qui nō quantum pecuniarum, sed quantū laudis, & gloriæ ex Magistratu referre possint, cogitant, Nō ignari, eorum æquitatem, qui de grauissimis rebus, tum publicis, tum priuatis iudicant, maiorē hominib. utilitatem afferre, quam ipsam agrorum feracitatē. Accipite igiē alacri animo ornatissimi DECEMVIRI, et Ciues leges has, q̄ uobis, tum ad decernendū, & iudicandū tanq̄ norma, tum ad nouas etiā sanciendas, si opus fuerit, ueluti exemplar quoddam sint: Et sicuti freno equos cohiberi, sic & legibus homines, et ciuitates regi sentientes Reip. uestræ incolumitatem omnem, otium, ac tranquillitatem ab eis pendere cognoscite. Valete.

Lucæ Calend. Martiis.

M D XXXIX.



341

